Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
1
18 - G
24

Digitized by Google

Digitized by Google

XXV. 94

Digitized by Google

2.1-91

HARPOCRATIONIS

LEXICON IN DECEM ORATORES ATTICOS

EX RECENSIONE

GULIELMI DINDORFII.

TOMUS II.

ANNOTATIONES INTERPRETUM.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LIII.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

PRIORUM interpretum in Harpocrationem commentarii quod huic editioni adjuncti sunt propterea factum est, quod harum annotationum, inprimis Valesii, quæ longe præstant ceteris, auctoritate viri docti plurimi et olim usi sunt et hodie utuntur, ut ne nunc quidem carere iis possimus. Hoc autem consilium quum sequeremur, etsi rationi consentaneum erat ut annotationes nec mutilatæ exhiberentur nec mutatæ, ne quæ citata ex iis essent aut non invenirentur aut aliter quam auctores scripsissent legerentur, hoc tamen nobis licere putavimus ut nonnulla resecaremus nulli amplius usui futura. Ex quo genere, præter leviora quædam, Gronovii annotationum pars maxima est. Hæ enim versantur prope totæ in exagitandis peccatis quæ Nic. Blancardus vel in textu Græco vel in interpretatione Latina commiserat: in quem editorem Gronovius tanta invectus est acerbitate tantosque congessit convitiorum tanquam cumulos ut plane non sensisse videatur quam ridiculum sit tantas propter unius hominis inscitiam excitari tragoedias, præsertim ab eo qui ipse operi ab se suscepto prorsus imparem se præbuisset. Lectiones codicis Medicei ab Gronovio memoratæ quum annotationibus textui hujus editionis subjectis insertæ sint, non opus erat ut in his commentariis repeterentur, nisi ubi aliquid annotationis quod servari posset addidisset Gronovius. Nec præfationem Gronovii satis longam, quæ ipsa quoque contra Blancardum scripta est, dignam habuimus quæ repeteretur.

In Maussaci annotationibus plura quæ omitti potuissent servanda fuerunt propter Valesii quæ ad eas spectant observationes, vel propter aliorum virorum doctorum opiniones interdum inexplicabiles nisi quis priorum in-

Digitized by Google

terpretum errores, quibus illæ nituntur, cognitos habeat [a]. Idem Maussacus quum in annotationibus ad literam A. multa copiosius quam oportebat admixtisque non raro rebus a proposito alienioribus exposuerit, modus disputationibus ejus adhibendus fuisset, si pari per totum opus verbositati indulsisset: nunc quum ipse in literis reliquis vela contraxerit, non est operæ pretium visum priori illi annotationum parti manum admovere. Ipsius Maussaci supplementa, quæ Pseudo-Plutarchi libello de fluviis Tolosæ a. 1615. ab se edito adjecit, suis locis inserta sunt. Henrici Stephani ad glossas Isocrateas annotationes dedimus plerasque omnes; Hemsterhusii ad Harpocrationem annotationes ab Geelio editas in Anecdotis Hemsterhusii servavimus integras. Omnia autem ita digessimus ut quæ ad quemque locum annotata ab interpretibus essent conjuncta, non quemadmodum in prioribus editionibus magno lectorum incommodo factum erat, per plures annotationum series dispersa exhiberemus.

Ceterum qui hac annotationum collectione utentur æquumque de iis judicium ferre volent non obliviscentur iis scriptas esse temporibus quæ horum studiorum adjumentis plurimis, quibus hodie utimur, carerent: ut non mirandum sit veteres illos interpretes plurima vel falsa tradidisse vel manca et imperfecta reliquisse, quorum correctiones et supplementa e libris qui nunc in omnium manibus versantur transcribere facile quidem sit, sed inutile.

[a] Sic Isæi oratio *κατὰ Μνησιθέου* ab Harpocratione s. v. *ἀπορώτατος* citata esse creditur, quæ re vera *κατὰ Μνησαίου* fuit, quo nomine offensus Maussacus *Μνησιθέου* intulit, ad quod quum tacuissent qui postmodum codices contulerunt, veræ scripturæ *Μνησαίου* memoria obliterata est. Simili errore s. v. *ναυτοδίκαι* quod Maussacus ex conjectura sua interpolaverat *ἐὰν δέ τις μὴ ἐξ ἀμφοῖν ξένοιν γεγονὼς φρατρίζῃ* pro *ἐὰν δέ τις ἐξ ἀμφοῖν*—in libris legi creditum est.

Digitized by Google

PH. JAC. MAUSSACI

DISSERTATIO CRITICA

DE

HARPOCRATIONE 305[a]

EJUSQUE SCRIPTIS,

in qua de autoribus cognominibus multa non vulgaria deteguntur, infiniti simul autorum difficiles loci explicantur et enodantur, hujus operis epigraphe illustratur, disputaturque diligentius de Lexicis, Glossis, Glossographis, et Lexicographis.

ANTEQUAM venio ad operis interpretationem, constitui proponere in medium dissertationem criticam, quæ dividetur in duas partes. *In prima* tria potissimum tractabo quæ mihi maxime difficilia videntur, et quorum præcipue causa instituta videtur hæc dissertatio: tractabo inquam de veteribus quibusdam autoribus, qui eodem quo Harpocration nomine insigniti fuere, eorumque discrimine: de Harpocrationibus a Tertulliano, ab Athenæo, et a Capitolino laudatis: de tempore quo hic noster autor floruerit, et an Veri Imperatoris præceptor fuerit. *In secunda* duo tantum attingam, de Grammaticæ partibus leviter, de exege- 306
tica ejus parte, ad quam putamus conscribendorum Lexicorum formas et methodos pertinuisse, accurata diligentia: de Lexicis in genere, autoribus et primis eorum inventoribus, tandem de oratorum Lexicis, et peculiari hoc decem oratorum Lexico: de Critica, ultima grammatices parte, aliud agendo et per transennam. Quæ omnia, si quid recte judico, dummodo subtiliter et cum ingenii acumine ac solertia tractentur, non parum conferent ad probe tenendum hujus operis institutum, aliaque permulta non ita tritæ et pervulgatæ lectionis, quæque passim omnibus non occurrunt, ediscenda.

Quod attinet ad primam partem, invenio Suidam *quatuor* insignes viros commemorare qui *Harpocrationes* dicti fuere. Horum primus est *Harpocration Argivus*, Platonicus Philosophus, Cæsaris convictor, (sic enim verto *συμβιωτὴς Καίσαρος*, non tantum coætaneus, sed et familiaris,) qui Commentariorum in Platonem libros vigintiquatuor, et dictio-

[a] Numeri paginarum marginibus adscripti sunt editionis Parisiensis a. 1614.

Digitized by Google

num Platonicarum duos conscripsit. Numeratur hic inter Philosophos, e quorum monumentis Joannem Stobæum Eclogas suas *ἀποφθεγμάτων ὑποθετικῶν* collegisse et consarcinasse relatum est in bibliotheca Photii. Secundus *Harpocration, Gaius* nuncupatus, Sophista, qui de figuris Antiphontis, de Hyperidis Lysiæque orationibus libros edidit, aliaque multa composuit. Tertius *Harpocration, Ælius* dictus, So-
307 phista, qui de his quæ videntur a rhetoribus ignorata fuisse tractavit, (sic enim Suidæ illa verba intelligo, *περὶ τῶν δοκούντων τοῖς ῥήτορσιν ἠγνοῆσθαι*,) Hyperidis orationum hypotheses confecit, de eo quod ementita sit Herodoti historia, de agminum ordinibus qui apud Xenophontem *περὶ τάξεων*[b], de arte Rhetorica, et de ideis volumina contexuit. Quartus denique *Harpocration Valerius*, Rhetor Alexandreus, qui decem Græciæ oratorum Lexicon posteritati reliquit, collectis in unum præcipuis eorum loquendi generibus. Nullos alios, quod meminerim, laudavit Suidas Harpocrationes. Harpocram quidem nobis quemdam commendavit virum Ægyptium, Ammonii æqualem, qui Zenonis imperatoris tempore vixit, *ὃν ἀκούσας*, ut ille loquitur, *ὁ Νικομήδης τὰ ἀμφὶ τὸν Ἀμμώνιον ἐπίστασθαι συλλαβεῖν ἠπείγετο. ὁ δὲ, τὰ μέλλοντα ἀπ' ἀρχῆς εἰκάσας, ἢ καὶ προπυθόμενος, εὐθὺς ἀφανὴς ἐγεγόνει.* Harpocras vocabatur ille, cujus alio loco eundem Suidam mentionem fecisse pro certo obtineo, ut in voce *Ὡραπόλλων*, cum ait, *Ζητῶν δὲ ὁ Νικομήδης τὸν Ἁρποκρᾶν ἦν, καὶ μὴ εὑρίσκων αὐτόν.* Harpocræ etiam Scholastico lib. 2. et Harpocræ Sophistæ lib. 3. epist. Isidor. Pelusiota scribit. Harpocram præterea alium nobis commemorat Suetonius in Claudio, cui certissimum est licet liberto jus fuisse tributum lectica per urbem vehendi, spectaculaque publice edendi. De hoc nihil certi adhuc prodidere Suetonii *ἐξηγηταὶ*, unico excepto Beroaldo, qui Callistum etiam Claudii libertum, de quo Cornelius Tacitus aliique scriptores, eundem cum hoc Harpocra
308 esse debere, non temere et futiliter conjecit. Verum ut longe diversi inter se sunt Harpocræ illi duo Suidæ et Suetonii, sic etiam nihil simile habent cum Harpocrationibus, de quibus jam a nobis actum est, præter primas nominis syllabas, ob quam tantum causam illorum nos etiam præter spem meminimus. Hi sunt igitur Harpocrationes omnes *ὁμώνυμοι*, de quibus Suidas, quos merito mirari possis licet Græcos nomine, et e Græcia oriundos, cognomina habuisse Romana: unus enim illorum Ælius, Gaius alius, tertius denique dictus est Valerius, quæ omnia *ἐπώ-*

[b] *Hyperidis orationum hypotheses confecit, de eo quod ementita sit Herodoti historia, de agminum ordinibus qui apud Xenophontem περὶ τάξεων*] Ejus meminit Sopater in comment. in Hermogenem p. 216, ubi de amplificatione disserit, quæ primo a quantitate sumitur, postea a relatione secundum Hermogenem: *Ἁρποκρατίων δὲ ἀδιάφορον εἶναι βούλεται τὴν τάξιν.* Idem laudatur p. 367, ubi quid sit *ἐπενθύμημα* disserit. Priorem Sopatri locum Meursius notavit lib. 6 Att. lect. cap. 2. Libanius etiam meminit cujusdam Harpocrationis Grammatici viri doctissimi p. 355 ad Aristænetum, et 358 Alexandrinos. Et hic est autor hujus Lexici, ut patet ex V. *ἀνακαλυπτήρια*. Nam *παρ' ἡμῖν*, id est, apud Alexandrinos. VA.

Digitized by Google

νυμα Romana sunt; verum quid prohibet Ἕλληνας nomine et gente, Romanos cognomine factos esse? Præsertim cum alter, Argivus scilicet ille Harpocration, Platonicus Philosophus, Cæsaris Romanorum imperatoris quasi contubernalis exstiterit; alter vero, Valerius noster Harpocration, rhetor Alexandreus, Veri imperatoris (ut verisimile videtur, et conamur apertius demonstrare procedente dissertatione) præceptor fuerit. Alius est *Harpocration Naucratites*[c], vel, ut quidam codices habent, Alphocration, Ægyptius episcopus, qui Nicæno Concilio primo sub Constantino magno habito interfuit, ut patet ex syllabo episcoporum qui in illo Concilio subscripti sunt, quem locum nobis indicavit eruditissimus Vassanus. *Alii* sunt *Harpocrationes*, de quibus Tertullianus, Athenæus, et Capitolinus; et, ne quid dissimulem, mihi satis ardua et difficilis res videtur, docere quinam proprie et nominatim sint Harpocrationes, de quibus autores illi. Nam, ne quid temere constituamus, quid amabo te certi proferri potest quo probetur Tertullianum et 309
Capitolinum de hoc vel illo Harpocratione loqui voluisse? Quibusnam argumentis et autoritatibus evincere possumus Tertulliani Harpocrationem eundem esse cum Harpocratione Capitolini, vel inter se differre, aliumque esse cognomine, genere et disciplina Capitolini Harpocrationem, alium Tertulliani? nullis profecto (si quid in istis video) nisi probabilibus, et veri speciem tantum præ se ferentibus; nec tamen animum despondebimus, rerumque anxietate et incertitudine absterriti ista deseremus, imo confisi majoribus ire per altum auxiliis, conabimur rem omnem explanare, unaque quæ de his sentiamus proferre. Cardo difficultatis versatur in verbis Tertulliani et Capitolini; nam quæ leguntur apud Athenæum sic expedimus facile. *ταῦτα καὶ ὁ σοφὸς πεμματολόγος Χρύσιππος*, ait ille 14. p. 648. Dipnosophist. *Ἁρποκρατίων δὲ ὁ Μενδήσιος ἐν τῷ περὶ πλακούντων, τὴν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι καλουμένην πανκαρπίαν καλεῖ. ἴτρια δ' ἐστὶ ταῦτα συντεθρυμμένα, ἃ μετὰ μέλιτος ἑψόμενα καὶ μετὰ τὴν ἕψησιν σφαιρηδὸν συντεθέντα περιδεῖται βύβλῳ λεπτῇ ἕνεκα τοῦ συμμένειν.* Et paulo post: *λεχθέντων καὶ τούτων, ὁ σοφὸς Οὐλπιανὸς ἔφη, πόθεν ὑμῖν, ὦ πολυμαθέστατοι γραμματικοὶ, καὶ ἐκ ποίας βιβλιοθήκης ἀνεφάνησαν οἱ σεμνότατοι οὗτοι συγγραφεῖς Χρύσιππος καὶ Ἁτροκρατίων, διαβάλλοντες καλῶν ὀνόματα φιλοσόφων τῇ ὁμωνυμίᾳ*; post prolixum locum e Chrysippi Tyanei libro de panis conficiendi ratione, *ἀρτοκοπικῷ*, sic inscribebatur ille liber, vel *ἀρτοποιϊκῷ*, 310
ut testatur idem Athenæus 3. p. 113. sed Ἀττικώτερον est *ἀρτοκοπικὸν*, (*ἀρτοκόπους* enim pistores et artoptas dixerunt illi, ut Xenophon et veteres comici *ἀρτοκοπεῖν* pro *ἀρτοποιεῖν*) alium adducit ex Harpocrationis Mendesii libro de Placentis, ex quo nihil aliud recitatur nisi pancarpiæ Alexandrinæ confectio. Quidquid autem ex pluribus diversi generis rebus componebatur, Græci *πανκαρπίαν* vocabant. Ejusmodi Alexandri-

[c] *Alius est Harpocration Naucratites*] Harpocrationis etiam ἐν Βουβάστῳ presbyteri Meletiani meminit Athanasius p. 789 in apolog. 2. VA.

Digitized by Google

norum πανκαρπία, quam conficiebant, teste Harpocratione libro De pla-
centis, ex itriis contritis et cum melle coctis, quæ ad instar globulorum
fingebant et formabant postquam coxissent, tenuique deinde papyro
colligabant et adstringebant, ut cohærerent nec dissolverentur. De his
consule Athenæum et Casauboni in eum animadversiones. nam in his
nos non moramur, quia pergimus ad alia, et ista tangimus tantum, ut
reliqua diligentius et facilius illustrentur. De Harpocratione Mendesio
agere instituimus, quia nostrum est cognomines autores inter se con-
ferre. Itaque non sine ratione Ulpianus ille κειτούκειτος apud Athenæum
loco indicato, postquam dipnosophista τοῦ διαλόγου μετέχων καὶ δείπνου,
Chrysippum et Harpocrationem laudasset, fragmentaque ex libris illo-
rum produxisset, erumpit in hæc verba: Unde vobis, o Grammatici
eruditissimi, libros illos comparastis? sic enim vertendum per interro-
gationem, si vulgatam lectionem retineamus: πόθεν ὑμῖν, ὦ πολυμαθέ-
311 στατοι γραμματικοί. quod si verba illa traducamus ad autores ipsos cita-
tos, non ad reliquos dipnosophistas ab Ulpiano interrogatos, legendum
erit, πόθεν ὑμῖν οἱ πολυμαθέστατοι γραμματικοί. non male: Unde vobis eru-
dissimos illos grammaticos comparastis? et quanam ex bibliotheca pro-
diere autores illi venerandi Chrysippus et Harpocration διαβάλλοντες,
inquit, καλῶν ὀνόματα φιλοσόφων τῇ ὁμωνυμίᾳ; quia Chrysippus alter erat
Philosophus et Harpocration de quo loquuti sumus. Non igitur Phi-
losophi erant Chrysippus et Harpocration hoc loco citati, imo potius
πολυμαθέστατοι γραμματικοὶ, qui ante Athenæum floruerant, et libros De
pane et placentis conficiendis conscripserant adinstar Ægimii, Hege-
sippi, Metrobii, atque etiam Phœti, quorum omnium πλακουντοποιϊκὰ
συγγράμματα recensuerat Callimachus ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων
πίνακι. Quibus ita constitutis, veniamus ad Tertulliani verba, quæ vi-
dentur aliqua indigere luce, nec satis adhuc intellecta fuere. Ille libro
De corona militis, more suo nervose sic loquitur: *Liberum eundem apud
Ægyptios Osirin, Harpocration industria hederatum argumentatur, quod
hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare.* De hedera res est in
propatulo: cur Baccho sacra sit, et quomodo frigiditate sua turbatum
312 vino caput sedet, patet lippis ipsis et tonsoribus: nihil magis tritum in
scholis ipsorum χαμαιδιδασκάλων. quare non diutius in istis hærebimus,
sed te ad Athenæi dipnosophistarum librum mittemus, ubi plene de
coronis hederaceis illarumque ab heluco defensatione agitur. Quærunt
vulgo hic docti, de quonam Harpocratione intelligenda sint illa Tertul-
liani verba, nihilque adhuc super re crepera et toties ventilata certi
constitutum est. Bonus ille vir qui sua Rhenani scholiis immiscuit,
et Tertullianum potius obscuravit quam interpretatus est, putavit loqui
hoc loco Tertullianum de Harpocratione Mendesio, quem eundem facit
cum autore nostro; sed næ absurda et futilis magistelli sententia, et,
quod magis stupescas et mireris, in homine qui Rhenanum prævium et

λαμπαδοῦχον habebat, quam puerilis et languida illa interpretatio? conatur adstruere opinionem suam, et confusis duobus illis autoribus, Mendesio et Valerio Harpocrationibus, ut præcipuo donet elogio eum de quo verba Tertulliani putat accipienda, ab Aldo excusa fuisse Venetiis ejus opera, Lexicon scilicet decem rhetorum anno 1515. (quod falsissimum esse, ex his quæ disputavimus superiori ad lectorem epistola, satis argui potest:) laudarique illum a Pierio lib. 21. cap. De victoria perpetua, prædicat et disertis verbis profitetur. Quasi vero doctorum intersit, laudatum illo loci a Pierio fuisse Harpocrationem, ejusque laus et autoritas ex Pierii memoria aliquid incrementi sit acceptura. Pudet profecto me ab eo, qui se interpretem profitetur, hæc effutita fuisse. an non hæc redolent proscholi et subdoctoris cujusdam manum? hoc enim idem est, ac si quis autoritate recentiorum quorundam scrip- 313
torum uteretur, ut hodie video plerosque ex his qui libros in vulgus edunt, ingentis illos quidem illecebræ (ut loqueretur Gellius) sed in quibus nihil nisi farragines et συρφετώδη continentur ut plurimum, Alexandri ab Alexandro Neapolitani, Natalis Comitis aliorumque ejusdem farinæ hominum scripta in medium producere, ut quæ vetustiorum et priscæ antiquitatis autorum testimoniis confirmari opus esset, horum recentiorum furtis et ineptiis futilissimis probent ac illustrent. Quo quid ineptius et doctrinæ solidæ magis repugnans excogitari possit nescio: nam amabo te τίνος ἕνεκα versamur in antiquorum monumentis eorumque evolvimus volumina, nisi ut solida omnis et vera paretur doctrina, et corruspemur ex illis quidquid aut voluptati sit legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. venit in mentem me in quadam epistolarum Phœnicis nostri seculi litteratorum Josephi Scaligeri ad Sethum Calvisium legisse, dolere illum quod tam probo et erudito viro, cui hodie uni e tam numerosa plebe tantum suboluit vera conficiendæ perfectissimæ Chronologiæ ratio, exciderit uti in scriptis suis autoritate et fide vilissimi apud eruditos τῶν μύθων consarcinatoris: unaque obtestari probitatem, et in mathematicis disciplinis non vulgarem notitiam Germani hominis, ut in secunda operis sui Chronologici editione, curaret vapulandum autorem illum, et si fieri posset quacumque capitis diminutione mulctaret: hac enim sola labe elegans et in perpetuum du- 314
raturum opus conspurcari moleste ferebat, nec videre poterat tam pretiosum temporis thesaurum adulterina illa moneta contaminari. Ita plerosque litteratorum et lectæ eruditionis viros solitos conqueri probe scio de stupiditate quorundam scripturientium; quos sane dicere queas stipites et rupices, vere enim lutei sunt, quia non erubescunt debita laude et gloria veteres autores spoliare, ut nescio quos confarraneos milites spoliis illorum onerent repleantque. Recentiorum fidem et labores laudare non omnino damno, γονίμων dico, non spuriorum et ἀμούσων Criticorum; ubi quid vel ex ingenio et conjectura, in antiquorum

monumentis restituerint, vel quædam incognita et inaudita e sinu vetu-
statis eruerint, dummodo caute semper autorum, ejusmodi doctrinæ et
sapientiæ parentum, nomina non reticeantur. nam quid insulsius et
inanius est, velle aliena laude gloriari et vicini veste ornari? sed cum
opus erit vel de quodam antiquo ritu, et solemnitate tractare, vel ἱστορι-
κῶς aliquid a capite ad calcem referre et deducere, nullius fidem appel-
landam vel invocandam judico præter antiquorum; eorum maxime,
quorum diligentia hujus vel illius ritus et doctrinæ memoriam et vesti-
gia servaverit; non oblito tamen Critici illius nomine, qui hæc vel il-
lustraverit, vel pumice suo expoliverit. Ita ut pro antiquitate et tem-
pore laudandos omnino censeam autores, et si apud vetustum et pris-
315 cum autorem vetustioris et antiquioris laudetur autoritas, non laudantis
sed laudati nomen referendum sit ex memoria et diligentia laudantis:
ut si verbi gratia apud Herodotum laudetur quidam scriptor priscæ
antiquitatis et fabulosæ, non Herodoti fides sit appellanda, sed laudati
autoris apud Herodotum. Quemadmodum si apud Thucydidem Hero-
doti quædam referuntur (ut non est dubium multa referri, quod monuit
sæpius enarrator vetus, maxime ipso initio ad verbum λογογράφους) non
Thucydides, sed Herodotus ipse ex Thucydide esset in testem adducen-
dus: sic censeo de quibuslibet aliis scriptoribus, quocumque scribendi
genere floruerint, illos secundum seriem temporis laudandos esse.
Magna certe et non inutilis movetur quæstio inter eruditos, quomodo
in antiquorum scriptis versandum sit, quomodo scribendum, sed hanc
non est hujus loci nec temporis agitare: requirit enim illa peculiarem
dissertationem, quam sæpius in scriptis suis nobis polliceri legi littera-
torum qui ad hoc ævi floruerunt in hoc genere litterarum principem
virum Isaacum Casaubonum, cum penes se habere de Critica et Critico
legitime informando librum profitetur. utinam τούτου κειμηλίου nos jam-
diu fecisset participes, non ita grassaretur nec diffusa esset magistellu-
lorum quorundam supinitas, imo nec pari audacia veterum monumenta
tractarent indocti, nec sibi de ingenio et scientia, quam nunquam legi-
time degustarunt, præsumerent, non nascerentur quotidie tot abortivi
316 chartarum conscribellatores, qui quolibet in genere scientiarum, in jure,
in humanioribus litteris, in Critica, quæ nunquam forte legerunt, tri-
horio, primo statim oculorum conjectu, ventilant non solum ea se asse-
quutos, sed impudenter profitentur se primos eorum autores, licet ab
aliis docti fuerint. Non ita nescio quod oratorum genus Gallo late dif-
fusum in orbe veterum autorum divina et religiosa verba corrumperet,
inquinaret, et desertorum veræ fidei more truncaret quæ apud illos
lecta sunt: ut cum tempus dicendi venit, omnia negotiis suis accom-
modet, assuatque: et dum ambitiose ac φιλαργύρως clientibus patro-
cinari studet, famam sibi adstruat aucupeturque ex falso adscriptis ve-
terum testimoniis, simulque ἀρχόντων δικαστῶν fidei ac προνοίᾳ imponat:

et quorundam male feriatorum asininis auribus arrideat, dum inaudita, nova, præsentia tamen, ideoque spuria et subventanea narrare cogit veteres illos. Ejusmodi evocatorum in militia forensi militum subtilem inscitiam ac effrenem loquendi παρρησίαν nos peculiari tractatu castigamus, et si liceat uti Arcadum dialecto, προσέλομεν [προυσελοῦμεν] vereque evincimus ex hac perversa in Antiquorum scriptis versandi libidine natos tot informes deformesve autorum locos, tot apud illos corrupta, non intellecta, tot denique ineptias, nugas et affanias meras manasse ac defluxisse. Verum quo me sermonis impetus nolentem et minus cogitantem rapuit? redeo ad nostra. Dicebamus magistellum Tertulliani maculatorem ejus verba de Harpocratione nostro putasse intelligenda, neque Athenæi Harpocrationem esse dissimilem ab Har- 317
pocratione Tertulliani, eoque cujus præ manibus opera terimus quotidie: quod cur non aliqua autoritate stabiliverit, aut quodam probabili argumento confirmarit, divinare non possum. Certe, quod ad nos attinet, in has partes non vergimus, sed plane contrarias, hoc enim si vel speciem tantum veritatis præ se ferret, cur locum non nobis indicasset bonus ille vir apud Harpocrationem, ex quo probabile sit Tertullianum hæc aut similia deprompsisse; atqui nec verbum nec syllabam quidem in hoc Lexico legere est, quæ Tertullianum a falsi crimine liberare possit, non ipsamet vocula κιττοφόρος, quam aliquando putaveram illi magistello imposuisse, quo loco commentatur Harpocration his verbis, κιττοφόρος. ἔνιοι διὰ δύο σσ γράφουσι κισσοφόρος· τὰς γὰρ λεγομένας κίσσας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν. Sed aliud mihi plane innuere videntur hæc glossematica verba, cum si lectionem hanc retineamus, de hedera hic non possit loqui Harpocration. Quamvis, ut verum fatear, parum mihi constet de vero hujus intricatissimi, et (ut ego existimo) obscurissimi loci sensu; quod tamen non omnes odorabuntur, non illi saltem qui in lectitando, scribendo, commentando, (ut Gellii verba usurpem) nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt, neque ullis inter ejusdem musæ æmulos certationibus, dissertationibusque, percontando, scribendo, elimati, sed potius intemperiarum negotiorumque pleni sunt. Ad quid enim τὸ κιτ- 318
τοφόρος, vel κισσοφόρος, ut ut velis, derivandum censet Harpocration a κίσσα, id est κίσσας φέρων? quasi vero facilior et proximior originatio non desumi possit a κίττος, κίττον φέρων. Præterea, quis unquam audivit κίσσας Baccho deabusque sacras esse? non video sensum autoris, nec possum percipere, cur κιττοφόρος significet κίσσας φέροντα. Locus est in oratione Demosthenis De Corona: ἔξαρχος (ait ille) καὶ προηγεμὼν καὶ κιττοφόρος καὶ λικνοφόρος. scholion ad illa ἐστεμμένος κίττῳ καὶ παρὰ φύλαξι τιμώμενος: more Bacchi caput hedera religatus, κισσοστέφανος enim Βάκχος in epigrammatis. Atque hanc interpretationem videtur probare Henricus Stephanus, dum τὸ μὲν κιττοφόρος apud Demosthenem, τὸ δὲ κισσο-

φόρος apud Dionysium De situ orbis reperiri asseverat in hac significatione. Certe si liceat mihi quid sentiam de his proferre, quia opportune incidi in hunc locum, eundem enarrabo integre et illustrabo. Et primum, quo loco apud Demosthenem vulgo legitur λιχνοφόρος, corrigendum esse λικνοφόρος aperte demonstro ex Harpocratione, his verbis: λικνοφόρος, inquit, Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειόν ἐστιν. ὁ τοῦτο οὖν φέρων, λικνοφόρος λέγοιτ' ἄν· λίκνον, τὸ πτύον. Vides quam vera sit sententia nostra. Nulla mysteria aut orgia sine vanno peragebantur, ideoque mysticam vannum ait Virgilius 1. Georg.

— et mystica vannus Iacchi.

Plutarchus in Alexandro, μυστικὰ λίκνα[d]. De hac vanno multa legere
319 est apud scriptores. Sciendum tamen λικνοφόρους aliquando viros, aliquando mulieres dici. Hoc loco λικνοφόρος vocatur Æschines, quasi vannifer. Apud Athen. 5. p. 198. ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, καὶ ὀρφεοτελεσταὶ, καὶ θίασοι παντοδαποὶ, καὶ αἱ τὰ λίκνα φέρουσαι. Ut in sacris Bacchi vanni, ita et in sacris Minervæ. Vetus Poëta apud Clementem et Plutarchum,

Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ πᾶς ὁ χειρώναξ λεώς·
οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν ἐργάτιν θεὸν
στατοῖσι λίκνοις προστρέπεσθε.—

Λικνοφόρος igitur recte in verbis Demosthenis vannifer. Secundum quin verbum κιττοφόρος recte mutari possit in κισσοφόρος, non est dubium; hoc enim ex quorundam criticorum opinione Harpocration superioribus verbis docet. Sed quid illa sibi volent, τὰς γὰρ λεγομένας κίσσας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν? hæret hic omnis aqua, omnis scrupulus, quem facile removebimus, si verum sit quod eruditorum præstantissimus Isaacus Casaubonus nos docuit lib. 7. animadvers. ad Athenæum cap. 21. *Citta*, inquit, *aut Cissa κίττα ἢ κίσσα piscis est quem probe novere veteres. Hesychius: κίσσα, ἐπιθυμία, ὄρνεον καὶ ἰχθὺς ποιὸς, καὶ τὸ γυναικεῖον πάθος.* alio loco, κίρρα, ἰχθὺς ποιός. conjicio legendum κίσσα, vel κίττα, *Citta enim piscis, qui, quod commune nomen haberet cum hedera, Baccho dicatus et sacer fuit: κιττὸς hedera apud Græcos. Grammatici veteres,* ἀνάκειται Διονύσῳ κισσός· κισσιτὸς γὰρ ὁ οἶνος, οὗ δοτὴρ ὁ Διόνυσος. Unde legendum apud Athen. 7. p. 287. loco ventilato, οἰκειοῦσιν Ἀπόλλωνι μὲν κίθαρον, Ἑρμῇ δὲ βόακα, Διονύσῳ δὲ κίτταν vel κίττον, non κύττον, si tamen κίττος dici queat pro κίττα: quomodo verisimile est loquutum
320 esse Athenæum: hæc, inquam, si vera sint, nihil prohibebit quin illo loco Demosthenis contra vulgarem interpretationem, τὸ κιττοφόρος dicamus significare non picas ferentem, sed pisces illos qui ex Athenæo, Baccho sacri sunt, Cittas scilicet vel Cissas. Atque huic sententiæ non

[d] *Plutarchus in Alexandro* μυστικὰ λίκνα] Ubi περὶ Ὀλυμπιάδος ὀργιαζούσης: ὄφεις μεγάλους ἐκ τοῦ κίττου καὶ τῶν μυστικῶν λίκνων παραδυομένους, ubi κίττον *hederam* cum vanno jungit. VA.

adversari videtur eruditissima Harpocrationis ad Demosthenis verbum *κιττοφόρος* nota: quamvis si Suidæ credimus, textus Harpocrationis nostri interpolandus sit, ut et verba aliter intelligenda. videtur ille post verbum *γράφουσι* interpunxisse, et deinde a capite novo plane sensu legisse [e], *κιστοφόρος. τὰς γὰρ λεγομένας κίστας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν.* Vides alio detorta Harpocrationis verba, vides etiam novam omnino sententiam, et diversam longe ab illa quam retulimus verborum Demosthenicorum enarrationem; quam tamen nisi lubens amplectaris, nunquam percipies cur ex hoc loco Tertullianus colligere potuisset, autorem nostrum argumentari Bacchum hedera coronatum, quod hederæ natura sit ab heluco defensare cerebrum. Sed nec, quamvis hunc locum ita restituas apud Harpocrationem, et *κιττοφόρος* hedera redimitum significet, bonus ille vir adhuc ex illis verbis probare poterit Bacchum ideo corona hederacea caput fuisse cinctum, quod maximum hederæ sit beneficium: cum utrovis modo legas, nulla alia sit autoris nostri hoc loci mens, nihilque aliud velit quam docere *κιττοφόρος* illud Demosthenicum scribi etiam posse per duplex *σσ κισσοφόρος*, quod idem est ac *κίττος* et *κίσσος*, *κίττα* et *κίσσα*. quibus ita constitutis satis apparet Tertulliano nunquam hoc in mentem venisse, nec Harpocrationis nostri 321
testimonio usum esse.

Videamus nunc, an fieri possit, ut idem ille Harpocration, qui apud Athenæum de Placentis librum reliquit, Lexicon istud decem rhetorum confecerit, quæ est etiam præclari illius interpretis animadversio et sententia. Qui laudatur ab Athenæo Harpocration, ante ipsum floruit, ergo nullo affinitatis aut necessitudinis vinculo cum nostro conjungitur; hunc enim nos post Athenæum viguisse tam certo scimus esse verum, quam vera est ipsa veritas. infinitis in locis notarum hoc a nobis jam probatum est solidissimis argumentis, quæ tædet repetere. Unum tantum, quod instar omnium esse poterit, jam exempli causa afferemus. Utitur Harpocration autoritate Athenæi, ergo Athenæo posterior. quomodo enim inferiorem se vocasset in testem? cum nec æqualem ferme et coætaneum posset, nisi caute et difficulter. Atqui integras periodos, integra cola orationis Athenæi, ab Harpocratione descripta sunt: quomodo vis igitur ipso Athenæo superstite plagia hæc sive *συνεμπτώσεις* ab Harpocratione factas esse? adi ad verbum Ναΐς, et leges ipsamet Athenæi verba e libro decimotertio Dipnosophistarum deprompta. Verum

[e] *Videtur ille post verbum γράφουσι interpunxisse, et deinde a capite novo plane sensu legisse*] Ita malo. Catullus: *Pars occulta cavis celebrabant orgia cistis.* Valerius Fl. 2. *Æraque circum Tympanaque et plenas tacita formidine cistas.* Sed si cistæ sunt κανᾶ, non potest congruere Æschini. nam canephori in Bacchanalibus erant feminæ, teste Aristophane. *κιττοφόρος* dicitur Æschines a Libanio in vituperatione Æschinis. Nonnus 9, 125. de Mystide Bacchi gerula et custode:

Καὶ φιάλας γυμνοῖσιν ἐπὶ στέρνοισι καθάψαι
Χαλκείας ἐνόησε καὶ ἴξῃ δέρματα νεβρῶν
Καὶ τελετῆς ζαθέης ἐγκύμονα μύστιδα κίστην. VA.

quid diutius de hoc probando laboramus? omnia scortorum Athenien-
sium nomina, omnia poculorum genera, quorum fit mentio apud illum,
322 ab Athenæi fontibus repetita sunt. Hoc non credent tantum illi, qui-
bus nulla intercedit familiaritas cum his autoribus. vide verba Λυκιουρ-
γεῖς, Κύμβιον, Ἀντίκυρα, Ἀφύαι, Νάννιον, Σινώπη, Φανοστράτη, Νεμεάς, ut tibi
liceat esse tam docte monito quam πολυπράγμον. Nec est quod quis
objiciat pro interprete illo adduci posse tanquam æqualem ab Harpo-
cratione Athenæum, et ab Athenæo Harpocrationem vicissim: ideoque
non mirum esse, si dicatur eundem Harpocrationem et librum De pla-
centis et Lexicon decem rhetorum composuisse: nam hoc plane est suo
se telo interficere. cur enim primo Mendesium vocasset Athenæus Har-
pocrationem illum, quem placuit doctis Alexandria oriundum esse?
(Mendesium siquidem τοπικῶς hic ego accipio, non, ut potest accipi,
παραγωγικῶς, ἀπὸ τοῦ μένδης in patrio μένδητος, et mutato deinde τ in σ
μενδήσιος, id est tragosus, hircosus, μένδης enim apud Ægyptios hircum
significat.) Et optime Theodoreti interpres sermone 3. *Huic Apim bo-
vem ita dictum Ægyptii nutriunt, Soli vero Hircum, quem vocant Men-
dem.* Nec torquenda est vetus lectio, Μένδην enim recte legitur, non
Μνεύειν, ex Manuscripto Cod. quam lectionem temere et inconsulto tu-
tare visus est egregius ille vir qui mensæ Isiacæ expositionem ante
paucos annos nobis dedit. Cur, inquam, Mendesium fecisset illum,
quem sciunt omnes et Alexandreum esse, et Valerii cognomine insigni-
tum? Præterea cur quibusdam in locis ipsius Lexicon decem rheto-
rum, ut librum de Placentis non laudasset, si unus et idem Harpocra-
tion esset horum librorum parens? herbam libens porrigam, si quid ad
illa responsi daturus sis, et in me tela retorqueas lacessitus hoc modo.
Vis adhuc majus argumentorum acumen et magis vibrans? erravit Har-
pocration in describendis ipsis Athenæi verbis, ergo non ab illo Athe-
næus, sed ille ab Athenæo sua mutuatus est. Vide quæ notamus ad
scorti nomen proprium Νάννιον, λείψει με γὰρ ἡ ἡμέρα κατὰ τὸ λεγόμενον, si
ulterius progrediar, et argumenta hæc confirmare ac stabilire validissi-
323 mis aliis rationibus coner. Quare hæc sufficiant ad refutationem notæ
obscuri interpretis, quæ ne quidem nota esse debuisset, nec titivillitio
emi. Quæramus num quis alius in Tertulliani verbis sudaverit. Jaco-
bus Pamelius, novissimus operis Tertullianici enarrator, aliam et novam
plane sequutus est viam; Harpocrationem enim, de quo Tertullianus,
eundem esse putat cum illo cujus manuscriptus codex, περὶ φυσικῶν
δυνάμεων, servatur in Vaticano. Cujus fidei si fidimus, non inepte autori
illi qui de naturalibus facultatibus scripsit, verba Tertulliani accommo-
dari possunt, cum ad physicam rationem spectet docere hederam Bac-
cho esse sacram, quod defenset ab heluco cerebrum. Sed vereor ne
sublestæ fidei sint illa, et potius ut auritus testis in his loquatur Pame-
lius, quam ut oculatus. Nam evolvisse nos meminimus Augustæ Vin-

delicorum satis diligenter syllabum librorum qui exstant in Vaticana bibliotheca, a Davide Hoeschelio commodatum, cum aliis Bibliothecarum Augustanæ, Bavaricæ, Viennensis, Cæsareæ, Venetæ Divi Marci, et Florentinæ sancti Laurentii judicibus, nec de alio Harpocratione quam de nostro quicquam legisse, imo nec per indicem monitos cum postea versaremur in Vaticano Romæ, ut conferremus excusos codices Harpocrationis cum manuscripto qui illic exstabat, de illo quicquam ediscere potuisse, ne quidem ab ipsis Græculis patre et filio qui curam habent describendorum manu exaratorum codicum, et indicem illius Bibliothecæ memoriter tenent. Non ob id autem temere condemnan- 324
dum Pamelium judico, et ab ejus sententia recedendum, quia forsan non ita inconsulto et suo marte codicem illum manuscriptum Harpocrationis *περὶ φυσικῶν δυνάμεων* in Vaticano latere asseveravit, sed monitus ab aliquo cujus hic memoriam et fidem implorare debemus, ut a Simlero, qui primus Cyrani et Harpocrationis librum *περὶ φυσικῶν δυνάμεων*[f] Romæ in Vaticano reperiri monuit in epitome Bibliotheces Gesnerianæ. Imo sic statuo, donec certius firmiusque sciant omnes alicubi exstare Harpocrationis *περὶ φυσικῶν δυνάμεων* codicem, et exploratum sit an in illo referantur quæ apud Tertullianum leguntur, rem totam in anxio manere debere, et diffindendum esse (ut loquerentur Jurisconsulti) judicii diem. Nam aliquid veri vel certi de hujus loci interpretatione *παραχρῆμα* velle pronuntiare, hominis certe sit qui non meminerit se esse hominem, *ἀμουσία τὸ πλέον μέρος ἐν βροτοῖσιν* scite aiebat olim sapiens, quod cum alias sæpius veritati consentaneum esse experimur, tum vel maxime, quoties controversos, et parum notos ex antiquorum monumentis locos suscipimus enodandos et interpretandos. Monuerunt me autem doctissimi Puteani, dum hæc sub prælo haberem, legisse se in indice, quem pater *ὁ μακαρίτης* absolutissimum habebat omnium Bibliothecarum quæ in Italia exstant, Harpocrationis *περὶ φυσικῶν δυνάμεων* librum per alphabetum compositum latere in Bibliotheca Cardinalis a sancto Angelo, 325
quæ nunc pervenit ad Cardinalem Farnesium fratrem. Quæ res quantum mihi persuaserit illum autorem a nostro non valde distare, non opus est ut explicem: ordo enim alphabeticus, quem servatum esse videmus in illo, quid aliud nobis indicat, quam Lexicographum eum fuisse, a nostro non valde dissimilem scribendi genere saltem, si in tractatione differat? Utinam thesaurum illum nobis comparare possemus, et publico offerre una cum nostro: de Tertulliani loco controverso enucleando non tam solliciti essemus, ut conjicio, nec in Cimmeriis tenebris versaremur, imo appareret statim utrum unus et idem auctor *Λεξικὸν περὶ φυσικῶν δυνάμεων*, et *Λεξικὸν τῶν δέκα ῥητόρων* composuerit; quod adhuc sollicite quærimus. Sed ad alia transeamus, et de Capito-

[f] *Harpocrationis περὶ φυσικῶν δυνάμεων librum*] Citatur hic autor a Salmasio in Solinum. VA.

lini verbis explicandis cogitemus. Ait ille in Vero imperatore: *Audivit Scaurum grammaticum Latinum, Scauri filium, qui grammaticus Adriani fuit: Græcos, Telephum, Hephæstionem, Harpocrationem: rhetores, Apollonium, Celerem Caninium, Herodem Atticum: Latinum, Cornelium Frontonem: philosophos, Apollonium et Sextum.* Difficultatem tantum movent illa verba *Hephæstionem, Harpocrationem.* Nam de Scauro sic Gellius lib. 11. cap. 15. *Terentius Scaurus, Divi Hadriani temporibus grammaticus vel nobilissimus:* de Scauri Veri præceptoris patre verba faciens. Reliqui præceptores, ut Herodes Atticus, Apollonius, Celer Caninius, Cornelius Fronto, rhetores: et Apollonius ac Sextus, philo-
326 sophi, Marcum Antoninum etiam erudiverunt. Idem Capitolinus in Marco Antonino: *Oratoribus usus est, Græcis, Annio Marco, Caninio Celere, et Herode Attico: Latino, Frontone Cornelio.* et paulo post: *Usus est et Apollonio Calcideno* (sic legendum ex notatione Casauboni) *Stoico Philosopho.* rursus: *Audivit et Sextum Chæronensem, Plutarchi nepotem.* De Sexto Chæronensi idem scrupulus remanet apud doctos, qui de Hephæstione et Harpocratione. Quamvis jam enunciaverit Criticorum princeps Isaacus Casaubonus, nunquam sine laude nominandus, non eundem hunc esse qui Sextus Empiricus, cujus opera etiamnum exstant δογματόμαχα, et in illos qui profitentur disciplinas, a Gentiano Herveto Latinitate donata, cum Sexti Empirici libris hypotyposeon Pyrrhoniarum tribus, ab Henrico Stephano in lucem emissis. Adi ad notas principis viri, et simul expende ad trutinam verba Lucii Apuleii libro primo Metamorphoseon: *Thessaliam (nam et illic originis maternæ nostræ fundamenta Plutarcho illo inclito ac mox Sexto Philosopho nepote ejus prodita gloriam nobis faciunt) eam Thessaliam ex negotio petebam.* De Harpocratione et Hephæstione audi quid sentiat idem ille heros. *Hephæstion,* inquit, *hic videtur ille esse Alexandrinus grammaticus, cujus exstat hodieque de re metrica elegans libellus. authorem certe illum antiquissimum esse nullus dubito. Harpocrationem quendam Suidas commemorat sophistam Alexandrinum, qui Ælius fuit dictus. est hic fortasse Veri præceptor: aut alter ille Valerius Harpocration, qui eruditum illum de dictionibus
327 decem oratorum Atheniensium librum composuit.* Lilium vero Gregorium Gyraldum, dialogo 5. de Poëtarum historia, ante illum eundem Capitolini locum sic enarrasse memini. *Optimos,* inquit, *hic magistros habuit,* de Vero imperatore agens, *Scaurum grammaticum Latinum, Scauri filium, cujus quædam in Grammatica feruntur, et Valerium Harpocrationem, Græcum rhetorem, cujus Græcum Lexicon legitur in decem Græcorum rhetores, ex quo nonnulla in his exponendis imaginibus decerpsi. Harpocrationem Capitolinus celebrat et Suidas: ejus tamen nominis et alios legimus.* Ex quibus vides quam parum constet inter doctos, quisnam sit ille Harpocration ex omnibus quos recensuimus, qui Veri Imperatoris præceptor fuerit. Næ luteus ego plane sim et imprudens, si post

tales heroas, quorum quotidie magis ac magis doctrinam et profundam eruditionem mirari soleo, aliquid certi in hac re constituere audeam. Itaque probabilia tantum me dicturum profiteor, et quæ nihil nisi πιθανότητα præ se ferre possunt. Si quem igitur ex illis Harpocrationibus, de quibus egimus in hac dissertatione, Veri præceptorem facere debeamus, eumque tanto honore dignari, assero ego nulli potius competere hanc laudem vel adoream quam nostro, quem tam pro certo habemus fuisse Grammaticum quam alterum illum Ælium Sophistam. Atqui Capitolinus de Grammaticis præceptoribus loqui videtur, cum ait: *Audivit Scaurum grammaticum Latinum: Græcos, Telephum, Hephæstionem, Harpocrationem.* Grammaticos ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Si de Grammatico Harpocratione loquatur Romanus ille συγγραφεύς, nemo negabit 328
ad nostrum traducenda esse quæ dixit: nisi qui ignorabit hoc scribendi genus, Lexicorum scilicet hoc pacto conficiendorum methodum, ad Grammaticæ partem exegeticam pertinere, solosque Grammaticos antiquitus hoc fuisse professos. Nos ista excutiemus accurate, et cum ingenii contentione, in secunda, ad quam statim accedimus, parte, si prius scrupulum quemdam, qui inter scribendum nobis subortus est, exemerimus. Absurdum enim et absonum omnino videtur Harpocrationem nostrum sub Lucio Vero floruisse, ejusque in Græcis fuisse διδάσκαλον probabilibus quibusdam rationibus persuadere velle: cum Athenæus Marci Antonini tempore, circa annum a Christo centesimum sexagesimum secundum vixerit, post quem tamen Harpocrationem viguisse, ut qui multa ex ejus dipnosophistarum libris suffuratus sit, verissimis argumentis a nobis demonstratum fuerit. Sed nihil prohibet quin Harpocration hic noster Lucii Veri præceptor exstiterit, et post ipsum Athenæum vitam produxerit. Quamvis enim coætaneos illos faceremus, quis mirabitur alterum altero diutius egisse cum vivis? Et certe Athenæo fato functo, Harpocrationem ex ejus scriptis hausisse multa, eorumque authoritate usum esse, non ita novum videri debet ac inauditum, cum solerent aliquando veteres superstitum adhuc autorum testimoniis uti in scriptis et dissertationibus suis, ut pluribus ostendere et probare conaremur, ni tempus vellemus compendifacere, et jam ad secundam partem nos accingere. Alias erit diligentius hoc tractandi locus op- 329
portunior. Memineris tantum, et ab Harpocratione Athenæum multa eorum quæ ad Atheniensium ritus pertinent, addiscere potuisse, et ab Athenæo Harpocrationem vicissim alia ejusdem generis. Atque hæc in modum diludii et dissertationis dicta sint. nihil enim nos hic certi et veri constituimus, qui meminerimus apprime a vate dictum: *Vanam mortalitatem, et ad circumscribendam seipsam ingeniosam.*

Accedo ad hujus dissertationis partem secundam, in qua de Lexicis, eorum autoribus et inventoribus, de Lexicis oratorum, collectoribus illorum, deque hoc decem oratorum peculiari Lexico, nos pauca dicturos

polliciti sumus. Et ut rem paulo altius repetamus, sciendum est, ad Grammaticos olim id genus componendorum librorum pertinuisse. Quod ut evidenter probemus, et una rem ab ipsa origine repetamus, summa rerum tantum vestigia sequentes, asserimus apud antiquos γραμματικὴν in varias partes fuisse divisam pro libidine illorum, qui ejus officia et subjectum circa quod versari debebat, describebant. Varro apud Diomedem libro 2, Grammaticæ quatuor constituisse partes videtur his verbis: *Grammatici officia constant in partibus quatuor, lectione, enarratione, emendatione, et judicio. Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cujusque scripti enunciatio, serviens dignitati personarum, exprimensque animi habitum cujusque. Enarratio est obscurorum sensuum quæstionumve explanatio vel exquisitio, per quam uniuscujusque rei quali-*
330 *tatem poeticis glossulis exsolvimus. Emendatio est, qua singula prout ipsa res postulat dirigimus, æstimantes universorum scriptorum sententiam diversam: vel correctio errorum, qui per scripturam dictionemve fiunt. Judicium est, quo omnem orationem recte vel minus recte pronunciatam, specialiter judicamus: vel, existimatio qua poema cæteraque scripta perpendimus.* Enarrationem et judicium existimamus nos ad τελειοτέραν γραμματικὴν pertinere, contra quam alii putavere, emendationem vero et lectionem ad ἀτελεστέραν. valde enim mihi probatur Philonis Judæi Grammaticæ in duas partes divisio, in ἀτελεστέραν καὶ τελειοτέραν· ad ἀτελεστέραν ex illo in tractatu de congressu quærendæ eruditionis gratia, γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν spectat, ad τελειοτέραν ἀνάπτυξις τῶν παρὰ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσιν. Quidam ἀτελεστέραν, παρατρέποντες γραμματιστικὴν nominant (ut idem Philo loquitur:) hæc rudem tantum et levem quandam litterarum cognitionem, quæ rectæ lectionis et scriptionis normam non egreditur, præbet. Altera τελειοτέρα γραμματικὴ, ἱστορίας τὰς παρὰ ποιηταῖς[5] καὶ συγγραφεῦσιν ἀναδιδάξασα, νόησιν καὶ πολυμάθειαν ἐργάσεται, καὶ καταφρονητικῶς ἔχειν ἀναδιδάξει τῶν ὅσα αἱ κεναὶ δόξαι τυφλοπλαστοῦσι, διὰ τὰς κακοπραγίας, αἷς τοὺς ᾀδομένους παρ' αὐτοῖς ἥρωάς τε καὶ ἡμιθέους λόγος ἔχει χρήσασθαι. De illa enim intelligenda hæc Philonis, ex eodem tractatu desumpta verba existimo. Audi illum in tractatu περὶ ὀνείρων: λαβὼν γὰρ ἀπὸ μὲν τῆς παιδικῆς γραμματικῆς δύο τὰ πρῶτα, τό τε γράφειν καὶ τὸ ἀναγινώσκειν· ἀπὸ δὲ τῆς τελειοτέρας τήν τε παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἐμπειρίαν καὶ τὴν ἀρ-
331 χαίας ἱστορίας ἀνάληψιν. Grammaticem ἀτελεστέραν, παιδικὴν merito vocat, quod versetur tantum circa duo puerilia, lectionem et scripturam: alteram perfectiorem perpetuo τελειοτέραν, quod tota sit in poetarum ænigmatis explicandis, et evolvendis antiquorum monumentis, de qua sunt accipienda verba illa in tractatu de Cherubim, γραμματικὴ μὲν ποιητικὴν ἐρευνῶσα, καὶ παλαιῶν πράξεων ἱστορίας μεταδιώκουσα. Aliquando hæc

5 *Philo* γραμματικὴ ἱστορίας τὰς παρὰ ποιηταῖς] Idem Philo in lib. de Cherubim, γραμματικὴ μὲν ποιητικὴν ἐρευνῶσα καὶ παλαιῶν πράξεων ἱστορίας μεταδιώκουσα. VA.

omnia simpliciter Grammaticæ tribuuntur: ut in tractatu De congressu quærendæ eruditionis gratia. in quo Philo Grammaticam philosophiæ pedisequam facit, *ἐγὼ γοῦν*, inquit, *ἡνίκα πρῶτον κέντροις φιλοσοφίας πρὸς τὸν πόθον αὐτῆς ἀνηρεθίσθην, ὡμίλησα κομιδῇ νέος ὢν, μιᾷ τῶν θεραπαινίδων αὐτῆς γραμματικῇ· καὶ ὅσα ἐγέννησα ἐξ αὐτῆς, τὸ γράφειν, καὶ ἀναγινώσκειν τὴν ἱστορίαν τὴν παρὰ ποιηταῖς, ἀνέθηκα τῇ δεσποίνῃ.* De utraque grammatica hic loquitur, et *παιδικῇ* et *τελειοτέρᾳ*, quas generali nomine grammatices comprehendit: quod utraque a litteris desumpserit denominationem, et *παιδική*, seu *γραμματιστική* quidem ab elementis, *τελειοτέρα* vero ab scriptis circa quæ versatur: scripta enim illa litteræ quoque appellantur, quod animadvertendum est: quomodo publicæ vocantur litteræ, et cum aliquem doctum volumus prædicare, multarum litterarum dicimus esse peritum: id est non elementorum quæ ad grammatisticam, sed scriptorum quæ ad perfectiorem grammaticam pertinent. Et Callimachus ipse poema aliquando *γράμμα* vocat, id est litteram seu scriptum: aliquando etiam orationem solutam, et (ut ait Cicero) liberam, nullisque 332
numeris adstrictam: quam vocant prosam, ut in epigrammate in Cleombrotum,

—— *ἀλλὰ Πλάτωνος*
ἐν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

ibi enim *γράμμα* litteram seu scriptum, non elementum significat, et quidem scriptum oratione soluta. Ammonius in libello de similibus et differentibus vocabulis, *γράμμα στοιχείου διαφέρει. στοιχεῖον μὲν γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ ἐκφώνησις, καὶ ὁ φθόγγος· οὗ τὸ γράμμα σημεῖον ἢ τύπος, σχῆμα. ὡς ἐν τῷ, τρίγωνον μὲν γάρ ἐστι τὸ Δ, στρογγύλον δὲ τὸ Ο, τύπος. τὸ δὲ στοιχεῖον τὸ ὁλόκληρον, οἷον, Α, Β, καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα καταχρηστικῶς γράμματα. καὶ τὰ γράμματα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, γράμματα.* Καλλίμαχός που φησὶ,

γράμματα δ' οὐκ εἴλησσαν ἀπόκρυφα.

Τουτέστι τὰ γράμματα. καὶ πάλιν,

—— Πλάτωνος
ἐν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ πολλὰ φαμὲν εἰδέναι γράμματα τόνδε, οὐ γὰρ τὰ εἴκοσι τέσσαρα, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἔμπειρον γραμμάτων.

Grammaticam igitur recte dividemus in minus perfectam et perfectiorem: minus perfectam grammaticam communiter et late vocamus, quarumlibet litterarum, id est elementorum, sive Græcorum, sive Barbarorum cognitionem; perfectiorem vero grammaticam proprie dicimus eam quæ est perfecta et absoluta, quæque studio et diligentia Cratetis Mallotæ, Aristophanis, et Aristarchi elaborata fuit. Utraque tamen, et quæ communiter, et quæ proprie grammatica dicitur, *ἐτυμολογικῶς* hoc nomine fuit insignita. Rudis illa *γραμματιστική*, quam primam pos- 333
sumus appellare, quod ab infantia et ab ipsis incunabulis huic tradantur omnes, ab elementis quibus voces articulatas signamus dicta fuit: per-

fectior altera *γραμματικὴ*, quæ grammatica *ἰδίως* dici potest, a minus perfecta ut existimavere quidam grammatica. Quomodo prima medendi ars *ἰατρικὴ* antiquitus fuit appellata a venenosis succis, qui *ἰοὶ* dicuntur, nunc quoque idem nomen retinet, quamvis circa alia longe diversa versetur, ut circa affectiones, et morborum quorumlibet propulsationes, longeque sit artificiosior. vel quomodo Geometria a terræ dimensione suam appellationem traxit, et *γεωμετρία* dicta fuit, eodem etiam nunc appellatur nomine, licet versetur in contemplatione rerum magis naturalium. Ita grammatica quæ prius *ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἢ πρώτων στοιχείων*, circa quæ versabatur, dicta fuit, nunc quoque recte grammatica vocatur, etiamsi non tantum circa rectam scribendi et legendi rationem immoretur, sed circa poetarum et historicorum difficiliorum explicationem. Hanc puto ego cum Sexto Empirico veram esse nominis etymologiam. De divisione diligentius et attentius inquiramus, et consideremus an perfecte a nobis in duas tantum partes secata fuerit, minus perfectam sive puerilem et litteratoriam, et perfectiorem, sive grammaticam proprie dictam: quia si semel ex his principiis nos expediverimus, facilius deinde ad reliqua veniemus, et quam polliciti sumus
334 de Lexicorum authoribus, et eorum origine, tractationem absolvemus. Igitur dum de divisione grammatices pauca dicere instituimus, sciendum late tantum et generaliter hanc a nobis fuisse superius divisam in duas partes, quæ quidem omnia ejus munia possunt attingere et coarctare. sed quia quo plura sub unius divisionis membris complectimur, eo breviores et obscuriores fimus, malumus in hoc inhærere vestigiis Sexti Empirici, scriptoris longe doctissimi et acutissimi, quam divisam rem iterum dividere, et subdivisionibus uti, (ut accidere necesse est his qui leviter et generaliter tantum aliquid dividunt in suas partes) et recentiorum quorundam judicia sequi. De authore Polymathiæ hic loquor, quem scio grammaticam in tres partes divisisse, adinstar Sexti Empirici, mutato tamen membri unius ad libitum nomine. Audi Sextum Empiricum libro primo contra Mathematicos, cap. 8. *ἀπαρκέσει λέγειν* (inquit) *ἀσυκοφαντητότερον, ὡς ἄρα τῆς γραμματικῆς τὸ μέν ἐστιν ἱστορικὸν, τὸ δὲ τεχνικὸν, τὸ δὲ ἰδιαίτερον, δι' οὗ τὰ κατὰ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μεθοδεύεται. ὧν τεχνικὸν μέν ἐστιν, ἐν ᾧ περὶ τῶν στοιχείων καὶ τῶν τοῦ λόγου μερῶν ὀρθογραφίας τε καὶ τοῦ ἑλληνισμοῦ καὶ τῶν ἀκολούθων διατάττονται.* Grammatica ergo vel historica, vel artificiosa, vel magis propria. Artificiosa quæ *τεχνικὴ*, vel *μεθοδικὴ*, historica quæ *ἱστορικὴ*, vel *ἐξηγητικὴ*, licet *ἐξηγητικὴ* latius pateat secundum quorundam opinionem: magis propria quæ judiciaria, sive *κριτική*. Quæ tripartita divisio omnes, quas constituit Dionysius Thrax, grammaticæ partes comprehendit. Ille
335 apud Sextum Empiricum, cap. 16. lib. primi, circa sex maxime putat versari grammaticam, *ἀνάγνωσιν* primum *ἐν τριβῇ κατὰ προσῳδίαν, ἐξήγησιν κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους, λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσιν, ἐτυ-*

μολογίας εὕρεσιν, ἀναλογίας ἐκλογισμὸν, κρίσιν ποιημάτων. Verum, ut optime Sextus Empiricus, non partes illæ, sed particulæ: nam exercitata lectio, expositio, et judicium poetarum, ad κριτικὴν pertinent, etymologia autem et analogia ad τεχνικήν: dictionum et historiarum explanatio ad ἱστορικήν, quæ præcedentibus tanquam ex adverso opponitur; quæque ab Asclepiade in opere suo de grammatica trifariam subdividebatur, in veram, falsam, et veri aliquid referentem. Vera, quæ versatur in rebus quæ geruntur; falsa, quæ circa fabulas et figmenta moratur; veri aliquid referens, quæ in Comœdiis et mimis. Vera et falsa adhuc subdividuntur, et veræ quidem sunt tres partes, alia quæ versatur in describendis Deorum personis, et heroum virorumque illustrium: alia quæ in locis et temporibus, alia denique quæ in actionibus. Falsæ vero unica est tantum species, nempe genealogia, quam proprie rhetores attingere docuit Isocrates in Busiridis laudatione; quo loco Palamedem rhetorem, qui Busiridis laudationem, et Socratis accusationem pro Anyto et Melito composuerat, monet, non recte illum quamvis περὶ τὰς γενεαλογίας ἐσπουδακότα tanquam rhetorem, Busiridem heroibus comparasse, quorum ejus tempore nondum erant nati parentis. Atque hæc est Asclepiadis partis historicæ, quæ ad grammaticam refertur, subdivisio. Persequamur nos de ea adhuc plura dicere, quia hæc illa est, de qua maxime in hac dis- 336
sertatione tractabimus, et ad quam Lexicorum conscribendorum modus pertinet, ut et obscurarum intricatarumque rerum, quæ apud quoslibet autores leguntur, enodatio et enarratio. Scio autorem Polymathiæ partem hanc ἐξηγητικὴν potius quam ἱστορικὴν vocasse, quod non historias tantum, imo et verba interpretetur. Sed næ stupidi nos simus, si non videamus apud Sextum Empiricum nominatim huic parti historicæ explicationem historiarum et dictionum simul tribui, et quod magis est, Asclepiadem adinstar Dionysii omne quod pertinet ad linguas illi assignasse, utpote quæ exponat κρήγυον verbi gratia, verum vel bonum significare, proverbia et definitiones expendat. De historica igitur, sive exegetica grammaticæ parte dicturi, monemus primum, ejus subjectum esse obscuritatem verborum et rerum. De rerum obscuritate hic nihil dicemus, nisi quatenus in Lexicis demonstrabimus non solum difficiliora verba, sed et res intricatiores obscurioresve exponi debere. Agemus ex professo de obscuritate verborum, circa quam glossæ, glossaria, Lexica, aliaque ejusdem nominis et subjecti volumina versantur. Verba vel ἰδίως, et proprie: vel τροπικῶς, et figurate a grammatico considerantur. Proprie, cum illorum usum ostendit, et nudam originem profert; quo spectat ἐτυμολογία, quam Aristoteles σύμβολον, Cicero notationem, Quintilianus lib. 1. cap. 3. originationem vocant καταχρηστικῶς, proprie enim illa παραγωγὴ est. Hæc verborum vim et naturam plenissime docet, et 337
ex eorum vi plerumque res patefacit, ut non male Isidorus Originum lib. 1. cap. 28. dixerit etymologiam vocabulorum originem esse, cum vis

verbi vel nominis per interpretationem colligitur: inde veriloquium, quod in etymologiis ratione nominis, et litterarum similitudine veritas inquiratur: ut Aristoteles docuit in deducenda *ἠθικῆς ἀρετῆς* etymologia, Magnorum Moralium lib. 1. cap. 6. ubi *παρὰ γράμμα τὴν ἀλήθειαν σκοπεῖν*, est etymologice nominis, et verbi veritatem venari. Græci, cum notationes et origines verborum inquirunt, etyma rimari dicuntur. Latini, proprium et proprietates verborum attendere, id est etymologias. Unde Grammatici illi qui de proprietate Sermonum scripserunt, ut Nonius Marcellus et alii, nihil aliud voluerunt quam etymologias verborum et veritates ac origines considerare. Apud illos hæc omnia eadem sunt *origo, proprietas, intellectus, significantia, significatio, proprium, proprietas*, quæ uno verbo a Græcis Ἐτυμολογίαι dicuntur. Phavorinus Variæ Historiæ libro 8. apud Diogenem Laertium refert, Platonem primum grammaticæ vim inspexisse, *θεωρῆσαι πρῶτον τῆς γραμματικῆς δύναμιν*, vel (ut ipse Diogenes Laertius per glossam interpretari videtur) *διαλεχθῆναι περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος*. Sane hoc idem testatur Dionysius Halicarnasseus, criticorum sine controversia princeps, libro *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*, his verbis, *τὰ κράτιστα δὲ νέμω ὡς πρώτῳ τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας εἰσάγοντι λόγον Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δ' ἐν τῷ Κρατύλῳ*. Adi ad Cratylum ejus, et statim nosces non temere a Dionysio dictum, Platonem deducendarum etymologiarum, rectæque nominum compositionis primum autorem fuisse. Illic de nominum natura et ratione accuratissime disputatur, et ex eorum originatione rei ipsius proprietas ac natura indagatur. Hujus autem grammaticæ partis summopere studiosos fuisse Stoicos, testatur aperte Diogenes Laertius, et Plutarchus contra illos, quos deinde sequuti sunt Jurisconsulti,
338 utpote qui ab Stoicis ferme omnes imbuti fuerint. Nulli Philosophi nominum origines *δεισιδαιμονεστέρως* et *σπουδαιοτέρως* inquisiverunt quam Stoici, qui dialectici apud Ciceronem et alios vocantur, ut discipuli Socratis dialectici, sic primum a Dionysio Carthaginiensi vocati, apud Diogenem Laertium. et ipse Socrates dialecticus, apud Theonem Sophistam in Progymnasmatis. Ita in l. *qui quadringenta* D. ad legem Falcid. *apud dialecticos* nihil aliud est quam apud Stoicos; apud quos vulgo circumferabatur, definitionem nominis debere præcedere definitionem rei. Quod imitati sunt Jurisconsulti sæpissime. Ulpianus l. 2. D. de justitia et jure, in qua ait eum qui juri operam daturus est, scire prius debere unde nomen juris descendat. Theophilus in principio tit. de Testamentis Ordinandis, in Institutionibus, *πρὸ τῶν ἄλλων ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὸν τῆς διαθήκης ὅρον ἤτοι ἐτυμολογίαν*. Adeo autem religiose observabant hunc morem Stoici, sive Dialectici, ut nunquam alicujus rei definitionem traderent, quin prius nominis definitio præcessisset. Altera erat *οὐσιώδης*, altera *ὀνοματώδης*. *ὀνοματώδης* semper *οὐσιώδη* præcedebat, quia per illam veritas inquirebatur, ut supra monuimus ex Aristotele;

quod tanti fecere juris autores, ut sæpe ex eo argumenta duxerint. l.
pri. §. cum servis, de his qui dejecerunt vel effud. D. *si servus*, ait,
nihil nocuit, ergo non recte dicitur servi noxa, a definitione et etymologia
nominis. et in l. si legatarius, D. de legat. 3. *si legatarii culpa a quo
fideicommissum relictum est, non periit lis, ergo iniquum est litis peri-
culum ad eum pertinere*, quia cui nihil periit, non potest esse ejus peri- 339
culo quidquam: a pereundo enim potissimum periculum dicitur. Eadem
ratione in l. 12. in principio, De furtis, *Si quis non habet quod perdat*,
ergo ejus periculo nihil est. et in l. *in lege*, De contrahenda emptione,
D. *si lapis non cæditur eo loci, nullæ igitur illic sunt lapidicinæ*, lapidicina
enim a lapidibus cædendis; quos omnes locos acceptos refero Jacobo
Cujacio, qui solus in jure consul sine collega vere dici potest. Adi ad
cap. 40. libri 26. observationum. Præter magnos autem illos viros,
quamplurimos etiam alios venerandæ antiquitatis operam navasse huic
disciplinæ etymologicæ, cum testentur nobis scriptorum omnium monu-
menta, tum vel maxime quæ passim leguntur apud principes poetarum
Homerum et Hesiodum. Tragicos ipsos, comicos, lyricos, aliosque id
genus poetas, de deducendis nominum etymologiis valde sollicitos fuisse
nemo negabit, nisi qui omnis humanitatis expers erit. Fidem facit vel
unus ille Euripidis tragici locus luculentissimus, in quo nos docet unde
putet nomen Amphionis derivatum, cum illum ait, *παρὰ τὸ ἀμφ' ὁδὸν
γεννηθῆναι*, ex eo quod circa viam natus sit, Amphiona dictum fuisse. Pro
Comicis venit, ut testium expleat numerum, *κωμικὸς κατ' ἐξοχὴν*, Aristo-
phanes, qui quam Euripides Amphionis nominis proprii originationem
dedit, gustare videtur, *οὐκοῦν ἄμφοδος* (inquit) *ὤφειλεν κληθῆναι*, id est,
annon Amphion *ἄμφοδος* dici debuit, quasi natus in via? Chœroboscus
refert in orthographia sua, Ixiona et Doliona (nisi nomen apud etymo-
logum corruptum sit, et pro Δολίων, 'Ωρίων legere debeamus) putasse ex 340
libris quos de etymologiis scripserant, Amphionem non *ἀπὸ τῆς ἀμφὶ καὶ
ἰὼν*, sed *ἀπὸ τῆς ἀμφὶ προθέσεως, κατὰ παραγωγὴν* producto ι licentia poetica,
dictum fuisse. Audi Varronem de Euripide, libro 6, de Lingua Latina:
*Imitari dum voluit Euripidem, et ponere etymon, est lapsus. Nam Euri-
pides, quod Græca posuit, etyma sunt aperta. Ille ait, ideo nomen addi-
tum Andromachæ quod ἀνδρὶ μάχηται.* Nimium quantum tragicum istum
in tradendis nominum propriorum etymologiis pronum fuisse fidem fa-
ciunt innumera, quæ in ejus tragœdiis leguntur; qualia de Polynice
quod sit *νεικέων ἐπώνυμος*, de Pentheo *μὴ πένθος ἐσοίσῃ δόμοις*, de Thyeste
ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου, de Apolline, citante Macrobio, in Phaëthonte,
cap. 17, libri primi Saturnalium,

'Ω χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
ὅθεν σ' 'Απόλλων ἐμφανῶς κλῄζει βροτός.

Æschylus etiam in dandis nominum etymologiis profusus. nam Prome-

theum dictum vult, quod eum oporteat *προμηθέως* ex malis evolvi; et in Persis, dum de Artapherne loquitur, nimis putide et rancide sic dictum putat, quod *φρένας ἔχοι ἀρτάς*. Lepidius, et Persico nomini convenientius, *εὐτραπελέστατος* Comicorum, dum ludit in nominibus Persicis, *Ἀρταβάζου καὶ Ἀρταξέρξου* in Acharnensibus, *Ψευδαρτάβαν* quendam regis oculum fingit, *παρὰ τὴν Ἀρτάβαν τὸ μέτρον*, quod Persicum et Ægyptium nomen est, consentiente vetere enarratore. *Ψευδαρτάβας* quasi falsa mensura.
341 Nec ab etymologiarum deductione abhorruere omnino poetae Latini, testibus Ennio, Plauto, et Ausonio, apud quos passim invenire est similes *ὀνομάτων παραγωγάς*. Narrat Diogenes Laertius in Chrysippo, scripsisse eum undecim libros *ἐτυμολογικῶν* ad Dioclem. Pamprepii *ἐτυμολογιῶν ἀποδόσεις*, Demetrii Ixionis *ἐτυμολογουμένων* libri, Orionis *περὶ ἐτυμολογίας* volumina, item Apollodori, nota ex Athenæo, Suida, et Etymologici autore: apud quem sæpius Demetrius, Ixion, et Orion laudantur. Sed nec Theologi ipsi hanc partem intactam reliquerunt, cum certum sit a Basilio, Gregorio, aliisque patribus præcipuæ notæ, crebras spissasque inspergi cum opus est etymologias: imo, ut illud moneam, ad hoc putem pertinere Philonis librum, *περὶ τῶν μετονομαζομένων*, a Davide Hœschelio primo vulgatum Augustæ Vindelicorum, a Morello deinde Latinitate donatum, et nunc denuo Aureliæ Allobrogum, cum omnibus Philonis operibus novis excusum typis: et Dionysii Areopagitæ *περὶ θείων ὀνομάτων* capita ad Timotheum presbyterum. Didymum quoque in tradendis etymologiis valde solertem fuisse tertio *συμποσιακῶν* didici ab etymologo, voce *σκόλια*: ubi illum hujus verbi *σκόλια* diversas etymologias produxisse refert. Verum illi omnes aliud agendo nominum et verborum etymologias tractarunt. Ex professo vero huic parti incubuere ultimæ antiquitatis autores Suidas, et etymologus, et Suidas quidam, cujus Etymologicum Michaelis Apostolii manu in Creta, *ἀπὸ πρωτοτύπου πάνυ διεφθαρμένου*, (ut ipse testatum reliquit) descriptum, in luculentissima
342 Electoris Palatini bibliotheca servatur. Opus ut ego judico pernecessarium, sed nisi me fallit conjectura, quamvis nunquam in allud inciderim, in glossarii modum potius quam etymologici confectum. In hanc sententiam me duxere varia quæ a Joanne Meursio in Glossario suo Græco-Barbaro ex eo proferuntur fragmenta. quid enim illa præter verba *κατὰ γλώσσας* explicata? Etymologici vero, quod Magnum vocant, autor, cujus nomen adhuc ignoratur, Christianus haud dubie fuit (ut ego quidem conjicio) vel ex eo solo quod *ἀνώνυμος* ad nos pervenerit. Solebant enim antiquitus monachi Christiani libros ut plurimum *ἀνωνύμους* edere, qualia in numerosos autores scholia, *ὑπομνήματα*, et variorum Lexicorum, aliorumque librorum, et poematum consarcinationes; quod ita certo mihi constat adeoque verum est, ut nihil putem verius. Sententiam meam quæ conjectura, et probabilitate tantum nititur, reipsa confirmat singularis in quem incidi apud illum, voce *δεισιδαιμονία* locus;

qui sic habet: *δεισιδαιμονία, λέγεται ἡ πρὸς τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐπιμέλεια.*
ἰστέον ὅτι παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ἐπὶ καλοῦ λαμβάνεται· παρὰ δὲ ἡμῖν τοῖς
Χριστιανοῖς ἐπὶ τῆς ἀσεβείας λέγεται ἡ δεισιδαιμονία. rursus Divi Pauli me-
minit voce *μὴ*, in qua sic loquitur, *ὡς ὁ Παῦλος φησὶν, Ὁ ἐσθίων τὸν μὴ*
ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ μὴ κρινέτω. Antichristum quoque nominare
videtur verbo *ἀντιάνειρα*, quo loci ait, *ὥσπερ Ἀντίχριστον φαμὲν καὶ ἀντί-*
παλον, ut Hesychius, qui voce *τίταν* sic loquitur, *τίταν, παιδεραστὴς, καὶ τὸ*
τοῦ Ἀντιχρίστου ὄνομα. *τ* in *σ*, et *ι* in *α* versis, remanet Satan verum Anti- 343
christi nomen. baptismi etiam meminit cum ait, *βάπτισμα, ἐν ᾧ βάλλεται*
(ἤγουν πίπτει) τὸ πταῖσμα. Accedant præterea ad corroborandam sen-
tentiam nostram verba *σχεὶ, παλαιστὴ, σίκημα, σηλώμ*, in quibus Psalmi 5,
38, 59, 77, allegantur. Ita Hesychius, ut multis argumentis docuit
in animadversionibus ad Athenæum Casaubonus, Christianam religio-
nem professus est: ita etiam Suidas, ut notum est vel his qui nondum
ære lavantur, et patet ex innumeris locis qui apud illum leguntur, maxi-
me ex voce *τύχη*, in qua disertis verbis sic loquitur: *τύχη, παρ' Ἕλλησιν*
ἀπρονόητος κόσμου διοίκησις, ἢ φορὰ ἐξ ἀδήλων εἰς ἄδηλον, καὶ αὐτόματον· οἱ
δὲ Χριστιανοὶ, θεὸν ὁμολογοῦμεν διοικεῖν τὰ πάντα.

De autore autem etymologo postquam pauca monuimus, quid vetat
et de opere, quod Magnum Etymologicum inscribitur, quædam sub-
jungere? cum ista non Læliis, Consentinis (ut Lucilii verbis utar,) non
hominibus in antiquorum monumentis *τριβωνευομένοις*, si loqui sic liceat,
sed litterarum amantibus, et addiscere cupientibus, parentur a tirone,
candide in medium cum opus erit deprompturo quæcumque sibi lectione
varia comparavit, et irrequieto paraturus est (dummodo non deficiant
vires) studio. Totum quod nobis superest opus etymologicum, nihil
aliud est quam sylloge aliorum etymologicorum et Lexicorum, quæ
prius fuerant confecta et compacta ab antiquioribus autoribus, ut Dio-
geniani Lexicon, et Suidæ, quorum alterum, ut refert Hesychius, ex
variis autorum Lexicis, poeticis, rhetoricis, historicis, collectum est, et
in unum coacervatum. Alterum vero non tantum veterum autorum, 344
qui ante vixerant, *λέξεις κατὰ στοιχεῖον* compositas in se continet; sed et
glossas, scholia, et *ὑπομνήματα* in quoscumque scriptores, sive poetæ illi
sint, sive oratores et historici: ut apparebit ex his quæ dicturi sumus
paulo post. Quod autem, ut præmisimus, Etymologicum quod vocant
Magnum, nihil aliud sit quam collectio præcedentium etymologicorum
et Lexicorum, apertissime probatur ex his quæ leguntur in dictionibus
istis *πηλεὺς, ὑπήνη, φασκώλιον, φύλλον, χρέος, ἄτη, ἐδέατρος, ἐδεύετο*, in
quibus *τὸ ἄλλο ἐτυμολογικὸν*, vel *πρῶτον*, et *δεύτερον Λεξικὸν* citantur. Quis
igitur amplius dubitabit opinioni nostræ subscribere, et hodiernum ety-
mologicum *συλλογὴν* dicere, sive potius *ἀνακεφαλαίωσιν* eorum quæ in
præcedentibus etymologicis explicata fuerant? additis de novo qui-
busdam non tantum Romanæ, sed et barbararum quarundam gentium
vocabulis Græco-barbaris. Hæc habebamus in præsens, quæ prome-

remus de Græcis autoribus qui vel per transennam, vel ex professo parti Grammatices quæ versatur in etymologiis incubuere. Plura potuissemus, sed hæc vel extra rem, vel nimis curiose et ambitiose relata fuissent. De Latinis pauca tantum addemus, ne quid in hac tractatione desiderari queat. Testatum reliquit Cicero, Marcum Terentium Varronem omni doctrinæ genere ornatissimum, et qui omnium divinarum
345 humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas, aperuit tribus de lingua Latina prioribus libris, hanc ipsam etymologicam doctrinam professum fuisse: ut et Nonius, et ipsemet Varro in his quæ supersunt asseruere. Quis ignorat Isidorum viginti etymologiarum libros reliquisse? quis Julium Cæsarem Scaligerum, veteribus ipsis anteponendum, de causis linguæ Latinæ libros tredecim? apud Gellium lib. 3. cap. 19. recensentur Gabii Bassi de origine verborum libri, de quibus merito possit dubitari an etymologici fuerint; ubicumque enim verborum origines deducimus, non ibi semper etymologias inquirimus, aliud siquidem origo verbi, aliud etymologia. origo tanquam derivatio quædam est. atque differunt inter se derivatio et etymologia: quod hæc et dictionis originem sive principium atque finem consideret, illa vero principium tantum. Ipsum etymologum autorem habeo, qui sic etymologiam a derivatione distinguit voce *δίκαιος, παρὰ τὸ δίκη δίκαιος· τοῦτο παρὰ τὸ δίχω τὸ διχάζω. ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ δύο ἔχειν· ἡ γὰρ δίκη τὰ δύο μέρη διΐστησιν. ἄλλο δ' ἐστὶ παράγωγον, καὶ ἄλλο ἐτυμολογία. ἡ μὲν παραγωγὴ, κατὰ τὴν ἀρχὴν μόνον θεωρεῖται τῆς λέξεως· ἡ δὲ ἐτυμολογία, κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος. ἢ παρὰ τὸ δίχω, δίχαιος καὶ δίκαιος ἐκ τούτου γίνεται δικαιοσύνη.* Unde, si vera hæc sint, et hanc grammatici regulam admittamus, Jurisconsultorum juris a justitia originem non etymologiam, sed potius derivationem esse recte colligere licebit, et male *δίκαιον* a *δικαιοσύνη*, imo *δικαιοσύνη* a *δίκαιον* oriri debebit: cum *δικαιοσύνη* descendat a *δίκαιον, δίκαιον* a *δίκη, παρὰ τὸ δίχω τὸ διχάζω·* cujus
346 etymologia *παρὰ τὸ δύο ἔχειν* deducitur. Sed nimiam redolent hæc omnia grammaticorum ventosam garrulitatem, quam Jurisperiti rerum potius quam verborum ponderibus, originibus, et litigiis inhærentes, odio plusquam Vatiniano prosequuntur. Transeamus ad alia. Superius diximus verba vel proprie, vel figurate considerari. de verbis *ἰδίως*, sive proprie consideratis egimus, nunc ad *τροπικῶς ἐξεταζόμενα* veniamus. Huc pertinent glossæ, glossaria, *λέξεις*, lexica, *παροιμίαι*, et reliqua ejusdem generis. De parœmiis nihil hic nos proferemus, cum abunde jam de his disputaverit Andreas Schottus, vir doctissimus, in procemio ad Græcorum proverbia, quæ pridem emisit in lucem. De Lexicis maxime propositum nobis est loqui, quia *τούτων χάριν* susceptam fuisse dissertationem hanc negare non possumus. Et ne si diutius in aliis immoremur, servorum more *τὰ κύκλῳ λέγειν καὶ προοιμιάζεσθαι* videamur, non autem *τὰ ἐν πράγματι* explicare: præmissis quibusdam quæ præterire non esset fas, cum ad rem faciant, veniemus statim ad tractationem de Lexicis, eorumque inventoribus et compositione. Non immerito dubi-

tatum fuit inter solertes, et præcipuos in republica literaria viros, an longum constituendum esset discrimen inter glossas et Lexica, aliis quidem hæc inter se distinguentibus, aliis vero confundentibus et permiscentibus. Eruditissimus Casaubonus cap. 6. lib. 3. animadversionum in Athenæum, inter glossas, quocumque modo compactæ essent, et Lexica parum aut nihil discriminis constituere videtur. Autor Polymathiæ cap. 9. ex adverso Lexica quidvis aliud potius quam glossas 347
apud antiquos dicta fuisse probare contendit. Nos erciscundi et mediam quandam viam tenentes, non idem quidem proprie esse Lexica et glossas demonstrabimus, sed καταχρηστικῶς Lexica glossas posse dici, vel e converso glossas Lexica, et sub generali Lexicorum nomine omnia posse comprehendi tam certo docebimus, ut de his non magis dubitare imposterum quis possit quam de illis quæ apud Sagram. Glossæ multifariam accipi possunt, et primo quidem maxime proprie pro dialectorum externarum, et barbarorum vocabulorum explicationibus. Glossam enim Eustathius Iliad. α, ἀπεξενωμένην διάλεκτον interpretatur, ut Clemens Alexandrinus Stromat. 1, ἀπεριλήπτους τὰς βαρβάρων φωνὰς, quas non dialectos, imo glossas dici oportere contendit: quod dialecti dictiones sint, proprium et peculiarem loci cujusdam characterem designantes; vel, vocabula proprium et commune gentis alicujus idioma significantia: ut quinque Græcorum præcipuæ, Attica, Ionica, Dorica, Æolica, Communis. Quod in barbarorum linguis reperiri nequit, quas vere dicere possis πρώτας καὶ γενικὰς διαλέκτους. Dialecti enim, quibus ab initio usi sunt homines, barbaræ fuere, et a natura nomina habuere: unde preces per illas conceptæ δυνατώτεραι, ut jam fassi sunt sapientes omnes, quod nec πολύφωνοι, καθάπερ οἱ παρ' ἀνθρώπων ἑρμηνεῖς, nec percipi possint. Plato in Cratylo, dum vocum πῦρ et ὕδωρ originationem quærit, tandem eo devenit ut barbaras faciat, et a Phrygum, qui proprie barbari sunt, similibus vocabulis descendere credat, ut κύνας. Ex quibus patet quam 348
verum sit, primas hominum dialectos barbaras fuisse, nominaque habuisse incognitæ potentiæ et virtutis. Glossæ igitur barbara et externa vocabula sunt, quæ nemo interpretaretur. γλώσσῃ λαλῶν, 1 Corinth. 14, non tantum simpliciter lingua loquens (ut vulgo vertunt) sed barbare loquens et per glossas, quas nemo percipiat, propter ignorationem δυνάμεως τῆς φωνῆς, unde apposite divinus Apostolus exclamat, διόπερ ὁ λαλῶν γλώσσῃ προσευχέσθω ἵνα διερμηνεύῃ, qui barbare loquitur, non lingua, oret ut intelligi possit: nisi enim barbare et per glossas loqueretur, ad quid orare deberet ex Apostoli præcepto, ut ejus verba percipi et intelligi possent? qui lingua loquitur, dummodo non barbare loquatur, intelligi potest, ergo frustra oraret ut intelligeretur, si, ut vulgares interpretationes habent, verba illa λαλῶν γλώσσῃ interpretemur lingua loquens nude et simpliciter. Varro, scriptor πολυμαθέστατος, libro 6. de Lingua Latina, videtur designare glossas per nomina barbarica, cum

librum Aristotelis citat qui inscribebatur, *nomina barbarica*, id est glossæ Aristotelis; sed tamen quin illo loco legi possit *νόμιμα βαρβαρικὰ* contra
349 Josephi Scaligeri sententiam non contendo. certissimum enim est Aristotelem *νόμιμα βαρβαρικὰ* composuisse, autore Apollonio *ἐν ἱστορίαις θαυμασίαις*, non ut autor Polymathiæ, Theopompo *ἐν τοῖς θαυμασίοις*. non enim Theopompus, sed Apollonius in historiis mirabilibus testatum reliquit, Aristotelem *νόμιμα βαρβαρικὰ* composuisse. Idem Apollonius autor est, Theopompum *θαυμάσια* etiam composuisse: quæ res decepit doctum virum. Cap. decimo laudantur Theopompi *θαυμάσια*, cap. undecimo Aristotelis *νόμιμα βαρβαρικά*. Liceat vero fragmentum quod eruitur ex *νομίμοις* illis *βαρβαρικοῖς* summi Philosophi in medium afferre, quia et lectu jucundum est, et collatum cum alio quod damus ex mirabilibus ejus narrationibus, non parum utilitatis afferre potest scire cupientibus quid proprie *νόμιμα βαρβαρικά*. Ait Apollonius, *Ἀριστοτέλης δὲ ἐν Νομίμοις Βαρβαρικοῖς, τῆς Καρίας σκορπίοι γίνονται, οἳ τοὺς μὲν ξένους πατάξαντες, οὐ λίαν ἀδικοῦσι· τοὺς δὲ ἐπιχωρίους, παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσιν.* Certe longe diversum de serpentibus quibusdam, qui in Mesopotamia visuntur, legisse nos meminimus apud eundem Aristotelem *περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*. illic enim refertur in Mesopotamia Syriæ, et in Istrunte, ex autoritate quorundam, nasci serpentes quosdam qui indigenas non mordeant, exteris vero valde noceant, *ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας*, inquit, *φασὶ, καὶ ἐν Ἰστροῦντι ὀφίδιά τινα γίγνεσθαι, ἃ τοὺς ἐγχωρίους οὐ δάκνει, τοὺς ξένους δὲ καὶ ἀδικεῖ σφόδρα.* Sed emansores sumus: redeamus in viam. Dicebamus Aristotelem *νόμιμα βαρβαρικὰ* composuisse, ut *Τυρρηνικὰ νόμιμα*, quæ laudantur ab Athenæo, glossis quidem valde similia, non ita tamen ut confundi glossæ cum *νομίμοις βαρβαρικοῖς* debeant. Imo ea est opinio nostra, ut glossas a *νομίμοις βαρβαρικοῖς* dissitas et diversas fuisse judicemus,
350 sed ut plurimum inter *νόμιμα* illa, sive barbarica essent, sive Tyrrhenica, sive gentis alterius, quædam glossæ continebantur. *νόμιμα* glossas complecti poterant, non glossæ *τὰ νόμιμα*, stricte sumpto glossæ nomine: in *νομίμοις* enim cujuscumque gentis essent, sive *ἐν τοῖς περὶ νόμων, ἐθῶν*, vel *ἠθῶν*, instituta, leges, et ritus diversorum populorum tradebantur. Quæ omnia non poterant perfici, quin permulta vocabula vulgo incognita, et ad eosdem ritus moresque spectantia, glossematice explicarentur. Unde satis apparet, nos non temere et inconsulto conjicere, confuse in *νομίμοις* ut plurimum glossas fuisse comprehensas, id est explicationes verborum difficiliorum, quæ ad *τὰ νόμιμα* pertinebant tanquam *οὐσιώδη*. Scimus ab autore Polymathiæ multos non tantum *τῶν νόμων, τῶν ἐθῶν, ἢ ἠθῶν* autores et scriptores cap. 9. operis sui recensitos et relatos fuisse, sed etiam *νομίμων*, et *βαρβαρικῶν*, et *τῆς Ἀσίας*, eruditeque ab eo fuisse demonstratum cujusnam argumenti et hypotheseos libri illi essent; quare nihil hic nos repetemus, nec addemus in præsentiarum, veriti ne pro dissertatione, quam pollicemur, librum in-

tegrum componere videamur. Monebimus tantum, inter *νομίμων βαρ-
βαρικῶν* scriptores, præter Theodectem, Phaselitem rhetorem secundum
Suidam, et innumeros alios, etiam adscribendum esse Hellanicum illum
historiographum, tantopere laudatum monumentis qua veterum, qua
recentiorum. Quod nos docuit eruditissimus Etymologici Magni autor
voce *Ζάμολξις*, sed illic hodie legitur *Ἑλλάνικος ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νόμοις*,
pro *νομίμοις*, quamvis non male possit legi *νόμοις*, ut Suidas etiam habet, 351
a quo sua mutuatum esse etymologum nemo negare audebit qui utri-
usque verba contulerit. Lamprias Plutarchi filius in syllabo suo, patris
non tantum *αἰτίας Ῥωμαϊκὰς* recenset, sed et *βαρβαρικὰς*, quod opus,
quantum ego conjicio, non valde a *νομίμοις βαρβαρικοῖς* distare debebat:
in eo enim præter varios mores, et vivendi ritus, multa etiam quæ ad
glossas pertinebant legebantur. Glossæ igitur, ut docebamus, non
tantum barbarorum, sed etiam quorumcumque externorum vocabulorum
ἐξηγήσεις erant, cujus argumenti Dorotheum quendam libros composu-
isse, nobis testatum reliquit Photius Patriarcha in Bibliotheca sua, cum
a se lecta commendat Dorothei *τὰ περὶ τῶν ξένως εἰρημένων λέξεων*, uno
verbo *περὶ γλωσσῶν*. Eæ aliquando permixtim omnia externa, et bar-
bara vocabula, quæ legebantur non tantum apud poetas, oratores, histo-
ricos, sed et philosophos, medicos, aliarumque scientiarum *διδασκάλους*
indiscriminatim, et confuse continebant: quale videtur fuisse opus illud
Dorothei. Aliquando poetarum tantum, aut oratorum, vel philoso-
phorum divisim et separatim, qualia erant Ptolemæi *τὰ παρὰ τῶν ποιητῶν
ξένως εἰρημένα* a Suida laudata. Reliqui qui *περὶ γλωσσῶν* libros compo-
suerant, ut Clitarchus, Nicander Colophonius, Hermonax, Seleucus,
Philetas, Philemon, Timachidas, Amerias Macedo, Philoxenus, Calli-
machus, Pamphilius, Democritus, Simmias Rhodius, a Suida, Etymologo,
Hesychio, et Athenæo laudati, non tantum *τὰ ξένως εἰρημένα* collegerant 352
in glossis suis, ut video plerisque persuasum, maxime Polymathiæ au-
tori, sed et obscuriores, difficiliores, magis abstrusas, ac minus usitatas
voces cujuscumque generis, ut fidem facere possunt multa, quæ ab
Athenæo, Etymologo, Hesychio, et aliis illorum autorum laudantur
fragmenta, quorum quædam postea a nobis referentur. Unde glossæ
non tantum externorum vocabulorum et peregrinarum vocum inter-
pretationes erant, verum etiam Græcarum et quarumlibet aliarum,
dummodo difficiles et minus in usu essent. Galenus in interpretatione
glossarum Hippocratis, quod opus subjectum est Erotiani Lexico, *ὅσα
τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' οὐκέτι ἐστὶ, τὰ
μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι.* Voces, inquit, priscis temporibus usitatas,
quæ nunc in usu esse desiere, glossas vocant. Quintilianus libro I.
cap. I. *interpretationes linguæ secretioris, quas Græci glossas vocant*, et
cap. 8. *glossemata*, id est, voces minus usitatas. Aristoteles libro De
arte poetica, dum de nominum differentia et divisione agit, nominum

alia *κύρια* esse ait, alia *γλώττας· κύρια μὲν, οἷς χρῶνται ἕκαστοι· γλώττας δὲ, οἷς ἕτεροι.* Unde idem nomen et proprium et glossa esse potest: sed non eidem populo, verbi gratia *σίγυνον*, quod est jaculi genus *ὁλοσίδηρον* (ut loquitur Hesychius, apud quem *σίγγυνοι* pro *σίγυνοι*, vel *σίγυνα* legitur) Cypriis proprium nomen et peculiare est (quicquid enarratores Apollonii Rhodii dicant, cum ad quartum Argonauticon commentantur.
353 *ἔστι δὲ καὶ σίγυνος, εἶδος δόρατος, παρώνυμον τῷ ἔθνει.*) Græcis vero *γλῶττα*, id est *ξενικόν*: sic enim hæc interpretari debes ex autoritate ipsius Aristotelis, qui eodem de arte poetica libro ait, *ξενικὸν δὲ λέγω γλῶτταν, καὶ μεταφορὰν, καὶ ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον.* Ex quibus apparet glossas barbarorum primo deinde peregrinorum omnium, sensim vero obscuriorum et non usitatorum vocabulorum interpretationes fuisse. Quarum autores glossographi dicebantur, vel *γλωσσῶν ἐξηγηταὶ*, ultimo enim tandem factum est, ut cum vocabula alicujus autoris difficilia et minus usitata interpretarentur, glossarum hujus vel illius autoris *ἐξηγήσεις* componere dicerentur, ut ex antiquissimis innumeros comperimus *ἐξηγητικὰ* composuisse. Clidemus et Anticlides ab Athenæo et Harpocratione *ἐν ἐξηγητικοῖς* laudantur sæpissime[h]; sed Anticlidis nomen corruptissimum est in Harpocratione, ut a nobis demonstratum est in lectionibus nostris. *Ἐξηγητικὰ* illa a recentioribus *λεξικὰ* dicta fuere, de quibus agemus postea. Hebræi vetustiores ערוה vocarunt ejusmodi scriptorum genera, quasi *στοιχειώσεις*, ob dictionum *κατὰ στοιχεῖον* ordinem. Præter Clidemum autem et Anticlidem, laudantur in monumentis antiquorum *ἐξηγητικὰ* aliorum, sed addito autoris nomine quem explanarunt. Porro illud monitos juvenes velim, in *ἐξηγητικοῖς* antiquorum illorum Clidemi et Anticlidis, non tantum voces antiquas et obsoletas explicatas fuisse, sed etiam mores priscos, instituta, et ritus, *πάτρια*, et *νόμιμα*, ut patet ex Athenæo et Harpocratione multis locis. Illud quoque sciendum est Clidemi præsertim *ἐξηγητικὸν* oratione nu-
354 meris adstricta scriptum fuisse, quomodo et Philetas, et Nicander opera sua instituerant. Laudatur apud Etymologum Apollonius *ἐν ἐξηγήσει τῶν Ἡροδότου γλωσσῶν*, vocibus *σοφιστὴς* et *κωφός*. Exstat etiamnum brevis quædam collectio *τῶν Ἡροδοτείων λέξεων*, quæ a magno illo Apollonii opere truncata et divulsa videtur, ut ex arbore surculus. Laudatur præterea apud eundem Etymologum, voce *ἄμπωτις*, Herodianus *ἐν τῷ περὶ ἐξηγήσεως τῶν λέξεων Ἱπποκράτους*, id est *τῶν γλωσσῶν*. Quod opus non valde dissitum fuisse suspicor ab Erotiani *τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων* synagoge, quam hodie beneficio Henrici Stephani habemus cum *ἐξηγήσει*

[h] *Clidemus, et Anticlides, ab Athenæo et Harpocratione, ἐν ἐξηγητικοῖς laudantur sæpissime*] Ἐξηγητικὰ Clidemi et Anticlidis nullatenus grammatica erant, sed de rebus sacris, ut notavi infra p. 226. Proclus in Hesiodum p. 178. *τὴν ιθ' καὶ ιη' τὰ πάτρια τῶν Ἀθηναίων καθαρμοῖς ἀποδίδωσι καὶ ἀποτροπαῖς, ὡς Φιλόχορος λέγει καὶ.... ἀμφότεροι ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων ἄνδρες.* Sic Hesiodus teste Pausania in Bœoticis scripsit *ἐξηγητικὸν ἐπὶ τέρασι.* VA.

τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν a Galeno confecta. Quod autem glossographi
vocarentur iidem illi τῶν γλωσσῶν autores, docet eruditissime duobus
aut tribus locis Harpocration noster: primo voce κύπασσις, ubi glosso-
graphorum quosdam censuisse refert κύπασσιν, indusii genus esse mas-
culini, alios vero fœminini. secundo vocibus σειρῆνας et φιμοὶ, in quibus
glossographi laudantur: ut apud etymologum vocibus ἀγέρωχος et ἱερὸν
τέλος. Citat etiam Eustathius Iliad. α, γλωσσηματικῶν autores, ut Atteii
Philologi glossematorum libros Festus voce Ocrem, Varro tertio de
Lingua Latina, Charisius et Diomedes grammatici lib. II. sæpius vete-
rum glossas citant: quæ qua forma, quo pacto, et ordine compositæ ac
digestæ fuerint, tum apud Græcos, tum apud Latinos, ex paucis quæ in
medium afferemus exemplis apparebit. Ego non dubito Lucii Cincii
libros de verbis priscis, Santræ de verborum antiquitate, Cloatii Veri, 355
et Hypsicratis verborum a Græcis tractorum συλλογὰς, a Gellio et Var-
rone laudatas, in modum et formam glossarum fuisse conceptas; quam-
vis aliter existimasse mihi compertum sit autorem Polymathiæ, qui hos
omnes autores inter λεξικογράφους recensuisse videtur sine judicio et
discrimine: ut in Græcis multos inter γλωσσογράφους, qui nihil minus
quam glossas composuerant. Hæc si nos ordine distinxerimus, unaque
probaverimus tandem Lexica glossas fuisse complexa, fidem nostram
liberaturos, et studiosis omnibus rem valde gratam et utilem facturos
esse audemus nobis polliceri.

Glossarum variæ differentiæ et discrimina, unius enim separatim
gentis barbaræ, aut plurimarum simul voces interpretabantur: unaque
obsoleta, et minus usitata apud autores quoscumque verba explicabant,
ut ex Glossariis illis quæ nobis supersunt facile colligere licet, in
quibus et vocabula rariora, et voces inusitatæ explicantur: maxime in
glossis illis quæ sub Isidori nomine circumferuntur; in Papia vocabu-
lista, cujus opera doctorum manibus quotidie teruntur, et in glossario
Arabico-Latino, quod exstat in editione glossariorum Bonaventuræ
Vulcanii. Cujus generis ego vidi Ansileubi cujusdam Gothorum Epi-
scopi glossarium, erutum ex veteri codice bibliothecæ Moysaciensis, in
quo multa Gothorum aliorumque populorum barbara vocabula expli-
cantur. Ita etiam in multis Europæ bibliothecis, tum privatis, tum
publicis, infinitos glossariorum autores exstare, et cum blattis ac tineis
pugnare scio: quæ, ut reliqua, plurima continent reconditæ et ab-
strusæ eruditionis. Si gentis unius, tunc proprie glossæ; unde Her- 356
monactis γλῶσσαι Κρητικαὶ apud Athenæum, et Aristophanis γλῶσσαι
Λακωνικαὶ, Diodori γλῶσσαι Ἰταλικαὶ, Artemidori, Aristophanis αἱ ἐπιγρα-
φόμεναι ὀψαρτυτικαὶ γλῶσσαι. At si plurimarum gentium, tunc non
proprie glossæ; sed Lexica, in quibus confuse, deinde ordine alpha-
betico non tantum γλώσσας unius gentis, imo innumerarum, et verba
quælibet obsoleta ac difficilia complexi fuere. Rem totam aperimus

exemplis. Hesychii, Suidæ, et Etymologi opera, quid aliud præferunt
quam Lexicorum species, imo quid aliud re ipsa sunt quam Lexica? et
tamen quis ignorat in Hesychii præsertim et etymologi operibus innu-
meras glossas contineri? ut in Suidæ sylloge et Pollucis *ὀνομαστικῷ*.
Hesychius *ὁ πάνυ* in hoc scribendi genere, præter multa parum usitata,
aut prorsus inusitata verba ex poetis et aliis scriptoribus eruta et
deprompta, *γλωσσηματικὰ* multa habet, non tantum Laconica, Argiva,
Arcadica, Bœotica, Cretensia, Salaminia, Macedonica, Thessalica, Taren-
tina, Syracusana, Sicula, Pamphyliaca, et ejus generis alia innumera,
sed etiam Ægyptiaca, Persica, Lydia, Scythica, Celtica, Hebræa, Chal-
daica, Phrygia, Barbara, aliarumque gentium vocabula, quæ nihil com-
mercii habent cum lingua Græca: imo ei Barbara sunt. Ex innumeris
hæc pauca habe: *Ἄαδα ἔνδεια Λάκωνες. οὕτω καὶ Ἀριστοφάνης ἐν γλώσσαις*,
puta *Λακωνικαῖς*, supra enim vidimus ex Athenæo, Aristophanem gram-
357 maticum glossas Laconicas composuisse: Lacones egestatem Aada
vocabant. *Ἀάναιμα, πολλαχὴ χάρις*, gratia multiplex: vox barbara et
peregrina. *Ἄας, εἰς αὔριον Βοιωτοῖς*, Bœoti cras *ἄας* dicunt. *Ἄβαγνα,
ῥόδα Μακεδόνες*, rosæ apud Macedones *ἄβαγνα* dicuntur. *Ἄβαθ, διδάσκα-
λος Κύπριοι*, Cyprii magistrum vocant *Ἄβαθ*. *Ἀβάκης, ἄβαξ, ἄφωνος, σιω-
πηρὸς, καὶ ὄνομα ἀρχιτεκτονικὸν, ὃ Σκύθαι λέγουσιν ἄνδρα καλεῖν*, hæc Œdipo
opus habent. *Ἄβι, ὑπὸ Σκύθαις εἴρηται. ἄβιε, ἔβαλλον. Σκύθαι*, prius
fortasse explicandum per posterius, *ἄβι ἄβιε* apud Scythas *ἔβαλλον* signi-
ficat. *Ἀβίλτακα, μνήμονα Πέρσαι*, Persæ memorem *ἀβίλτακα* nominant.
Ἀβλαβύνιον, σειρὰ πλεκομένη παρ' Αἰγυπτίοις, ἐκ βίβλων πρὸς κάθαρσιν οὖσα,
Ægyptii funiculum ex papyro contextum ad purgandum *ἀβλαβύνιον*
vocant. *Ἄβουτον. τὴν δουλείαν Ἀργεῖοι*, servitus ab Argivis *ἄβουτος*.
alibi *βιορρὸν* vocat. *βιορρὸς*, inquit, *δουλεία*. *Ἀβράνας, Κελτοὶ τοὺς Κερκο-
πιθήκους*, Celtæ Cercopithecos *ἀβράνας* nominant. *Ἀβωβὰς, ὁ Ἄδωνις ὑπὸ
Περσαίων*. melius forte *Περγαίων*, vel *Περσῶν*. a Pergæis, vel Persis
Adonis abobas dictus. *Ἀγαλλήτορα, παῖδα Τυρρηνοί*, Tyrrheni puerum
Ἀγαλλήτορα vocant. *Βαιθὴν, οἶκος θεοῦ*. lege *Βαιθὴλ* domus Dei: Suidas
optime, *Βαιθὴλ, θεῖος ναός*. Apud Hebræos scilicet בית־אל domus Dei.
בית enim apud illos domus, אל vero Deus: eadem forma illi dicun
בית־שמש domus solis, ut apud Arabes *Βαίσαμψα* domus solis. Bæ-
sampsa civitas in Arabia, juxta mare rubrum, quæ Arabice domum
solis significat. Stephanus, *Βαίσαμψα, πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ, παρὰ
τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὃ ἐστιν οἶκος Ἡλίου*. Idem Stephanus, *Σάμψα,
358 κώμη τῆς Ἀραβίας σάμψα δὲ παρὰ τοῖς Ἄραψιν, ὁ Ἥλιος*. unde apud Epi-
phanium *Σαμψαῖοι ἑρμηνεύονται Ἡλιακοί*. Hebræi igitur *σάμες*, Arabes
σάμψα solem dicunt, et domum solis *βαίθσαμες* Hebræi, Arabes vero
βαίσαμψα. vides paritatem. *Βαισήνης, παρ' Ἰνδοῖς τὸ στρατόπεδον, βαίσηνος
ὁ στρατός*. Indi castra *βαισήνην* vocant, exercitum vero *βαίσηνον*. *Βαιῶτις,
Ἀφροδίτη παρὰ Συρακουσίοις*, apud Syracusios Venus *Βαιῶτις* dicta. *Βέκος*,

ἄρτος ἢ ἄβητος Φρύγες. ἄβητος illud non intelligo, quare corrigo ego ἀνόητος: ex ν et ο facile conflari potest β, ut sæpissime in manu exaratis codicibus duæ illæ litteræ inter se colligatæ sunt hoc modo νο. Phryges igitur autore Hesychio panem βεκὸν dicunt, vel adhuc βέκος stultum potest significare. idem Hesychius paulo post, βέκος, ἀνόητος. Quod autem Phryges panem sic vocitent, patet ex Herodoti Euterpe, ubi integra de Psammeticho Ægyptiorum rege, quinam primi hominum fuissent probare volente, historia refertur. Hunc consule, ut et enarratores Apollonii Rhodii ad illud 4. Argonauticorum, οὔτι δέ πω Δαναῶν ἱερὸν γένος ἦεν ἀκοῦσαι, Comici scholiastem ad vocem βεκκεσέληνε, et Suidam eadem voce. Adverte vero quosdam βὲκ, quosdam βεκὸς, vel βέκκος scribere. Βένδις, ἡ Ἄρτεμις, θρακιστί. παρὰ δὲ Ἀθηναίοις ἑορτὴ Βενδιδία. Diana, inquit, a Thracibus Bendis dicitur; at ab Atheniensibus Bendidia festum. Βίσταξ, ὁ βασιλεὺς παρὰ Πέρσαις, rex, Bistax apud Persas. Βαλλὴν, βασιλεὺς Φρυγιστὶ, Phryges regem βαλλὴν dicunt: barbara vox illa est Phrygum. Sextus Empiricus cap. 17. lib. 1. οὔτε γὰρ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες ἰὼ βαλλὴν λέγοντες, ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι φρυγιστὶ, ἀλλὰ παρ' ἄλλων ἀκούσαντες. Quæ verba 359
a nobis eruta sunt ex codd. manuscriptis bibliothecæ regiæ. Adverte autem Hesychium, et Sextum Empiricum, ἰὼ βαλλὴν Phrygiam esse dialectum existimare, nam invenio Euphorionem Thuriis hoc vocabulum tribuisse: autore Schol. Æschyli in Persis 657. Ait ille ad hæc Æschyli[1] ἠὲ βαλλὴν, ἀρχαῖος βαλλὴν, Βαλλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται· Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον, ὅθεν καὶ βαλλιναῖον ὄρος, ὅ ἐστι βασιλικόν. Plutarchus de fluminibus ad ea alludit, cum in Sagari ita loquitur: παράκειται δὲ αὐτῷ ὄρος Βαλληναῖον καλούμενον, ὅπέρ ἐστιν μεθερμηνευόμενον βασιλικὸν, τὴν προσηγορίαν ἔχον ἀπὸ Βαλληναίου τοῦ Γανυμήδους καὶ Μηδησιγίστης παιδός. οὗτος γὰρ τὸν γεννήσαντα θεασάμενος ἀποτηκόμενον τοῖς ἐγχωρίοις καὶ βαλληναῖον ἑορτὴν κατέδειξεν μέχρι νῦν καλούμενον. γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος καλούμενος Ἀστήρ. οὗτος εἴωθεν νυκτὸς βαθείας πυρὸς δίκην λάμπειν, τοῦ φθινοπώρου τὴν ἀρχὴν λαμβάνοντος· προσαγορεύεται δὲ τῇ διαλέκτῳ τῶν ἐγχωρίων Βαλλὴν, ὅπερ μεθερμηνευόμενον ἐστὶν βασιλεὺς, καθὼς ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Κύπριος ἐν β' Φρυγιακῶν. Rursus Hesychius: Βαιᾶγις, ἑορτὴ παρ' Ἀσσυρίοις, ὡς Λέων ὁ Ἀλαβανδεὺς ἐν τρίτῳ. Assyriorum festus dies quidam βαιᾶγις vocabatur, teste Leone Alabandæo in tertio operis sui. Βαβυκὼς, πελεφὰν, ὡς Φιλήτας, Ἀμερίας, βαυκάλας. Laudantur hic duo glossographi Philetas et Amerias, sed in reliquis Davus sum. Βάννας, βασιλεὺς παρ' Ἰταλιώταις. οἱ δὲ, μέγιστος ἄρχων. Italiotæ regem Βάνναν vocant, alii vero supremum magistratum. Ῥάνα, ἄρνα, Ῥωμαῖοι βάτραχον, Rana Romani, βάτραχος. Ῥαῖκος. Ἕλλην, Ῥωμαῖοι δὲ τὸ γ προσθέντες, Γραῖκόν φασι. Ergo vox Græcus Romana descendit a voce ῥαῖκος Græca. Ῥαμὰς, ὁ 360
ὕψιστος θεὸς, rursus ῥαμὰ, ὑψηλὴ, hæc lucem accipiunt a verbis Philonis

[1] *Æschyli*] Eustathius in Ὀδ. υ, ubi et Plutarchum de fluminibus citat. VA.

apud Stephanum voce *Λαοδίκεια.* *Λαοδίκεια,* inquit, *πόλις τῆς Συρίας, ἡ πρότερον Λευκὴ ἀκτὴ λεγομένη, καὶ πρὸ τούτου Ῥάμιθα. κεραυνωθεὶς γάρ τις ποιμὴν ἔλεγε ῥάμανθας, τουτέστιν ἀφ᾽ ὕψους ὁ θεὸς, ῥάμαν γὰρ τὸ ὕψος, ἄνθας δὲ ὁ θεός. οὕτω Φίλων.* Innumera alia ex Hesychio depromere possem, ut probarem integros illum veterum *γλωσσογράφων* libros in Lexicon suum transfudisse; sed et lectori fastidium parerem, et nunquam dicendi et scribendi finem facerem, tot enim mihi sese offerunt commoda, et opportuna ad stabiliendam sententiam meam, ut ex his non dissertationem, sed integrum volumen conficere potis essem. Venio ad Etymologum, in cujus opere, ut paucis multa complectar, vocabula innumera, vigintiquinque aut triginta diversarum nationum et populorum, qua afferuntur, qua glossematice explicantur. Illic legas voces Alexandrinorum, Apolloniatarum, Ambraciotarum, Arcadum, Arabum, Bithynorum, Bœotorum, Chiorum, Cnidiorum, Corinthiorum, Cretensium, Cypriorum, Cytianorum sive Cyrenæorum, Ephesiorum, Eretriensium, Gortyniorum, Hermionensium, Laconum, Lyciorum, Lydorum, Macedonum, Megarensium, Mesapiorum, Meseniorum, Nicaëntium, Oropiorum, Pamphyliorum, Pergæorum, Phrygum, Ponticorum, Rheginorum, Rhodiorum, Samiorum, Siculorum, Syracusano-
361 rum, Thessalorum, Thracum, Trœzeniorum, Italorum et Romanorum, Indorum, Persarum, Phœnicum sive Pœnorum, Syrorum, et Turcarum. E multis si pauca desideres audire, hæc asserentur exempli gratia. *Γάδαν* apud Phœnices quod ex parvis et minutis ædificatum est significat, unde autore Claudio Julio *ἐν ταῖς Φοινίκης ἱστορίαις,* Archalous Phœnicis filius *Γάδειρα* civitatem nominavit Phœnicum dialecto: alia hujus nominis derivatio est, nimirum *γάδειρα* in plurali dici, *ἀπὸ τοῦ γῆ καὶ τοῦ δειρὰ* quasi *γῆς δειρά.* *Γάδειρα* enim *γῆς ἐξοχή ἐστιν,* sed arridet prior. *Δεῖνον* Indi regem vocant autore Juba, unde Dionysus pater *Δεύνυσος* dictus, quod Nyssæ rex fuerit. sic vocatur ab Anacreonte, *πολλὰ δ᾽ ἐρίβρομον Δεύνυσον,* *ι* verso in *ε* fit *Δεόνυσος*: quomodo pronuntiant Samii, et contractione *Δεύνυσος,* quomodo Indi: hæc vera nominis *Διόνυσος* etymologia. consule voces *Δεύνυσος* et *Διόνυσος.* Syri bovem *θῆβαν* vocant, unde Thebæ dictæ sunt quas Cadmus condidit, cum sororem quærenti oraculum respondit, *κατοικῆσαι ὅπου ἡ βοῦς ἑαυτὴν καταθήσει,* vel si nolis a Syro vocabulo dictas Thebas, saltem fatearis necesse est sic vocatas a Thebe Metopes filia, Asopi uxore: a qua civitas et cives, Thebæ Thebani, dicti fuere, ut se legisse fatetur etymologus in scholio ad Pindari *ἐπινίκιον ὕμνον,* Agesiæ Syracusano dictum. Alias scio Thebarum urbis originationes et derivationes a doctis quæsitas, ut a Scaligero in Varronem de Re Rustica, et Casaubono in Athenæum, quos consules, sed hæc autoritate non caret. *Κοῦρον* Persæ solem vocant,
362 unde *Κόρος* Persarum antiquus rex Solis nomen habet. ita censet Orus apud Etymologum voce *κόρος.* vide verba *ἀγγάρους, σχοινίον, ἐγκεκορδυλη-*

μένος, *ἀλεκτορὶς*, et alia. Τούδουνοι a Turcis *τοποτηρηταὶ* vocantur, vide vocem Τούδουνοι apud illum. Ἀζὴν Phryges barbam vocant, vide verbum *ἀζήν*. Ἄκος medela *παρὰ τὴν ἀκὴν*, *ἀκὴ* enim proprie ferri acies, et ex illa medela *ἄκος* dicitur, unde et medicum Phryges *ἀκεστὴν* vocant. Orion autor apud Etymologum voce *ἄκος*[k]. Palamedes etiam historicus ille qui Comicorum voces in unum coegerat, et Lexicon Comicum composuerat, testatur apud eumdem *ἁρμὰν* Phrygum dialecto bellum significare, unde forte *ἁρμάτειον μέλος* dictum fuerit. vide vocem *ἁρμάτειον μέλος*. Susium unguentum *κρίνινον* Græci vocant: lilia enim, quæ herbarii vulgo vocant *des martagons*, *σοῦσα* vocantur a Phœnicibus: Phryges vero lilium *σοῦσον* dicunt, unde Susa civitas forte, *ἀπὸ τῶν περιπεφυκότων κρίνων*· nam *σοῦσα λείρια* dicuntur vel ex eo quod sit equis idonea: *σουσίας* enim Syri equos appellant. Plura referre possem tum ab etymologo et Hesychio, tum etiam a Suida et Polluce petita: a Suida maxime, quem certissimum est integrum Julii Sophistæ opus, cujus epigraphe sic concipiebatur, *ἐπιτομὴ τῶν Παμφίλου γλωσσῶν ἐπὶ βιβλίων ἐνενήκοντα ἑνὸς*, descripsisse. Sed me alia vocant. Susceperamus demonstrandum veterum glossas, earumque autores non ita a Lexicis et Lexicographis distinctas et diversas fuisse, quin aliquando in Lexicis multa quæ ad glossas pertinebant legerentur et invenirentur. Hoc a nobis satis diligenter peractum est: videamus jam, quid discriminis esset inter Lexica et glossas, Lexicographos et glossographos. Lexica, quæ vulgo vocant 363
dictionaria, vel peculiari aut privatæ dialecto, et linguæ, vel scientiæ, arti et autori addicta erant, vel omnium gentium quorumlibet autorum: omnium ferme scientiarum, et artium verba, sive *ὀνόματα* complectebantur. Si de privata tantum aliqua dialecto, vel cujusdam scientiæ verbis, aut autoris vocabulis agerent, et quæ ex illis difficilia et obsoleta erant explicarent, non amplius Lexica sed glossæ erant: quod valde notandum est, ut sciant omnes discrimen quod constituere debent inter glossas et Lexica. Quod si omnes voces, et faciles et difficiles, et usitatas et inusitatas, et remotas et vulgares exponerent, tunc proprie Lexica erant: imo etsi tantum alicujus autoris propria et peculiaria verba, vel cujusdam gentis et populi loquendi genera, dummodo non usitata minus et obsoleta illa essent, colligerent, adhuc tamen Lexica componebant. Qualia ab ipso initio constructa fuisse verisimile est. Non enim statim atque Critici huic scribendi generi se applicuerunt, Lexica confecere, in quibus plurium dialectorum, plurium scientiarum, et autorum voces explicarentur: sed vel unicæ dialecto se addixere, vel unico autori et scientiæ. Verbi gratia, dictiones Atticas alii tantum interpretati sunt, alii Doricas, alii Æolicas, alii Ionicas, alii communes, alii diversas dialectos et linguas, ut Romanas, et sic de reliquis. Ita legimus

k *Orion autor apud Etymologum V. ἄκος*] Et Eustath. Ἰλ. φ. p. 1254. VA.

Philemonis Ἀττικὰς λέξεις, Longini Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις. Ælii Dio-
364 nysii, Irenæi περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων, apud Suidam: Nicandri Thyatireni,
et aliorum περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων apud Athenæum et Harpocrationem.
Aristophanis Grammatici περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων apud Erotianum voce
ἄμβην. Laudat etymologus Irenæi Lexicon Atticum verbis κομψὸς et
ὑπηρέσιον. Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς ἐν τῷ κ' στοιχείῳ laudatur, et Ister ἐν τῇ
συναγωγῇ τῶν Ἀτθίδων voce ἐπενεγκεῖν δόρυ: sed vereor ne opus illud
potius collectio esset rerum Atticarum, quam dictionum. Vide Harpocrationem hoc verbo, ex hoc enim fonte bibit etymologus. Viri docti
Istri dictionum Atticarum collectionem citari illo loco apud etymologum
existimavere: ego e contra. Vide quæ ad Harpocrationem notamus
voce ἐπενεγκεῖν δόρυ. Photius Patriarcha in bibliotheca sua, Ælii Dionysii Halicarnassei decem dictionum Atticarum libros commendat, ut et
Pausaniæ Atticum Lexicon, quod idem fuisse existimo cum συναγωγῇ
Ἀττικῶν ὀνομάτων, ab scholiaste Thucydidis lib. 6. voce περιεκόπησαν τὰ
πρόσωπα laudata. Galenus testis est composuisse se de dictionibus
Atticis 48. libros. Suidas Pollionis Alexandrei Ἀττικῶν λέξεων συναγωγὴν
κατὰ στοιχεῖον, Pacati περὶ συνηθείας Ἀττικῆς κατὰ στοιχεῖον, Luperci Berytii Ἀττικὰς λέξεις nobis commemorat. Citantur Atticismi sæpius apud
Harpocrationem, sed illic legitur male aliquando Ἀττικιανοὶ pro Ἀττικισμοὶ, Attici vel Atheniensis apud Pollucem et Etymologum. Mœris
Atticista laudatur a Photio, quem librum dicunt exstare in Vaticana
summi Pontificis bibliotheca. Exstant etiam hodie Phrynichus et
365 Thomas Magister de dictionibus Atticis, quorum alter, Phrynichus
nimirum a Nunnesio Hispano et Hœschelio Germano illustratus fuit:
alter vero adhuc vindicem suum quærit. Philoxenus ἐν τῷ περὶ Ἰάδος
διαλέκτου citatur apud Etymologum vocibus κορυφὴ et κρόσσας. Laudat
Athenæus libro 9. et aliis Appionem quendam περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου, Demetrium περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου, et Moschi ἐξηγήσεις
τῶν Ῥοδιακῶν λέξεων. Etymologus Irenæum ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων
διαλέκτου, voce Πυδαρίζειν. Philoxenum ἐν τῇ περὶ Ῥωμαίων διαλέκτου, voce
Κορώνη. Aut unius autoris verba suscipiebant explicanda et colligenda
in unum, ut legimus Appionem primum, et Apollonium Archibii filium,
Homeri dictiones collegisse, Longinum libros περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ
σημαινουσῶν λέξεων teste Suida: Cratinum epitomen τῶν Βασιλείδου περὶ
Ὁμηρικῆς λέξεως teste Etymologo voce ἀρίζηλος, apud quem etiam Lexicon
Ἰλιάδος, et Lexicon τῆς α' Ἰλιάδος vocibus Λαὸς et Τάλαντον citantur.
Erotianus in præfatione Lexici sui Aristarchum, Apollonium Cittieum,
Aristoclem, Bacchium, Philinum, Callimachum, Xenocritum Coum,
Hippocratis vocabula interpretatos esse refert. Photius de Timæi
Lexico, περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων, sic loquitur, ἀνεγνώσθη Τιμαίου πρὸς
Γεντιανὸν περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων κατὰ στοιχεῖον βραχὺ ποιημάτιον ἐν
ἑνὶ λόγῳ. Audi eundem de Boëtho, ἀνεγνώσθη δ' ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει καὶ

Βοηθοῦ λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον, πολλῷ Τιμαίου συναγωγῆς χρησιμώτερον· προσφωνεῖ δὲ Μελάντᾳ τινὶ τὸ συνταγμάτιον. Idem Boëthus, teste Photio, alterum opusculum conscripserat Athenagoræ nuncupatum, 366
cui titulus erat, *περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων.* Suidas Evagoræ libros *τῶν παρὰ Θουκυδίδῃ ζητουμένων κατὰ λέξιν* recenset. Harpocrationis Argivi Philosophi *λέξεις Πλάτωνος ἐν βιβλίοις, δυσίν*: Harpocrationis Gaii Sophistæ *περὶ τῶν Ἀντιφῶντος σχημάτων, περὶ τῶν Ὑπερίδου καὶ Λυσίου λόγων.* Aut separatim Poëtarum Tragicorum et Comicorum tantum voces enarrabant, ut Theo et Didymus, et Palamedes historicus *τὴν κωμικὴν λέξιν συναγαγὼν*, apud etymologum voce *ἁρμάτειον μέλος*. Fertur Galeni liber singularis de vocibus quæ sunt Comicis propriæ: *Κωμικὴ λέξις σύμμικτος*, apud scholiastem Apollonii Rhodii, p. 210. editionis Henrici Stephani. Aut omnium poetarum simul, ut Pollio et Diogenianus, de quibus Photius. Aut historicorum, ut apud Athenæum lib. 15. Parthenius *περὶ παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων.* Aut alicujus dicendi et scribendi generis vocabula omnia in unum componebant: quale videmus apud Photium laudari Lexicum *τοῦ πολιτικοῦ λόγου, σεμνῆς ἰδέας, καὶ καθαρᾶς ἰδέας.* Certe Galenus in syllabo *τῶν ἰδίων βιβλίων* testatur se scripsisse libros quinque *τῶν παρ' Ἀριστοφάνῃ πολιτικῶν ὀνομάτων*, libros tres *τῶν παρ' Εὐπόλιδι πολιτικῶν ὀνομάτων*, libros duos *τῶν παρὰ Κρατίνῳ πολιτικῶν ὀνομάτων.* Tranquillus quidam librum *περὶ βλασφημιῶν* composuerat, laudante etymologo voce *ἀρχολίπαρος*. Suidas illius libri aliter concipit epigraphen, *περὶ δυσφήμων λέξεων ἤτοι βλασφημιῶν.* Cujus argumenti etiam Lexicon composuisse Phrynichum Arabium refert Photius, cum opus illud magnum *σοφιστικῆς παρασκευῆς*, triginta septem libris 367
constans, ita divisum fuisse et ordinatum asserit, ut vocum aliæ oratoribus tribuerentur, aliæ familiari aptarentur sermoni, nonnulla etiam vocabula convitiis subservirent et amatoriis suavitatibus. Eulogius scholasticus *ἐν δυσκλίτοις ῥήμασι* apud Etymologum voce *χέω* laudatur. Aut rhetorum simul omnium voces componebant in unum: quomodo Zosimum Gazæum refert Suidas *λέξεις ῥητορικὰς κατὰ στοιχεῖον* collegisse. hinc Lexica illa rhetorica toties apud Eustathium et Etymologum laudata. Cavendum enim est ne cum apud illos autores Lexica rhetorica citantur, ut apud Eustathium semper *Λεξικὸν Ῥητορικὸν*, vel apud Etymologum *Λεξικὸν Ῥητορικὸν πρῶτον καὶ δεύτερον*, de Harpocrationis Lexico mentionem fieri existimemus; de aliis Lexicis loquuntur autores illi, quæ non tantum ut Harpocrationis dictionarium ex decem rhetorum maxime orationibus collecta erant, sed omnium quotquot exstiterant, voces et loquendi modos complectebantur. Hoc certissimum est, ut testantur infiniti loci in quibus Lexica illa rhetorica citantur, ubi de nullo vocabulo agitur quod apud Harpocrationem inveniatur; si quædam excipias, quæ in Etymologo leguntur ad Harpocrationem pertinentia, et ex ejus Lexico eruta, quod monemus nos multis in locis

notarum nostrarum. Laudat præterea Etymologus Philonis cujusdam Ῥητορικὸν λεξικὸν voce δέμας. Aut decem rhetorum coryphæorum voces
368 ordine alphabetico colligebant tantum. Decem rhetores primi illi sunt quorum vitas Plutarchus composuit, unde sua expiscatus est Photius, de quibus diserte Quintilianus libri decimi capite primo: *Sequatur oratorum ingens manus, cum decem simul Athenis ætas una tulerit: quorum longe princeps Demosthenes ac pene lex orandi fuit.* Alii fuere secundi decem rhetores, e quorum numero recensere possumus Nicostratum[1] illum Macedonem rhetorem, qui tempore Marci Antonini vixit, Aristidis, et Dionis Chrysostomi coætaneum, ut et Papiniani Jurisconsulti, quem consuluisse super donatione sibi a quodam μαθητῶν suorum, cui nomen Aquilius Regulus, facta, patet ex l. 27. Aquilius Regulus De donationibus, D. Nec tibi persuadere debes de decem primis rhetoribus loqui voluisse Suidam, cum ab Antipatro hac eadem voce, petitos fuisse τοὺς δέκα ῥήτορας asseverat. Illic enim tres tantum e legitimis decem rhetoribus primis numerantur, Lycurgus, Demosthenes, et Hyperides: reliqui potius demagogi quam oratores. Præterea Ister et Duris apud Plutarchum in vita Demosthenis, referunt non ab Antipatro, sed ab Alexandro petitos fuisse demagogos illos, quos numero fuisse octo tantum dicunt. Ex sententia quorundam auctorum, decem quidem fuisse certissimum est: sed nemo quod sciam præter Suidam, Antipatro tribuit, quod Alexandro concedendum erat. Aut igitur peculiariter decem illorum rhetorum verba interpretabantur et res, quale opus
369 Phrynichum τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων reliquisse testatur Suidas, qualia etiam legisse se asserit Photius, Juliani, Philostrati Tyrii, et Diodori Valerii λεξικὰ τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι. De quibus illum consule diligenter. Suidas verbo Πωλίων Valerium Diodorum Teleclei discipulum et Pollionis Philosophi filium, ἐξήγησιν τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι composuisse testatum reliquit. Damus nos etiamnum hodie Harpocrationis λεξικὸν τῶν δέκα Ῥητόρων: sic concipitur epigraphe hujus libri in omnibus manu exaratis codicibus. Suidas habet λέξεις τῶν δέκα Ῥητόρων. nam quod subjungit de ἀνθηρῶν συναγωγῇ, alio pertinet, ut latius demonstrabimus in præfatione notarum nostrarum. Descripsere autem ferme integrum istud Lexicon Suidas et etymologus, truncatis ut plurimum et resecatis rhetoricorum operum ἐπιγραφαῖς, et autorum nominibus, e quorum monumentis vocabula quæ explicantur eruta sunt. Quod vero de Juliani decem rhetorum Lexico prædicat in bibliotheca sua Photius, nos de Harpocrationis nostri Lexico vulgo usurpare solemus, Ἑρμηνεύειν scilicet illud, τῶν παρ' Ἀθηναίοις ῥητῶν τὰ ὀνόματα, καὶ εἴτε

[1] *Nicostratum*] Suidas in Νικόστρατος Μακεδών. ῥήτωρ. ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσι δευτέροις δέκα ῥήτορσι etc. Hi decem posteriores Rhetores sunt Nicostratus, Dio Chrysostomus, Aristides, Polemo Aristidæ magister, et alter Polemo Rhetor, qui sub Commodo vixit. Ejusdem meminit Hermogenes. Itaque diversus videtur ab eo, qui Papinianum consuluit. VA.

καθ' ἱστορίαν ἰδιάζουσαν αὐτοῖς οἱ ῥήτορες παρειλήφασιν, ἢ κατά τι πάτριον ἔθος ἀπεχρήσαντο. Aut denique ex omnibus his peculiaribus Lexicis, de quibus jam egimus, magnum aliquod opus componebant: in quo complectebantur diversarum gentium, diversorum autorum, tum rhetorum, tum philosophorum, tum historicorum, tum poetarum voces, et omnium scientiarum ac artium verba. Ut Helladii Lexicon, quod nobis tam magnæ molis expressit Photius, ut illud Lexicorum πολυστιχώτατον
vocet, maximum dictionariorum. Integrum opus quinque justis volu- 370
minibus contineri non poterat, ideoque asserit Photius se illud in partes septem divisum nactum esse. Suidas Helladium illum Alexandreum grammaticum tempore Theodosii junioris viguisse, et λέξεως παντοίας χρῆσιν κατὰ στοιχεῖον composuisse narrat. Unus ille est e quorum scriptis Suidæ Lexicon collectum fuit. Pamphilus etiam composuerat λειμῶνα λέξεων ποικίλων περιοχὴν βιβλίων ἐνενήκοντα πέντε. opus illud nonaginta quinque libros complectebatur, verum ab elemento ε usque ad ω Pamphili tantum collectio erat, ante illum enim Zopyrio quidam ab α usque ad ε opus digesserat. Laudatur adhuc apud Suidam Eudemus rhetor περὶ λέξεων κατὰ στοιχεῖον. laudatur et Cæcilii Siculi ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοιχεῖον, Longinus Cassius ἐν λέξεσι κατὰ στοιχεῖον. Legimus apud Suidam, Eugenium Αὐγουστοπόλεως τῆς ἐν Φρυγίᾳ παμμιγῆ λέξιν κατὰ στοιχεῖον reliquisse. De hoc Stephanus, sive potius ejus epitomator et mutilator Hermolaus Byzantius voce ἀνακτόρεια. Εὐγένιος (inquit) ὁ πρὸ ἡμῶν τὰς ἐν τῇ Βασιλίδι σχολὰς διακοσμήσας, ἐν συλλογῇ λέξεων. Suidas laudat Palamedis ὀνοματολόγον, Diogenes Laërtius Zenonis et Posidonii περὶ λέξεων libros, Erotianus verbo λάσιον Artemidorum περὶ λέξεων. Apollonius ῥητὸν composuerat tanquam dictionarium, quod notatur a Zenobio teste etymologo voce ἀήθεσσιν. Confecerat et Georgius Chœroboscus ῥηματικὸν, quod laudatur ab etymologo voce θρέψας. Citatur
et apud illum Clitarchus Æginetа Λεξικογράφος voce γάργαρος, Deme- 371
metrius pugil ἐν τῷ περὶ διαλέκτου voce μώλωψ, Aristocles ἐν τῷ περὶ διαλέκτου voce κῦμα, Diogenis Lexicon vocibus ἀλάβαστρον, δαιτυμόνες, δράξων, Herodianus ἐν ὀνομαστικῷ, voce ὑπερκύδαντας. Hesychius grammaticus Alexandreus in epistola ad Eulogium socium suum, refert Diogenianum quendam diligentissimum et versatissimum hominem, post Appionem, Aristarchum, Heliodorum, Apollonium, Didymum, Theonem, aliosque præclaros viros, omnes quæ inveniebantur in operibus illorum voces collegisse, simulque ordine alphabetico direxisse; non tantum Homeri, Tragicorum, Comicorum, et Rhetorum dictiones, sed etiam eas quæ apud Medicos, Historiographos, leguntur: nullamque ex veteribus dictionibus, et iis quæ tempore quo vivebat inventæ fuerant, et de novo compositæ prætermisisse: in principio etiam uniuscujusque præposuisse illum trium aut quatuor elementorum ordinem, quo facilius quæ quærere vellent verba lectores et expeditius invenirent: et tandem quæcumque

nancisci proverbia potuerat una retulisse, inscriptione hac voluminibus suis adhibita *περιεργοπένηται*, ac si non divitibus solis, sed et pauperibus illa inservire, et instar præceptorum esse deberent. Post illum ipsemet Hesychius in hoc scribendi genere Græcorum doctissimus, gloriatur se comparatis Aristarchi, Appionis, Heliodori voluminibus, ut et Diogeniani quæ primum et maximum *πλεονέκτημα* dici poterant, hæc omnia propria manu descripsisse *μετὰ πάσης ὀρθότητος, καὶ ἀκριβεστάτης γραφῆς*,
372 juxta Herodiani grammatici normas, nullamque quæ in illis legeretur dictionem reliquisse, imo multas quæ non exstabant, nec legebantur, illic addidisse: et Lexicon suum hoc pacto composuisse, datis de novo parœmiarum hypothesibus (proverbia enim Diogenianus *ψιλῶς καὶ ἄνευ ὑποθέσεως* in operibus suis retulerat, teste Hesychio: quod tamen falsum esse apparet ex ejus proverbiis recens editis ab Andrea Schotto, doctissimo viro, in quibus præter hypotheses, multa alia quæ ad proverbiorum explicationem plurimum conferunt, contineri nemo negare ausit.) Et additis dictionibus quamplurimis autoritate carentibus, id est nomina autorum qui usi illis erant non habentibus, nec inscriptiones librorum e quibus exhaustæ fuerant. Reliquerat etiam idem Diogenianus multas *πολυσήμους*, inexplicatas et intactas, non adhibitis autorum testimoniis ad demonstrandas diversas illarum significationes; quæ omnia exsequutum esse se testatur in procemio Lexici sui Hesychius. Quare frustra sunt illi qui adhuc quærunt hypotheses proverbiorum, quas pollicetur; exstant enim in ejus Lexico permixtim et conjunctim ubicumque proverbium affertur. Equidem in eo opere memini tantum in quædam proverbia incidisse me, quæ nullam habent hypothesem. hæc indicata sunt a nobis in notis voce *ἐπακτροκέλης*, sicque habent: *ἐπακτρίς. παροιμία, δοῦναι μὲν εἰς ἐπακτρέων, λαβεῖν δὲ μή. καὶ οἱ κυνηγοὶ ἐπακτρεῖς.* Ἡ *χάραξ τὸν ἄμπελον.* Quin alia multa etiam sine hypothesibus allata sint non dubito, quæ quisque pro diligentia et studio notare poterit. Con-
373 sule proverbium *ἐξ ὄνυχος*, quod etiam hypothese indiget. et *Ἄρης τύραννος*, ubi nulla hypothesis, sed proverbium nudum affertur, et sexcentis aliis. Quod autem nos vocamus hypothesem, hoc Suidas proprie *ἔργον* appellat[m]. In proverbio enim quod hypothese et facto indiget apud illum, hæc leguntur, *αὐτὸ δείξει. παροιμία. ἐλλείπει τὸ ἔργον*, voce *καλάθαρβα. παροιμία*, et multis hujusmodi.

Post Hesychium Suidas magnam illam veterum Lexicorum syllogen confecit, quæ nunc exstat. Suidas inquam, cujus proprium nomen doctos quosdam viros jampridem male mutasse in Latinum nomen Sudas, vel Sudines, autoritate Plinii motos, eruditissime monuit *πολυμα-*

[m] Suidas proprie *ἔργον* appellat, etc.] Errat. Ait enim Suidas: deest *τὸ, ἔργον*. Sic enim intelligenda est parœmia. *αὐτὸ δείξει τὸ ἔργον*. *Hoc res ipsa patefaciet.* Recte ibi Andreas Schottus locum Platonis adducit. Utitur et Julianus ep. ad Alexandrinos, et Æschines contra Ctesiph. p. 60. *καὶ αὐτὸ ἔδειξε τὸ ἔργον.* Aristoph. in Λυσιστράτῃ v. 375. *τοὔργον τάχ' αὐτὸ δείξει.* VA.

θέσπατος Casaubonus in notis ad Laërtium Diogenem ex Eustathio. Nos præterea ut illius herois opinionem confirmemus, et Suidæ nomen verum ac legitimum conservemus, nec cogamus illum mutare patriam, asseveramus certo certius esse, Suidam eum debere vocari. Ita apud scholiastas Apollonii Rhodii Σουΐδας quidam laudatur *ἐν πρώτῳ Θεσσαλικῶν*[n], et alio loco Σουΐδας *ἐν Θεσσαλικοῖς*. rursus Σουΐδας *καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὔβοιαν πεπραγματευμένοι*. unde apud Hesychium restituendum est ex conjectura nostra, in voce *Πυρραία*, Σουΐδας pro Σουΐλας. *Πυρραία*, inquit, *λόφος ἐν Δωτίῳ. οἱ δὲ, Πυρραίαν εἶναι μοῖραν τῆς Θεσσαλίας λέγουσιν ἀπὸ Πύρρας τῆς Δευκαλίωνος, ὡς Σουΐλας.* lege Σουΐδας. Suidas enim rerum Thessalicarum scriptor, ut vidimus ex enarratoribus Apollonii. Hermolaus Byzantius, Stephani epitomator, voce *Ἄμυρος*, Suidam etiam nobis quendam commemorat, qui Genealogias composuerat. Ego non dubito quin loqui voluerit de Suida rerum Thessalicarum scriptore, cum de Amyro Thessaliæ civitate verba faciat, quæ secundum Hesiodum *Δωτίῳ ἐν πεδίῳ*, ut *Πυρραία* sita erat. *Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο·* (ait Hesiodus.) Σουΐδας *δ' ἐν γενεαλογίαις* (ait Steph.) *ὅτι οὗτοι ἐκαλοῦντο Ἑορδοὶ, ὕστερον δὲ* 374
Λέλεγες οἱ αὐτοὶ καὶ Κένταυροι, καὶ Ἱπποκένταυροι, καὶ τὴν πόλιν Ἀμυρικὴν καλεῖ. Meminit et Suidæ cujusdam Strabo. Quis igitur dubitabit amplius Lexicographum illum vere et germane Suidam appellare, non Sudam aut Sudinem, ut putavere præcipui quidam in re litteraria viri, nemo bonus opinor aut veritatis amans. Videamus de ejus Lexico an quædam digna relatu in medium proferre possimus. Monebamus supra opus illud nihil aliud esse quam syllogen dictionariorum, quorum autores in ipsa epigraphe, et in ipso limine recensentur, a Suida monacho quodam confectam, in qua ut lectitando et vigilando comperimus et didicimus, magna pars scholiorum, quæ in Tragicos et Comicos circumferuntur, continetur. Pauca leguntur apud scholiastem Aristophanis quæ relata non sint in hoc Suidæ dictionario: imo sic ego judico, vel scholiastem illum a Suida, vel Suidam ab scholiaste integras illas enarrationes descripsisse. Ita ut non parva hinc oriri possit quæstio an Suidas ab scholiaste, vel scholiastes a Suida sua mutuatus sit, quam cito et expedite ego dissolverim, si quæ referuntur ab scholiaste in illa Pluti *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι* spuria non sint aut illegitima, et non in textum glossographi irrepserint. Citatur illic Eustath. Ὀδ. γ. Atqui Eustath. post Suidam vixit, ut jam ab omnibus chronologis monitum est, ergo non Suidas ab scholiaste, sed scholiastes ab illo sua deprompsit, cum si, ut diximus, illa non irrepserint e margine in textum enarratoris, post ipsum Eustathium vixerit, quod profecto mirum videri debet. ex glossographis enim qui 375
nobis in Poetas supersunt, post Apollonii Rhodii Glossatores Lucillum

[n] Σουΐδας *quidam laudatur ἐν πρώτῳ Θεσσαλικῶν*] Strabo lib. 7. in fine Suidam in opere, quod Θεσσαλικὰ dicitur, laudat. Licet enim ejus opus non nominet, tamen colligitur facile, cum ibi Strabo Thessaliam describat. VA.

Tarrhæum et Sophoclem, et Theonem (quos ex scholiaste Aristophanis ad Nubes voce *βεκκεσέληνε*, Apollonii Argonautica commentatos esse scimus) nulli exstant tam antiquæ nec tam bonæ notæ. Verum, ut nos quidem odoramur, illo loci apud scholiastem Comici quædam *ἀνεμιαῖα* leguntur ab inepto quodam Græculo adnotata, quæ nec in ipsa veteri Aldi editione inveniuntur. Consule Suidam in his verbis Comici, *ἡ γλῶττα τῷ κήρυκι.* In notis nostris sæpius animadvertimus et demonstramus quomodo integræ notæ, et integra scholia, ne mutata quidem syllaba, et apud Suidam, et apud scholiastem Comici legantur, quare ad eas te remittimus. Scio quid de Suida, ejusque scriptis, censuerint ante nos viri docti, Politianus et Lilius Gyraldus dialogo de Poetis 3. Sed illa non nos remorantur, nam asseverare nullum unquam fuisse Suidam cum Politiano, vel ut alii censent, si fuerit, Papiæ catholico, aut Isidoro Hispalensi illum conferre, vel adinstar Gyraldi Suidas omnes confundere et Historicum et Lexicographum, hoc est plane nugari et somniare, sed non in bicipiti Parnasso. Post Suidam denuo opus aliud concinnavit ejusdem generis Varinus Phavorinus Camers vir doctissimus et versatissimus in Græcis, non ita tamen diligens, quia quos offendit in Suida, Hesychio, et aliis Lexicis errores, hos omnes retinuit, simulque
376 in unum coegit. Ita ut nullum alium usum et levamen Lexicon illud vastum studiosis adolescentibus præstare possit, præter novas quasdam vocabulorum explicationes, quas e Lexicis quæ nondum sunt luce donata, servanturque in bibliothecis, retulisse illum verisimile est.

Atque hæc de Lexicis in præsens mihi dicenda videbantur in gratiam studiosorum, quorum laboribus et studiis si opis aliquid et auxilii latum sit his quæ a nobis breviter hac dissertatione tractata sunt, non omnino nos lusisse operam existimabimus. Porro quia tres Grammaticæ partes fecimus, *τεχνικὴν* sive *μεθοδικὴν*, *ἐξηγητικὴν* sive *ἱστορικὴν*, et *κριτικὴν*, jamque actum est a nobis de duabus prioribus, methodica leviter, et exegetica satis exacte, ut omnibus numeris constet hæc nostra tractatio, quædam de Critica subjungemus, id est de judicio: ita enim inter se connexæ sunt tres illæ partes, ut quamvis rudi et crassa Minerva has ita disjunxerimus, nulla tamen illarum sola possit considerari, ut in homine corpus et anima. Corpus enim sine anima, et anima sine corpore recte potest concipi sincere ac pure. In Grammatica vero methodus et historia, sine judicio intelligi nec separatim considerari possunt, ut nec judicium sine methodo et historia: sic enim sunt inter se hæc conglutinata, ut quemadmodum medicinæ tres esse partes nemo negaverit, victus rationem, Chirurgiam, et medicamentorum exhibitionem; quæ tamen ita inter se cohærere debent, ut nec victus ratio considerari possit sine medicamentorum exhibitione et Chirurgia, nec Chirurgia et
377 medicamentorum exhibitio sine victus ratione. Ita enim in Grammatica methodus, historia vel exegesis, et judicium, quæ tres partes consti-

tuunt, nullo modo considerari possunt pure et sincere, sive (ut loquerentur philosophi) in abstracto, imo semper in concreto intelligi debent. De Critica igitur hæc aliud agentes, in fine hujus tractationis addemus, tum ut nostram liberemus fidem, tum etiam ut si quod in illam pravi et imperiti quidam odium contraxerunt, illud deponere incipiant, parergonque istud vice protreptici sit omnibus qui sana mente potiuntur, ad scientiam hanc amplectendam, sine qua nemo bonus unquam sperare ausit, se quidquam in humanioribus litteris et quibuslibet scientiis certi ac constituti assecuturum. Κριτικὴ, quæ propria ac præcipua Grammaticæ pars est, *ἰδιαίτερον μέρος τῆς γραμματικῆς*[o], (ut loquitur Sextus Philosophus) Poetas et quoscumque alios scriptores considerat, maximeque circa tria versatur, circa obscure dictorum explicationem, bonorum et sanorum judicium, et verorum germanorumque ab adulterinis distinctionem. Quæ ultima pars ei ortum et originem dedisse videtur. antequam enim corruptæ fuissent librorum inscriptiones, et spurii monstrosique fœtus pro legitimis et germanis supponi cœpissent, vix in usu Criticam fuisse satis compertum est. Atqui certissimum puto ante tempora regum Alexandriæ et Pergami nullum opus falso inscriptum fuisse; imo ipsorum tempore ejusmodi viguisse corrumpendorum *ἐν ἐπιγραφαῖς* librorum libidinem, ob *φιλοτιμίαν* quæ inter illos erat coemendorum librorum, qui enim libros ad instruendas regum illorum 378
bibliothecas undiquaque ferebant, cum viderent antiquorum autorum præcipue volumina majori pretio vænire, et contra aurum cara esse, sæpissime epigraphas voluminum corrumpebant: ita ut si novus et recens esset ille autor quem comparaverant sibi, mutata epigraphe statim pro vetere et antiquo venderent. Autor Galenus Commentario primo in librum Hippocratis de natura humana. *Πρὶν γὰρ τοὺς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Περγάμῳ γενέσθαι βασιλεῖς, ἐπὶ κτήσει παλαιῶν βιβλίων φιλοτιμηθέντας, οὐδέπω ψευδῶς ἐπεγέγραπτο σύγγραμμα, λαμβάνειν δ' ἀρξαμένων μισθὸν τῶν κομιζόντων αὐτοῖς συγγράμματα παλαιοῦ τινὸς ἀνδρὸς, οὕτως ἤδη πολλὰ ψευδῶς ἐπιγράφοντες ἐκόμιζον.* Ad quæ adlusit Dio Chrysostomus oratione de Pulchritudine, *πάντως γάρ τινι* (ait) *τῶν βιβλιοπωλῶν προσέσχηκας, διὰ τί δὴ τοῦτό με ἐρωτᾷς. ὅτι εἰδότες τὰ ἀρχαῖα τῶν βιβλίων σπουδαζόμενα, ὡς ἄμεινον γεγραμμένα, καὶ ἐν κρείττοσι βιβλίοις, οἱ δὲ φαυλότατα τῶν νῦν καθέντες εἰς σῖτον, ὅπως τό τε χρῶμα ὅμοια γένηται τοῖς παλαιοῖς, καὶ προσδιαφθείροντες ἀποδίδονται ὡς παλαιά.* Astus hic longe diversus ab alio. in hoc enim nulla Critica, nullo judicio opus erat, sed tantum oculis et experientia, cum nullæ corrumperentur hic voluminum *ἐπιγραφαὶ*, nulli fœtus spurii pro legitimis supponerentur, sed recentiorum et novorum autorum opera quæ in nullo pretio erant, in frumentum conjicerentur, ut eumdem quem

[o] *Κριτικὴ quæ propria ac præcipua Grammaticæ pars est ἰδιαίτερον μέρος τῆς γραμματικῆς*] Eustath. Ἰλ. ι. p. 773. *Ἡρακλείδης δέ φησιν, ὡς τῶν τινες κριτικῶν, ὅ ἐστιν ἀκριβεστέρων γραμματικῶν, ὧν ἐστι καὶ Τισίας.* VA.

veterum volumina solebant habere colorem contraherent. Indoctis et
379 tironibus malitia hæc librariorum imponere poterat, at doctis et in mo-
numentis antiquorum bene versatis nequaquam, cum ex inscriptionibus
et charactere tanquam ex unguibus leonem, statim dignoscerent, veros
et legitimos priscorum illorum fœtus ab adulterinis segregarent ac se-
cernerent. Βιβλιοπωλῶν igitur avaritia, et spes majoris lucri, primam
Criticæ originem dedere, quam statim amplexi sunt magni viri Ari-
stophanes, Eratosthenes, Apollodorus Cumæus, primus enim Critici no-
men ambivit Apollodorus hic, ut opinantur quidam, at ut alii existimant,
Eratosthenes. Clemens Alexandrinus Stromat. primo. *Ἀπολλόδωρος δὲ
Κυμαῖος πρῶτος τοῦ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα, καὶ γραμματικὸς προσηγο-
ρεύθη, ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένη τὸν Κυρηναῖον φασὶν, ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία
δύο γραμματικὰ ἐπιγράψας, ὠνομάσθη δὲ γραμματικὸς ὡς νῦν ὀνομάζομεν, πρῶτος
Πραξιφάνης Διονυσοφάνους Μιτυληναῖος.* Antequam enim Grammatici vo-
carentur, Criticos dictos fuisse omnes illos autores, docuit me Dio Chry-
sostomus orat. de Homero 53. *οἱ δὲ* (ait) *αὐτὸ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἐξηγού-
μενοι, οὐ μόνον Ἀρίσταρχος, καὶ Κράτης, καὶ ἕτεροι πλείους τῶν ὕστερον γραμ-
ματικῶν κληθέντων, πρότερον δὲ κριτικῶν.* Refert idem autor paulo post,
Criticam et Grammaticam ab Aristotele originem duxisse: *καὶ δὴ καὶ
αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασὶ τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν
ἐν πολλοῖς διαλόγοις περὶ τοῦ ποιητοῦ, διέξεισι θαυμάζων αὐτὸν ὡς τὸ πολὺ καὶ
τιμῶν.* Sensim igitur processu temporis diversorum autorum *ὁμωνυμία*,
380 et similia librorum argumenta, Criticæ dedere incrementum: quæ enim
versabatur primum circa probationem tantum legitimorum et illegiti-
morum fœtuum veterum et recentiorum, paulatim vagari cœpit circa
variorum autorum *ὁμωνύμων* distinctionem, unde Demetrii Magnesii *περὶ
ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων* liber toties laudatus apud Athenæum,
Diogenem Laërtium, Harpocrationem, Dionysium Halicarnass. et alios.
Composuerat et hic autor libros *περὶ συνωνύμων*, ut testatur Plutarchus
in vita Demosthenis, male enim illo loci vir quidam doctissimus legen-
dum censet *Δημήτριος Μάγνης ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων*, pro *συνωνύμων*, autor
Stephanus, apud quem voce *ἀλαβὼν*, citatur idem Demetrius *ἐν συνωνύ-
μοις.* Ita Simarestus quidam libros *περὶ συνωνύμων* composuerat. Hinc
etiam Dionysii Sinopensis *περὶ ὁμωνύμων* tractatus apud Ulpianum De-
mosthenis *ἐξηγητήν.* Denique tanto in pretio habita fuit hæc nobilis-
sima pars Grammaticæ, ut omnium scientiarum solidissimum funda-
mentum, quorumlibet scriptorum *βάσανος* dicta sit. non enim tantum
immorata est ut ab initio, in secernendis et distinguendis antiquorum et
recentiorum operibus legitimis ac spuriis, stylorum et characterum dis-
similitudine dignoscenda, sed et modum ac normam tradidit, qua, quæ
apud autores corrupta et non sana reperiuntur, divinitus restituere,
quæque obscura videntur nec percipi possunt, enarrare ac illustrare,
docuit. Unde tot tantique orti sunt in illa æmuli, tot præclarissimi

heroes qui hanc nascentibus et renascentibus sæculis excoluerunt, nulla ætas, nullum sæculum elapsum est, in quo licet barbaro et inculto, non 381
floruerint quidam ex Criticorum filiis: ut enim quæ ante hanc nostram ætatem mille a retro sæculis acta sunt non persequamur, ut infinitos eosque illustres Criticos, qui (si tempora excipias circa quæ Gothi, Visigothi, aliæque barbaræ nationes in Italiam irrupere, omniaque prædationibus ac feris moribus vastavere) ordine recenseri possunt ab ipso quo floruit Aristoteles tempore, non referamus; quot quantique centum abhinc annis exstitere præstantissimi viri, qui et Criticam, quæ pene barbarie incultarum illarum gentium perierat, restituerunt et in ea excelluere? Quot etiamnum hodie exstant qui sedulo illi incumbunt, et imposterum litteris ac scientiis in pristinum nitorem ac splendorem restitutis incumbent majori et alacriori animo. Nimirum hoc habet in se Critica, ut quo plus in illa quis profecerit, majores animis amoris sui accendat igniculos, et stimulos addat vehementiores, ad exantlandos labores, et perferendas vigilias et molestias quas subire illum necesse est qui sub ejus militia mereri vult. Tandem ut quæ de ejus laudibus mihi dicenda proposui, in pauca contraham: hæc unica est quæ culta efficit ingenia, quæ ad Polymathiam nos manu prehensos recta ducit, viamque nobis parat ac gressus dirigit ad omnes scientias perfecte et solide acquirendas. Nam amabo te quomodo speras te in magnum Philosophum evasurum, nisi Critica prius imbutus fueris, et Criticorum vestigiis inhæseris, semperque inhærendi animum habeas. Quis te unica 382
excepta Critica docebit, tot Aristotelis, quem unicum amplecti debes in studio sapientiæ, libris, natalium controversiam fuisse motam? Quis monebit περὶ ἑρμηνείας librum ex quorundam opinione ad illum non pertinere? Andronicus autore Ammonio in hac hæresi fuit. Quis apud antiquos dubitatum fuisse an primum Meteorῶn Aristotelis esset, quod patet ex Olympiodoro? Quis περὶ ἀτόμων γραμμῶν librum quosdam Theophrasto tribuisse, qui tamen Aristoteli assignatur, ut Simplicius in tertio de Cælo? Quis Ethica ad Nicomachum non Aristotelis, sed Nicomachi ejus filii esse, ut Cicero quinto de Finibus? Quis libros de Rhetorica ambiguos esse, quod testari videtur Quintilianus cum ait, *Non dissentit Theodectes, sive ipsius id opus sit, quod de Rhetorica nomine ejus inscribitur, sive ut creditum est Aristotelis?* Quis ex tribus de anima libris qui hodie vulgo exstant, et in scholis præleguntur, unicum tantum ab antiquis cognitum fuisse, quod nos docet Diogenes Laërtius in Aristotele? Quis præterea Platonis dialogum qui inscribitur Axiochus spurium, et Æschini Socratico tribuendum esse, nisi divinæ Critices auxilio, hoc in scriptis suis retulisset Harpocration voce Ἀξίοχος, et postea ex illo repetiissent Suidas, et qui subsequuti sunt omnes? In jure quomodo putas unquam te in sensa νομοθετῶν, et jurisconsultorum penetraturum, nisi prius illorum scias characteres et stylum discernere?

Si te Triboniani Græcismi decipiant, ejusque stylum ab antiquorum jurisprudentum loquendi generibus distinguere non noris, num quæso
383 magnus eris Jurisconsultus? Si te frequentes Scævolæ et aliorum Archaïsmi remorentur, num pulchras et subtiles legum effinges hypotheses? An putas magnum illum Cujacium, Jurisconsultorum consultissimum, tot in jure desperatos locos unquam explicaturum fuisse, tot corrupta restituturum, et toties Triboniani stylum a sermone veterum Jurisconsultorum distincturum, nisi Criticam prius coluisset et Criticorum filios? Lex *cum de indebito*. D. *De probationib. et præsumpt.* satis ostendit illum in hac scientia nihil unquam molitum esse, quin Criticæ prius egregiam navasset operam. Qui enim arguere potuisset integram illam legem, licet Paulo Jurisconsulto, tribuatur ad Tribonianum tamen pertinere, et ob styli inelegantiam, et ob Græcismos, qui Triboniano familiares erant. Quomodo etiam infinitis in locis juris, magni Triboniani scelestam manum odorari, ut in ll. illis adeo inter se contrariis. *Cum probatio. De probationibus, et quæro.* §. ultimo. D. *de Ædilitio edicto*, et in l. *cum quidam*. §. ultimo. D. *de usuris*, aliisque innumeris locis, qui passim occurrunt in ejus observationibus, nisi multum diuque exercitatus in parte illa Critices fuisset, quæ docet nos autores inter se distinguere et eorum loquendi formas? In medendi arte post Hippocratem quis Galeno comparandus est, et tamen quis eo Criticam religiosius coluit? Hoc testantur satis luculentissimi illi in Hippocratem Commentarii, et peculiares quos composuerat, e quibus pauci nobis supersunt de Critica libri. Hic ille
384 est qui passim inter libros qui tribuuntur Hippocrati, alios spurios, alios legitimos recenseri aperte demonstrat. Vide Commentarium primi de alimentis, ubi Hippocratis librum de *ratione victus* ad varios autores referri, et non soli Hippocrati tribui docuit eruditissime. Ita etiam Erotianus in proœmio Lexici sui, libros προρρητικῶν primum et secundum, Hippocratis non esse asseverat, idque arte Critica. In humanioribus litteris, sive poetas cujuscumque generis, sive oratores, sive historicos respicias, quis præter Criticos eorum opera ab oblivione vindicavit? An quæso nisi monitus Criticorum vaticiniis, Musæo, Orpheo, Lino, Phocylidi, et aliis innumeris tum Pelasgis, tum Romanis, poemata spuria multa et illegitima assignata fuisse, hodieque assignari insulse, ut veteri Phocylidi quæ supersunt, Musæo *de Herone et Leandro* poema, scire quis unquam potuisset? Quæ de Comicorum dramatis et fabulis tragicorum inter se disputant et sibi objiciunt Critici apud Athenæum, quæ apud Dionysium Halicarnasseum, Plutarchum, Harpocrationem, Suidam, Photium, de veterum rhetorum orationibus et aliis operibus, num aperte significant quantum utilitatis et auxilii attulerint studiosis omnibus, et bene feriatis hominibus, qui expulsa barbarie scientiarum ἐγκυκλοπαιδίαν acquirere pergunt? Nunquam Demostheni tot ψευδεπιγράφους orationes assignatas fuisse, ut quæ de reliquis oratoribus a Criticis animadversa

sunt prætercam: nunquam etiam plures fuisse Antiphontes, plures
Isæos, plures Dinarchos nobis compertum fuisset, nisi Critici scriptis 385
hoc nobis confirmassent Hermogenes, Dionysius Halicarnasseus, Harpo-
cration. De historicis quæ quisque composuerit[p], quo sermonis charac-
tere, quo dicendi genere, quis nobis monumentis testatum reliquisset,
nisi Critici in hoc impendissent operam suam? Habes innumera exempla
apud Athenæum, ex quibus videre licet quam multa nobis periissent, ni
religiosi Critices observatores præsto tulissent opem, et suppetias ve-
nissent. Non referam obscuros, interpolatos, corruptos, difficiles, di-
vulsos, et controversos locos, quibus autorum libri scatebant, antequam
a Criticis restituti et sanati fuissent, nec loquar de ingentibus lacunis,
paginarum integrarum luxationibus, insignibus erroribus qui divino
virorum illorum pumice expuncti fuere. Fidem faciunt præter anti-
quorum innumera exempla quæ supersunt apud Athenæum, Diogenem
Laertium, et Harpocrationem, Glossographos Suidam, Hesychium, et
alios, tot Criticorum volumina quæ centum abhinc annis luce donata
sunt. Certe in meris tenebris versabamur nisi magni illi Heroës huic
oneri incubuissent, nullus enim ex antiquis autoribus exstat, qui non
plusquam sexcentis in locis sanatus, aut restitutus fuerit opera et studio
magnorum virorum, qui animadversiones, aut notas, aut commentarios,
aut varias lectiones, aut conjectanea, aut emendationes et hypomne-
mata edidere, vel aliquod opus ad Criticam spectans composuere. Et
ut aperte demonstrem quam illud verum sit, omissis tot divinis præcla- 386
rorum virorum in omnes ferme autores conjecturis, quædam ex lec-
tionibus meis depromam, quæ ut cum reliquis componenda et compa-
randa esse non contendo, ita etiam non sic illepida et spernenda judicio
quin mereantur ad doctorum aures pervenire, et quin Criticæ valeant
aliquo modo commendare studium. Leguntur hæc apud Aristænetum
libri I. epist. 10. *Εἶπεν ἡ παῖς, ἀκήκοεν Ἄρτεμις· καὶ παρθένος οὖσα θεὸς, Ἀκόντιε συνεβάλετό σοι τοῦ γάμου. τέως οὖν τὸν δείλαιον.* Interpres eruditissimus vertit, *ergo puella elocuta est, Diana audiit, Deaque virgo conjuravit Aconti in tuas nuptias. huc usque verba suffecere.* Nec Græca vitam habent, nec Latina cohærent, adhibe censuram Criticam, et statim loco interfecto vitam dabis, lege igitur, *καὶ παρθένος οὖσα θεὸς, συνεβάλετό σ' εἰς τὸν γάμον τέως νῦν τὸν δείλαιον*, sine interpunctione, id est, *Deaque virgo commisit te in nuptias, quæ huc usque tristes et miseræ fuere*, ob parentum nostrorum *δύσνοιαν*. Aut vera nos fugit ratio, aut eo in loco veram sensus *εὐστοχίαν* assecuti sumus. Philostratus lib. I. Vitæ Apol-

[p] *De historicis quæ quisque composuerit*] Artis Grammaticæ duæ partes a Græcis ponuntur, *ἐξηγητικὴ*, quæ enarrat; et *ὁριστικὴ*, quæ definit. Varro: Ars Grammatica, quæ a nobis literatura dicitur, scientia est, quæ a poëtis, historicis oratoribusque dicuntur ex parte majore. Ejus præcipua sunt officia quatuor, ut ipsi placet, scribere, legere, intelligere, probare. Ut Aristoni placet, Grammatice est scientia poëtas et historicos intelligere, formam propric loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens. Hæc ex Mario Victorino. VA.

lonii Tyanei, cap. 4. *ἔστι δέ τι περὶ Τύανα ὕδωρ ὅρκιον Διὸς (ὥς φασι), καλοῦσι δὲ αὐτὸ Ἀσβαμαῖον.* Torquent illa interpretes, nec intelliguntur. tentavit quidam reponere *ἄσβεστον*, ut illorum mentem sequeretur, qui vertunt inextinguibilem, sed nihil mutandum, imo retenta veteri lectione vertendum: circa Tyana, aqua quædam est Jovi ut perhibent sacra, quam vocant Asbamæam. Suidas *Ἀσβαμαῖον ὕδωρ, οὕτω καλούμενον*, locum
387 illum Philostrati sine dubio tunc in mente habebat. Ammianus Marcellinus lib. 13. Jovi non aquæ hanc tribuit denominationem. *Apud Asbamæi quoque Jovis* (ait ille) *templum in Cappadocia, ubi amplissimus ille Philosophus Apollonius traditur natus, apud oppidum Tyana stagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum inflatus seseque resorbens nunquam extra margines intumescit.* Vide Philostratum loco citato, qui plane diversa narrat, verum quod monere necesse est, aut falso tribuuntur Aristoteli illa quæ post librum *θαυμασίων ἀκουσμάτων* leguntur Græca fragmenta, aut si ad illum hæc pertinere admittas, verbo ad verbum inde deprompsit Philostratus quæ retulit de Asbamæa aqua. Vide Aristotelem, vide Philostratum, et apparebit facile furtum. verba autem quæ leguntur apud Aristotelem sunt paulo corrupta, sed restituuntur commode, si in lacuna legas *καλοῦσι*, et *οὐ* pro *οὖν*. Apud Callistratum in Æsculapii statua, corrupte huc usque legerunt omnes quæ sequuntur, *Ἄγαλμα δὲ οὐ πιστεύσομεν, εἰς ὃ τὰς δυνάμεις Ἀσκληπιὸς ἀνίησι τὸν προνοητικὸν ἐπεισάγων νοῦν, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ κοινωνίαν, τοῦ σε νικοῦντος τὴν δύναμιν πρέπειν.* verte te in omnes partes, et nisi Criticam colas, nunquam hæc sanabis, nunquam intelliges, non si Æsculapius ipsemet, de quo hic loquimur, *προνοητικὸν ἐπεισάγοι νοῦν.* interpres hic quædam comminiscitur, sed tamen verum sensum non assequitur. verterem ego et corrigerem, ubi legitur *τοῦ σε νικοῦντος τὴν δύναμιν πρέπειν* sine sensu, non *τὰς νόσους νικῶντος*, ut vir doctus tentat, sed argutius et ingeniosius *τοῦ ἐσικνοῦντος τὴν δύναμιν πρέπειν.* Integræ sunt litteræ in his duobus voca-
388 bulis *σε νικοῦντος*, invertendum est tantum vocabulum, ut apparet, et legendum *ἐσικνοῦντος*, aut forte melius *εἰσικνοῦντος*, quanquam ferri possit altera lectio. vis videre quam elegans, quam Critica sit conjectura, et ad veræ Grammaticæ trutinam expensa. Audi verborum sensum a nobis restitutum. Statuam vero non credemus in quam vires Æsculapius infundit, providentem inducens mentem ad se communicandum, ut penetrantis potentiam decet. De Æsculapio enim hic loquitur Callistratus in statuam providentiæ mentem inducente, et in illam ingrediente per penetrationem, nihil verius est. Quæ sequuntur apud eundem Callistratum etiam non fuere intellecta, licet sana sint, *ἀλλ' εἰς μὲν ἀνθρώπινα σώματα κατάγεσθαι τὸ θεῖον δώσομεν, ἔνθα καὶ μιανθῆναι παθήμασιν· οὐ πιστεύσομεν δὲ εἰ μὴ εὖ ἔγγονον κακίας παραπέφυκεν.* Tu sic verte breviter. At numen in humana corpora deduci quidem concedemus, ibique affectionibus maculari: non illud tamen credemus, nisi quod rectum est,

malo adgnatum dicamus, id est, nisi malum cum recto reperiri posse, ut
cum homine numen fateamur. Seneca libro secundo de Beneficiis:
Nisi in os senatoris injecisset imperator pigros suos. Locus est venti-
latus, et in quo multi sudarunt, nullius tamen a me magis probatur
sententia quam magni Scaligeri, qui referente Meursio putavit hic repo-
nendum epigros, ex autoritate D. Augustini, et glossarum Isidori, in
quibus epigri clavi lignei sunt, quibus lignum ligno adhæret. Sed unde
vocabulum illud epigri, puto adhuc quæri. nos ut conjecturam illam
doctissimi viri stabiliamus, et etymologiam ac originem hujus vocabuli 389
incogniti afferamus, luculentem Hesychii locum damus, quo usi sumus.
Putamus igitur vocem epigri corruptam et detortam esse a voce Græca
ἐπίκουροι, ablata enim diphthongo remanet *ἔπικροι*, et verso *κ* in *γ*, ut
spissius fit etiam apud Latinos g in c, et e converso, integrum formatur
ἔπιγροι, unde Isidorus in glossis: *Epigri, clavi lignei sunt quibus lignum
ligno adhæret*. Papias etiam vocabulista, *Epigri, clavi lignei sunt quibus
lignum ligno adhæret*. Hesychius, *ἐπίκουροι, βοηθοὶ, σύμμαχοι, ἐπίσκοποι,
καὶ ἧλοι ξύλινοι.* Nisi nos hic nostra Critice fefellerit, non valde re-
motam a vero putamus esse hanc originationem. Quam nisi gustaverit
κακόχυμος, quis videat saltem num arrideat sibi apud Isidorum pro epigri
legere epicuri, vel epiuri: *ἐπίουροι*[q] enim teste eundem Hesych. *ἧλοι
ξύλινοι* sunt. unde nihil mutandum in glossario, in quo bis legitur *ἐπί-
ουρος, compages, sudis*, rursus *γόμφος ἐπίουρος, sudis compages.* Et Palla-
dius lib. 2. cap. 8. *oleastri epiurum.* Thucydidis enarrator ad illa lib. 1.
*Φωκαεῖς τε καὶ Μασσαλίαν οἰκίζοντες Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες. Φω-
κεῖς*, inquit, *οἱ τῆς Ἑλλάδος ἀπὸ Φωκίδος πόλεως, Φωκαεῖς οἱ τῆς Ἰωνίας ἀπὸ
Φωκαίας πόλεως.* recte illa quidem procedunt, sed quæ sequuntur sub-
lestæ fidei sunt. *Ἴωνες ὄντες οἱ Φωκαεῖς καὶ πολεμούμενοι ὑπὸ Περσῶν,
ἀφέντες τὴν Ἰωνίαν, ἔπλευσαν ἐπὶ τὴν Ἀφρικὴν τὴν πάλαι Καρχηδόνα καλου-
μένην, ἀεὶ δὲ ταῖς οἰκιζομέναις αἱ πλησίον ἐναντιοῦνται, ἡ δὲ Μασσαλία πόλις
ἐστὶ τῆς Ἀφρικῆς.* Nam certissimum est Phocæos illos Ionas Harpali 390
Cyri regis præfecti inclementiam vitantes, Italiam navigio petiisse, par-
temque in Lucania Veliam, partem vero in Viennensi Massiliam con-
didisse. Autores sunt Ammianus Marcellinus, Gellius, et alii innumeri
de quibus egimus voce *Μασσαλία* in notis, quas vide. Qui ergo fieri
potest ut Phocæi illi in Africam navigarint, et ibi Massiliam condi-
derint, quæ videtur esse enarratoris opinio. Certe *παρόραμα* illud esse
maximum nemo bonus negare potest, hoc aperte clamant ipsamet verba,
quæ si Critice ut debent *γνησίως* expendantur, omnino sunt expungenda.
Massiliam autem in Africa reperiri non ignoro, qui sciam apud Isidorum
lib. 9. Etymol. cap. 2. hæc legi: *Massilia civitas Africæ est non longe ab
Atlanta et hortis Hesperidum, a qua civitate Massylii exhorti sunt, quos*

[q] *Ἐπίουροι*] Etymologus *βλήτροισι. σημαίνει δὲ τοὺς κατὰ τὰς ἁρμονίας γόμφους τοὺς πιούρους.* i. e. *ἐπιούρους.* VA.

nos corrupte Massulos vocamus, de quibus Virgilius, Hinc mihi Massilia gentis monstrata sacerdos. Sed hæc erroribus et mendis scatent, nam primo Massylia non Massilia scribendum est. Servius Massylla habet, et apud Virgilium illo loci Massyllæ gentis legit pro Massiliæ. *Massylla* (inquit) *mediterranea est Berenicis civitas Libyæ, unde haud longe sunt horti Hesperidum.* Secundo populi ex illa civitate oriundi Massyli non Massilii dici debent. Virgilius sexto Æneid. *penitusque repostas Massylum gentes.* pro Massylorum. Servius ad illa, *Massyli sunt Mauri, unde speciem pro genere posuit. Nam Æneas ad Africam venit, cujus partem constat esse Massyliam. Mediterranea enim est pars Mauritaniæ,*
391 *unde a parte totum accipere debemus.* Rursus divinus poeta 4. Æneid. *Massylique ruunt equites.* Servius, *Massyliorum gens est haud longe a Mauritania.* Melius si legas Massylorum ut Massyla gens non Massylia. Quamvis apud Placidum Lactantium veterem Statii enarratorem, Massylia legatur, ait enim ille ad hæc Thebaid. octavi, *ut leo Massyli cum lux stetit obvia ferri. Massylia gens Africæ mediterranea leonibus plena.* Ex quibus vides quam vera sint quæ apud scholiastem illum de Massilia Phocæorum colonia referuntur. Ut enim Phocæos civitatem illam Africæ condidisse concedamus, tamen non Μασσαλία, sed Μασσύλλα, vel Μασσυλία vocanda erat. Similem plane in geographia errorem commisisse Apollonium Rhodium, et ejus enarratores, ope Critices, quæ quorumlibet ἁμαρτημάτων everriculum est, didici. ille Argonaut. 4, 627.

Ἐκ δὲ τόθεν Ῥοδάνοιο βαθὺν ῥόον εἰσεπέρησαν,
ὅς τ' εἰς Ἠριδανὸν μετανείσεται.

Et paulo post:

Ἔνθεν ἀπορνύμενος τῇ μέν τ' ἐπερεύγεται ἀκτὰς
ὠκεανοῦ, τῇ δ' αὖτε μετ' Ἰονίην ἅλα βάλλει,
τῇ δ' ἐπὶ Σαρδόνιον πέλαγος, καὶ ἀπείρονα κόλπον,
ἑπτὰ διὰ στομάτων ἱεὶς ῥόον. et reliqua.

Enarratores ad illa parum critice et oculate: Ῥοδανὸς ποταμὸς[r] τῆς Κελτικῆς τῷ Ἠριδανῷ συμμιγνύμενος, καὶ σχιζόμενος, τῇ μὲν εἰς Ὠκεανὸν φέρεται, τῇ δὲ εἰς τὸν Ἰόνιον κόλπον, τῇ δὲ εἰς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος. Itane vero Rhodanus fluvius Celtarum Galliæ populorum, miscetur cum Eridano aut Pado: et parte ex una in oceanum, ex alia in sinum Ionium, et ex
392 alia tandem in Sardoum mare fluit? Quis unquam geographus sanæ mentis hæc dixit? nugæ et affaniæ meræ. hæc credent qui Criticam negligent, hæc sibi persuadebunt arquati soli quibus omnia quæ ad legitimæ Critices normam, et ad rectæ rationis obrussam expenduntur, lutea videntur. Nos vero qui serio illam amplectimur, et amplectemur imposterum ferventiori et religiosiori studio, hæc inter veterum auctorum χωρογραφικὰ ἁμαρτήματα reponemus. Nec vero novum est veterum ple-

[r] Ῥοδανὸς ποταμὸς etc.] Idem fere Appianus lib. 10. VA.

rosque delusos fuisse in rebus geographicis, cum certissimum sit a quibusdam fuisse existimatum, quemdam apud Barbaros Eridanum fluvium exstitisse, qui in mare Rubrum flueret. Unde Victorinus quidam ad illa Virgilii:

Eridanus quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum violentior influit amnis.

persuaserat sibi purpureum hoc loco poni pro Rubro, ita ut de mari Rubro, quod est juxta Indiam, hæc putaret intelligenda. Sed merito reprehensus a Servio est, quod purpureum Græcum epitheton sit, et ab Homero dicatur *εἰς ἅλα πορφυρόεσσαν*, id est ex altitudine nigrum: vel purpureum quod purpureo Eridani fluctu coloretur, quod innuere videtur Euripides in Hippolyto, *ἔνθα πορφύρεον σταλάσσουσιν εἰς οἶδμα πατρὸς τριτάλαιναι κόραι.* Certe ex Herodoto in Thalia apparet ante Victorinum multos credidisse quemdam fluvium a Barbaris Eridanum vocatum fuisse. *Περὶ δὲ τῶν* (ait ille) *ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν πρὸς Ἑσπέρην ἐσχατιέων ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν. οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι πρὸς Βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα εἰς θάλασσαν τὴν πρὸς Βορέην ἄνεμον, ἀπὸ τεῦ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾷν λόγος ἐστί. τοῦτο μὲν γὰρ ὁ Ἠριδανὸς αὐτὸ κατηγορέει* 393
τὸ οὔνομα ὅ ἐστι Ἑλληνικὸν καὶ οὔτι βαρβαρικὸν, ὑπὸ ποιητοῦ δέ τινος ποιηθέν. Quibus (ut vides) non subscripsit hic gravissimus autor. Ejusmodi veterum scriptorum in rebus geographicis somnia et deliramenta ante nos notarunt et deprehenderunt viri eruditi apud Strabonem, D. Bassilium et Orpheum, de Riphæorum, Alpium, et Pyrenæorum montium confusionibus. Homerus, Apollonius Rhodius similibus *παροράμασι* et ineptiis scatent. Apud hunc non tantum Eridanus pro Rhodano, sed et aliquando integra Gallia pro Italia accipitur, apud illum Rhodanus in inferis collocatur. Quæ omnia quam ridicula et rancida sint, quid amplius animadvertere juvat?

Cogitemus de aliis, et tentemus dum vacat, utrum opinionem, quæ jamdiu obtinuit, ab omnium mentibus avellere et eradicare possimus. Doctis hactenus persuasere duo magni nominis in re literaria viri, ex variis vinis quoddam fuisse quod vocatum sit *Ἐκφαντίδης*. Nos hodie evincere volumus, singulis ad sacoma ponderatis, nullum vinum ita denominatum fuisse, et insubide ab illis heroibus hominem poetam transformatum in vinum, licet vinum non abhorreant poetæ, et Baccho Deo bibaci ac *οἰνοπότῃ* sua nomina dederint, unde metamorphosis hæc non omnino illepida et remota videri possit. Audi igitur lector, et togam compone. Duo illi præstantissimi viri in castigationibus et scholiis suis ad Virgilii appendicem, et Comici Vespas, crediderunt Græcos infimæ 394
vetustatis vinum *Ἐκφαντίδην* vocasse, quod a Latinis *vappa* dicitur, id est subtile, sublestum et evanidum: a priscis Græcis *ἐξίτηλον καὶ ἐκλελυμένον καὶ καπνίας*: nulla alia (ut puto) nixi aut suffulti autoritate quam veteris enarratoris qui ad hæc Vesp. 151. *ὅστις πατρὸς νυνὶ καπνίου κεκλήσομαι,*

ita infit, τὸν ὑπεκλυόμενον οἶνόν φασί τινες καπνίαν λέγεσθαι, ἐν δὲ τοῖς περὶ Κρατῖνον διώρισται, ἢ τὸ ἀπόθετον ἢ καὶ παλαιὸν, διὸ Ἐκφαντίδην καπνίαν καλοῦσιν. Sed toto cœlo aberrasse illos apparebit, ex his quæ mox dicturi sumus. nam de Ecphantide Comico vetustissimo loqui voluisse scholiastem apertissime docebimus. Ecphantis vel Ecphantides poeta Comicus fuit ignobilis, et parum ob vetustatem et inscitiam notus: e cujus Σατύροις hoc fragmentum habemus apud Athenæum lib. 3. Dipnos.

Πόδας τε εἰ δέοι πριάμενον καταφαγεῖν ἑφθοὺς ὑός.

Schol. Comici ad illa Vesparum 1179. τῷ κοπρολόγῳ, Φραντίδην hunc vocat; sed ut animadverterunt docti viri, illic legendum est Τηλεκλείδης καὶ Ἐκφαντίδης, ut optime habet Pollux lib. 12. cap. 4. tmemate 27. Ecphantides igitur hic Comicus poeta adeo fuit invisus Musis, ut propter ingenii exiguitatem, et ineptorum poematum compositionem, Capniæ cognomen sibi comparaverit. Καπνίας vinum est subtile et evanidum; ita qui καπνίας ἐπωνύμως dicitur, evanido et sublesto ingenio præditus arguitur, qualem fuisse prædicant Ecphantidem Comicum, qui nihil boni aut ponderosi composuit. Hesychius: Καπνίας. Ἐκφαντίδης ὁ τῆς Κωμῳ-
395 δίας ποιητὴς (sic legendum, non ut inepte excusi omnes habent, καπνίας Ἐκφαντίδας.) καπνίας ἐκαλεῖτο διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν, καὶ οἶνος δὲ καπνίας λέγεται ὁ κεκαπνισμένος, καὶ καπνὸς ἄμπελος ἡ μέλαινα. Duo denotat τὸ καπνίας, primum Ecphantidis Comici cognomen est, eo enim quod nihil nisi ineptum et tenue componeret, vocatus fuit καπνίας, metaphora sumpta a vino sublesto, fumido et evanido, quod a Græcis καπνίας, a Latinis *vappa* vocatur: quæ est secunda hujus vocis καπνίας significatio, ut apparet ex his verbis Hesychii, καὶ καπνὸς ἄμπελος ἡ μέλαινα, scholiasti Aristophanis κάπνη dicta: καὶ κάπνη, inquit, εἶδος ἀμπέλου ξηρότατον, καὶ δριμύτατον οἶνον ποιούσης. Suidæ ὀξίνης, vel glossematice κηκὶς, id est Galla atramentaria, Gallam enim pro aspero et atro vino Lucillius etiam accepit,

Quæ Gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroso.

Hujusmodi vina quæ ab eodem Lucillio Crucia vocantur, in Longobardia hodie, et Hetruria nascuntur. scholiastes Comici, τινὲς δὲ καπνίαν οἶνον ἐν Βενεβέντῳ τῆς Ἰταλίας γίγνεσθαί φασι. Sed et præter has significationes καπνίας aliam recipere potest, ut videtur indicare idem schol. pro condito enim et veteri vino accipitur aliquando. Quale Horatius describere visus est cum dixit, *Amphoræ fumum bibere institutæ consule Tullo*, id est, οἶνον ἀπόθετον, et παλαιὸν, ait scholiastes. ἐν δὲ τοῖς περὶ Κρατῖνον διώρισται ἢ τὸ ἀπόθετον ἢ καὶ παλαιόν. διὸ Ἐκφαντίδην καπνίαν καλοῦσιν. Quæ ultima verba magnis viris imposuere. non enim de vino
396 amplius hic agitur, sed de cognomine Ecphantidis Comici. In commentariis (inquit) ad Cratinum definitur, καπνίαν etiam vinum conditum, et vetus significare, ideoque Ecphantidem Comicum καπνίαν vo-

cari, quod vetus esset parum notus, et ut Hesychius eruditissime, *οὐδὲν λαμπρὸν* composuisset. Hæc si non sit illorum verborum mens, fatebor me in istis nihil vidisse, nec quæ apud Suidam legi percepisse. Ait ille *καπνίας, ποιητὴς ὁ μηδὲν λαμπρὸν γράφων*. Ne putes ullum unquam Poetam proprio nomine vocatum fuisse *καπνίαν*, imo cognomen esse puta Ecphantidis mali poetæ, quod postea potuit trahi ad omnes malos poetas, qui quod nihil recti componerent, Capniæ dicti sunt. Ita ut *καπνίας* apud Suidam ille sit poeta qui nullum bonum poema perficere potest. *Καπνίας* ergo Ecphantides Comicus a vino sublesto, quod cave ne existimes Ecphantidem dici posse. Nullum enim vinum *'Εκφαντίδην* vocatum fuisse, certo certius constat ex his quæ retulimus. Quæ autem de Ecphantide et Chœrilo poetis amplius observavimus, in caput secundum libri secundi lectionum nostrarum rejecta fuere: hæc exempli gratia attulimus et excerpsimus. Alia multa poteramus ex eisdem lectionibus, quo Criticæ dignitas altius efferretur, sed cum jam ex professo in hoc laborare non recusarint viri nostræ tempestatis doctissimi, sufficiet in præsens ostendere ejus sectatores, Criticos[a] dico, olim tanto in pretio habitos, ut et regum bibliothecis præfecti fuerint; et in poetarum recitationibus, in quibus de Coronis, aliisque præmiis contendebant, adhibiti. Refert Tertullianus in Apologetico, Demetrio Phalereo Grammaticorum probatissimo bibliothecæ præfecturam mandatam esse ab erudi- 397
tissimo Ptolemæorum, cum Pisistratum bibliothecarum studio æmularetur. Testatur Suidas, Dionysium Grammaticum Romæ docentem bibliothecis præfectum. Ita etiam referunt Augustum Imperatorem Criticos delegisse bibliothecæ Palatinæ, qui librorum quasi quemdam Senatum legerent, ne futiles quidam et nugaces libri in ea reponerentur aut reconderentur: horum meminisse sæpius Horatium scio. Eumdem Augustum bibliothecas etiam instruendas Pompeio Marco dedisse Suetonius in Julii Cæs. vita asseverat. Vitruvius proœmio libri 7. Prolemæum ait Alexandriæ ludis in honorem Musarum et Apollinis institutis, septem judices literatos eligendos curasse, qui poemata quæ a poetis recitarentur probarent, inter quos Aristophanes magnus ille Criticus relatus fuit. Referunt quoque enarratores Horatii ad illud Satyræ decimæ, lib. 1. Sermonum:

Quæ nec in æde sonent certantia judice Tarpa.

Tarpam illum fuisse judicem Criticum, qui solemnibus poetarum recitationibus præerat, et probabat quæ ad scenam erant deferenda. Faciunt ad hæc verba veteris inscriptionis, *Coronatus est inter poetas Latinos*

[a] *Criticos*] Sed et Dio orat. 53 de Homero, Criticos prius dictos esse ait, qui postea Grammatici sunt appellati. Grammaticam autem et Criticam ab Aristotele sumpsisse exordium: *οἱ δὲ αὐτὸ τοῦτο τὴν διάνοιαν ἐξηγούμενοι. οὐ μόνον 'Αρίσταρχος καὶ Κράτης καὶ ἕτεροι πλείους τῶν ὕστερον γραμματικῶν κληθέντων, πρότερον δὲ κριτικῶν. καὶ δὴ αὐτὸς ὁ 'Αριστοτέλης, ἀφ' οὗ φασι τὴν κριτικήν τε καὶ γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν.* VA.

omnibus sententiis judicum. Et Suetonii in Claudio, cap. 11. *Comœdiam Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia Judicum coronavit.* Judices illi Critici erant, quales Atheniensium *πέντε κριταὶ*[†], de quibus Zenobius, Suidas, Hesychius, qui bis est a mendo liberandus, illo loco
398 primum quo legitur corrupte et truncate, *ἐν πέντε κρίτου, ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξουσίᾳ ἐστὶν, πέντε δὲ κριταὶ τοῖς Κωμικοῖς ἔκρινον,* restituendum *ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται,* hæc sunt verba *παροιμίας οὐσιώδη*: de quibus vide diligenter Zenobium: altero loco ubi legitur *πεντεκοῖται* pro *πέντε κριταὶ,* ut ante nos observarunt viri eruditissimi. Ad hanc autem formam institutos fuisse Tolosæ ludos illos quos florales vocant (*les jeux floraux*), qui quotannis mense Maio celebrantur, et in quibus poetæ probati sententia judicum literatorum et Criticorum coronantur, vel flore donantur: forte huc usque ignorarunt nostri Critices osores, ideoque de ea parum adhuc fuere solliciti. Hoc saltem domestico exemplo moniti sapere deberent, et divinam hanc scientiam colere, sine qua nunquam rerum veritatem odorabuntur, quam soli ambiunt docti, soli negligunt imperiti, soli sapientes quærunt, et soli fugiunt insipientes. Sed tempus est ut accedamus ad autorem nostrum, ne studiosis lectoribus, quibus jam salivam movimus, *ὑπερβερεταῖαι* (ut dicitur) videri possint notæ nostræ.

PHILIP. JAC. MAUSSACI

ANNOTATIONUM

ANTELOGIUM.

De decem Rhetoribus, et Harpocrationis in eos dictionario superiori dissertatione a nobis actum est. Superest nunc ut videamus de ejus

[†] *Πέντε Κριταί*] De his *κριταῖς* est illustris locus apud Æschinem *κατὰ Κτησιφ.* in fine, p. 81. *καὶ τοὺς μὲν κριτὰς τοὺς τῶν Διονυσίων, ἐὰν μὴ δικαίως τοὺς ἐγκυκλίους χοροὺς κρίνωσι, ζημιοῦτε. αὐτοὶ δὲ οὐ κυκλίων χορῶν κριταὶ καθεστηκότες, ἀλλὰ νόμων καὶ πολιτείας* etc. Male Volfius *ordinarios ritus* vertit. Lambinus vero, *choros in orbem circumductos et tralatitios et communes.* Demosth. initio ejus contra Midiam: *ἐπειδὴ δὲ τούς τε κριτὰς διαφθείραντος τούτου τότε καὶ διὰ τοῦτο τῆς φυλῆς ἀδίκως ἀφαιρεθείσης τὸν τρίποδα, καὶ αὐτὸς πληγὰς εἰληφώς.* De judicibus his Bacchanalium loquitur: nam *χορηγὸς* electus erat in Pandionide tribu Demosthenes ad Dionysia. Meminit et postea apertius. Antequam vero in certamen descenderent, mos erat diis sacrificare thure, ut indicat Aristoph. in Ranis v. 894, ubi Bacchus judex electus inter Æschylum et Euripidem: *ἴθι νῦν λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῦρ δότω, ὅπως ἂν εὔξωμαι πρὸ τῶν σοφισμάτων ἀγῶνα κρῖναι τόνδε μουσικώτατα.* Schol. Comici in Avibus v. 445. *ἔκρινον οἱ κριταὶ τοὺς κωμικοὺς, οἱ δὲ λαμβάνοντες τὰς ε′ ψήφους εὐδαιμόνουν.* Lege ergo, *οἱ ε′ κριταί.* Hi et *ῥαβδοῦχοι* dicti, ut notat idem Schol. ad *Εἰρήνην*, v. 733, et Suidas. Sophocles Trachiniis v. 516. *μόνα δ' εὔλεκτρος ἐν μέσῳ Κύπρις ῥαβδονόμει ξυνοῦσα.* Loquitur de Acheloo et Hercule certantibus, uter Deianiram conjugem haberet. Plutarchus in Cimone judices tragœdis sortiri prætorem scribit. Jurati autem sententiam ferebant teste Dione in orat. 52. p. 549, et Plutarcho ibidem: ubi etiam ut insolitum notat, decem fuisse judices ab Aphepsione magistratu lectos. VA.

ἀνθηρῶν συναγωγῇ, refert enim Suidas in vita quam in limine operis præposuimus, præter λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων composuisse illum ἀνθηρῶν συναγωγὴν, floridorum collectionem. hæc vitæ pars est, quam in hoc antelogio illustrare decrevimus, antequam ad notas veniamus. Ἀνθηρὰ florida sunt sive electa (ut loqueretur Seneca), ἀνθολογίαι, florilegia: solebant enim studiosi homines inter legendum ex veteribus auctoribus quæcunque ad institutum facere videbantur excerpere, unde ἐκλογαὶ, χρηστομάθειαι et σημειώσεις. Athenæi mutilator παρεκβολὰς appellat opus suum, quasi excerpta ex integro opere Dipnosoph. Athen. ita χρηστομαθείας inscripsit epitomem suam ille qui in compendium Strabonem reduxit: quomodo etiam Proclus, et Helladius Bezantinous apud Photium χρηστομαθείας scripserunt, quæ nihil aliud sunt quam laudabilia et notatu digna quæ ab eis excerpebantur ex veteribus auctoribus et in συναγωγὴν reducebantur, ut postea usui, si quando accideret, esse possent. Utebantur autem in excerpendo his notis ll. quæ laudabile vel laudabilis locus (ut optime Probus) denotabant: vel χ, quod χρηστὸν designabat. hic annotare dixerunt. Plinius lib. 3. Epistolarum de avunculo suo, *annotabat excerpebatque.* Principes in re literaria viri Josephus Scaliger, Petrus Victorius, et Isaacus Casaubonus multa de hoc studii genere observarunt, hic in notis suis ad Diogenem Laert. dum de nota τοῦ χ disputat acutissime: illi dum in conjectaneis et notis ad Varronem de notis ll. doctissime et accuratissime disserunt. Alter illorum, Josephus Scaliger nimirum, multa adhuc in animadvers. ad Euseb. Chron. repetiit, quod opus ære perennius studiosi omnes consulere debent, si sitim suam super hac re extinguere desiderent. Nos quæ ab illis heroïbus divinitus pertractata sunt hic repetere in animum non induximus: de opere Harpocrationis quod inscripserat ἀνθηρῶν συναγωγὴν quædam præmittere mens fuit, ut Suidæ verba lucem aliquam acciperent. Dicebamus igitur ἀνθηρὰ florida esse, χρήσιμα, sive flores, cujus generis Lucii Apuleii quæ hodie circumferuntur florida, non ex integris ejus exercitamentis aut orationibus Carthagini habitis per studiosos quosdam collecta et hoc titulo donata, ut existimavit politissimus ille vir qui ultimus Apuleii opera emendavit, et primus partem hanc relliquias sive λείψανα esse credidit integrarum dissertationum quas composuerat; series enim et ordo hic rerum nulli alteri quam Apuleio ipsi tribuendus est. Perpetuus quidem hic stilus non visitur, nec opus distinctum in libros unquam fuit: quomodo huc usque ante editionem præstantissimi illius viri sibi vulgo omnes persuaserant: sed tamen materiæ, dispositionis, et tituli nullus alius auctor quam legitimus parens. pendet hoc ex cognitione moris cujus vestigia primi videmur odorati. Antiquitus oratores florida quædam et exculta loquendi genera et emblemata verborum vermiculata, ut ita loquar, parata habebant, quibus uti possent cum tempus dicendi veniebat: imo et aliquando integras periodos, orationis cola et

partes, ut exordia, epilogos, et omnigena dictionum schemata. Unde προοίμια δημηγορικὰ Demosthenis hodie videmus, a Polluce lib. 6. cap. 33. συμβουλευτικὰ dicta; quibus sine dubio utebatur, cum per temporis angustias non licebat nova componere, et ex tempore dicere debebat. Antiphontis etiam προοίμια laudat Suidas verbo ἅμα, quæ veluti florida quædam et excerpta erant ad excolendas et ornandas orationes quas habiturus erat. Ita etiam dicendi magistri et quilibet declamatores quolibet tempore ἐκλογὰς, sive electa habuere ad orationis ornatum. Apuleius florida sua sine dubio tanquam procemia selegerat et in συναγωγὴν coacervaverat, ut eis veluti gemmis aut lapillis uteretur cum esset opus. Male et inepte illi qui sub speciem quandam librorum florida reduci debere existimarunt. Pejus etiam illi qui ab efflorescenti et læto dicendi genere eadem fuisse dicta florida sibi persuasere. Ego nullus dubito quin quomodo Demosthenes, Antiphon, et alii rhetores procemia, epilogos, et varias ejusmodi orationis partes paratas habebant ad orandum extemplo, quando ferebat occasio, quin inquam hoc eodem modo Apuleius florida hæc sua sive excerpta sibi parasset tanquam procemia, aut epilogos orationum quas Carthagini habiturus erat: hæc nostra mens. Ceterum ut hoc antelogium concludamus, veterum ἐκλογαὶ, excerpta, electa, ἀνθηρὰ, siremps res. Alii quidem eclogas componebant, alii electa, alii ἀνθηρὰ et χρηστομαθείας: sed omnes hi tituli pro libidine scribentium imponebantur. Eclogarii simpliciter vocabantur illi qui locos laudabiles ab excerptoribus annotatos excipiebant, et in commentarios referebant: Seneca peculiari vocabulo *analectas* dixit. Cicero lib. 16. epist. ad Attic. eclogarios, id est notatu dignorum et electorum excerptores. Electa λογογραφίας vocabant aliquando, unde in glossis ἐκ τῶν λογογράφων exponitur *ex electis*. Refert D. Hieronymus Melitonem Asianum Sardensem Episcopum ἐκλογῶν libros sex composuisse, Plinius avunculum suum electorum commentarios: Suidas Harpocrationem ἀνθηρῶν συναγωγήν. eclogæ, electa, et anthera eadem sunt. deflorata et deflorare dixerunt posterioris seculi homines, ut apud Cassiodorum spissius, et libri illi in quibus Ciceronis aliorumque laudabiliora et χρεῖα continentur *defloratorum* inscribuntur, ἀνθηρῶν uno verbo, ἀνθηρὰ enim florida. Nihil igitur aliud Suidas voluit cum retulit Harpocrationem ἀνθηρῶν συναγωγὴν composuisse quam ab eo floridorum collectionem et coadunationem quandam factam esse, quæ ex oratoribus puta, aut hujusmodi scriptoribus excerpta aut electa erant. Et hæc dicenda mihi videbantur ad illorum verborum illustrationem. veniamus ad Notas.

HENRICI STEPHANI

HENRICI STEPHANI
PRÆFATIO
AD DIATRIBEN IN ISOCRATEM.

De nonnullis vocabulis et loquendi generibus ab Harpocratione et Suida apud Isocratem observatis.

Harpocrationis Lexicon quoddam ab Aldo Manutio editum olim fuit, Anno 1503, cui titulus est, Lexicon Decem Oratorum (vix enim hic potest exprimi vis articuli τῶν genitivo ῥητόρων præfixi) et orationibus [imo scholiis in orationes] Demosthenis ab eo subjunctum. Postea vero idem ex eodem Harpocrationis Lexico, nec non e Suida, excerpsit aut excerpenda curavit Isocratica quædam vocabula: atque huic eclogæ titulum fecit, 'ΑΡΠΟΚΡΑΤΙ'ΩΝΟΣ ΚΑΙ' ΣΟΥΙ'ΔΑ ΠΕΡΙ' ΤΙΝΩΝ ΠΑΡ' 'ΙΣΟΚΡΑ'ΤΕΙ ΛΕ'ΞΕΩΝ. eamque ipsius Isocratis orationibus a se excusis subjunxit: quum alioqui titulus fronti libri illius præfixus Harpocrationem, non aliquam tantum ejus partem, polliceretur. Ego vero, quum toto Harpocrationis lexico a multis jam annis attente considerato, animadvertissem, eum quæ titulo sui libri promiserat, fideliter præstitisse, ac eos etiam qui alioqui in Græca lingua non parum exercitati essent, partim ἀγνοεῖν nonnulla quæ ab illo docerentur, partim ἀμφιγνοεῖν quædam de quibus omnem ipsis auctoritate sua (quam haud parvam existimo) dubitationem tolleret: et scirem ipsum cum ex aliorum multorum librorum ac libellorum, tum vero ex hujus editione, gratiam a Græcæ linguæ studiosis iniisse: tantum abest ut quod ille ipsis sua editione dederat, mea denegare voluerim, ut contra meo paternoque simul more, id illis πολλῷ τῷ μέτρῳ et λώϊον reddere statuerim. Quomodo autem id effecerim quid attinet hic commemorare, quum oculis tuis sim subjecturus?

Prius tamen quam id faciam, de eo quod Harpocration et Suidas hac in parte præstiterunt, præfari quædam libet. Te igitur nescium esse nolo, eos, præsertimque Harpocrationem, ea quæ Isocrati vel peculiaria vel cum aliis communia paucis essent, in his paucis quæ ex illo excerptæ sunt paginis, non proponere solum, sed etiam exponere. Alicubi igitur Isocratis tantum fit mentio, tanquam hoc vel illo vocabulo usi: et alicubi dicitur Isocrates in more habere ita eo uti: (veluti ubi legimus, Ἤπειρον, σύνηθές ἐστι τῷ Ἰσοκράτει τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν οὕτω καλεῖν) alicubi additur et quidam alius qui eo itidem usus fuerit, aut quidam alii adjiciuntur.

Suidam autem sciendum est non harum tantum vocum quæ ad Isocratis sed aliarum etiam quæ ad aliorum oratorum lectionem faciunt, plerasque habere, ac non immerito existimari eum ex Harpocrationis libro eas descripsisse: quum Harpocration et prior eo fuerit, et multos

scriptores testes citet, quorum alibi nulla fit a Suida mentio. Alioqui ex uno eodemque hausisse fonte videri possent: quamvis apud Suidam alicubi contra pauciora legantur: et alicubi emendatior ejus sit lectio, alicubi mendosior: alicubi eadem omnino menda, nominatimque eædem alicujus vocis aut aliquarum vocum ἐλλείψεις, habeantur. Exempli gratia, in vocabulo σκαφηφόροι, legitur apud Harpocrationem pariter et Suidam, οὐχ ἡμῖν ἔχοντες χάριν τῆς πολιτείας, ἀλλὰ τῷ ἀργυρίῳ. οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι. Hunc locum sive apud Harpocrationem sive apud Suidam quis legat, multum illi negotii facesset particula γὰρ, quoniam nihil videre poterit cujus rationem illa reddat, adeoque nec quomodo hæc οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι, cum præcedentibus cohæreant· Nec mirum si hoc in loco apud utrumque lexicographum hærebit: quum apud utrumque inter ἀργυρίῳ et οὗτοι desint hæ tres voces, ἀντὶ τοῦ μέτοικοι. optime enim (his insertis) cohærere illa videbis, οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι. Nam apud illos quum post σκαφηφόροι sequi deberet ἀντὶ τοῦ μέτοικοι, deinde afferri locus Dinarchi ubi sic usus est illo vocabulo: contra continuo post σκαφηφόροι ponitur, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀγασικλέους φησὶν, et his subjunguntur ejus verba: istis vero illa, οὗτοι γὰρ ἐσκαφηφόρουν Ἀθήνησι, omissis illis quæ interjicienda sunt (uti dixi) et quidem e veteris libri auctoritate. Libuit enim, ut tibi magis in hac parte Harpocrationis edenda gratificarer, etiam unum e meis in quosdam illius locos Schediasmatis quod alioqui cum cæteris dilatum fortasse diu fuisset, tibi repræsentare: simulque de ista Harpocrationis in quibusdam locis consuetudine te monere, expositionem vocabuli talem in locum reservandi: id est, non ponendi nisi post ipsius auctoris verba.

Ne hoc quidem ignorare te velim, Suidam plerumque Isocratis nomen tacere, etiamsi aliquod vocabulum quo is usus est, exponat: interdum in fine tantum ponere, post alia multa, ad ipsum Isocratem, licet ejusdem vocis et ibi fiat mentio, non pertinentia, ut videre est in Παραγραφή. Cum hoc autem, tum alia in causa fuerunt cur alicubi ad ipsum remittere, quam totum afferre locum maluerim. Quod alioqui et apud Harpocrationem quibusdam in vocabulis feci.

Quum vero et aliquot propria nomina tum virorum tum locorum ex utroque cæteris vocabulis interjecta essent, ea omittenda censui: præsertim quum eo in numero nonnulla sint ex iis etiam quæ cuique satis esse nota possunt. Nam et Agesilaus unum eorum est, Ἀγησίλαος (inquit) οὗτος ἦν, ὡς ὁ Ξενοφῶν δηλοῖ, βασιλεὺς Λακ. etc. Id est Agesilaus· Hic, ut Xenophon declarat, Lacedæmoniorum rex erat, clarus et strenuus: et multa Asiæ loca in suam potestatem redegit, usus eorum militum qui cum Cyro ascenderant opera. Hæc fere sunt de quibus te, antequam tibi ad Harpocrationem et Suidam aditum patefacerem, præmonendum putavi.

ANNOTATIONES

AD HARPOCRATIONEM.

P. 1. l. 1. ΛΕΞΙΚΟ'Ν ΤΩ͂Ν ΔΕ'ΚΑ ῬΗΤΟ'ΡΩΝ.] Codex Fed. Morelli, quo usi sumus, nullam præ se ferebat inscriptionem, constanter tamen vulgarem hanc retinuimus, licet apud Suid. legatur *λέξεις τῶν ῥητόρων*. Non est autem existimandum hoc opus inscriptum fuisse dictionarium decem rhetorum, quod eorum tantum voces difficiles et loquendi genera peculiaria complectatur, hoc enim falsissimum esse apparet ex innumeris locis, in quibus non solum alii rhetores decem illorum coætanei laudantur, ut Pytheas, Philinus, et Aristogiton, verbis *Θέρσανδρος*, *ἀγραφίου*, et *ὀξυθύμια* et *θεωρικαὶ* et *Κοιρωνίδαι*: sed et (quod mage notandum) varii Poetæ, Philosophi, Philologi, Grammatici, et historici. Uno verbo lexicon decem rhetorum ideo dictum fuisse hoc opus dicendum est, quod præcipue eorum voces et res notatu dignas explicandas hic susceperit Harpocration: et a majori parte, ut loquerentur philosophi, denominatio sumatur. MA. MSS. Medicei duo *περὶ τῶν λέξεων*, pro simplicitate, quam sani scriptores in indicibus retinuerunt, amantes id quod res erat, præfigere, non secus ac potuit jam aliquo modo aliunde colligere Maussacus. Alii et præsertim posteriores voluerunt esse elegantes in ea parte. Sic quod observavit alibi Valesius, licet Phrynichus scripserit librum *σοφιστικὴν παρασκευὴν*, plane tamen erat lexicon, ut clare constat ex descriptione Photii. Meliores illi, quorum auctoritatem quoque prætulisse videtur Harpocration, dum elegit istam descriptionis veritatem. Sic quoque Maussacus ad vocem *Ματρυλεῖον* citat librum *παλαιῶν πάνυ λέξεων*, ut fuit inscriptio, quum ipse tamen appellet lexicon: sed vocabulum id ab sese sumsit. Ita Didymus scripserat *τραγικῆς λέξεως βίβλους*, quarum octavam et vigesimam citat noster in v. *ξηραλοιφεῖν*. Propterea quum contra inscriptionem, quam pro-

tulit Suidas, pugnet Maussacus, antiquior Aldi habeat nihil cur acquiescamus, merito judicavi solam veri viam reperiri in libris MSStis, qui probari mererentur. Et forsan illa ipsa quæ tanquam duo et diversa memorat Suidas Λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων et Ἀνθηρῶν συναγωγὴν, si etiam ut diversa scripsit ac publicavit aliquando Harpocration, vel per eum ipsum vel per alium coaluerunt postea in unum et hoc ipsum scriptum. Unde patet, quanti debeat fieri integrum caput secundum Jo. Meursii lib. 6. Attic. lect. ubi illum titulum, qui vulgo circumferebatur, statuens esse librariorum, ex Suida, ut certo teste, judicat auctorem inscripsisse λέξεις. Quo certe nunquam se indiguisse etiam tacens clamat Maussacus, quum in loco Suidæ, quem operi ipsi præmisit, illam ipsam vocem majusculo charactere expressit, bene sibi animadversam indicans. Sed ille non viderat libros antiquos. GR.

1, 2. ὄνομα post vocem Ἄβαρις poteramus restituere. sed repugnabant omnes manu exarati: certe per me licet legere vel ἁπλῶς κύριον, vel simul ὄνομα κύριον. sæpius utitur hic auctor hoc loquendi genere, quod est Grammaticis omnibus Græcis familiare. Latini dicunt nomen proprium. Aliquando invenire est ὄνομα simpliciter, et sine κύριον, ut infra verb. Φανίας, sed illic restituimus nos κύριον. Porro de hoc samardaco Abari natant antiquorum scripta: consule quæ de eo narrant Malchus in libel. de vita Pythag. Apollonius hist. 4. de Mirab. et Himer. Sophista in orat. εἰς τὸν Κόμητα Οὐρσίκιον, quæ adhuc animadversa non fuere. Arrident vero valde mihi divinæ divini J. Scaligeri ad Jul. Firm. Mat. [p. 46.] et veterem Comici enarratorem conjecturæ, in hoc ubi in Equit. 725. legitur βάριν καὶ βάριδας, corrigendum Ἄβαριν καὶ Ἀβάριδας, quod et nos jamdiu deprehenderamus dum hæc excerperemus ad auctoris nostri illustrationem. In illo quo loco bis avarus Scytha legitur in lib. de error. Profan. Relig. reponendum Abaris Scytha. Tu amplius vide quæ divinus ille vir ad Euseb. suum, et in notis ad Firmic. Mater. de hoc sortilego dixit, et memineris apud Plutarchum ipso initio tractatus πῶς δεῖ νέον ποιημάτων ἀκούειν referri Heraclidem librum olim composuisse quem inscripserat Abarim eo quod forte multa μυθολογουμένων quæ de Abari circumferebantur in eo collecta essent. MA. Nonnus lib. 11, 132. Dionys.

Ἔκλυες αὐτὸν (leg. αὖ τὸν) Ἄβαριν, ὃν εἰς δρόμον ἠεροφοίτην
Ἱπταμένῳ πόμπευεν ἀλήμονι Φοῖβος ὀϊστῷ.

Sed longe plura Jamblichus ex Malcho, qui etiam αἰθροβάτην

dictum esse scribit, ut Empedoclem ἀλεξάνεμον, Epimenidem καθαρτήν. De eo plura Suidas, συνεγράψατο δὲ χρησμοὺς τοὺς καλουμένους σκυθίνους. De hoc vide Scaligerum ad numerum Eusebii 1454, ubi locum Firmici affert de Palladio. Simulacrum est ex ossibus Pelopis factum, hoc Abaris Scytha fecisse perhibetur. Schol. Aristoph. in Equit. 725: ὅτε δὴ καὶ Ἄβαρίν φασι τὸν Ὑπερβόρειον ἐλθόντα θεωρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα Ἀπόλλωνι θητεῦσαι, καὶ οὕτω συγγράψαι τοὺς χρησμοὺς τοὺς νῦν προσαγορευομένους Ἀβάριδος. Sic emendat Scaliger pro βάριδας, quod nihili est. Eusebius Olymp. 54 anno 2. *Abaris de Scythia venit in Græciam. Lydorum nonus Crœsus ann.* 15. Numero Euseb. 1454. Apud eundem Olymp. 82 anno 4. *Abaris Hyperboranus hariolus agnoscitur*, quod ineptissimum est. Porro cum ex Porphyrio et Jamblicho constet Pythagoram Abaridi Hyperborei Apollinis sacerdoti aureum femur suum ostendisse, sequitur ut eodem tempore vixerint Olymp. 54 anno 2. Hic sagittæ insidens orbem peragrasse dicitur, quam sagittam Apollo in Hyperboreo monte defoderat, cum Cyclopas interfecisset, qui fulmen Jovi fecerant quo Æsculapius erat interfectus. Sed postquam Jupiter ignovisset filio, sagitta ipsa vento ad Apollinem perlata cum frugibus, quæ eo tempore nascebantur, teste Hygino in Poëtico Astronom. Proclus in Timæum p. 141 citat Pythagoram ἐν τῷ πρὸς Ἄβαρον λόγῳ: ubi scribendum est Ἄβαριν. VA.

1, 2. Λοιμοῦ.] Scholia Aristoph. in Equit. 725. ubi de εἰρεσιώνῃ· οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι λιμοῦ, οἱ δὲ ὅτι καὶ λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην, χρωμένων τίνα ἂν τρόπον παύσαιτο τὸ δεινὸν, τὴν λύσιν ταύτην ὁ Πύθιος ἐμαντεύσατο, εἰ προηροσίαν ὑπὲρ ἁπάντων Ἀθηναῖοι θύσειαν. θυσάντων οὖν Ἀθηναίων τὸ δεινὸν ἐπαύσατο. Suidas, Προηροσίαι αἱ πρὸ ἀρότρου γινόμεναι θυσίαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι καρπῶν, ὥστε τελεσφορεῖσθαι. ἐγίνετο δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων ὑπὲρ πάντων Ἑλλήνων ε' ὀλυμπιάδι. Λυκοῦργός φησιν ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου· καὶ γὰρ νῦν πολλὰς καὶ μεγάλας ὑμῖν τιμὰς ὀφείλω καὶ ζητῶ παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι μαντευομένοις τὸν Δία προηροσίαν ποιήσασθαι. Leg. τῇ Δηοῖ ex Suida in εἰρεσιώνη. VA. Schol. Arist. Pl. 1055. HEMST. Quum popularetur omnia lues, nec remedium inveniretur, consultus ab nonnullis Apollo respondit cessaturam, si Athenienses omnium nomine sacra facerent. Id quum emanasset quoque ad Scythas, hi miserunt illuc Abarin, sicut ex reliquis populis quisque aliquem, rogaturum Atticos, ut id facerent. Attici velut gratiores cælo indicati sunt, qui exorarent Deos. Idem clare manifestatur ex nota Valesii

ubi aliis Græcorum verbis eadem historia refertur, et palam scribitur *εἰ θύσειαν*. Id sæpius factum. Et geminum plane exemplum est, quod narrat Pausanias in Corinthiacis, quare circa introitum *Αἰακείου* statuti sint *οἱ παρὰ Αἰακόν ποτε σταλέντες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. αἰτίαν δὲ τὴν αὐτὴν Αἰγινήταις καὶ οἱ λοιποὶ λέγουσιν. αὐχμὸς τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ χρόνον ἐπίεζε, καὶ οὔτε τὴν ἐκτὸς Ἰσθμοῦ χώραν, οὔτε Πελοποννησίοις ὗσεν ὁ θεός. ἐς ὃ ἐς Δελφοὺς ἀπέστειλαν ἐρησομένους τὸ αἴτιον ὅ τι εἴη, καὶ αἰτήσοντας ἅμα λύσιν τοῦ κακοῦ. Τούτοις ἡ Πυθία εἶπε, Δία ἱλάσκεσθαι, χρῆναι δὲ, εἴπερ ὑπακούσει σφίσιν, Αἰακὸν τὸν ἱκετεύσοντα εἶναι. οὕτως Αἰακοῦ δεησομένους ἀποστέλλουσιν ἀφ' ἑκάστης πόλεως. καὶ ὁ μὲν τῷ Πανελληνίῳ Διῒ θύσας καὶ εὐξάμενος, τὴν Ἑλλάδα γῆν ἐποίησεν ὕεσθαι.* Plane, ut vides, sunt hæc similia. Jam vero Maussacus quidem nihil dicit de suis MSS., et tamen in MS. quem consuli curavi, plane legitur *ποιεῖσθαι*, ut omnino videas eam esse oraculi sententiam, ut moneret ire ad Athenienses, qui soli tanto sacrificio pares essent, et de eo quid fieri vellet, non quid fecissent alii, agat oraculum. Ita recte opinabimur deinde Athenienses vota precesque nomine omnium fecisse: eoque sensu scripsisse ita Meursium lib. 6. Attic. lect. c. 3, alioqui non excusandum, si interpretem [Blancardum] ad ineptias deduxit. Sed etiam quare hic viri docti ediderunt *τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον*? præsertim quum istud *τῶν* nec sit in MS. nec in editione Aldina; unde omisi, quum ille mos non videatur Harpocrationis. An non statim habes *τὸν Λυδῶν βασιλέα*, ubi tamen idem MS. *τῶν Λυδῶν*? nonne *ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ* millies? nonne *τὴν Ἀττικῶν διάλεκτον* in *Ἀγυιᾶς*, etsi MS. illic *Ἀττικὴν*, et paulo ante *τῶν Λυδῶν*. et ibidem *τὰ Ἀθηναίων ἔθη*? In *Δάοχος* edunt *εἷς οὗτος τῶν προεμένων Φιλίππῳ τὰ Θετταλῶν πράγματα*. ubi MS. *τῶν Θετταλῶν τὰ πράγματα*. Itaque recte vocula ista ignoratur MSto. GR.

2, 5. *Ἱππόστρατος μὲν γὰρ*] Hic primus auctor esset, quem ante omnes alios citandum judicaverit Harpocration. Itane, postquam semel eum sic laudavisset, penitus e memoria huic auctori excidisse credendus est, ut nunquam postea rursus? præsertim si is et Chronologiam tractaverit, ut hinc videtur elucere. Scio, contigit id in nonnullis aliis, ut semel modo adhibeantur. Veruntamen in MS. legebatur *Νικόστρατος*, quem infra quoque nominat, si non ut Chronologum, certe ut eruditum virum, et qui scripserit aliqua. Etiam in v. *Ἀντίκυρα* habes Nicostratum medicum. Immo verissimam esse puto hanc restitutionem MSti. Quamvis enim in voce *ὀρνιθευτὴς*, ubi hic citatur, non pateat eum

esse Chronologum, tamen videtur omnino id dixisse in poesi, in qua maximam ejus memorandi occasionem habuit, quum Athenæus diserte testetur eum scripsisse *ἱεροφάντην*, et *Ἡσίοδον*, et *Πάνδροσον*, ubi eum vocat *μέσης κωμῳδίας ποιητὴν*, unde noster illustrandus, dum ibidem vocat *νέαν* ejus *κωμῳδίαν*. GR. *Ἱππόστρατος ὁ τὰ περὶ Σικελίας γενεαλογῶν* memoratur a Schol. Pind. Pyth. 6, 5. quod opus per olympiades videtur digessisse. Idem Schol. ad Nem. 2, 1. Olymp. 2, 16. *ἐν τῷ περὶ Μίνω*, Phleg. de Mir. c. 30. Schol. Theocr. 6, 40. Nicostrati qui librum composuit de Musico fratre Rhythmonii meminit incertus scriptor, quem a Censorino separavit Carrio, c. 10. Suspectum apud Suidam in *Ταραντινίδιον*. Schol. Eurip. Phœn. 1017. Menag. ad Diog. 2, 59. Suidas in *Μητροφάνης* et *Ἀδραστεία· οἱ μὲν* etc. HEMST. Apparet igitur Hemsterhusium vulgatam lectionem servatam voluisse, quam damnaverat Gronovius, qui si verba scholiastæ ad Pind. Nem. 2, 1. novisset, Nicostratum historicum cum poeta non confudisset. Nicostratus etiam memoratur ap. Steph. in v. *Γάγγρα*, ubi nullam causam video, cur in *Στρατόνικος* mutetur, quod voluit Berkelius; potuit enim Alexander apud Stephanum fragmentum ex illius Nicostrati libro proferre, qui propter *λέξιν ἀφελῆ* jungitur cum Xenophonte a Dionysio Hal. de Art. Rh. p. 36, 13. quem ante oculos habuit Hermog. de Form. Or. 3. c. 3. p. 396. eundem Nicostratum cum Xenophonte et Æschine Socratico componens. Sed omnis quæstio de diversis Nicostratis impedita est: fortasse aliquando hoc nomen confusum est cum illo Nicocratis, cujus Geographica, ut videtur, citantur a Scholiasta Apoll. Rh. ad 1, 831. Illum autem Nicostratum, cujus fragmentum expromit Suid. in v. *Ταραντ.* et sine auctoris nomine, in *Ὡς ἐκ τῶν παρόντων*, si ponamus eundem fuisse cum illo, quem Dionysius et Hermogenes laudant, suspicio Hemsterhusii tollitur. Cæterum hic in margine exempli Suidæ, quo usus est, ad v. *Ταρ.* adscripsit, significare Nicostratum, vel quisque sit, Monimen Mithridatis uxorem, de qua refert Plut. in Luc. p. 503. A. B. GEEL.

3, 1. ἌΒΙΟΣ] In hac voce pro *ἐπὶ* restituimus *ἀντὶ* et *κεκτημένον* pro *κεκτημένου*. Ita nominatim Codex Fed. Morelli. Vide diligenter Hesychium, qui eundem Antiphontis ex aliqua orationum de veritate locum attigit, sed truncate hodie legitur apud eum *ἐν ἀληθείᾳ*. puto restituendum *ἐν ἀληθείας πρώτῳ* vel *δευτέρῳ*: duas enim Antiphon de veritate orationes composuerat, ut videbimus. MA.

3, 3. Ἀβροκόμας unus Herodoto Ἀβροκόμης 7, 224. Darii filius. Alter Abrocomas unus e præcipuis Artaxerxis Persarum regis satrapis, qui in expeditionem contra Cyrum ivit teste Xenophonte, apud quem aliquoties legere est Ἀκροκόμας: quam lectionem confirmat Isocrates in Paneg. [p. 69.] cum ait, *οὐκ ἐκεῖνος μὲν ἐπὶ τὸν πόλεμον τοῦτον κατέπεμψε εὐδοκιμωτάτους* Περσῶν Ἀκροκόμαν *καὶ* Τιθραύστην *καὶ* Φαρνάβαζον. Mirari vero satis non possum quomodo hæc verba Harpocrationi non venerint in mentem. MA.

3, 4. Ἀγάθαρχος *ὄνομα κύριον.*] Sic edidit et antea cum Aldo Maussacus. An vero credimus omnia ea venisse ab Harpocratione? Cur non statim ante voci Ἀβροκόμας subnexum fuit idem illud *ὄνομα κύριον*? Cur non sequenti vocabulo Ἀγασικλῆς, et Ἀγησίλαος, et multis aliis? Quod quum ita videas, non potest non perplacere indicium Msti, duas postremas voces hinc repudiantis. Non enim solet Harpocration eas apponere nisi talibus vocabulis propriis, quæ etiam appellativa vel communia in Græco sermone fuerunt. Sic voci Ἄβαρις subnectit *κύριον*, quoniam in Græca lingua ea notat aliud quid insuper, nempe *ἠπειρώτην*, cui non est *βάρις*. Sic post Ἁλιρρόθιος, Ἄρθμιος, Ἀριστεὺς, Γλαῦκος, Διότιμος, etc. semper subjunctam videbis hanc admonitionem, innui ab auctore non communem vocem (quales eæ fuerunt et omnes videntur fuisse, etsi interdum fortassis lateat earum notio) sed nomen proprium. Id autem vel maxime observari debuisse ac debere in lectione Græcorum scriptorum patet ex Aristotelis libro 2. Rhetoricorum cap. 23, in fine, ubi sic appellationes Σιδηρῶ, Θρασύβουλος, Θρασύμαχος, Πῶλος præbuerunt occasionem jocose loquendi. Rursus versa vice, ubi nullum dubium est de conditione vocis, nec aliud possit esse quam nomen proprium, ibi non solet addere, ut in prius allegatis, et similiter fecit in hac voce, ut ex MS. gratia videmus, quum ea non possit non esse proprium nomen. Sed quoniam id agimus, vide ut edant Aldus et Maussacus, Γύλιππος, *ὄνομα κύριον Λακεδαίμονος.* Quanto rectius censebant illi viri docti, qui in Goesiano exemplari adscripserant *στρατηγοῦ τινος*, ut legeretur *ὄνομα στρατηγοῦ τινος Λακεδαίμονος.* Sed ne hoc quidem probare possum. Non enim illi attendunt ad manum Harpocrationis, quæ licet interdum illic admiserit casum secundum (sic enim videmus *Δωριεὺς ὄνομα παγκρατιαστοῦ*) plerumque tamen priorem præferre solet. Sic *Διότιμος, ὄνομα κύριον, ναύαρχος Ἀθηναίων.* Sic *Λύσανδρος, ὄνομα κύριον, Λακεδαιμονίων ναύαρχος.* Sic in v. Ἐπιχάρης, Μοιροκλῆς, Τη-

λεφάνης. Immo clare consuetudinem suam ostendit auctor in v. Πολέμαρχος. ὅτι δὲ καὶ κύριον ὄνομα ὁ Πολέμαρχος τοῦ Λυσίου ἀδελφὸς, non ἀδελφοῦ. Hinc quum etiam soleat edi Κέφαλος ὄνομα κύριον δημαγωγοῦ, edere malui δημαγωγὸς, quoniam id exstabat prorsus in MS. Mediceo, omittente etiam vocem κύριον, atque ideo suspectum habeo etiam exemplum ex Δωριεύς. Unde patet Harpocrationem dedisse Γύλιππος, ὄνομα κύριον, Λακεδαιμόνιος, ut Ὑακινθίδες, Λυκοῦργος ἐν τῇ κατὰ Λυκόφρονος εἰσαγγελίᾳ· εἰσὶ δὲ θυγατέρες Ὑακίνθου τοῦ Λακεδαιμονίου, ut quidem primi nunc demum publicavimus, quum mira huc usque incogitantia publicarint omnes Ὑακινθίδαις: an hæc terminatio convenit puellis? Et tamen Meursius lib. 4. Attic. lect. cap. 18. jam recte citaverat. GR. Præter Demosthenem orat. contra Midiam, Agatharchi pictoris meminere etiam Plutarchus in Alcibiade et Andocides rhetor in oratione contra Alcibiadem. MA.

3, 6. ἈΓΑΘΗ͂Σ ΤΥ͂ΧΗΣ] MS. notabiliter Ἀγαθοτύχους νεώς. Et Ἀγαθὴν Τύχην satis notam fecerunt viri docti ex cultu et superstitione Atheniensium, ut et statuæ prope Prytaneum. Sed tu vide, an non is sit heros incognitus etiamnum. GR.

4, 1. Male excusi omnes et manu exarati hoc loco pro Δεινάρχῳ habebant Δημάρχῳ: et ἄλιμον σίνοις pro Ἁλιμουσίοις. Vide quæ ad hanc vocem infra animadvertimus. MA. Δεινάρχῳ leg. est. Is orationem habuit, quæ κατ' Ἀγασικλέους εἰσαγγελία ξενίας inscribitur a Dionysio inter δημοσίους λόγους γνησίους Dinarchi, quanquam κατὰ Πισικλέους ibi legitur male. VA.

4, 3. ἌΓΟΙ] Athenag. πρ. περὶ χρ. p. 21, 7. ὁ λόγος ἡμῶν ἕνα θεὸν ἄγει. itaque sæpius apud eum: p. 37, 18. p. 48, 3. p. 53, 11. Liban. vol. I. p. 802. B. 805. A. Cratin. apud Steph. in Ψύρα. HEMST.

4, 4. Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις] Ejus orationis id est argumentum. Epigenes Eumathem, servum suum, qui mensam Athenis exercebat, in judicio manumisit. Mortuo Epigene, Dionysius hæres Eumathem ducit in servitutem. Contra Xenocles eum asserit in libertatem. Agit inde Dionysius contra Xenoclem actione ἐξαιρέσεως, cujus actionis libellum hic refert Harpocratio. Pro Xenocle orationem Isæus scripsit, cujus procemium refert in Isæo Dionysius Halic. VA.

4, 5. εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις] Epigraphe orationis Isæanæ ita a nobis restituta est optime, ut apparet ex v. ἐξαιρέσεως δίκη et ἀφαίρεσις. MA.

4, 9. Constanter editiones præcedentes πολλοὶ χρῆσις reti-

nuerunt male, melius in hac ultima πολλὴ χρῆσις. Sed hæc levia persequi non jubet mens: sufficit ea expunxisse et textum purgasse. MA.

4, 10. Ἰσοκράτης] Locus Isocratis in Panathen. p. 236, est hic, ἀπαντήσαντες γάρ μοι τινὲς τῶν ἐπιτηδείων ἔλεγον ὡς ἐν τῷ Λυκείῳ συγκαθεζόμενοι τρεῖς ἢ τέτταρες τῶν ἀγελαίων σοφιστῶν, καὶ πάντα φασκόντων εἰδέναι, καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων, διαλ. etc. Ubi quod additur, καὶ ταχέως πανταχοῦ γιγνομένων occasionem fortasse præbuit Harpocrationi addendi illud πλανητῶν: quum alioqui sufficere posset τῶν πολλῶν. Alioqui non minus placeret eodem alioqui sensu, exponere τῶν τυχόντων, τῶν ἀπερριμμένων, vel, τῶν καταβεβλημένων καὶ κατημελημένων: ut hæc duo participia copulantur ab Isocrate hac in ipsa oratione. Gregarios Sophistas interpretando vocem quidem voci respondentem habebimus, sed tamen ita ut alia in Latino quam in Græco vocabula futura esse videatur. Cæterum non διαβόσκεσθαι, sed βόσκεσθαι apud Suidam legitur: quod et malo. STEPH.

4, 12. διαβόσκεσθαι] An δὴ βόσκεσθαι? Vid. Suid. in ἀγελαῖος. HEMST.

5, 1. Isæanæ adhuc orationis epigraphem restituimus hoc loco: ὑπὲρ Μενεκλέους κλήρου, non κλήρῳ. sæpius ita peccatum est in hoc opere, sed omnibus locis male affectis lata est medicina. MA.

5, 6. Ἄγλαυρος maluimus quam Ἄγραυλος, quia ordo alphabeticus hoc poscit. quin tamen recte dici queat Ἄγραυλος non dubitamus; imo si Stephani mutilatori fidem habemus, Ἄγραυλος melius dicetur. sed hæc minima sunt. Cogitandum amplius de his verbis ἔστι δὲ καὶ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς, quæ certe unius nucis non sunt. Suidas ea quidem retinuit, quid mirum, cum pejora aliquando describat? Minervam autem antiquitus fuisse quæ Ἄγραυλος vocaretur vix credam, licet de eo amplius dubitare non videantur eruditi, inter quos non postprincipia tenet Lil. Greg. Gyraldus. Agraulus Minervæ ministra fuit: unde illa Ulpiani in enarrat. ad orat. de falsa legat. intelligenda: ἱέρεια δὲ γέγονεν ἡ Ἄγραυλος τῆς Ἀθηνᾶς[a], ὥς φησι Φιλόχορος. Sed hodie hæc corrupte leguntur apud illum, a nemine huc usque percepta, non ab ipso interprete, qui hic mirum quantum cæcutivit. Plura adderemus de Agraulo non vulgaria, sed notarum termi-

[a] Τῆς Ἀθηνᾶς] Ἀθηναίων corrupte legitur apud Ulpianum, quæ emendatio obvia erat. Volfius vertit pessime, *victima porro fuit Agraulos Atheniensibus*. VA. Est vol. 8. p. 447, 4. ed. Oxon.

nos excederemus. Lectiones nostræ hæc omnia diligentius exsequentur. MA. Ἀγλαύροις καὶ ἀγραύλοις κατὰ μετάθεσιν τῶν στοιχείων ait Scholiastes Nicandri in Ther. 62. Sed Ἄγλαυρος rectius scribi docent Stephani verba: τρεῖς δὲ ἦσαν ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομασμέναι, Πάνδροσος, Ἕρση, Ἄγραυλος. Leg. Ἄγλαυρος. VA.

5, 6. Ἐστὶ δὲ καὶ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς] Apud Herodotum l. 8, [53] τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου. Euripides Ione 496. ἵνα χοροὺς στείβουσι ποδοῖν Ἀγραύλου κόραι τρίγονοι. Sic Hesychius, Ὑακινθίδες ἐπώνυμοι Ἀπόλλωνος ἀπὸ Ὑακίνθου. Nam Apollo Hyacinthus dicitur Tarenti, quæ est colonia Lacedæmoniorum, teste Polybio 8 [30, 2.] p. 533. In Euripidis loco citato Ἀγραύλου κόραι sunt filiæ Cecropis. Nam ut ait Apollodorus Biblioth. 3, 14. Cecrops Agraulum (sic scribit) Actæi, qui primus Atticæ regnavit, filiam uxorem sortitus est, e qua Agraulum, Ersem ac Pandrosum suscepit. VA.

5, 7. Nihil mutavimus hic, licet concisius legatur Ἀντιφῶν ἐν τῷ δευτέρῳ. Nam quid illa? an in secunda de veritate, quæ sæpius laudatur ab auctore nostro? nequaquam: sed ἐν τῷ ὑστέρῳ ἐκκατηγορίας ἀπαρασήμου. ita illic Antipho, τιμωρεῖσθαι δὲ τὸν ἀποκτείναντα, ἁγνεύετε δὲ τὴν πόλιν, τρία γὰρ ἀγαθὰ πράξετε. ad hæc notavit Harpocration ἁγνεύετε pro ἁγνίζετε poni, quod verissimum est. Ceterum de tetralogiis Antiphontis et aliorum rhetorum, ut et Platonis, abunde lectiones nostræ. MA.

6, 1. Male cum accentu aspero Ἁγνοῦς et ἀγνωμόνως antea legebantur. ἄγνος vitex sive amerina, a qua planta populus Ἀγνοῦς, tribulis Ἀγνούσιος, ut Σχοινοῦς Arcadiæ regio, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ σχοίνων. Ita in l. 34. D. de legat. 2. σύνκτησις ἀγνοφόρος ex restitutione magni Cujacii, latifundium magna ex parte viticibus et amerinis refertum, id est uno verbo sterile. Ut autem populi a plantis, ita et urbes a fluminibus nomen accepere: unde a Pindaro οἰκήματα ποταμῶν, ab Horatio domus fluviorum appellantur. MA.

6, 9. Crassus error quem tamen omnes excusi et exarati retinuerunt. mutavimus nos κατὰ Τιμάρχου in κατὰ Τιμοκράτους: nullam enim contra Timarchum orationem habuit Demosthenes: imo pro Timarcho potius oravit. Præterea de Agoranomis egit in oratione contra Timocratem, quam hic sine dubio laudare volebat auctor noster. vide quæ ad verbum Ἀγύρριος. MA.

6, 10. πέντε δὲ εἰς ἄστυ] δεκάπεντε Meurs. L. A. 1. 19. Sed eo capite in hoc Harpocrationis aliisque locis emendandis pluri-

mum fallitur: verum est, Piræum tertiam Athenarum partem facere; neque ideo tamen hæc ratio in æquali aut majore magistratuum numero semper est observanda: nam in Piræo quippe portu, ubi maxime negotiabantur, eos magistratus, qui fori merciumque curam gerebant, aut pari saltem, aut majori fuisse numero oportet quam in astu, idque clarissime patet ex Nostro in *μετρονόμοι*. HEMST.

6, 11. *Ὑπερίδης ἐν τῷ Δηλιακῷ.*] Locus Hyperidis extat apud Sopatrum in commentariis ad Hermogenem. VA.

6, 14. *Δημοσθένης τε καὶ Δειν.*] An forte *ἢ*? non affirmo tamen. Nam potuit uterque contra Theocrinem orationem scripsisse, ut adversus Leptinem et Aristogitonem plures peroraverunt. Libanius certe in Argum. ad eam contra Theocrinem notat, *τὸν δὲ λόγον οἱ πολλοὶ νομίζουσιν εἶναι Δεινάρχου, καίτοιγε οὐκ ἀπεοικότα τῶν τοῦ Δημοσθένους.* Dionysius Halic. in Dinarcho hanc orationem Dinarcho tribuit, et a quibusdam Demostheni assignari monet. VA.

6, 14. Non *Πυθίας*, sed *Πυθέας* (ut excudendum curavimus) legendum: sæpius laudatur hic orator in hoc vocabulario. Suidas videndus voce *Πυθέας*: nos de eo agemus infra verbo *μυλωθρός*. MA.

7, 3. ʼΑΓΡΙΟΥΣ.] Sic Attici loquuntur. Aristoph. *Νεφέλαις* 349. *κἂν μὲν ἴδωσι κομήτην ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόνπερ τὸν Ξενοφάντου.* Ubi Schol. *ἀγρίους δὲ καὶ καλοποδιώκτας ἐκάλουν τοὺς τὰς ἀπηγορευμένας πράξεις ποιοῦντας τοὺς παιδεραστάς.* Quæ apud Suidam etiam leguntur. Vide Etymolog. in *ἄγριοι*. VA.

7, 6. *ʼΑγροίλη*] Melius meo quidem judicio habet Codex F. Morelli *ἀγρύλη ἀγρυλεὺς* et *ἀγρυλῆθεν*, quamvis lectionem antiquam non interpolaverimus, utpote quæ etiam a Suida retenta sit. Certe pro manu exarato codice faciunt Hesychius et Hermolaus Byzantius Stephani epitomator, sed apud Hesych. hodie confuse legitur *ἀγρυξία, σιωπή, ἀγρύλη δῆμος τῆς ʼΕρεχθηΐδος φυλῆς, καὶ τῆς ʼΑτταλίδος.* vox *ʼΑγρύλη* notanda est majuscula litera, ita ut initium novi plane et diversi sensus faciat. pro *ʼΑγρύλη* vero quidam *ʼΑγραύλη* scripsere, quod ab Agraulo Cecropis filia, de qua supra, nomen acceperit, ut notat epitomator Stephani; bona pars dempto *α*, *ʼΑγρύλη*: quæ opinio sine dubio prævalere debet. MA. *ʼΑγραύλη* apud Plutarchum in Alcibiade c. 22. et in Themistocle c. 23: *Λεωβότης ἦν ʼΑλκμαίωνος ʼΑγραυλῆθεν*, at in Antiphonte p. 834. *ʼΑγρυλῆθεν*. VA.

7, 6. 'ΑΓΡΥ'ΛΗ] Vid. ad Τρικέφαλος. Egregius apud Pausaniam locus 10. p. 837, 25. Plut. Alcib. p. 202 F. Harpocr. in Ἄρδηττος. HEMST.

7, 8. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου.] Et ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον [p. 1072.] Ubi idem oraculi responsum, quod Delphis Apollo responderat Atheniensibus, fusius refert. VA.

8, 2. Multa hic sunt quæ sicco pede transire nefas esse existimavimus. ἔστιν οὖν, inquit Harpocration, τὸ ὁλόκληρον[b] ἀγυιέας etc. quæ verba repetiit Suidas, sed in fraudem eruditissimi viri, qui eorum mentem in lucubrationibus suis ad Vespas Comici nunquam videre potuit. Uno verbo hæc ita debent explicari, ἀγυιᾶς contractum est a simplici et primitivo ἀγυιέας. Simplicia nomina Grammaticis ὁλόκληρα sunt, si cum contractis comparentur, quæ ὁλόκληρα non sunt. Igitur ἀγυιέας ὁλόκληρον est, ἀγυιᾶς contractum τοῦ ἀγυιέας. Hæc Suidæ mens, qui ista ex nostro descripsit, et integriora retulit quam hodie leguntur in omnibus excusis. ait enim ἔστιν οὖν τὸ ὁλόκληρον ἀγυιεὺς, καὶ ἡ αἰτιατικὴ ἀγυιέας, ἐν συναλοιφῇ δὲ ἀγυιᾶς. rectum ἀγυιεὺς ὁλόκληρον est, reliqui casus tum simplices tum contracti ὁλόκληροι non sunt, quomodo Δ, O, στοιχεῖα non sunt ὁλόκληρα, ut A et B[c].

[b] ὁλόκληρα] Sic apud Schol. Comici in Vespis 533, ad illa ἀλλ' οὖν σὺ μέμνησ' αὐτὸς ἅ 'ν ἀπεκρίνατο, notat, ἃ 'ν τὸ ἐντελὲς ἃ ἄν. Suidas in ἐὰν ait interpretes Thucydidis scribere ἐὰν ὁλοκλήρως scribi, cum præcedit ἤ, ut ἢ ἐὰν, alias συνῃρημένως efferri, i. e. ἄν. VA.

[c] Δ, O, στοιχεῖα non sunt ὁλόκληρα, ut A et B] Hæc plane non intelligo. Sumpsit autem Maussacus ex Ammonio Grammatico in V. γράμμα, sed non intellexit quid sibi vellet Ammonius. Ait enim Ammonius eo loco differre γράμμα et στοιχεῖον. γράμμα enim esse *typum ac formam*, στοιχεῖον autem esse ἐκφώνησιν καὶ φθόγγον, id est, sonum, quo illi typi ac formæ efferuntur, ac pronunciantur; ut in trigono γράμμα Δ, at στοιχεῖον est δέλτα. Addit Ammonius: τὸ δὲ στοιχεῖον τὸ ὁλόκληρον, οἷον α β καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα καταχρηστικῶς γράμματα. id est: *integrum etiam Alphabetum 24 literarum, ut α, β, et cæterarum abusive vocari* γράμματα, id est, *literas*. Scribe igitur in Græco ἄλφα, βῆτα. Nam si α et β scribas, non procedit, quod ait Ammonius, cum α et β et Δ et C sint vere γράμματα. At vero ἄλφα, βῆτα, γάμμα etc. proprie στοιχεῖα, non γράμματα, nisi improprie. Eundem locum restituimus ut ibi vide. Diogenes Laërtius in Zenone 7, 56. τῆς δὲ λέξεως στοιχεῖά ἐστι τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα. τριχῶς δὲ λέγεται (supple στοιχεῖον.) τὸ γράμμα, ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα, οἷον α. Lege ἄλφα: hoc enim ὄνομα indeclinabile. Non pudet nos hæc tractare, quæ Stoicos philosophos gravissimos viros in scriptis suis tractare non puduit. Adde Boëthium in librum de interpretatione p. 297, ubi discrimen affert inter elementum et literam. Dionysius Halic. περὶ Δημοσθ. δεινότητος sub finem: οἷόν τι γίνεται καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας, μάλιστα δὲ περὶ τὴν καλουμένην γραμματικήν. ἱκανὴ γὰρ αὕτη καὶ τὰς ἄλλας τεκμηριῶσαι φανερωτάτη πασῶν οὖσα καὶ θαυμασιωτάτη. ταύτην γὰρ ὅταν ἐκμάθωμεν, πρῶτον μὲν τὰ ὀνόματα τῶν στοιχείων τῆς φωνῆς ἀναλαμβάνομεν, ἃ καλεῖται γράμματα, ἔπειτα τύπους τε αὐτῶν καὶ δυνάμεις. Et hic dissentit ab Ammonio. Cum Ammonio facit Priscianus 1, 2. *Hoc*

Verum ex istis tricis Grammaticis ascendamus ad majora, et tentemus dum vacat opportune, quibusdam locis male affectis hactenus vitam dare. Dieuchidæ Megaricarum rerum scriptoris nomen hoc loco jam vindicatum fuit ab Isaaco Casaubono in not. ad Diog. Laërt. sed deprehendimus nos in multis autorum locis corruptissimum adhuc exstare hujus scriptoris nomen: præsertim apud enarratores Apoll. Rhodii, Aristoph. et Pindari. Ex quo autem literis operam navare cœpi, nihil me diutius exercitum habuit quam verba quæ in scholiaste Comici fœdissime deturpata inveni. locus est notatu dignissimus tum ob errorem in quo huc usque cubavit, tum ob felicem conjecturam, qua sine dubio ad veram sensus *εὐστοχίαν* collimatum est. *περὶ τοῦ 'Αγυιέως 'Απόλλωνος* (ait ille ad hæc Vesp. 870. *γεῖτον 'Αγυιεῦ*) *ἰδίως Εὐτυχίας οὕτω γράφει, ἐν δὲ τῷ ἰατρῷ τοῦτο διαμένει, καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὡς 'Αγυιεὺς τῶν Δωριέων οἰκησάντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνάθημα.* nos breviter et sine venditatione asserimus restituendum esse, *ἰδίως Διευχίδας*[d] *οὕτω γράφει, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τοῦτο διαμένει.* Sensus: de Agyæo Apolline peculiariter Dieuchidas sic scribit, in tertio autem illud exstat aut legitur. Id est, ut omnes ad unum hæc percipiant: Dieuchidas rerum Megaricarum libro tertio hæc refert de Agyæo Apolline: quid amabo te refert? *ὡς 'Αγυιεὺς τῶν Δωριέων οἰκησάντων ἐν τῷ τόπῳ ἀνάθημα,* et quæ sequuntur. hoc est quod voluit Harpocration cum dixit, *φασὶ δ' αὐτὸ ἴδιον εἶναι Δωριέων, ὡς δῆλον ποιεῖ Διευχίδας ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Μεγαρικῶν.* Quæ aut omnino expungi debent, aut censura nostra et restitutio probanda. Ita apud schol. Apollonii Rhod. [1, 118.] p. 24. edit. Hen. Steph. *Διρηχίδας ἐν τοῖς Μεγαρικοῖς* inepte legitur et insulse: reponendum *Διευχίδας*, ut apud Pindari interpretem, pro

ergo interest inter elementa et literas, quod elementa proprie dicuntur ipsæ pronunciationes; notæ earum, literæ. Abusive tamen et elementa pro literis, et literæ pro elementis vocantur. Mox: *Sunt igitur figuræ literarum, quibus nos utimur,* 23. *Ipsæ vero pronunciationes earum multo ampliores,* etc. Eadem habet Diomedes lib. 2. initio. VA.

[d] *'Ιδίως Διευχίδας*] Dele *ἰδίως*. Nam *ἰδίως εὐτυχ.* corrupte scriptum erat pro *ὁ Διευχ.* Quæ sequuntur, verba sunt Dieuchidæ. *ἐν δὲ τῷ ἱερῷ* (sic lego, non *ἰατρῷ*. nam sæpe hæc duo a librariis confusa animadverti) *τούτῳ διαμένει, καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ὁ ἀγυιεὺς* etc. Nihil certius. Sequitur *καὶ οὕτω καταμηνύει· ὅτι Δωριέων εἰσὶ τὰ 'Ελλήνων. τούτοις γὰρ ἐπὶ στρατιᾶς φάσματος οἱ Δωριεῖς μιμούμενοι τὰς ἀγυιὰς ἱστᾶσι καὶ νῦν ἔτι τῷ 'Απόλλωνι,* quæ sunt mendosissima, postea addit quædam plane eadem, quæ hic ab Harpocratione dicuntur. Et Suidas ex eo Scholiaste accepit. Pausan. Heliac. [5, 15, 2.] p. 159. De Agyieo Apolline Eustath. in Il. *β.* initio, ubi addit, *ἔφη δέ τις καὶ 'Αγυιάτιδας θεραπαίνας τοὺς πρὸ τῶν θυρῶν βωμοὺς, οἱ πρὸς χάριν 'Απόλλωνος 'Αγυιέως ἵδρυντο.* Lege *'Αγυιάτιδας θεράποντας.* Vide Stephanum Byzantium in *ἀγυιά.* VA.

Διευτιχίδας, Διευχίδας. Sed de his saturantius (ut cum Fulgentio loquar) aut (ut cum Tertulliano) satiatissime in lectionibus nostris persequamur reliqua et moneamus fabulæ Sophocleæ nomen antea corruptum, correctum fuisse; nam pro λακόνων restitutum est Λαοκόωντι. Versus etiam ex ea tragœdia laudati optime distincti sunt: vide cap. 4. lib. 7. animad. in Athen. et disces in hac eadem palæstra sudasse magnum Casaubonum. Comici enarrator in ultimo versu legit σμύρνης σταλαγμοὺς βαρβάρους contra quam editio nostra habet. MA.

8, 5. Μηλοσφαγεῖν etc.] Hunc versum Aristophanes πεπαρῴδηκε ex Plisthene Euripidis. Apud Ammonium enim in βωμὸς sic habetur: παρὰ δὲ Εὐριπίδου ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει· μηλοσφαγεῖται δαιμόνων ἐπ' ἐσχάραις. VA.

9, 3. Δ. ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου] Similem errorem supra voce ἀγορανόμοι deprehendimus. Apage illud Δημοσθ. ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου: legendum Τιμοκράτους. in oratione enim adversus Timocratem de Agyrrio actum est. vide quæ ad vocem θεωρικὰ infra de hoc eodem Agyrrio annotabimus. MA. De Agyrrio Aristoph. in Ἐκκλησ. 102: Ἀγύρριος γοῦν τὸν Προνόμου πώγων' ἔχων λέληθε, καὶ τὸ πρότερον ἦν οὗτος γυνή· νυνὶ δ' ὁρᾷς, πράττει τὰ μέγιστα ἐν τῇ πόλει. Schol. Ἀγύρριος στρατηγὸς θηλυδριώδης, ἄρξας ἐν Λήμνῳ, καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε, καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκε. Quæ ultima mirifice faciunt ad explicationem Harpocr. in θεωρικά. De hoc Plato Comicus: λαβοῦ, λαβοῦ τῆς χειρὸς ὡς τάχιστά μου. μέλλω στρατηγὸν χειροτονεῖν Ἀγύρριον, et quæ sequuntur: προσίσταταί μου πρὸς τὸ βῆμα μαντίλη, καὶ βόσκει δυσώδη κεφαλὴν αἰσχίστην νόσον. Item Aristophanes in Ἐκκλησ. 183: ἐκκλησίαισιν ἦν ὅτ' οὐκ ἐχρώμεθα οὐδὲν τὸ παράπαν, ἀλλὰ τόν γ' Ἀγύρριον πονηρὸν ἡγούμεσθα. νῦν δὲ χρωμένων, ὁ μὲν λαβὼν ἀργύριον ὑπερεπῄνεσεν (suppl. Agyrrium), ὁ δ' οὐ λαβὼν ἀργύριον εἶναι θανάτου φησ' ἀξίους τοὺς μισθοφορεῖν ζητοῦντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Verba Platonis Comici sumpsimus e Plutarcho. VA.

9, 3. Ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους.] Sed ibi legitur Ἀργύριος. ἀλλὰ μετ' Εὐκλείδην ἄρχοντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρῶτον μὲν Θρασύβουλον τὸν Κολυττέα ἅπαντες μέμνησθε δὶς δεθέντα etc. ἔπειτα Φιλεψιὸν τὸν Λαμπρέα, ἔπειτα Ἀργύριον τὸν Κολυττέα ἄνδρα χρηστὸν καὶ δημοτικὸν καὶ περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πολλὰ σπουδάσαντα. In MSS. tamen recte ἀγύρριος legitur, cujus etiam meminit Aristoph. ἐν Ἐκκλησ. 102. At vero Ulpianus Ἀργύριον legit, eumque esse ait, quem perstringit Aristoph. in Pluto 176, Ἀργύριος δ' οὐχὶ διὰ τοῦτον πέρδεται, Φιλεψιὸς δ' οὐχ ἕνεκα σοῦ μύθους λέγει;

Sed lex metrica legi postulat Ἀγύρριος. Apud Andocidem περὶ μυστηρ. p. 17. Ἀργύριος quidam dicitur. Suidas Ἀγύρριος legit in Aristoph. Fuit Argyrius Callimedontis Carabi filius teste Herodico Cratetis discipulo. Philemon ἐν Μετιόντι· Ἀργύριος δὲ παρατεθέντος καράβου, ὡς εἶδεν αὐτὸν, χαῖρε πάππα φίλτατε. Sed lege Ἀγύρριος, ut versus constet: (hic Agyrrius altero illo recentior est) et ita legit Eustathius Ἰλ. χ in fine versum hunc Philemonis laudans. VA.

9, 5. 6. ἈΓΩΝΙ'ΑΝ—ἈΓΩΝΙΩ'ΝΤΕΣ] Harpocration omittere non debuit, poni itidem nomen ἀγωνία (unde factum est verbum ἀγωνιᾷν) pro ἀγὼν, et quidem apud eundem oratorem in Evagoræ encomio. Nam ibi plurale ἀγωνίας legimus, pro ἀγῶνας, id est certamina: p. 1. οἱ δὲ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰς ἄλλας ἀγωνίας ὄντες. Digna autem fuerunt ἀγωνία et ἀγωνιᾷν quorum hæc significatio notaretur, quum jam hæc obsolevisset, et aliam accepissent. STEPH.

9, 9. ἀδελφίζειν, fratrem appellare, apud Isocratem in Æginetica oratione. Habes autem p. 390. εἶτα νῦν ἀδελφίζειν αὐτὸν ἐπιχειρήσουσιν. Sic autem πατρίζειν a quodam invenio annotatum pro Patrem appellare, non solum pro patrem imitari: sed neutrius significationis exemplum affertur. Hanc autem posteriorem significationem et πατριάζειν et πατρώζειν habere constat. Nominat alioqui Harpocration et alios qui verbo ἀδελφίζειν ita usi sint. STEPH.

9, 9. ἈΔΕΛΦΙ'ΖΕΙΝ.] Schol. Hermogenis p. 406. illud ἀδελφίζειν Isocratis explicat ἀδελφὰ φρονεῖν. minus recte. Isocratis locus est p. 770. *Abare* autem dictum videtur ἀπὸ τοῦ ἀπφὰ, quæ Attice sororem denotat. Sorores enim solæ sic se compellabant ἀπφὰ teste Eustathio in ε Ἰλ. p. 565. unde ἀπφίον ὑποκοριστικῶς ἡ ἐρωμένη, quæ repetit in Ἰλ. ξ p. 971. VA.

9, 10. Conjectura mea fretus neglexi manu exarati codicis lectionem, in quo manifeste legebatur Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐν β ἥρῳ ἐλεγειῶν, omnes excusi habent ἐν βήρῳ uno verbo, quid igitur dicendum? nos ex ἥρῳ ἐλεγειῶν composuimus vocem elegantissimam γενεαλογιῶν, et restituimus hoc loco ἐν τῷ β γενεαλογιῶν, id est Hecatæus Milesius in secundo de Genealogiis, usus erat vocabulo ἀδελφίζειν pro ἀδελφῶν καλεῖν. Abare Latini, teste Ausonio *fratris Abare vice.* Hecatæum autem Milesium libros Genealogiarum composuisse nemo doctus ignorat. citatur primus illius operis Genealogici liber apud epitomatorem Stephani, v. Ἀμφαναὶ, Αἰθάλη, Μελία, quartus v. Μύγισοι, Τρεμύλη, Εὐρώπη et

aliis innumeris, tertius apud Athenæum lib. 4. ut nullum dubium relinqui possit quin certa sit conjectura. [Imo potius legendum ἐν β' Ἡρωελεγείων, id est in secundo Heroëlegiarum. Quæ enim in laudes et memoriam Heroüm ac magnorum virorum Epigrammata et alia carmina componebant, Ἡρωελεγεῖα ἐπιγράμματα vocabantur. Ita Plato laudatur ἐν Ἡρωελεγείῳ ἐπιγράμματι, quod composuerat pro Aristophane Comico. Thomas Magister in Synopsi vitæ Aristoph. et Hypothesi primi dramatis: ἀποθανόντα δὲ οὕτω Πλάτων ἐτίμησεν ἐν ἐπιγράμματι Ἡρωελεγείῳ·

Αἱ Χάριτες τέμενός τι λαβεῖν ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Habes hic formam Heroelegiaci carminis. Porro et hoc docet dum licet, Anaximandrum[c] quidem ἐν Ἡρωολογίᾳ laudari apud Athen. Dipn. 11, [p. 498.] sed illic restituendum vel Ἡρωελεγείᾳ, vel Ἡρωελογίῳ. Nihil certius. *Ex Addendis.*] Pro Στραγίδι, Στραττίδι substituimus. Strattis et Apollophanes eandem fabulam docuerant, Ἰφιγέροντα scilicet. hoc te docebit præstantissimus Casaubonus in animad. suis ad Athen. MA.

10, 1. Deerant hæc in omnibus excusis, quæ a nobis suppleta fuere tum ex Cod. Fed. Morelli, tum ex Vaticano. porro haustum ex hoc ἀδημονούσης ex orat. Demosth. de falsa legat. ἀδημονούσης, inquit orator, δὲ τῆς ἀνθρώπου καὶ οὔτε ἐθελούσης. Harpocration ἀδημονούσης, id est ἀπορούσης. Ulpianus plenius ἔδει εἰπεῖν βοώσης, καὶ ἐπικαλουμένης τοὺς βοηθήσοντας, οὐκ ἀδημονούσης, ἀλλὰ τῆς φύσεως τὴν ἀσθένειαν διὰ τῆς λέξεως ἐνέφηνεν, οὕτως οἶδεν οἰκείοις χρῆσθαι ὀνόμασιν σημαίνουσι τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων τὰς φύσεις. MA.

10, 2. ἈΔΔΗΦΆΓΟΥΣ] L. Ἀδηφ. ex Pausania apud Eustath. Od. α p. 1394. et ex Lexico Photii. Ælianus lib. 13. de animal. cap. 9. ἀδδηφάγων ἵππων τέτρωρον. VA. Valesianis adde Meleagri fragmentum,

Καὶ φιλάγρυπνον
λύχνον ἐμῶν κώμων πολλὰ πιόντα μέλη.

[c] Anaximandrum] Anaximander Milesius ἡρωολογίαν scripserat teste Athenæo: id opus erat prosa oratione scriptum, in quo ea narrabat, quæ de Heroibus dicuntur: ipsa ejus verba refert Athenæus. Cave ergo quicquam mutes. Ἡρωολογία dicitur, ut ἀρχαιολογία, quo nomine Dionysius et Josephus πραγματείαν suam vocavere. Strabo 11. p. 508. ῥᾴδιον δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ πιστεύσειεν ἡρωολογοῦσι. Aliud est ἡρωελεγεῖον, quod Suidas μέτρον τι explicat, id est, *carmen elegiacum*. Zonaras in Phoca: ἐπεγράφησαν δὲ τῷ τάφῳ αὐτῶν τὰ ἡρωελεγεῖα ταῦτα. Sequuntur versus elegiaci. Eustath. Ιλ. ξ. p. 984. ἡρωελεγεῖον ἔπος. VA.

Apud Lucianum in Cataplo ait λύχνος testimonium dicturus contra Megapenthen, καί τοι πολλάκις ἑκὼν τοὔλαιον οὐκ ἔπινον, ἀποσβῆναι θέλων. Immo non tantum πότας λύχνους dixerunt, sed alia etiam omnia, quæ ad potandum pertinent, ut διψᾶν, his luminibus adscripserunt, unde idem in Gallo ait, πρὸς ἀμαυράν γε καὶ διψαλέαν θρυαλλίδα, pro qua in Timone διψαλέον θρυαλλίδιον. Et jam ante Valesiana id notum publice fuit: ac vox πότης propria est λύχνου hactenus, quia liquidum lucernæ affunditur, quod ista consumit; id quod proprie est bibere, πίνειν. At contra notabilius est in Alcæo, qui dixit λύχνους ἀδδηφάγους, contra morem usitatum, et quod non videtur dici posse de lucernis, quum liquida nec edantur, nec dicantur edi. Nihilominus placuit ei immutare istas actiones, vel vocabula eas actiones sic separatim significantia; idque est, quod observat Harpocration plane ab Alcæo dictos fuisse λύχνους ἀδδηφάγους eo ipso in sensu, pro quo vulgariter dicebant Græci πότας. Verum peregregie huc conveniet locus Eust. ad Odyss. p. 1394. Ἐν δὲ ῥητορικοῖς λεξικοῖς φέρεται καὶ ταῦτα. Ἄδην Ἀττικοὶ τὸ δαψιλῶς, ὅθεν καὶ ἀδηφάγοι ἵπποι οἱ τέλειοι. καὶ ἀδηφάγον ἅρμα διὰ τοὺς κατ' αὐτὸ τελείους ἵππους. . . ἔτι δὲ ἀδηφάγοι ἵπποι οἱ τέλειοι. Τοῖς γὰρ πώλοις φησὶν οὐκ ἐδίδοσαν τροφῆς πλῆθος. Λυσίας δὲ καὶ ναῦν ἀδηφάγον φησὶ τὴν τὸν μισθὸν λαμβάνουσαν ἐντελῆ, καὶ λύχνους ἀδηφάγους τοὺς πότας. GR. ἵππους ἀδδηφάγους φεῦγε Liban. vol. 1. p. 805 A. ζεύγη ἵππων ἀδδηφαγούντων Isocr. Archid. p. 127 C. Sus ἀδδηφάγον ζῶον Geopon. p. 407. HEMST.

10, 7. Ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ] Suidas habet ἐν τῷ κωμῳδοτραγῳδῷ, qui titulus est Comœdiæ Alcæi Comici. Porro sic Strepsiades ad servum suum, οἴ μοι, ait, τί γάρ μοι τὸν πότην ἧπτες λύχνον apud Aristoph. in Nub. 57. bibulum ellych. Pollux 6, 20. Vide porro quæ ad p. 53. Æschinis notavi de ἐντελομίσθοις. Adde Pollucem 1, 121. Polybius legat. 57. [25, 7, 1.] ἐπαγγελλόμενος δεκαναΐαν δώσειν ἐντελῆ πεντηκοντηρικῶν πλοίων· ἀδδηφάγοι etiam ἵπποι ἀγωνισταὶ dicuntur ab Isocrate in Archid. p. 252. De Alcæo veteris comœdiæ poëta vide Suidam. VA.

10, 8. 9. Confusio quæ hoc in loco reperiebatur sublata est, cum enim tum in excusis, tum in manuscriptis legeretur Ἀντιφῶν εἶπεν ἀδικίου uno spiritu, voculam ἀδικίου restituimus a capite, et omnia in ordinem redegimus: qui sæpius in hoc opere desiderabatur. Ceterum quænam esset illa ἀδικίου actio apud Athenienses, solus, ut opinor, Harpocration explicavit, alii enim obmutescunt aut potius balbutiunt. MA. Recte autor Etymo-

logici. Hæc actio tum competebat, cum nulla alia erat, qua jus suum actor recuperare posset. In libello actionum fere omnium ita scrib. ex Demosth. et aliis, *ἀδικεῖ με ὁ δεῖνα* etc. Itaque apud Lysiam ita concipere soleo titulum, qui hodie vulgo legitur *Λυσίου δημοσίων ἀδικημάτων*. Lego, inquam, ego *πρὸς τὸ δημόσιον ἀδικίου*. Etymolog. *ἀδικίου ὄνομα δίκης κατὰ τῶν ὁπωσοῦν ἀδικούντων. τῆς δὲ δίκης τὸ τίμημα ἀργύριόν ἐστιν ἀποτιννύμενον ἁπλοῦν.* Imo *δημοσίων ἀδικημάτων δίκη* occurrit apud Pollucem 6, 154. Libanium in oratione, nomine Demosthenis in Æschinem Pylagoram *δημοσίων ἀδικημάτων*, et apud commentatores Hermogenis omnibus paginis occurrit. Artemidorus lib. 1. cap. 5. *ἑάλω φεύγων δημοσίων ἀδικημάτων.* male Cornarius *ob publica delicta*. Eodem sensu fortassis Isocrates in panegyrico *κοινὰ ἁμαρτήματα* dicit p. 109. VA.

10, 8. *ἀποτίννυται δὲ τοῦτο ἁπλοῦν*] Legendum videtur, *ἀποτίννυται δὲ τὸ τίμημα ἁπλοῦν*, quod clarius patebit si conferas Etym. M. p. 17, 46. qui itidem ex Harpocratione vicissim integrandus est. HEMST.

10, 16. 'ΑΔΡΑ'ΣΤΕΙΑΝ] Vide Eustath. Il. *β*. p. 355. VA.

11, 3. Antimachi Heliopolitæ versus ex opere *κοσμοποιΐας* ita distinximus. [Sed quo loco *παρὰ ῥόον Αἰσήποιο* legitur, reponendum '*Ασώποιο*. Nullus enim fluvius Æsepus. Imo Asopus vocari debet. vetus hic error est, et quem ferme omnes veterum libri retinuerunt. de confirmanda hac veritate non diutius laboro. *Ex Addendis.*] MA. Nihil mutandum. Omnino enim *Æsepus* rectum est, teste Plinio lib. 5. cap. ult. ubi et Æsepum non longe a Pario colonia ponit, quam Homerus Adrastiam vocavit. At Asopus Thebanum et Platæensem agrum intersecat. Pausan. Corinth. Adde quod '*Ασωποῖο* scrib. esset, non '*Ασώποιο*. Sed super omnia est Homeri autoritas '*Ιλ*. *β*, 825. qui locus notandus est, et Strabo 13, p. 586. Apollonius 1, 1115. Florus lib 3. cap. 5 *Æsapum* vocat, Schol. Apollonii postquam de Æsepo dixit, ait, *ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ἐν ὑπομνήμασι Νέμεσιν εἶναι, τὴν τὸ πεδίον* (*τῆς Νηπείας* supple) *κατέχουσαν. ἔστι δὲ καὶ πόλις καλουμένη 'Αδρήστεια ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου.* Lege, *ἢ καὶ πολλοῖς*. VA.

11, 6. *ἔλαχε*] Suidas constanter hanc lectionem retinuit. Ut tamen constet versus, melius legeretur *ἔλαχεν*, quamvis sustineri possit *ἔλαχε* propter cæsuram. MA.

11, 12. 'ΑΔΥ'ΝΑΤΟΙ. *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου*] Vide Plutarchum in Solone ad calcem: *καὶ νόμους αὐτὸς (ὁ Πεισί-*

στρατος) ἑτέρους ἔγραψεν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων. τοῦτο δέ φησιν Ἡρακλείδης καὶ πρότερον ἐπὶ Θερσίππῳ πηρωθέντι τοῦ Σόλωνος ψηφισαμένου μιμήσασθαι τὸν Πεισίστρατον. Aristides in Panath. ad finem: *μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομίσατε, τοὺς μὲν* etc. *τοὺς δ' ἀδυνάτους τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν.* VA. De *ἀδυνάτοις* videnda integra oratio Lysiæ quæ adhuc superest. Hos autem merito conferas cum veteranis et causariis militibus, quos nos Galli vocamus *oblats*, quasi oblatos. MA.

12, 7. *Θουκυδίδης*] Non est verum Thucydidem in prooemio historiæ suæ ita loquutum esse, *οὕτως μὲν οὖν μοι δεῦρ' ἀεὶ τείνει λόγους*, nec invenies unquam *ἀεὶ* pro *ἕως* usurpari, quin jungatur statim cum *δεῦρο*: et tamen simplex *ἀεὶ* dixit Harpocration pro *ἕως* multoties sumi, crebrumque ejus usum esse, atqui in ipsomet exemplo supposititio, quod ex Thucydide profert, contrarium apparet: *δεῦρ' ἀεὶ* enim illic legitur, non *ἁπλῶς ἀεί.* Nunquam, ut verum fatear, verum hujus notæ sensum venari potui, quare hic se exerceant acutiores et videant utrum hæc ænigmata solvere possint. Scholiastes Æschyli ad illud Dirarum (*καὶ δεῦρ' ἀεὶ τὴν τύχην οὐ μέμφομαι*) aliquid subsidii afferre posse videtur. *ἕως*, inquit, *δεῦρο. τὸ ἀεὶ ἐπὶ τοῦ ἕως τάττουσιν οἱ Ἀττικοὶ πολλάκις. δεῦρο μέν μοι τόνδ' ἀεὶ τείνοι λόγον.* Quisnam ille Atticus qui ita loquitur? an Thucydides? ita censet Harpocration. Videndus Thomas Magister diligenter, qui ex eo etiam aliquid ad horum illustrationem proferre videtur. MA. Vide Hesychium. Aristoph. *Λυσιστράτῃ* [1135.] *εἷς μὲν λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται.* Sophocles in Œdip. Coloneo [1584.] Nuncius, *ὡς λελοιπότα κεῖνον τὸν αἰεὶ βίοτον ἐξεπίστασο.* *Scias Œdipodem mortuum esse.* *ἀεὶ* pro *ἕως* sumit seu *τέως.* Thucydidis locus in prooemio, quem intelligit Harpocratio, is est, *χαλεπὸν τὴν ἀκρίβειαν αὐτὴν τῶν λεχθέντων διαμνημονεῦσαι ἦν ἐμοί τε ὧν αὐτὸς ἤκουσα, καὶ τοῖς ἄλλοθέν ποθεν ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσι. ὡς δ' ἂν ἐδόκουν ἐμοὶ ἕκαστοι περὶ τῶν ἀεὶ παρόντων τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν ἐχομένῳ, ὅτι ἐγγύτατα τῆς ξυμπάσης γνώμης τῶν ἀληθῶς λεχθέντων οὕτως εἴρηκα.* VA.

12, 7. *οὕτω μὲν οὖν*] Stanl. ad Æsch. Eum. v. 599. Pro *οὕτω μὲν* lege *οὗτος μὲν*, nec sana sunt, inquit, Thucydidis verba, sed potius senarius ex poëta aliquo desumtus. Recte: nam ut hic legitur, senarius est integer. Vide Schol. Æschyli, et omnino Hesych. in *ἀεὶ* post *ἄεθλα*. Eurip. Hel. 1661. HEMST. Vid. Intt. ad Eurip. Or. 1663. Et imprimis Valcken. ad Phœn. 1215. qui senarium illum Phrynichi esse putat. GEEL.

13, 2. Ex duobus verbis male divulsis unum recte conflavimus ἀειλογία, quæ est contraria ἀλογίας, de qua videndus Thomas Magister. Genethlius autor est Demosthenem hanc vocem ἀειλογία formasse, nec enim apud alios autores invenitur, nisi σπανίως, licet Harpocration hic Isæum producat testem. vide amplius quæ Ulpianus ad orat. de falsa legat. [ad p. 341, 13.] MA.

13, 2. Servato ordine alphabetico vocem ἀειεστὼ reposuimus ante vocem ἀειλογία, licet repugnarent et reclamarent manuscripti omnes. Quis enim non videt vocem ἄϊδρις e suo loco etiam male divulsam? nos post αἰδέσασθαι censuimus collocandam, et in hac voce ἀειεστὼ nomen Antiphontis restituendum, nam sine eo absurdus plane sensus ex verbis truncatis excusorum eliciebatur. ἡ λέξις παρὰ τῷ Διογενιανῷ ἐν ἀληθείας δευτέρῳ excusum erat: addidimus nos Ἀντιφῶντος, orationum enim de veritate autor Antiphon. Conjecturæ nostræ suppetias venit Suidas, apud quem male separatim legitur, ἀεί, ἐστώ. Alibi quidem recte ἀειεστὼ uno verbo legitur, sed male ut hic deest vox Ἀντιφῶντος. Quis autem sit Diogenianus iste, de quo Harpocration hoc loco, abunde te docebunt Suidas in ejus vita et Hesychius in epistola quam ad Eulogium socium suum scribit. Certe ex verbis autoris nostri colligi posse videtur, de voce hac ἀειεστὼ egisse illum in opere quod inscriptum erat, λέξεις παντοδαπαὶ κατὰ στοιχεῖον, ubi sine dubio ex Antiphonte in oratione secunda de veritate, retulerat ἀειεστὼ τὴν ἀϊδιότητα significare. Quod additur de εὐεστὼ adeo verum est, ut ab ipsis Herodoti Glossis tanquam legitimum dignoscatur, εὐεστὴ (inquiunt) ἡ εὐημερία, εὐετηρία, ἡ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή· Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ σ γράφει. Quid si pro εὐεστή legas εὐεστώ? hæc est sententia nostra. MA. In his libris providentiam sustulerat Antipho teste Origene lib. 4 contra Celsum: κἂν Ἀντιφῶν ἄλλος ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναιρῶν ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις περὶ ἀληθείας. VA.

13, 5. Εὐεστή] Εὐεστὼ vox est a Democrito cusa, qui librum eo nomine ediderat teste Laërtio. Melius autem legas hoc loco ἀειεστώ. Ἀντιφῶν ἐν ἀληθείας β. etc. usque ad Διογενιανῷ. VA.

13, 5. ὥσπερ καὶ εὐεστὼ] Æsch. Agam. 656. Jambl. de V. P. s. 162. p. 138. et Kust. Clem. Al. p. 417. B. Aristid. Quint. 3. p. 132, 20.—Vid. Lex. Herod. in Εὐεστή. Apud eum 1, 85. J. Gron. ex cod. Med. restituit εὐετοῖ: male: debuerat aliis membranis, ubi εὐεστοῖ profertur, obtemperare. Idem habet ἀπεστώ. Vid. Suid. in ἀειεστὼ et αἰειεστώ. Utrobique notat Kust.

Etym. p. 390, 22. ἀπεστὸς et ἀπεστῶ sunt apud Hesych. εὐετὸς apud Arat. Dios. 358. ubi Schol. εὐετηρίαν exponit. Hesych. in κακεστοῦν et εὐεστώ. HEMST.

14, 1. Λυσίας] Illaudato loco laudatur hic Lysias. Poteramus nos, si voluissemus, supplere ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογίᾳ. Sed quis nescit multoties in hoc opere laudari priscos autores incertis et non indicatis locis? hoc aperte docere potest syllabus quem in operis coronide addidimus. Lysiæ verba in apologia de ficu sic habent, κυκλόθεν δὲ ὁδὸς περιέχει, ἀμφοτέρωθεν δὲ γείτονες περιοικοῦσιν, ἄερκτον δὲ καὶ πανταχόθεν κάτοπτόν ἐστιν. Quidam scripsere ἄερκον ἀπὸ τοῦ ἕρκος. Autor lexicographus ἀνέκδοτος cujus hæc sunt verba, ἄερκτον τὸν ἄφρακτον, οἶμαι δὲ ἄερκον γράφεται, ἕρκος γὰρ τὸ περίφραγμα. ἄερκτον igitur vel ἄερκον non septum et incustoditum significat, rei agrariæ Græcorum vox, nisi fallor, peculiaris. MA.

15, 5. 'ΑΘΗΝΟ'ΔΩΡΟΣ 'Αθηναῖος τῷ γένει, στρατιώτης] Στρατηγός. Is Berisadæ Thraciæ regi κηδεστὴς, id est, affinis erat. Mortuo Berisade cum Charidemus Orita dux Cersobleptæ, bellum Berisadæ liberis et Amadoco Thraciæ regi inferret, Athenodorus pro Berisadæ liberis pugnavit cum Simone ac Bianore Amadoci ducibus. Demosth. contra Aristocratem, ubi Simonem et Bianorem civitate fuisse donatos ait, Athenodorum autem civem natum: ὁ δὲ γένει πολίτης 'Αθηνόδωρος. Is tamen ab Æneа in Poliorc. cap. 24. 'Αθηνόδωρος Ἴμβριος dicitur. VA.

15, 8. Non 'Αθμωνεὺς et 'Αθμωνία ut vulgo excusum et exaratum est, sed 'Αθμονεὺς et 'Αθμονία scripsimus. vox Ἄθμων amplius est in manuscriptis, quam tamen addere noluimus. Quod vero spectat ad 'Αθμονεὺς et 'Αθμονία, certissimum est ita scribi debere. Comicus in Pace 919, Τρυγαῖος 'Αθμονεύς. enarrator antiquus: 'Αθμονεὺς ἀπὸ δήμου 'Αττικῆς. Hesych. 'Αθμονία, sic enim legendum, non 'Αθμονεὺς, φυλὴ τῆς 'Ατθίδος 'Αθηνᾶς, unde ἀθμονάζειν ad illum populum Atticæ ἀφικνεῖσθαι. Stephani epitomator 'Αθμόνην, non 'Αθμονίαν agnoscit, et Ἄθμονον in neutro. Certe multoties exaratum invenitur 'Αθμωνεὺς et 'Αθμωνία, ut apud Demosth. c. Neær. [p. 1354.] Ἵππαρχος 'Αθμωνεὺς μαρτυρεῖ, sed melius mea quidem sententia semper legeretur 'Αθμονεὺς, 'Αθμονία et 'Αθμονοῖ adverbialiter, ut apud Isæum [p. 59, 29.] de Philoct. hæreditate, ἀποδίδοται ἀγρὸν μὲν 'Αθμονοῖ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν. Et apud Strab. 16. p. 737. τὰ δὲ Ἄρβηλα κατοικίαν ἀξιόλογον κτίσμα, (ὥς φασιν) 'Αρβήλου τοῦ 'Αθμονέως, non enim ut eruditissimus interpres, quod ejus pace dictum velim, Arbeli

Athmonei filio vertendum censeo, sed Arbeli Athmonensis, id est ἐξ Ἀθμονίας oriundi: quo sensu etiam accipitur apud Stephani mutilatorem voce Ἄρβηλα. MA. Ἄρβηλος quidam memoratur a Ptolemæo filio Hephæstionis, Patrocli frater, Herculis amasius, a Theseo occisus, cum ei Herculis conflagrationem retulisset. Stephanus de Abdera: ἡ μὲν Θρᾴκης ἀπὸ Ἀβδήρου τοῦ Ἀρβήλου. Imo non legitur in Stephano Ἀρβήλου in hoc loco, sed in Ἄρβηλα. VA.

15, 9. Αἰγεῖον] Pausanias p. 15. [1, 22, 5.] VA.

16, 4. Νυμφόδωρος] Noluimus vulgarem lectionem hic retinere, quamvis omnes manu exarati codices consentirent, non enim Nymphodorus αἰγίδας a Libyis vocatas esse αἰγέας docuerat, sed Herodotus potius in Melpomene: quo loco ait αἰγέας γὰρ (sic legendum) non αἰγίδας, περιβάλλονται ψιλὰς, περὶ τὴν ἐσθῆτα θυσανωτοὺς, αἱ Λίβυσσαι κεχρισμέναι ἐρευθεδάνῳ. ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τούτων αἰγίδας οἱ Ἕλληνες μετωνόμασαν. Græci αἰγίδας suas vocavere a Libyorum Ægeis teste Herodoto, ergo Herodotus ille est qui monuit Ægidas Græcorum a Libyis dictas fuisse αἰγέας. Audi ejus Glossas: αἰγὶς, ἣν Λίβυες φοροῦσι δοράν. At cur autoritate Nymphodori usus est Harpocration? nempe ut probaret Lacones thoracem αἰγίδα vocare solitos, habeo Hesych. autorem qui est solvendo. Νυμφόδωρος δὲ (inquit) καὶ τὸν θώρακα αἰγίδα λέγεσθαι φησὶν ὑπὸ Λακώνων. Ita igitur concipiendum curavimus hunc locum: καὶ Νυμφόδωρος, Ἡρόδοτος δ' ἐν τετάρτῃ ταύτας φησὶν ὑπὸ Λιβύων αἰγέας καλεῖσθαι. Quæ omnia vera sunt. MA.

16, 7. Αἰγιλιεύς] Φράστορι Αἰγιλιεῖ Dem. in Neæram. [p. 1362, 8.] At in orat. πρὸς Τιμόθεον· Τιμοσθένης ὁ Αἰγιαλεὺς ἀφικνεῖται. Scrib. Αἰγιλιεύς. Athenæus lib. 14. p. 652. Φιλήμων ἐν τῷ περὶ Ἀττικῶν ὀνομάτων αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. Αἴγιλα δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ Αἰγίλου τινὸς ἥρωος ὠνομασμένον. Hesychius Αἰγιλία. In Stephano ἐθνικὸν Αἰγιαλεὺς scribitur male. VA.

16, 8. ΑΙ'ΔΕ'ΣΑΣΘΑΙ] Gron. non intellexit. Observa ὃν ἐγὼ προαιδεῦμαι apud Herodot. p. 214, 25. Hesych. in hac v. Casaub. ad Jul. Capitol. M. Anton. p. 336. Observa ἔτυχεν αἰδοῦς, apud Steph. in Σύβαρις. Forte ἐλέους, inquit Salmas. quæ conjectura minime probanda. Restitue Homero, Il. Ω. 116. cf. Philostr. p. 234, 9. Schol. ad Od. O. 223. HEMST.

16, 8. Πεισθῆναι hic mutavimus in μεταπεισθῆναι ope Codicis Fed. Morelli. Suid. habet μεταποιηθῆναι. At conjectura nostra Lysianæ orationis epigraphem sic restituimus, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ

Δημοσθένους ἐπιτροπῆς. Male erat antea Διογένους. lectiones nostræ de hac oratione plura te docebunt. MA. ἐπιτροπὴ est arbitrium apud διαιτητὰς, teste Polluce 8, 31. ἐπιτροπὴ est actio tutelæ, ut idem testatur, quam Demosthenes contra tutores suos intendit, ut testatur ipse in Midiam et Plutarchus. VA.

17, 5. Ἰδιωτικῆς] Dem. κατὰ Κόνωνος αἰκίας initio: ἰδίαν ἔλαχον δίκην ἥδιστ' ἂν (supple, nihilominus) ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θανάτου κρίνας τουτονί. Ab ea differt τραύματος γραφὴ, et diserte distinguit Demosth. κατὰ Κόνωνος, εἰσὶ κατηγορίας δίκαι. () πάλιν αἰκίας εἰσί. () τραύματος πάλιν εἰσὶ γραφαὶ () τοῦ μὴ κατὰ μικρὸν ὑπάγεσθαι ἐκ μὲν λοιδορίας εἰς πληγὸς, ἐκ δὲ πληγῶν εἰς τραύματα, ἐκ δὲ τραυμάτων εἰς θάνατον. VA.

17, 9. Putavimus aliquando conjungendas has duas voces Αἰνείους et Αἶνος, sed ad mutandam sententiam proni fuimus, qui didicerimus alios esse Αἰνίτας, alios Αἰνείους, vel Αἰνίους, nam ita potest scribi. Ænii Αἰνίας πόλεως sunt cives. autor innominatus apud Suidam: συνέβαινε δὲ τοὺς Αἰνείους πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ κατανεύειν, τοὺς μὲν πρὸς ἀμενῆ, [Εὐμενῆ. Verba sunt Polybii sine dubio, ut declarat illud κατανεύειν vox Polybii propria. Errat autem Maussacus graviter hoc loco. VA.] τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν. Αἰνεῖοι Æniæ Tyrrheniæ civitatis habitatores: Ænitæ Mitylenes et Cymes cives dicuntur. Suidas Ephori verba quæ hic leguntur paulo immutavit: legit enim πλὴν οἱ Ἕλληνες τὰ πρῶτα Ἀλωπεκονησίοις κατῴκισαν. MA.

17, 9. Τιμοκράτους.] γρ. Ἀριστοκράτους. Intelligit enim eum locum. τοὺς ἀποκτείναντας ἐκεῖνον (τὸν Κότυν) Πύθωνα καὶ Ἡρακλείδην τοὺς Αἰνείους, πολίτας ἐποιήσατε ὡς εὐεργέτας, καὶ μὴν καὶ χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφανοῦτε. Αἰνείους, id est, ex Æno urbe oriundos. Itaque in Harpocr. Ænos conjunctim legendum est cum τῷ Αἰνείους. est enim explicatio. Æneos Polybius et Livius 31, 31. vocat. Suidas in Ἀλωπεκόννησος hunc locum refert, et Ἀλωπεκοννησίοις κατῴκισαν legit. Itemque in Αἶνος. Marcianus Heracl. μετὰ τὴν Μαρώνειαν δὲ κεῖτ' Αἶνος πόλις Ἔχουσ' ἐποίκους ἐκ Μιτυλήνης Αἰολεῖς. VA.

17, 14. Μιτυλήνης] Μυτιλήνης ex Nummis et Inscript. VA.

18, 1. Duo hoc in loco præstita sunt, junctis enim inter se duabus vocibus antea male luxatis et divulsis Αἰξωνῆϊς et Αἰξωνεῖς scripsimus, non Αἰζωνεῖς et Αἰζωνῆϊς, quia ordo literarum hoc poscebat. Recte autem dicitur et Αἰζωνεῖς et Αἰξωνεῖς, ut apud Ammonium voce πονηρὸν, Φιλήμονα τὸν Αἰξωνέα, male hodie legitur Ἀγξωνέα. Philemon Αἰξωνεὺς id est τῆς Αἰξωνηΐδος tribus civis. MA.

18, 6. Γυμνάσια.] De his gymnasiis Livius 31, 24. p. 576. VA.

18, 9. Ἀπὸ Ἀκάμαντος τοῦ Θησέως.] καὶ Ἀριάδνης. Schol. Homeri Ὀδ. λ, ubi Demophontis frater ponitur, quod confirmat Eur. Ione. VA.

18, 12. Ἀκαρεί] Dem. πρὸς Πολυκλέα· Ἀπεκρίνατό μοι, ὅτι οὐδ' ἀκαρῆ δανείσοι. *se ne teruncium quidem mihi daturum fœnori.* Suidas habet ἄκαρ. male, ut docet Etymologus in ἀκαρής. Scholiastes Aristophanis in Pluto 244. VA.

18, 12. Ex manuscripto Federici Morelli hic post ξίφος suppletum est Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους, quæ verba desiderabantur in præcedentibus editionibus: in ea oratione de acinace Mardonii agitur. MA.

18, 12. Ante ἀκινάκης vocem Ἄκη reposuimus, sed male accentu gravi in ultima notata fuit, si fidem habemus Hermolao Byzantio, qui omnia nomina urbium aut locorum dissyllaba in κη desinentia βαρύνεσθαι docet hac voce. ita etiam apud Strabon. 6. p. 758. optime Ἄκη exaratum est, non Ἀκή. in verba vero Demosthenis orat. adversus Callippum, quam hic laudat Harpocration, nondum incidi. MA.

19, 1. Ἄκη] Athenæus lib. 7. p. 297. Νικάνωρ δὲ ὁ Κυρηναῖος ἐν ταῖς μετωνομασίαις τὸν Μελικέρτην φησὶ Γλαῦκον μετονομασθῆναι. Citatur et a Stephano in Πάρος. Porro Nicanor, qui hic laudatur περὶ μετονομασιῶν, (sic enim lego,) non ignotus est scriptor. Stephanus in Ὕδη. Λέανδρος δ' ὁ Νικάνωρ ἐν μετονομασίαις τὴν αὐτὴν καὶ Ὕδην Σάρδεις φησί. Schol. Apollonii 4, 262. p. 185. Steph. Νικάνωρ δὲ τούτοις συμφωνεῖ καὶ Ἀρχέμαχος ἐν ταῖς μετωνυμίαις (lege meo periculo μετονομασίαις) καὶ Ξεναγόρας ἐν πρώτῳ χρόνων. Sic Callimachus scripserat κτίσεις νήσων καὶ πόλεων καὶ μετονομασίας teste Suida, item περὶ μετονομασίας ἰχθύων. Verba Demosth. in oratione πρὸς Κάλλιππον hæc sunt, quæ Harpocr. intellexit: ἐκεῖνος γὰρ τετταράκοντα μνᾶς ἔκδοσιν ἐκδοὺς εἰς Θράκην Μεγακλείδῃ τῷ Ἐλευσινίῳ καὶ Θρασύλλῳ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Pro εἰς Θράκην lege εἰς Ἄκην ex Harpocr. non enim fœneratus esset εἰς Θρᾴκην, sed εἴς τινα τῆς Θρᾴκης πόλιν. Assignandus enim est locus certus, in quo solvatur pecunia cum usuris: alioqui, cum Thracia tam vasta sit, incertus erit creditor, quo in emporio pecuniam suam recepturus sit. Ideo in omnibus contractibus nauticis apud Demosthenem aliosque semper locus certus assignatur. VA.

19, 9. Ἄκριτος] Sic in Midiana, ἄκριτον ζητεῖν ἀποφεύγειν, conari ut sine disquisitione absolvaris. Et contra Timocratem

paulo ante quam Heliastarum sacramentum referat, *οὗτος γὰρ (ὁ νόμος), ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐκ ἐπὶ τοῖς κεκριμένοις καὶ ἠγωνισμένοις κεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἀκρίτοις.* VA.

19, 12. Ἀκτή] Dinarchus *κατὰ Φιλοκλέους* p. 98. *Ἐν οἷς καὶ ἡ ἀκτὴ καὶ οἱ λιμένες εἰσὶ καὶ τὰ νεώρια.* Lycurgus *κατὰ Λεωκρ.* p. 134 et 138. Priscianus lib. 17. Hyperides *ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους· μετὰ ταῦτα ὕστερον ἦλθον ἀναθησομένη τὸ τάριχος.* Leg. *ἀναθησόμενοι.* Hanc Hyperidis orationem intelligit Athenæus lib. 3. in fine, *τοσαύτην δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱοὺς, ὥς φησιν Ἄλεξις ἐν Ἐπιδαύρῳ, οὕτως· τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱεῖς Ἀθηναίους ὅτι εἰσήγαγε τάριχος* etc. *μνημονεύει δ' αὐτῶν καὶ Ὑπερίδης ὁ ῥήτωρ.* Intelligit orationem Hyperidis quæ inscribitur *ἡ ὑπὲρ Χαιρεφίλου ἀπολογία*, teste Harpocratione in Παλληνεύς. VA.

19, 14. Βασιλέως] Valerius Flaccus Argon. 1394. *Proximus his Butes Actais dives ab oris.* male in edit. Aldi *Attaeis* legitur. et 41, 465. ait Phineus: *Junctaque vestra meo quondam Cleopatra cubili Nomen ad Actææ Calais Zetesque sororis Prosiliunt.* VA.

20, 2. Ex *ἄκτεια* et *ἀκτία* unum tantum confecimus *ἄκτια.* Porro actia vetus certamen erant, de quo Callimachus *ἐν τῷ περὶ ἀγώνων.* Hujus agonistici libri neminem inveni ex antiquis qui meminerit. unus Suidas refert non Callimachum, sed Philochorum decem et septem libros *περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀγώνων* composuisse. at vero Actiacorum ludorum alii trieterici, alii pentaeterici; de trietericis intelligenda sunt illa Virgil. Æn. 3, 280.

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

MA. Vide Strab. 7. p. 325. Actium terræ Anactoriæ, i. e. Epiri memorat Thucyd. 1, [29.] ubi Apollinis templum fuerit ad fauces sinus Ambracii, et Polybius 4, 63. p. 327, *κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν καλούμενον Ἄκτιον* ait Ambracicum sinum esse arctissimum. Apollinis Actii templum ab Argonautis positum esse ait Hyginus in Poëtico Astronomico. VA.

20, 6. In oratione Demosth. *περὶ παραπρεσβ.* hactenus lectum fuit, *ἴσμεν σε μὲν τὰς ἀλαβαστροθήκας γράφοντα, καὶ τύμπανα*: quæ dicta sunt in Æschinis fratrem Philocharem [h], qui pictor erat excellentissimus. nos non *ἀλαβαστροθήκας* illic legendum esse censuimus, sed *ἀλαβαστοθήκας*, ut legisse videtur Harpocration. sic amant loqui Atticorum filii. Testis Thom. Magister. ἀλά-

[h] Philochares et Aphobetus fratres Æschinis. Demosth. ib. VA.

βαστον (inquit) δίχα τοῦ ρ Ἀττικοὶ, μετὰ τοῦ ρ ἁπλῶς Ἕλληνες. Ergo Demosthenes qui Atticissime loquitur non ἀλαβαστροθήκας cum ρ, sed ἀλαβαστοθήκας ρ[1] dempto dixit. Ælius Dionysius etiam apud Eustath. asseverat a Menandro ἀλάβαστον sine ρ dictum, atqui Menander Atticis leporibus gaudet impense. Ἀλάβαστοι lecythi aut vasa sunt sic dicta quod capi non possint propter lævorem, ὧν οὐκ ἔστι λαβέσθαι διὰ τὴν λειότητα, *des vazes qui n'ont point de prise*, ansas non habentia, λαβὰς, aut ὦτα, (ut loquitur Comici enarrator.) Ulpianus Demosthenis verba relata enarrans refert unguentarios pingere ea solitos fuisse ut facilius emptores deciperentur, aut allicerentur ad emendum. Latini Alabastra dixerunt. Martial. epigr. 9. lib. 11. *quod Cosmi redolent Alabastra*, id est ampullæ unguentariæ aut pyxides. MA.

20, 8. ἈΛΑΙΕΥΣ] Dem. πρὸς Εὐβουλίδην [p. 1310, 17.] Διοδώρῳ Ἀλαιεῖ. VA.

20, 8. Ἁλαιεὺς ὄνομα δημότου] Sic corrigit et edit Maussacus, quum vulgo legeretur δήμου, idque sub eo prætextu, quia sic habent quidam exarati; opinor intelligit manu vel penna, non typis, nec tamen dicit quinam illi; sive iste sit codex Morelli, sive alius. Quinetiam ad v. Ἀραφήνιοι hanc suam mutationem ostentat quodammodo et prædicans iterat. Connivit Valesius. Quæcunque hoc loco dicit Maussacus, quæque ad Strabonem Casaubonus, omnia habet quoque Meursius et eadem pronunciat. Certe in MS. legitur δήμου. Et puto vehementer sibi imposuisse Maussacum. Non enim quia et Theophrastus Ἁλαιεὺς et Ἀρχεβιάδης Ἁλαιεὺς ipsi occurrit, atque adeo sic confirmatum habet nomen δημότου, quod et ex inscriptionibus profert Sponius; ideo sequitur non idem fuisse nomen δήμου, nec fieri posse, ut demus et demotes eadem appellatione utantur, de quo mox videbimus. Præterea si Theophrastus vel Archebiades, quum uterque hic ita simpliciter cognominatur, Ἁλαιεὺς, ut placet Maussaco, precor unde iste domo, quum fuerint duæ Ἁλαὶ, et Harpocration sit ille, qui ostendit se tam accurate distinguere et inquirere solitum in proprias hominum appellationes et natales eorundem in v. Θέογνις? Et dicat quoque Sponius, cur illos duos Ἁλαιέας in inscriptionibus adsignet Ἁλαῖς Αἰξωνίσι potius quam Ἀραφηνίσι. Imo dignissima est, quæ hic spectetur annotatio Casauboni ad Strabonis p. 398. Hinc primo videmus certe duo hujus nominis loca fuisse: etiam cum civis inde oriun-

[1] Ἀλάβαστον sine ρ.] Etymol. ἀλάβαστρον, λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν. λαμβάνει δὲ τὸ ρ ἀλάβαστος οὖσα. VA.

dus citaretur, solere cognomine adjecto discrimen statui. Quomodo id in hoc Theophrasto locum habebit? quod exemplum si recte consideres, profecto id damnat opinionem Maussaci. Et merito certe. Quippe quod firmissime urget, qua ratione et analogia ab Ἁλαὶ veniet Ἁλαιεύς? Est eodem accentu, eademque terminatione par demus Θοραὶ τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, ut scribit Stephanus, et pergit: ὁ δημότης Θορεύς. Sic ille; non Θοραιεύς. Est apud eundem mutato accentu Πρασίαι δῆμος Ἀθήνησι Πανδιονίδος φυλῆς: et quid sequitur? nempe δημότης Πρασιεύς. Sic rursum ille, non Πρασιαιεύς. Apud Harpocrationem Ἀλωπεκαὶ dicitur δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος. Et quid apud hunc sequitur? ὁ δημότης Ἀλωπεκεύς. Itaque fieri non potest, ut ab Ἁλαὶ derivetur Ἁλαιεὺς, sed omnino verum est Ἁλεὺς et frustra Casaubonus ex Strabonis scriptura vulgata Ἁλιεῖς οἱ Ἀξιωνικοὶ legit Ἁλαεῖς, quum non possit aliud esse quam Ἁλεῖς. Dices ergo, quid est igitur hoc loco Ἁλαιεὺς ὄνομα δήμου? Certe ut aperte dicam quod sentio, opinor esse vocabulum alterius et nihil ad priores illas duas pertinentis demi, cujus δημότης eadem quidem vocari fuit solitus appellatione. Prorsus enim, ut dixi, mirum non est, ut et δῆμος exeat in hanc ipsam terminationem; sed nec magis mirum est, si et δῆμος et δημότης eam habeant aliquando similem, maxime etiam sic exeunte ultima syllaba. Stephanus in Φάληρου: Λέγεται δὲ καὶ ὁ δῆμος καὶ ὁ δημότης Φαληρεύς. Sic Πειραιεὺς apud eundem Stephanum δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ὁ δημότης Πειραιεύς. Sic non dubito, quin etiam Ἀχαρνεὺς dixerint pro ipso demo, unde testatur Stephanus Herodianum dixisse Ἀχαρνεὺς pro Ἀχάρνα: et sic fecit fortasse Lucianus Timon p. 91. ἠρίστευσε δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως πέρυσι πρὸς Ἀχαρνέας. Sic Τρινεμεῖς, Ἀπολλωνιεῖς et Φλυεῖς dicuntur δῆμοι, unde δημότης Τρινεμεὺς, Ἀπολλωνιεὺς et Φλυεύς. Certe enim hi δημόται si dicendi erunt numero plurali, fieri nequit ut non conveniant, et haud dubie etiam ipse δῆμος olim singulari numero efferebatur. Sic dicitur Stephano Ἐλαιεὺς δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. Nec dubitandum quin similiter ab aliis vocatus fuerit δημότης, quod satis declaratur ex Stephani verbis in Μελαινεῖς, ubi is confidenter ait ὁ δημότης ὁμοίως Μελαινεύς. Sed et ipse Meursius in indicem populorum Atticæ sub numero 21. recenseri curavit Ἀπολλωνιεύς. Unde equidem nescio qualia sint, quæ illic sequuntur apud Stephanum ex Diodoro, cui Ἐλαιοῦς dicitur, cujus tamen scripturam sibi magis placere testatur Meursius. Quod hic bonus vir adeo sine causa projecit, ut idem Meursius in Hesychio

non dubitet scribere, *ἐστὶ γὰρ ὁ Κριωεὺς δῆμος φυλῆς τῆς Ἀντιοχίδος*, quum prorsus ibi requiratur *δημότης*. Similis est etiam plane *Φελλεὺς* satis notus. Adde Harpocrationem nostrum in *Ἰκαριεὺς* et *Κηφησιεὺς*, ubi noster assidue intermiscet vocabulum Harpocrationi ignoratum. Nam cur novissimus [Blancardus] edat *Ἀλαεὺς*, videat cum Meursio. GR.

20, 8. *ὄνομα δήμου* vulgo hic legebatur. melius visum est *δημότου* ut habent quidam exarati, non enim populus sed *δημόται* ita vocantur. ita apud Dionys. Halicar. epist. ad Ammæum ex Philoch. Atthid. lib. 5. Theophrastus *Ἀλαιεὺς* dicitur. sic legi debet, non *Ἀλλαιεὺς*, ut hodie excusum est. Apud Demosth. orat. contra Conon. *Ἀρχεβιάδης δημοτελοῦς Ἀλαιεύς*. MA.

20, 9. ἈΛΆΣΤΩΡ] Rectius Etymologici auctor in *ἀλάστωρ*. Ait enim Chrysippum philosophum scripsisse ea voce significari homicidam, *ἀπὸ τῆς ἐλάσεως, τὸν ἄξιον τοῦ ἐλαύνεσθαι διὰ φόνον. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλᾶσθαι τὸ πλανᾶσθαι, ἢ ὁ ἄλαστα δρῶν.* id est, ut ex Harpocratione explicare soleo, *ὧν μηδέποτ' ἄν τις ἐπιλάθοιτο.* At vero Apollodorus deducebat *ἀπὸ τοῦ ἀλιτεῖν, ὅ ἐστιν ἀλιτανεύτως ἀδικεῖν.* Addit auctor Etym. *μήποτε δέ ἐστιν ὁ διὰ μέγεθος τῶν πεπραγμένων αὐτῷ λιτῆς μὴ καταξιούμενος, ἢ ὁ τοιαῦτα τολμήσας πράττειν ὧν μή ἐστιν ἐπιλαβέσθαι.* Lege ex Harpocr. *ἐπιλαθέσθαι.* Subjicit de vi vocis *ἀλάστωρ Ζεὺς* et *δαιμόνων ἀλαστόρων*, quos sic dici ait *ἀπὸ τοῦ τοῖς τὰ ἄλαστα πάσχουσιν ἐπαμύνειν· ἢ ὁ τὰ ἀλαστὰ, τουτέστι τὰ χαλεπὰ τηρῶν.* Μένανδρος· *ὁ δ' ἀλάστωρ ἐγὼ καὶ ζηλότυπος ἄνθρωπος. οὕτως εὗρον εἰς τὸ λεξικὸν τὸ ῥητορικόν.* Idem in *ἀλιστήσας, σχετλιάσας, δεινοπαθήσας, ἢ παρὰ τὸ λάζω, τὸ λαμβάνω, ὃ οὐκ ἄν τις θέλοι λαβεῖν.* Idem *Ἄλαστον, πένθος ἄλαστον καὶ ἄλαστα τὰ κακὰ, ἀνεπίληστά τινα ὄντα. ἢ παρὰ τὸ λάζω, λάζετο δ' ἔγχος, γέγονεν ἄλαστα, ὧν οὐκ ἄν τις λάβῃ.* Adde Eustathium in *Ὀδ. α* p. 1415 et Plutarchum de oraculorum defectu p. 418. *Ἀλάστωρ* autem subauditur *δαίμων*, ut in *προστρόπαιος*. Pausanias in Arcadicis de Alcmæone matricida, *ἡ Πυθία διδάσκει τὸν Ἐριφύλης ἀλάστορα εἰς ταύτην οἱ χώραν οὐ ξυνακολουθήσειν.* Et in Corinthiacis, *αὐτοῖς ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος ἠκολούθησε.* Sic Euripides dixit, *πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία* teste Eustathio *Ἰλ. ν*, 950. Idem in *Ὀδ. π.* postquam *ἱκέτην* vocem esse dixit communem et univocam tam supplici quam ei cui supplicatur, addit: *τοιοῦτον καὶ ὁ προστρόπαιος. προστρόπαιός τε γὰρ Ζεὺς, ὡς ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ, ᾧ ἄν τίς φασι προστρέποιτο δεόμενος. καὶ προστρόπαιος ὁ ἱκέτης ὁ πρός τινα δεητικῶς τρεπόμενος.* VA.

21, 1. *Ἀλέας* autore Harpocratione nomen Thessalicæ civitatis

est, nam Θεσσαλικὴ, non Θεσσαλονίκης legendum hoc in loco, cujus cives 'Αλεῖς vocantur. Suidas habet, ut existimo, male 'Αλεεῖς. En tibi Demosthenis ex orat. de falsa legat. verba, τοὺς 'Αλεῖς πρὸς τοὺς Φαρσαλίους. ergo 'Αλεῖς cives illius civitatis quæ in Thessalia 'Αλέας vocabatur. Ita censent Harpocration et Suidas post eum: sed vereor ne aliud esse debeat civitatis nomen, certissimum enim est Halum cum Atheniensibus fœderatam fuisse contra Philippum, Pharsalum vero cum Philippo contra Athenienses. Demosthenes illo loco loquitur de civibus illarum civitatum, igitur 'Αλεῖς cives erunt τῆς 'Αλοῦ, de qua vide Ulpian. Demosth. verba interpretantem. 'Αλέας forte accusativus pluralis est simplex, cujus contractus 'Αλεῖς ab 'Αλεὺς ὁλοκλήρῳ. MA.

21, 1. 'ΑΛΕ'ΑΣ.] Demosth. in Philipp. 10, quæ est responsio ad Philippi epistolam, initio: ἐπειδὴ γὰρ Φαρσαλίοις "Αλον παρέδωκε. Nam, ut testatur Demosth. περὶ τῆς παραπρ. [p. 353, 13.], Halum evertit Philippus et Halenses ejecit, ὥστε ἐξεληλανται καὶ ἀνάστατος αὐτῶν ἡ πόλις γέγονεν. In Volfii MSS. codicibus rectius erat ἀνάσπαστος. Neque enim verum est, Halum eversam fuisse, cum tradita sit Pharsaliis. ἀνάσπαστος autem recte dicitur, quia ejus incolæ omnes abducti et in servitutem redacti. Sic Eretrienses ἀνασπάστους vocat Herodotus 7, 80. Halum autem obsedit Parmenio dux Philippi teste Demosth. περὶ παραπρ. Dionysius Halic. lib. 1. p. 34. inter Herculis arcana magnum hoc fuisse et admirandum, τὸ δὴ τοὺς ἀνασπάστους ἐκ τῶν κεκρατημένων πόλεων τέως μὲν ἐπάγεσθαι εἰς τὰς στρατείας, καὶ ἐπειδὰν προθύμως τοὺς πολέμους συνδιηνέγκαιεν, εἰς τὰ δορίκτητα κατοικίζειν. Sic Cares ἀνάσπαστοι dicti sunt, quod a Persis erant translati in Persidem, teste Arriano: et Eretrienses ἀνάσπαστοι dicuntur a Strabone et Herodoto. ἀναστῆσαι uno verbo transducere, seu abducere. Suidas ἀνέστησαν, μετῴκισαν. νεμεσᾷ δὲ καὶ ἀγανακτεῖ ὁ Καῖσαρ, ὅτι μὴ ἀνέστησαν ἀπαξάπαντας Σαβείρους τε καὶ 'Αλβανούς. "Αλος urbs Thessaliæ ἀπὸ τῆς 'Αθάμαντος ἄλης περὶ τοὺς τόπους γενομένης ἐκείνους, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κτισθεῖσα. λέγεται καὶ ἀρσενικῶς. Μεθόδιος, ait Etym. Sic Appianus in Mithridatico de Chiis, et iterum de Cappadocibus transductis in alias regiones ἀνασπάστους usurpat. VA.

21, 3. De variis Alexandris multa hic protulit Harpocration. Nos ejus verba ita emendavimus ut excusa sunt. Tertia Demosthenis Philippica hic laudatur, sed quidam manuscripti habent ἐν ς' Φιλιππικῶν, id est in sexta. Certe magna difficultas est statuere, an Philippica quæ hodie secunda vulgo creditur, tertia,

an sexta, vel septima secundum Dionys. Halicar. vocari debeat. notarum brevitas non sinit nos latius evagari, quare intra septa nos continemus. in lectionibus nostris abunde hæc quæstio agitata et vexata est. Ceterum quod hic ait Harpocration Alexandrum illum φιλέλληνα[k] Amyntæ filium, patrem vero Perdiccæ, a Mardonio fuisse missum ad Athenienses, ut terram et aquam postularet, valde notandum est; nam ita apud Æschinem rex quidam Persarum in orat. contra Ctesiphont. aquam et terram a Græcis postulavit, ὁ γῆν καὶ ὕδωρ τοὺς Ἕλληνας αἰτῶν (ait ille), vide integrum locum, et adverte morem illum terræ et aquæ petitionis. υἱὸς μὲν Ἀμύντου, πατρὸς δὲ Περδίκκου ante hic legebatur; nos restituimus πατήρ. ita etiam paulo post verba Demosthenis ex orat. de fals. legat. sic correximus, καίτοι τῶν ἀποκτεινάντων Ἀλέξανδρον ἦν τὸν ἀδελφὸν τοῦ Φιλίππου οὗτος Ἀπολλοφάνης. male habebant excusi et exarati omnes puncto ante duo postrema verba adhibito, οὕτως Ἀπολλοφάνης. non ut autor quidam laudatur hoc loco Apollophanes, imo Pydnæus hic Apollophanes est, unus ex his qui Alexandrum Macedonem Philippo grandiorem natu interfecerunt. ejus filiolæ a Satyro quodam Comico beneficio Philippi regis in libertatem ex Olyntho assertæ fuere. MA.

21, 12. Ἀλέξανδρος Θετταλὸς] Quem Thebe uxor interemit. Alcuin. de Art. Rhet. p. 362. Xen. Hell. 6. p. 351. Val. Max. 9, 13, 3. Emenda Plut. vol. 2. p. 1093. ubi legitur Θέσβης. Vid. p. 256 A. N. Heins. ad Ovid. Ep. ex Ponto 2, 9, 43. Ælian. V. H. 14, 40. ibique Periz. Conon apud Phot. Bibl. p. 236, 7. Pausan. 6. p. 463, 18. HEMST.

21, 13. Τί δ' Ἀλέξανδρον] Verba sunt Demosth. *Quid vero de Alexandro illo Thessalo,* ἡνίκ' εἶχε μὲν αἰχμάλωτον δήσας τὸν Πελοπίδαν, ἐχθρὸς δ' ὡς οὐδεὶς Θηβαίοις ἦν, ὑμῖν δ' οἰκείως διέκειτο οὕτως, ὥστε παρ' ὑμῖν στρατηγὸν αἰτεῖν, ἐβοηθεῖτε δὲ αὐτῷ, καὶ πάντα ἦν Ἀλέξανδρος. An vero idem sit Alexander, cujus in eadem oratione meminit infra, γράψας δὲ (Χαρίδημος) ὡς Ἀλεξάνδρου πρεσβευσαμένου πρὸς αὐτὸν, οὐχ ὑπεδέξατο, τοῖς λῃσταῖς φαίνεται τοῖς

[k] Φιλέλληνα etc.] Hausit ex Herodoto lib. 8. in fine. Idem Lycurgus narrat contra Leocratem p. 140. οὕτω γ' οὖν ἐφίλουν τὴν πατρίδα πάντες, ὥστε τὸν παρὰ Ξέρξου πρεσβευτὴν Ἀλέξανδρον φίλον ὄντα αὐτοῖς πρότερον, ὅτι γῆν καὶ ὕδωρ ᾔτησεν, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν. Notum est autem, quid Lacedæmonii his legatis a Xerxe fecerint, qui terram et aquam petituri venerant. Eos enim in puteum conjecerunt ac superjecta humo obruerunt, referre Xerxi mandantes, habere eum a Lacedæmoniis terram aquamque, quam postulaverat. Refert Herodotus et Polybius lib. 9. p. 570. VA.

παρ' ἐκείνου ταυτὰ πράττων? Videtur mihi esse Alexander Molossus, de quo Æschines contra Ctesiph. p. 83. et Demosth. *πρὸς Πολυκλέα. Τῆνος μὲν καταληφθεῖσα, ὑπ' Ἀλέξανδρου ἐξηνδραποδίσθη.* et *περὶ στεφάνου τῆς τριηραρχίας. ὅτε γὰρ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνικήθητε.* Imo est Alexander Pheræus ex Polyæno lib. 6. ubi hanc cladem Atheniensium et Alexandri victoriam refert. Xenophon lib. 6. Alexandrum Pheræum ait initio quidem fuisse hostem Atheniensium, ac mare infestum piraticis lembis habuisse. VA.

21, 18. *ἔστι δὲ καὶ κοινὸς τόπος*] Legendum *κοινῶς*. MA. in Append. ad Plutarch.

22, 2. Immanis et portentosa lacuna partim ope manuscripti cod. partim auxilio magni Etymolog. hoc loco suppleta est. *ἔστι γὰρ οἷον ἁλὸς πεδίον*, reliqua desiderabantur, *ἤτοι ὁμαλὸν πεδίον, καὶ τετριμμένον καὶ ἀληλεσμένον*, rursus *ὡς Ἀριστοφάνης Δαιταλεῦσι.* Cætera deerant, *διὰ ψιλοῦ.* et ne quid dissimulem, manifeste in manuscriptis aliquid aliud desiderari apparet, sed si bene advertas, sensus perfectus est et absolutus. En tibi mentem puram putam autoris. *ἀλίπεδον* duplicem habere potest spiritum, vel lenem, vel asperum: si asperum, tunc ita dictum est quasi *ἁλὸς πεδίον*, si lenem, quasi *πεδίον τετριμμένον ἢ ἀληλεσμένον*, quomodo Aristophanes *Δαιταλεῦσιν* in conviviis, hæc scripsit *ἐν ἀλιπέδῳ* cum spiritu leni scilicet. *ἐν ἀλιπέδῳ* igitur verba Aristophanis sunt. aliam hujus vocis etymologiam quæ ab Harpocratione affertur non tangimus. MA. Xenoph. Hell. 2, [4, 30.] p. 274, locum esse ait juxta Piræum. VA.

22, 8. Quis non videt *Ἁλιμούσιοι* scribendum fuisse, et sequentem vocem *Ἁλιμοῦς* conjungendam? Supra in voce *Ἀγασικλῆς* Halimusiorum nomen, de quibus hic agit Harpocration, a nobis restitutum est. quam vera autem et firma sit conjectura nostra hic unicus locus, quem præ manibus habemus, luculenter indicare potest, ut et integra Demosthenis *πρὸς Εὐβουλίδην ἔφεσις*, in qua de Halimusiis multa. Etymologus recte populum hunc dictum vult *ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἁλῶν*, quomodo *Ἁγνοῦς, ἀπὸ τῶν ἄγνων*, de quo supra, et *Ῥαμνοῦς, ἀπὸ ῥάμνων*, de quo paulo post. MA.

22, 14. Alcibiadem et ejus proavum maternum bis ostracismo mulctatos fuisse docet Lysias *ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου.* male hic legebatur *καὶ τὸν πρὸς πατρὸς πάππον.* restituimus nos *μητρὸς*, freti autoritate manuscriptorum, at Lysiæ verbis quæ sic habent in illa orat. *χρὴ τὸν τούτου πατερα αἴτιον ἡγεῖσθαι, καὶ ἐν-*

θυμηθῆναι, ὅτι Ἀλκιβιάδην μὲν τὸν πρόπαππον αὐτοῦ καὶ τὸν πρὸς μητρὸς Μεγακλέα οἱ ἡμέτεροι πρόγονοι δὶς ἀμφοτέρους ἐξωστράκισαν. Ergo Megacles ille est Alcibiadis avus maternus, qui bis per signa testarum e civitate ejectus est. Multi autem Alcibiades fuere; Harpocration tres commemorat, vetus enarrator Aristophanis in Ranis quatuor fuisse asserit. Quicquid sit, ego ciccum non interduim. diligentius et solidius examinanda esse quæ sequuntur existimo, *ἔστι δὲ Φηγούσιος Ἀλκιβιάδου ξένος.* MA. Vide Andocidem *ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου* p. 31. Megacles erat avus maternus magni Alcibiadis. Nam Alcibiades fuit Dinomachæ f. Dinomacha Megaclis f. teste Plutarcho in Alcib. Megacles filius Clisthenis ejus, qui remp. Atheniensium ordinavit. Isocrates in oratione de bigis, *καὶ τὸ τελευταῖον Ἀλκιβιάδης καὶ Κλεισθένης ὁ μὲν πρὸς πατρὸς, ὁ δὲ πρὸς μητρὸς ὢν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ στρατηγήσαντες τῆς φυγῆς κατήγαγον τὸν δῆμον, καὶ τοὺς τυράννους ἐξέβαλον* etc. Et hæc de materna origine ex Herodoto et aliis:

Alcmæonis filius
Megacles Magnus, ejus filii
Clisthenes, et Hippocrates,
Clisthenis Megacles, hujus Agarista,
hujus Dinomache, hujus Pericles.
hujus Alcibiades.

Paternum autem genus sic habet:

Alcibiades Magnus. ejus filii
Clinias, et Axiochus,
hujus Alcibiades. hujus Clinias.

Ex quibus apparet longe falli Demosthenem (seu quis alius auctor est) orat. in Midiam, cum Alcibiadem illum Cliniæ f. paterna origine Alcmæonidem fuisse ait, *πρὸς δὲ μητρὸς Ἱππονίκου.* Duplex error est, non enim ex paterna, sed ex matris origine Alcmæonides fuit, ut certissimum est. Megacles enim magnus erat Alcmæonis f. ex Herodoto et Plutarcho in Pericle, quod clarissime docet Isocrates. Illud etiam falsum est, maternum Alcibiadis genus ex Hipponico fuisse. Nullus enim Hipponicus comparet in eo stemmate. Quid ergo Demosthenem induxit? Nimirum Alcibiadis illius filius ac nepos tum vivebat, cum Demosthenes eam orationem habuit. Ii materna origine ex Hipponici domo erant oriundi. Nam Alcibiades Cliniæ f. Hipparetem Hipponici filiam uxorem habuit teste Plutarcho in Alcibiade et Andocide. Putavit ergo Demosthenes etiam patrem ex ea domo fuisse. Demosthenis errorem secutus est Libanius decla-

mat. 9. p. 352. Nec minor est Meursii error, qui lib. 6 Lect. Att. cap. 12 totam seriem paterni generis Alcibiadis miscuit. Locus est Platonis in Euthydemo initio de Clinia: ἔστι δὲ οὗτος Ἀξιόχου μὲν υἱὸς τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου. Hunc locum mendosum esse existimat Meursius et corrigere aggreditur, sed frustra est, cum locus sit integer. Loquitur enim Plato de pulcro illo Clinia fratre patrueli Alcibiadis, qui Clinias filius fuit Axiochi, ut præter Platonem fidem facit Æschines in Axiocho. At Meursius magno errore hunc Cliniam Alcibiadis patrem facit. Atqui Clinias Alcibiadis pater in prælio ad Coroneam occubuerat teste Platone in 1 Alcibiade et Isocrate et Plutarcho et Sopatro in divisione controv. p. 290. Clinias autem Axiochi f. vixit post bellum Peloponnesiacum, ut patet ex illo Æschinis dialogo. Quod spectat ad Alcibiadem magnum Alcibiadis avum, firmat nostram sententiam primo Herodotus lib. 8, qui Cliniam Alcibiadis filium in prælio ad Artemisium fortiter egisse scribit. Fuit autem hic Clinias Alcibiadis nostri pater ex Plutarcho et Sopatro locis citatis. Accedit Plato in Euthydemo loco cit. Deinde Andocides in orat. in Alcibiadem: καὶ γὰρ ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς καὶ ὁ πάππος Ἀλκιβιάδης ἐξωστρακίσθησαν ἀμφότεροι. Ex quibus corrigendus Harpocratio et πάππος legendum non πρόπαππος, et sic de cæteris: Fuit porro alter Clinias Alcibiadis frater minor natu, de quo loquitur Plato in Protagora. VA.

22, 18. Ἔστι δὲ Φηγούσιος Ἀλκιβιάδου ξένος] Hæc sine dubio mendosa sunt. Φηγούσιος Ἀλκιβιάδης quidam dicitur ab Andocide ἐν τῷ περὶ τῶν μυστηρίων p. 10. An is, cujus meminit Xenophon Ἑλλην. p. 254. sed non potest. Porro illa verba, Ἀλκιβιάδου ξένος, ni fallor, sunt ex oratione Æschinis περὶ παραπρ. in fine p. 50. καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ξένων τὴν εἰς Φλιοῦντα παραπομπήν. VA. Vide an ex Thucyd. 8, 6. et schol. huic loco lux inferri possit. Observa locum Æschinis περὶ παραπρ. p. 50, 35. συμπαραπέμπων μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν καὶ τῶν Ἀλκιβιάδου ξένων τὴν εἰς Φλιοῦντα παραπομπήν. Ad Φηγούσιος notat Maussacus ex eo loco hæc esse intelligenda, qui tamen parum aut nihil juvat. Ἀλκιβιάδην τὸν Φηγούσιον memorat Andoc. de myster. p. 9, 25. quare legendum videtur, ἔστι δὲ Φ. Ἀλκιβιάδης ξ. HEMST.

23, 1. Alcimachi duo, alter Anagyrasius exercitus dux, et belli quod gestum fuit contra Philippum præfectus; de hoc Demosthenes sæpius in ea quam composuit contra Euergum et Mnesibulum, sed illic semel male legitur Ἄλκιμος pro Ἀλκίμαχος, ut

apud scholiast. orat. de Corona, quo loco de Alcimacho Philippi Nauarcho in Peparethi expugnatione agit. Hic Macedo fuit, ut docuerat Hyperides in oratione contra Demadem. Hyperidem autem et Lycurgum orationes contra Demadem composuisse certissimum est ex Athen., Harpocrat., Suid. et vetere Comici enarratore, ut a nobis latius probatum est in dissertatione quam paratam habemus de veterum rhetorum orationibus. Hyperides igitur in orat. contra Demad. de Alcimacho Macedone verba fecerat, quantum colligere licet ex verbis quæ ab Harpocrat. ex illa orat. adducuntur. Quia vero paulo corrupte hæc hactenus legerunt omnes, ita nos redintegravimus, *'Αλκίμαχον καὶ 'Αντίπατρον 'Αθηναίους καὶ προξένους ἐποιησάμεθα.* quid essent Athenis *πρόξενοι* te docebunt eruditissime Suidas et Erotianus in Lexicis suis. At vero hujus Alcimachi *δημηγορίαν* descripsisse Anaximenem in secundo de historia Alexandri, et contra illam orasse Demosthenem indicare videntur postrema autoris nostri verba, quod valde singulare est. MA.

23, 9. Vide supra differentiam quam posuimus inter *ἀειλογίαν* et *ἀλογίαν*. nihil magis contrarium quam obmutescere et semper loqui. *ἀειλογίᾳ* laborat quis cum rationibus abundat, *ἀλογίᾳ* vero cum *ἄλογος* est, et *μηδένα λόγον ἔχει*, ut ait Harpocration. MA.

23, 9. Verba *ἄλογοι ἐρανισταὶ, ἐρανιστὴς, ἐρανίζοντες, ἔμμηνοι δίκαι, καταφορὰ,* et *πληρωτὴς* ad idem referuntur: ad morem scilicet stipem conferendi, et eleemosynam erogandi his qui ex sociis egestate premebantur. De hoc multi multa, unus Casaubonus ad Theoph. characteres instar omnium esse potest. MA.

23, 11. *Ἄλογοι ἐρανισταὶ, ἐρανιστὴς, ἐρανίζοντες*] *Εἰς τὸν ἔρανον ἐκφερομένων* Harpocr. Verte, *quæ in eranum inferuntur.* Sic Eranum usurpat Plinius lib. 10 epist. p. 150, quem vide: hunc enim collationum morem unice declarat. Lysias *κατὰ Αὐτοκράτους. τετύχηται δέ μοι καὶ εἰκόσιμνος ἔρανος* apud Pollucem 9, 57. Æschines p. 84, *ὥσπερ ἐκ τῶν ἐράνων τὰ περιόντα νειμάμενοι,* quod not. autor Etymolog. *ἄλογοι οἱ μήπω ἀνηρημένοι τὸν ἔρανον ἐρανισταί. οἱ μὴ καταθέμενοι τοῦ ἐράνου τὴν καταβολήν. οἷς οὐδείς ἐστι λόγος πρὸς τὸ μὴ ὀφείλειν.* Libanius declam. 19. *καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς τῶν ἐράνων εἰσφοραῖς ἔρανον ἐποιοῦντο τῶν σωμάτων, κόπτοντες αὐτὰ καὶ διαιροῦντες.* Apud Antiphanem comicum in *κνοίθιδι ἢ γάστρωνι* griphus est hujusmodi: *τί ἔστιν ὅ τι φέρων τις μὴ φέρει.* qui sic solvitur: *φέρομεν γὰρ ἔρανόν τινα ἄνθρωποι δέκ'. οὐ φέρει*

δὲ τούτων τὴν φορὰν οὐδὲ εἷς. σαφῶς οὖν ὅτι φέρων τις μὴ φέρει. Lycurgus contra Leocratem p. 135. VA.

23, 11. ἐξειληχότες] ἐξειληφότες? Immo credo ἐσεσηνοχότες, quod rei congruit: perpende Suidam et Etym. HEMST.

24, 5. Archelaum res Euboicas scripsisse nusquam legi. chorographum quidem illum qui terræ ab Alexandro peragratæ descriptionem composuerat καὶ τὰ ἰδιοφυῆ, et alios Archelaos novi, de quibus Diogen. Laërt., Suid. et Athen. sed nullus eorum res Euboicas quod sciam scripserat. Ἀρχέμαχος igitur ex restitutione nostra hic legendum est, ἐν τετάρτῃ Εὐβοϊκῶν. Archemachus ille est rerum Euboicarum scriptor, de quo Clemens Alexandr. Stromat. 1. et Athen. lib. 6. Dipnos. ejus liber tertius de rebus Euboicis ab illis autoribus laudatur ut patet. Plinius lib. 7. Archimachum vocat, sed quis adeo blennus est, ut non videat Archemachum illic legendum esse. MA.

24, 7. Ἀναξιμένης ἐν τετάρτῳ Φιλιππικῶν] Vide Epistolam Philippi ad Senatum populumque Atheniensem, ubi ait eam se vi cepisse et abstulisse, non Atheniensibus, nec Peparethiis, sed Sostrato prædoni. VA.

24, 8. ἈΛΟΠΗ] Demosthenes ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ· ἐμέμνηντο Ἱπποθοωντίδαι τῶν Ἀλόπης γάμων, ἐξ ὧν Ἱπποθόων ἔφυ, καὶ τὸν ἀρχηγὸν ᾔδεσαν. VA. Est p. 1398, 26.

24, 8. περὶ τῆς ἱερείας] Inscriptio hujus orationis quam composuerat Lycurgus, ita semper habet apud hunc nostrum autorem. Suidas περὶ ἱερατείας potius legisse videtur, refert enim Lycurgum περὶ ἱερωσύνης et περὶ ἱερατείας orationem habuisse. l. 10. insignem lacunam, quæ nec ope ipsorum manuscriptorum restitui poterat, ita replevimus ex conjectura, Εὐριπίδης ἐν τῷ ὁμωνύμῳ, Alopem enim fabulam docuisse Euripidem sic probamus. Tryphon ἐν δευτέρᾳ περὶ Ἀττικῆς διαλέκτου ex Alope Euripidis duos hos versus affert apud Ammonium voce τροχοί,

ὁρῶ Μένανδρον[1] τόνδε γυμνάδα στόλον
στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον.

Inde apud Hesych. voce ἀπρόσηλος restituendum Εὐριπίδης Ἀλόπῃ. truncate hodie legitur et perverse Ἀλῃπ'. Idem mendum ferme exstat apud autorem Etymologici verbo ᾐδέσθην, illic enim pro Ἀλύπῃ restituendum est Ἀλόπῃ.

[1] Μένανδρον] μὲν ἄνδρα Mauss. in Appendice. VA.

οὐ μὴ σύ γ' ἡμᾶς τοὺς τεκόντας ἤδέσω.

Fragmentum est ex eadem fabula allatum. Stobæus serm. 193 hos etiam versus ex Alope Euripidis affert, qui valde notandi sunt:

τί δῆτα μοχθεῖν δεῖ γυναικεῖον γάμον
φρουροῦντας· αἱ γὰρ εὖ τεθραμμέναι πλέον
σφάλλουσιν οἴκοις τῶν παρημελημένων.

Carcinus poeta tragicus Alopem etiam fabulam docuerat, teste Aristotele Ethic. lib. 7. cap. 8. ἢ ὁ Καρκίνου ἐν τῇ Ἀλόπῃ Κερκύων[k]. Eodem modo autem quo Pollux cum de Crapatallis loquitur, Pherecratem Comicum laudat ἐν ὁμωνύμῳ δράματι, id est in fabula cognomine, in Crapatallis. Ita etiam Harpocration[l] hoc loco dum de Alope agit, Euripidem laudat in cognomine fabula, ἐν ὁμωνύμῳ, id est in Alope. Multa alia exempla adducere possem ex autoribus priscæ antiquitatis, quibus probarem solitos eos fuisse, dum de quadam re quæ fabulæ cuidam aut dramati componendo ansam aut hypothesim præbuisset, agerent, autorem qui drama docuisset ἐν ὁμωνύμῳ laudare, ne easdem voces repetere cogerentur. sed hæc in præsens sufficient ad confirmationem restitutionis nostræ. MA. Versum ex Alope Euripidis ita legere debes: Ὁρῶ μὲν ἄνδρα τόνδε γυμνάδα στόλον. MA. in Append. ad Plut.

24, 11. Φαληρέων] φαλληρέων Ald. In codice Goesiano prius λ inductum fuit et in MS. plane legitur φαληρέων. GR.

24, 14. De festo quod vocabatur Athenis Ἀλῶα latius a nobis actum est ἐν συναγωγῇ quam confecimus de festis antiquorum una cum συναγωγῇ altera legum Atticarum: monebimus tantum hic per transennam mire deceptum fuisse Demosthenis interpretem in explicatione verborum quæ exstant in or. c. Neæram [p. 1385.], nam ad illa notabat hæc Harpocration. Ita orator loquitur, καὶ ὅτι Σινώπῃ τῇ ἑταίρᾳ Ἀλώοις, (uno verbo, non ut interpres disjuncte ἀλῶ οἶς) ἐπὶ τῆς ἐσχάρας τῆς ἐν τῇ Αὐλῇ Ἐλευσῖνι προσαγούσῃ ἱερεῖον θύσειεν. Interpres vertit, *qui et de aliis rebus est accusatus, et Sinope meretrici victimam adducenti ad aram Eleusiniam mactasse ferebatur*, οἶς autem contractum putat ab οἴας, id est oves, πρόβατα, quæ quam absurda sint et ratione

[k] Κερκύων] Item Chœrilus Ath. teste Pausania in Atticis, Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην. VA. Hoc Maussacus ipse monuit in Append. ad Plut. "Imo et testatur "Pausanias Atticis, Chœrilum poe- "tam docuisse quoque drama quod "dictum fuit Ἀλόπη. Ita enim illic "loquitur diserte: Χοιρίλῳ δὲ Ἀθη- "ναίῳ δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην."

[l] Ita etiam Harpocration hoc loco] Ita et Diogenes Laërtius, ut memini. VA.

careant nemo non videt. Eadem tamen hæc verba fraudi fuerunt doctissimo Dalecampio, qui dum decimotertio Dipnos. Athen. plura ex Demosthenis orat. contra Neæram interpretatur, hæc ita vertit: *Quod per haloa Eleusine in cœnaculi foro Sinopæ amicæ illuc deductæ rem divinam fecisset.* Melius mea quidem sententia et consultius Ἁλῴοις illud interpretaberis, si dicas Haloorum tempore, id est, dum festum quod Athenienses vocabant Ἁλῷα peragebatur. Viderint docti et decreverint. MA.

25, 4. Isocratis oratio Philippica illa est quæ inscribitur hodie ὁ πρὸς Φίλιππον, aliquando simpliciter et nude ab autore nostro Φίλιππος vocatur, ut verbis ἀναιρεθεὶς et ἀπαριθμῶν. Ita Aristoteles Rhetor. 3, 17. Ἰσοκράτης ἐν τῷ Φιλίππῳ καὶ ἐν τῇ ἀντιδόσεως dixit. In ea igitur oratione loquutus erat Isocrates teste Harpocratione de Amadoco: atqui in tota oratione ne vola quidem aut vestigium de illo, nisi dicamus Medocum eumdem esse Amadoco, in quam sententiam pedibus ivisse magnum virum probe scio, οἷάνπερ, inquit Isocrates, Μηδόκῳ (melius legeretur Ἀμαδόκῳ, ut Harpocratio,) τῷ παλαιῷ διὰ τοὺς ἐν Χερρονήσῳ γεωργοῦντας. Vide plura de Amadoco in orat. Demosth. contra Aristocratem. MA.

25, 4. Ἁμαδόκῳ] Amadoci a Seuthe Thracio, qui dux copiarum Amadoci erat, occisi meminit Aristot. Polit. 5, 10. Xenophon 4, [8, 26.] Ἑλλην. p. 316. Amadocum vocat Odrysarum regem. Idem 7, [2, 32.] Κύρου ἀναβ. Μηδόκον eundem vocat: et Diod. Siculus lib. 13. in fine Μηδόκον καὶ Σεύθην Thracum reges appellat, ubi pugnam ad Ægos potamon describit, et lib. 14, 94. Livius 759. *Amodocum* Thraciæ quendam regulum vocat, sed ibi lego *Amadocum.* In nominibus autem barbaris observavi sæpe A literam initio præponi, interdum omitti solere. Toto 7 libro Xenoph. Κύρου ἀναβ. Μήδοκος dicitur, item apud Dionysium Halic. περὶ ἑρμηνείας cap. περὶ τῶν ἐν πράγμασι χαρίτων. ἐπὶ δὲ τῶν Θρᾳκῶν ἕτερος, ὅτι Μηδόκης ὁ βασιλεὺς βοῦν ἔφερεν ὅλον ἐν γνάθῳ. Duplex autem Amadocus: alter Cotyis filius, Berisadæ et Cersobleptis frater, de quo Demosth. in Aristocr. alter Amadoci hujus f. VA.

25, 8. Incidit in hunc locum præstantissimus nostræ tempestatis vir eoque usus est ad illustrationem operis quod moliebatur, sed nullo detecto errore hæc inemendata reliquit. Nos Isæanæ orationis epigraphem, quæ corruptissima erat, omnino restituimus. antea erat, Ἰσαῖος διείλεκται ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα περὶ τῆς Ἀμαζόνος ἀφιαιρέσεως. Nunc est περὶ τῶν Ἀμαζόνων

ἀφιερώσεως Ἀθήνησιν, id est de Amazonum consecratione Athenis. Glossæ veteres, ἀφιερῶ consecro, dedico, devoveo, ἀφιέρωσις et καθιέρωσις de donis quæ dedicantur: ἀφιέρευσις vero et καθιέρευσις de victimis quæ mactantur. Ita distinguere amant Atticorum filii. potest hic et ἀφιερώσεως et ἀφιερεύσεως legi, sed rectius ἀφιερώσεως, de consecratione enim Amazonum agebat Isæus in illa oratione. Verum quænam illa consecratio? Audi Æschylum, qui in Eumenid. hoc te accuratissime et elegantissime docebit [685.]:

Πάγον δ' Ἄρειον τήνδ' Ἀμαζόνων ἕδραν,
σκηνάς θ' ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
στρατηλατοῦσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
τήνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε,
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.

Amazonium igitur illud, sive locus quem Athenis pro arce belli muniverant contra Theseum Amazones, et in quo Marti hostias immolarunt, Martis Petra vocatus fuit Ἄρειος πάγος. Ne quæras aliam Areopagi et Areopagitarum originationem. De Amazonio vero, quod quidam Ἀμαζόνειον vocant, vide amplius Plutarchum in Theseo et Stephani mutilatorem hac voce. MA.

25, 8. 'AMAZO'NEION] Sic Suidas et Plutarch. Theseo c. 27. Diodorus Sic. 4, 28. vocat Ἀμαζονεῖον. Erat et Ἀμαζονὶς στήλη, cujus meminit Plato in Axiocho initio. VA.

25, 8. Ἰσαῖος διείλεκται ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα] Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα διείλεκται. VA. Leg. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα· διείλεκται περὶ τῆς Ἀμαζονίου ἀφιερώσεως etc. Cf. in Εὐθύναι. Στρατεία. Μόρων. Λευκάς. Λογισταί, et alibi. Observa Æschinis Dial. 3, 3. πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ. HEMST.

25, 13. ἀμβλωθρίδιον non tantum fœtum abortivum, vel quomodo loqueretur D. Hieronymus abortia significat, sed et pharmacum quod abortivum facit, ut cum Plinio loquamur. ἀμβλωθρίδιον φάρμακον dixit Lysias, ἄμβλωμα Antiphon teste Polluce, cap. 1. l. 2. Harpocration docuit nos ἀμβλωθρίδιον fœtum ipsum abortivum significare. Lysias ille est, ut patet ex Polluce, qui usus erat hac voce in ea sine dubio in qua περὶ ἀμβλώσεως. Hypothesis illius orationis hæc erat, an fœtus qui in utero gestatur homo sit: teste Theone Sophist. cap. 2. progymnas. hujus orationis meminit aliquando Harpocration, ut voce ἀμφιδρόμια, et aliis. ἀμβλωθρίδιον igitur non tantum fœtus abortivus est, aut abditivus, (ut more veterum loquamur, qui abditivum pro abor-

tivo dicebant, Glossar. abditivus ἀποσπασθεὶς, contrarium τοῦ indere abdere est) sed et abortionis medicamentum: quo sensu etiam sumitur in can. 41. concil. Ancyrani, et in can. 91. Synodi 6. in Trullo, et apud Athenagoram in apolog. pro Christianis. MA.

26, 1. ἍΜΙΠΠΟΙ] Nonnulla taugit M. Brunner. ad Palæph. c. 1. p. 89. Suid. in ἱππική et Kust., Pollux 1, 131. Hesych. in Διμάχαι, Freinsh. ad Curt. 5. 13. n. 8. Arcer. ad Ælian. Tact. p. 155.—Locus Thucydidis est 5. 57. ubi nunc ἄνιπποι vulgatur; sed recte legendum esse ἅμιπποι, Hudsonus ex hoc loco probat. Corruptum puto Xenoph. Hellen. 6, [4, 14.] p. 348. ubi καὶ οἱ μὲν ἵπποι male scribitur pro οἱ ἅμιπποι. Considera 7, [5, 23.] p. 377, 39. ἀνίππους πεζούς· legendum sane ἁμίππους, et modo ante πεζῶν ἁμίππων. Ad hæc loca respexit Harpocration. HEMST.

26, 1. Qui Isæo, Thucydidi et Xenophonti ἅμιπποι sunt, iidem a Philochoro πρόδρομοι, a Quinto Curtio dimachæ vocantur. Hesychius eruditissime, διμάχαι οἱ λεγόμενοι ἅμιπποι, οἵτινες ὁτὲ μὲν πεζῇ, ὁτὲ δὲ ἐφ' ἵππων μάχονται. Pugnabant igitur ex equo et pedibus ἅμιπποι. Pedibus eos pugnasse docent Thucyd. et Xenophon, ut nos monuit Harpocration, ex equo vero Isæus ἐν τεμενικῷ. ita inscribebatur illa oratio. Interpretes Xenophontis et Thucyd. quia non videbant satis acute, quinam apud veteres essent ἅμιπποι, sæpius lapsi sunt, et pro ἅμιπποι male ἄνιπποι legerunt. vir etiam quidam præstantissimus et nominis magni, ἁμίππους desultores aut combinatores dici non posse constanter asseveravit, eo quod in uno quidem similes, in altero vero dissimiles sint, similes quatenus ἅμιπποι comites equi erant, ut loquitur Val. Flaccus 6, 161, i. e. juncti: dissimiles quod in altero auriga insideret, ex altero vero miles armatus pugnaret: sed quod pace tanti viri dictum sit, si equi celites simul juncti, in quorum altero ὀχεῖται ὁ ἐλαύνων, alterum vero παρέλκεται, si inquam equi illi ἅμιπποι dici possint, cur non recte interpretaberis ἁμίππους desultorios aut desultores? Homerus cum desultorem describit Iliad. o, 684.

θρώσκων ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἀμείβεται,

non tantum per combinatos, sed et per conquaternatos equos desiliisse veteres canit. Atqui equi illi combinati aut conquaternati ἅμιπποι dici possunt, ut nos docet Harpocration, ergo desultorios equos non male ἁμίππους dices. Res quidem eadem non est ἅμιπποι et desultores, sed quin ἁμίππους recte voces desultores, nemo bonus et veritatis amans negabit. Festus pares vocat quasi ἁμίππους, quod ex uno in alterum desilirent, unde

desultoria levitas: Mart. Capella *desultoria pernix levitate.* Apte etiam et jucunde Apul. l. 1. de asino aureo, Desultoriam scientiam dixit, metaphora sumpta ab illis equis, sicut enim desultores illi sunt qui ex equo uno in alterum desiliunt, ita desultoria scientia illa est, quæ nos docet modum linguam unam in alteram transferendi, vel quæ ex alia lingua in aliam jam translata est. Sic intelligenda verba illa Apuleii quæ ab interprete non fuere percepta.

26, 2. ἌΜΙΠΠΟΙ] Ἄμφιπποι dicuntur in vetere lexico vocum militarium, quod ad calcem Ammonii adjicitur, οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτοιν ἵπποιν συνδεδεμένοιν ὀχούμενοι, οἳ καὶ μεταπηδῶσιν ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον, ὅταν ἡ χρεία καλῇ. Livius 23, 29. sic describit. *Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso transultare mos erat* p. 367. Suidas in Ἀλίβυες ζευγῖται. ὅτι κατὰ τὸ παλαιὸν ἐλέγοντο δύο ἵπποι συνεζευγμένοι τῷ τραχήλῳ ἄμιπποι. ἦν δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ ἑτέρου ἡνίοχος, ἐπὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ὁπλίτης. καὶ νῦν δὲ χρῶνται περὶ ἀρχῆς Ἀλίβυες οἱ προσαγορευόμενοι ζευγῖται. quæ repetit Suidas in ἄμιπποι, eademque habet Eustath. quæ Suidas, in Ὀδ. ε. p. 1534 ex Pausaniæ lexico. Apud Ælianum in Tacticis Amphippi dicuntur barbari, qui Danubii ripas accolunt, quod ex equo in equum transiliunt. VA.

26, 4. τὸ παρ' Ὁμήρῳ] Ἰλ. ο, 684. Eustathius ibi, φασὶ δ' οἱ παλαιοί, ὡς οἱ οὕτω συνεζευγμένοι ἵπποι Ἄμιπποι ἐκαλοῦντο· ἐν δὲ παλαιοῖς σχολίοις γέγραπται, ὅτι Δημήτριός φησι τεθεωρακέναι τινὰ μεταβαίνοντα, ὡς ὁ ποιητὴς λέγει, κατέχοντα τοὺς χαλινοὺς καὶ ἀνεμποδίστως τηροῦντα τὸν δρόμον τῶν ἵππων. Idem Eustath. in Odyss. ε, p. 1539 citat Pausaniam in lexico, qui sic ait, ἄμιπποι ἵπποι ἐζευγμένοι χωρὶς δίφρου, κληθέντες οὕτως, ἐπεί φησι ἐπὶ δύο κέλητας ἀνέβαινον, ὁ μὲν ἡνιοχῶν, ὁ δὲ ὁπλίτης. ἀπὸ τοίνυν τοῦ ἅμα ἀμφοτέρους καθέζεσθαι, εἰ καὶ ἰδίᾳ φησὶν ἑκατέρους, ἄμιπποι οἱ τοιοῦτοι ἐλέγοντο. VA.

26, 7. Πρόδρομοι] Πρόδρομοι hoc loco sunt ferentarii seu levis armatura. ἔκδρομοι dicuntur a Xenophonte 4, [5, 16.] Ἑλλην. p. 310, qui hostes persequebantur adjunctis equitibus, ut ibi docet Xenophon. unde ἄμιπποι dicti. Xenophon lib. 2. p. 279. VA.

26, 10. Himeræum, Phalereum, Demosthenem, et alios detulerat Dinarchus, itaque hoc loco non ἡμεραίου aut ἱμερίου, ut habet Dionys. Halicarn. sed Ἱμεραίου curavimus excudendum. In hac oratione contra Himeræum de Ammoni sacra trireme Dinarchus loquutus erat, ut nobis testatum reliquit Harpocra-

tion. Quinque fuere sacræ triremes, ab initio binæ tantum, processu temporis tres additæ sunt: priorum altera Salaminia vel Delia, altera Paralus vocabatur. Posteriorum alia Antigonis, alia Ptolemaïs, alia Ammonis. Hæc sic dicta fuit quod per eam victimas Jovi Ammoni mitterent. Ulp. in comment. ad Midianam Demosthenis, *ὕστερον δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς ἐγένοντο, Ἀντιγονὶς, Πτολεμαῒς, Ἀμμωνὶς*, male hodie legitur *Ἀμμωνιάς*. [Vid. vol. 8. p. 637, 5. ed. Ox.] Quem errorem retinuere interpres versatissimus in Græcis, et peritissimus vir qui ex hoc loco illa Sil. Ital. 3, 655. *squallentes campi* illustravit. MA.

26, 10. *Ἀμμωνίς*] Add. *ἐπειδὴ τῷ Ἄμμωνι δι' αὐτῆς τὰς θυσίας ἔπεμπον. τούτων δὲ τῶν ἱερῶν τριήρων αὐτὴ ἡ πόλις ἐπεμελεῖτο, καὶ χρήματα ἐδίδου τοῖς ταμίαις, ὥστε αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ παρέχειν ταχυναυτούσας. καὶ τιμὴ ἦν τὸ τούτων τινὸς ἐπιμεληθῆναι.* Etymolog. in *πάραλος ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ καὶ Σαλαμινία καὶ Ἀντιγονὶς καὶ Δημητριὰς* etc. In his navibus navigabant, qui dicebantur *θεωροί*. Plinius lib. 35. cap. 10. de Protogene: *Athenis fecit nobilem Paralum et Ammonida*, male vulgo *Hemionida*. Hujus Parali, quam pinxerat Athenis Protogenes, meminit Cicero l. 4. in Verrem. VA.

26, 11. *Ἱμεραίου.*] Sic scribitur illud nomen apud Plutarchum in x rhetorum vitis, ubi de Demosthene. Frater erat Demetrii Phalerei teste Athenæo. VA.

26, 12. Vetustum ut opinor errorem, et quem ipse Suidas, et post eum Varinus retinuerunt, ab hoc loco expunximus. Prius excusum erat *Ἀμωρίης Πισσαίου νόθος υἱός ἐστιν*, ut et in Suida, et altero recentiore Lexicographo, qui nondum vidit lucem. Nos restituimus *Ἀμόργης, Πισσούθνου νόθος υἱός ἐστιν*. Ipse ordo alphabeticus hoc poscere videbatur, sed et præterea codex Fed. Morelli aurem vulsit, in quo scriptum invenimus evidentissime *Πισσούθνου*. Filii quidem Amorges nomen corruptum in eo legebatur, verum cognito patre facile filium fuit investigare licet nothum et illegitimum. Itaque Amorges hic Darii Artaxerxis filii a quo desciverat, hostis Iasum incolebat, ibique captus a Peloponnesiis expugnata Iaso, et Tissapherni inferioris provinciæ Prætori traditus fuit, ut Dario offerretur. Thucyd. 8, 28. *πείθει αὐτοὺς ἐπὶ Ἴασον, ἐν ᾗ Ἀμόργης πολέμιος ὢν κατεῖχε, πλεῦσαι.* Et paulo post: *καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἔργῳ οἱ Συρακούσιοι ἐπῃνέθησαν, καὶ τότε Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες, Πισσούθνου νόθον υἱὸν, ἀφεστῶτα δὲ βασιλέως, παραδιδόασιν οἱ Πελοποννήσιοι Τισσαφέρνει ἀπαγαγεῖν, εἰ βούλεται, βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτῷ προσέταξε·* vide adhuc lib. 5. c. 121. Herodoti. MA.

26, 12. Πισσούθνου] Pissuthnes filius Hystaspi Sardium prætor erat. Thucyd. 1, 115. Polyænus στρατηγ. 3, 2. Πάχης, inquit, Νότιον (τῶν Κολοφωνίων) πολιορκῶν, Ἱππίαν στρατηγὸν Πισούθνου, κοινολογησόμενον προεξελθεῖν ἔξω τοῦ τείχους ἠξίωσε, συνθέμενος ἀβλαβῆ καὶ ζῶντα ἀποπέμψειν. ἐπεὶ δὲ προῆλθε, φυλακὴν αὐτῷ περιστήσας, τὸ Νότιον κατὰ κράτος ἐξεῖλε, καὶ τότε Ἱππίαν ἐς τὴν πόλιν ζῶντα εἰσήγαγεν, ὡς ὑπέσχετο, καὶ μετὰ τοῦτο κατηκόντισεν. VA.

'ΑΜΟΡΓΗΣ] De Amorge vide diligenter orationem Andocidis περὶ τῆς πρὸς Λακεδ. εἰρήνης p. 25. in fine. VA.

26, 13. 'Αμοργός] Bochartus de coloniis Phœnicum p. 449. VA.

26, 16. 'ΑΜΦΙΓΝΟΕΙΝ] Dio orat. 7. Plato Politico et Isocrates περὶ τῆς ἀντιδόσεως p. 652. Ammonius in ἀγνοεῖν καὶ ἀμφαγνοεῖν διαφέρει. Leg. ἀμφιγνοεῖν. Legendum autem hic πρὸς Αἰσίωνα. Nam Æsion proprium nomen est apud Aristot. in Rhetor. Plutarchum in Demosth. Xenophon 6 'Ελλ. [5, 36.] p. 355. εἰ μή τις ἀμφιγνοηθεὶς διέφυγε. Procopius Gotth. 2. p. 234. ὑπὲρ ὧν ἄν τις εἰκότως ἀμφαγνοήσειε. Sed Agathias lib. 1. p. 20. θαυμαζόντων δὲ τῶν Λουκανῶν καὶ ὅτου δὴ ἕνεκα ταῦτα δράσειεν ἀμφιγνοούντων. VA.

27, 1. 'Ασίωνα] Αἰσίωνα restituit Reines. V. L. 3. p. 330. Sed in orationis argumento explicando vehementer mihi videtur falli vir doctissimus: actio Lysiæ fuit adversus Æsionem de libris furto sublatis: idem, quod Reinesio, visum fuit J. Jonsio de Scr. H. Ph. 1. 7. p. 36. HEMST.

27, 4. Haud dubie apud Lysiam agitur de causa privata, ubi vel maritus uxorem vel alius alium voluit domo expellere; quod facere non potuit, qui tertius in eadem domo id futurum prævidens, fores catenis obseraverat. Et fortassis ne domus quidem intelligenda est; sed modo taberna. Respondit enim plane Juvenalis 3, 304.

Postquam omnis ubique
Fixa catenatæ siluit compago tabernæ.

Ubi sic notat Scholiastes editus: *Quia catenas grandes ferreas per singulos axes inducunt.* Ipse collegi Scholia MSS. in quibus erat: *Tabulæ tabernarum olim catenis jungebantur, ideoque dixit* catenatæ tabernæ. GR.

27, 6. De Amphidromiis agemus verbo ἑβδομευομένου. interim advertendum est diem illam quæ ἀμφιδρομία vulgo vocabatur, aliquando δρομιάφιον ἦμαρ dictam fuisse. Hesychius testis omni exceptione major. δρομιάφιον ἦμαρ, inquit, ἀμφιδρομία. ἔστι δὲ

ἡμερῶν ἑπτὰ ἀπὸ τῆς γεννήσεως, ἐν ᾗ τὸ βρέφος βαστάζοντες περὶ τὴν ἑστίαν γυμνοὶ τρέχουσι. Eadem forma apud Tragicos dicitur *δούλιον ἦμαρ*, et apud Val. Flac. 2,573. *nox dulia.* Sic enim legendum contra Politiani sententiam, qui *nox duria* voluit. MA. Apud Hesych. *δρομιάμφιον* lego. Sic poëta quidam, Callimachus forte, in hexametro posuerat metri causa transponens compositum *ἀμφιδρόμια.* Sic pro *φιλοχωρεῖν χωροφιλεῖν* dixit Demosth. rhythmi ac numerorum gratia: erat enim eo loco numerosius, ut notat Dionysius Halic. VA.

27, 8. *παρὰ τὴν ἑ.*] *περὶ τὴν ἑ.* VA. In v. *Ἀμφιδρόμια* legitur *παρὰ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες*: et sic quoque apud Hesychium legitur in eadem voce, nisi quod *περὶ*, ut et recepisse Valesius videtur. Sed non sustinui ei assentiri, quum in verbo *τρέχειν* id intelligi possit. Quo enim currebant, aut poterant currere, nisi circa eam? Itaque et in Etymologico apud Castellanum legitur *παρὰ τὴν ἑστίαν περιφέροντες.* Sed tamen idem Hesychius in v. *Δρομιάφιον* invertit verba *βρέφος βαστάζοντες τρέχουσι*, et in hoc loco Harpocrationis MS. præfert *ἔτρεχον φέροντες*, quod videtur esse genuinum præ altero. Nam sic etiam in v. *Ἀποκηρύττοντες* scribit *ἐκφέρων ἐπώλησεν.* Ne dicam, quod soleant Græci elegantiores illud participium *φέροντες* ex abundanti inserere. GR.

27, 10. Non repetemus hic quæ de Amphictyonum consessu, de Pylis, Thermopylis, et Pylagoris, autor noster, et alii majorum gentium retulerunt. Quid enim notas scribendo aliud possumus agere, quam veluti in transcursu, quæ corrupta sunt restituere, et nova breviter indicare? Igitur de Anaximene tria verba tantum. Duo fuere Anaximenes Lampsaceni, teste Diog. Laërt., unus orator, alter historicus, oratoris qui Alexandri gesta descripsit ex sorore nepos. Huic doctissimus nostræ tempestatis vir opus quod vocabatur *πρώτη τῶν Ἑλληνικῶν* attribuit. Opus illud in duodecim libros divisum erat, ipso Diod. lib. 15. biblioth. teste. *Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς τὴν πρώτην τῶν Ἑλληνικῶν ἀνέγραψεν, ἀρξάμενος ἀπὸ θεογονίας, καὶ ἀπὸ τοῦ πρώτου γένους τῶν ἀνθρώπων· κατέστροφε δὲ εἰς τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, καὶ τὴν Ἐπαμινώνδου τελευτήν· περιέλαβε δὲ πάσας σχεδὸν τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων πράξεις ἐν βιβλίοις δώδεκα.* Athen. lib. 6. dipnos. *Ἀναξιμένης δὲ ὁ Λαμψακηνὸς ἐν ταῖς πρώταις ἐπιγραφομέναις ἱστορίαις.* Ita nos hoc in loco restituimus *Ἀναξιμένης ἐν πρώτῃ Ἑλληνικῶν*, cum male antea esset *πρώτῳ*, non enim hic primus rerum Græcarum liber, sed integrum opus quod vocabatur *πρώτη τῶν Ἑλληνικῶν* laudatur. At vero utrum cum doctissimo viro opus

istud Anaximeni historico tribuere debeamus videndum est. Veteres quidem autores illi, quorum autoritatibus usi sumus, Anaximeni Lampsaceno opus istud vindicant, sed nec historico, nec oratori. Nos contendimus contra magnum virum oratori tribuendum. Orator historiam Alexandri ac Philippi composuit, hoc certissimum: atqui unus et idem autor historiam Philippi patris, et Alexandri filii, et *πρώτην* 'Ελληνικῶν composuit, ergo orator autor est primæ Græcorum historiæ. Quod autem unus et idem autor tres illas historias composuerit luce meridiana clarius est. Pausanias [6, 18, 2.] hoc te docere potest his verbis: *ἐνταῦθα καὶ 'Αναξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνευρὼν, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ 'Αμύντου, καὶ ὕστερον 'Αλέξανδρος εἰργάσατο συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα.* Eum qui contra ibit inficias, destitui mero sensu naturali necesse est. MA. Pausan. Heliac. 2. Sed et Dionys. Hal. in Isæo [c. 19.]: *'Αναξιμένην δὲ τὸν Λαμψακηνὸν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἰδέαις τῶν λόγων τετράγωνόν τινα εἶναι βουλόμενον, καὶ γὰρ ἱστορίας γέγραφε, καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ συντάξεις καταλέλοιπε, καὶ τέχνας ἐξενήνοχε. ἧπται δὲ καὶ συμβουλευτικῶν καὶ δικανικῶν ἀγώνων. οὐ μέντοι τέλειόν γε ἐν οὐδεμιᾷ τούτων τῶν ἰδεῶν, ἀλλ' ἀσθενῆ καὶ ἀπίθανον ὄντα ἐν ἁπάσαις θεωρῶν.* Anaximenes Rhetor inter viros illustres, quos tulit Lampsacus, refertur a Strabone 13. p. 589. At Anaximenis historici nulla mentio, nisi apud Diogenem. VA.

28, 3. Ἴωνες.] Aliter has gentes recenset Æschines *ἐν τῷ περὶ παραπρεσβ.* p. 44. VA.

28, 3. Περραιβαῖοι] γρ. Περραιβοὶ ex Suida, tamen Isocrates Περρεβαιοὶ dixit. VA.

28, 7. 'ΑΜΦΙΠΟΛΙΣ] De hac Thucyd. 4, 102. qui scribit Agnonem *οἰκιστὴν*, qui eo Athenienses deduxit, urbem prius *ἐννέα ὁδοὺς* dictam vocasse *'Αμφίπολιν, ὅτι ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τοῦ Στρυμόνος διὰ τὸ περιέχειν αὐτὴν τείχει μακρῷ ἀπολαβὼν ἐκ ποταμοῦ ἐς ποταμὸν περιφανῆ ἐς θάλασσάν τε καὶ ἤπειρον ᾤκισεν.* Amphipolim primum ab Alexandro rege, qui *φιλέλλην* dictus est, captam esse ait Philippus in epistola ad populum Atheniensem, *ὅθεν καὶ τῶν αἰχμαλώτων Μήδων ἀπαρχὴν ἀνδριάντα χρυσοῦν ἀνέστησεν εἰς Δελφούς.* Hyginus fab. 59. *Demophoon die constituta cum non venisset, Phyllis eo die dicitur novies ad litus cucurrisse, quod ex ea Enneados Græce appellatur.* Leg. *ἐννέα ὁδούς.* Vide Diodorum 11, 70. et quæ ibi notavi. Stephanus in 'Αμφίπολις· *ἐκαλεῖτο δὲ Κράδεμνα καὶ 'Ανάδραιμος.* VA.

28, 7. *Λινδίων*] Vetus lectio *Ληναίων*, quam corruptam pessime declaravit S. Petit. ad LL. AA. p. 46. HEMST. *Λινδίων* Vales.

28, 9. Frustra ex manuscript. cod. corruptissimum hujus Marusæ nomen restituere tentavi, omnes in eodem errore versantur, et portentum hoc vocabuli nobis fingunt. Marusam nullum veterum monumenta commemorant, inter tot tantosque rerum Macedonicarum scriptores, qui ab Athen. Clem. Alexandr. Diogen. Laërt. Stephano, Suida et aliis laudantur, ut nullum supersit dubium quin recte Marsyam ex Marusa fecerimus sola conjectura. Marsyas ille est qui res Macedonum scriptis mandaverat. Duo autem fuere autores cognomines, unus *πρεσβύτης* alter *νεώτερος*: uterque (quod non est ignorandum) rerum Macedonicarum historias confecerat. Ipse autor noster testis verbis *Λιτὴ* et *Μύρτανον*. Uter hoc loco laudetur, an *πρεσβύτης*, an *νεώτερος*, nemini mortalium patet. MA.

28, 13. De verbis *ἀμφισβητεῖν* et *παρακαταβάλλειν*, ut et de *ἀντιγραφὴ*, et aliis ad hæreditatum controversias pertinentibus, erudite Budæus in comment. ling. Græcæ, nos quædam addemus verbis *ἐπίκληρος* et *θῆσσα*. MA.

29, 4. Verba hæc Aristotelis ex Opuntiorum republica *'Ανδραίμων δὲ ἦν οἰκιστὴς* notatu dignissima sunt. Andræmonis monumentum una cum Gorge Œnei filia uxore sua sepulti Amphissæ exstare refert Pausanias, quod opus unum erat ex memorandis, quæ in civitate illa reperiebantur. *κεκόσμηται δὲ*, inquit, *ἡ πόλις κατασκευῇ τε τῇ ἄλλῃ, καὶ τὰ μάλιστα ἥκοντα εἰς μνήμην, ἔστι καὶ μνῆμα 'Αμφίσσης. ἔστι δὲ 'Ανδραίμονος, σὺν δὲ αὐτῷ ταφῆναι λέγουσι καὶ Γόργην τὴν Οἰνέως συνοικήσασαν τῷ 'Ανδραίμονι.* MA.

29, 4. *'Ανδραίμων*] Apollodorus bibliothecæ 1, 8. *Οἰνεὺς δὲ βασιλεύων Καλυδῶνος γήμας 'Αλθαίαν τὴν Θεστίου γεννᾷ Τοξέα καὶ Θυρέα καὶ Κλύμενον καὶ θυγατέρα Γόργην, ἣν 'Ανδραίμων ἔγημεν.* Idem paulo post scribit Andræmonem Œneo socero successorem regni fuisse. Aristoteles in Peplo. VA.

29, 7. Imposuerunt verba hæc glossematica magno viro, qui existimavit Demosthenem ita loquutum esse. Atqui Harpocrationis glossa hæc est verbi *ἀμφοτερόπλουν*. Cum quis, inquit, mutuatus est pecuniam nauticam, ad hoc ut hinc in alium locum naviget, et illinc huc, *ἀμφοτερόπλουν* illud vocatur, ultro citroque. *ἑτερόπλουν* non idem significat, quod enim in unum dumtaxat commeatum trajectitium est, hoc *ἑτερόπλουν* vocant, quod vero

in commeatum et remeatum, *ἀμφοτερόπλουν*. Verba Demosthenis quæ hic laudare voluit Harpocration, quære in orat. contra Dionysodorum. MA.

29, 7. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Διονυσοδώρου*] Et *ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνος παραγραφήν. ἐδάνεισα Φορμίωνι τούτῳ εἴκοσι μνᾶς ἀμφοτερόπλουν εἰς τὸν Πόντον ἐπὶ ἑτέρᾳ ὑποθήκῃ, καὶ συγγραφὴν ἐθέμην παρὰ Κίττῳ τῷ τραπεζίτῃ*. Cui opponitur *ἑτερόπλουν*, de quo Pollux et Demosth. ibidem. *καὶ γὰρ οἱ δανεισταὶ εἴχοντο αὐτοῦ οἱ τὰ ἑτερόπλοια δανείσαντες*. Demosth. in ea *κατὰ Διονυσοδώρου*, quem locum Harpocratio intelligit, sic ait: *Δανείζονται παρ' ὑμῶν ἐπὶ τῇ νηῒ τρισχιλίας δραχμὰς ἀμφοτερόπλουν, καὶ συγγραφὴν ἐγράψαντο ὑπὲρ τούτων. Ἀθήνηθεν* scilicet *εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐξ Αἰγύπτου εἰς Ἀθήνας*, ut ibi dicitur. Ibidem ait Orator: *οἱ γὰρ ἐκ τῆς Αἰγύπτου δανείσαντες τούτοις ἑτερόπλουν τἀργύριον εἰς Ἀθήνας*. VA.

29, 10. *ἀμωσγέπως* uno spiritu scripsimus, et *ἑνί γέ τινι τρόπῳ*. Vox est ad rhetores pertinens, ut notat Etymologus, qui hac voce Lexicon quoddam rhetoricum[h] laudat. Quod autem Latini dicunt *quodammodo*, Galli, *en quelque façon*, id Attici *ἀμωσγέπως*, licet refragentur Thomas Magister et Etymologus, a quibus magis probari video *ἀμηγέπη*. Atticistæ *ἀμηγέπη* dicunt, ut et Attici, sed tamen non est negandum quin ab eis etiam *ἀμωσγέπως* usurpatum sit; quis enim Platone, decem rhetoribus, Aristophane, et aliis ejusdem farinæ *Ἀττικωτέρως* loquitur? MA.

29, 14. Rectissime manu exarati habebant *ἀνάγειν*, et Suidas ipse. quæ sequuntur verba glossematica hoc desiderare videbantur: *τὸ μηνύειν τὸν πεπρακότα, καὶ ἐπ' ἐκεῖνον ἰέναι*. vulgaria Lexica *πεπραχότα* legisse videntur, contra fidem omnium exaratorum et excusorum, ipsiusque Suidæ: explicant enim hoc modo, indicare sceleris autorem et in eum tendere: atqui *πεπρακότα* constanter retentum est, ergo non sceleris autorem indicare est *ἀνάγειν*, sed eum qui vendidit. *πεπραχὼς* qui fecit, *πεπρακὼς* qui vendidit. vides quam turpiter hic lapsi sint viri eruditi. *ἀνάγειν* et *ἀναγωγὴ* verba sunt quæ ad ædilitium edictum pertinent, *ἀνάγειν* venditorem indicare est, et ad illum ire redhibitionis causa scilicet. *ἀναγωγὴ* redhibitio est Platoni 11. de Legibus[i]. Jurisconsultis nostris *ἀναστροφή*: unde divinitus clarissimus Cujacius conjecit in paratit. Digest. male apud Suidam legi *ἐνα-*

[h] Lexicon quoddam rhetoricum] Idem lexicon rhet. laudat. in *ἀλάστωρ* et in *ἀσφάραγος*, in *βάκηλις*. VA.

[i] In pignoribus quoque locum habebat redhibitio, ut patet ex Lysia p. 111. *Ἀνάγειν* in eo sensu usurpat Lysias in oratione *πρὸς τοὺς συνουσιαστὰς κακολογιῶν* p. 111. Plat. lib. 11 de Leg. p. 916 et 915. VA.

γωγὴ pro ἀναγωγὴ[k], bellissime, si quidem confirmat opinionem illam Hesychius his verbis, ἀναγωγὴ, ἡ τῶν πραθέντων ἀνδραπόδων ἀνάδοσις ἐχόντων αἰτίαν τινά. in fine noluimus mutare inscriptionem orat. Lysianæ, licet manifeste exaratum esset in cod. Fed. Morelli, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Βοίωνα, εἰ γνήσιος. forte Δίωνα restituendum est, ut infra verbo φασκώλιον, nam τὸ ἀνάγειν invenire non est in orat. adversus Bœotum, quæ hodie exstat, et inter Demosthenicas numeratur. Criticorum alii Demostheni, alii Lysiæ hanc orationem assignarunt. Unde recte Harpocration εἰ γνήσιος dixit, id est, ut loqueretur D. Hieronymus, si inscriptio non mentitur autorem. Nunquam hæc adduntur, quin longæ præcesserint Criticorum velitationes et digladiationes in arguendo vero et legitimo cujusdam orationis parente. Porro de hac oratione adversus Bœotum consule Dionys. Halicarn. in tract. de vi dicendi Demosthenica. MA.

30, 1. ἀναγεῖς maluimus, ut responderet τῷ ἐναγεῖς. MA. Livius p. 58. *Proficiscentibus deinde indignatio oborta, se ut conscelerratos contaminatosque ab ludis, festis diebus, cœtu quodammodo hominum deorumque abactos esse.* Æschinis porro locus in oratione contra Ctesiph. is est p. 67. edit. Aldinæ. ἀρχὴν δέ γε ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εἰ ἐσωφρονεῖτε, οὐδ' ἂν ὠνομάζετο τοὔνομα τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ἐν ταῖσδε ταῖς ἡμέραις, ἀλλ' ὡς ἐναγεῖς ἐξήγετε ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Leg. ἀναγεῖς ex Harp. certe ἐναγεῖς tolerari non potest: id enim tantum admisisse Athenienses dicebantur, quod clypeos in æde, quæ nondum dedicata fuerat, consecraverant, ob quod unicum admissum quis ἐναγεῖς vocarat Athenienses? ἐναγεῖς vero p. 66 sacros et detestabiles vocat Æschines. Idem Livius p. 109. *An esse ulla major aut insignior contumelia potest, quam partem civitatis velut contaminatam indignam connubio haberi?* VA.

30, 3. Herodotus non tantum in primo, sed omnibus in locis usus est verbo ἀναγινωσκόμενος pro ἀναπειθόμενος. Verba ex primo affert Thomas Magister. εὕρηται, inquit, παρ' Ἡροδότῳ ἀναγινώσκω τὸ ἀναπείθω, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ, sequuntur deinde verba Herodoti, οἱ μὲν ἀνέγνωσάν με κτεῖναι Κῦρον. MA.

30, 5. ἀναγκαῖον melius nunc primum excusum est, ut ordo alphabeticus primo servetur, et chirographis fides adhibeatur, in quibus diserte ἀναγκαῖον scriptum invenitur : ἀνάκαιον tamen

[k] Suidam] Verba Suidæ in ἐναγωγὴ illustria sunt : ἐναγωγὴ οἰκέτου, τοῦ πραθέντος οἰκέτου, εἴ τι ἔχει νόσημα, ὃ μὴ προεῖπεν ὁ πωλῶν, ἐφίησιν ὁ νόμος τῷ ὠνησαμένῳ διακρίνεσθαι πρὸς τὸν πεπρακότα πρότερον ἀπογραψαμένῳ πρὸς τὰς ἀρχὰς τὴν αἰτίαν. Igitur μηνύειν nihil aliud est apud Harpocrat. quam ἀπογράφειν πρὸς τὸν ἄρχοντα τὴν αἰτίαν. VA.

dixit Isæus in orat. adversus Hermonem *περὶ ἐγγύης*, quæ hic laudatur. Ejus verba ab Harpocratione allata non sunt. Suidas præter morem ea servavit hoc modo: *Ἑρμοκράτην δὲ εἰς τὸ ἀνάκαιον ἐνέβαλε, φάσκων ἀπελεύθερον εἶναι, καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκε πρὶν λ΄ δραχμὰς ἐπράξατο.* Sed forte in his etiam rescribendum ἀναγκαῖον, quod probabilius sit Isæum adinstar Xenophontis rerum Græcarum lib. 5. ἀναγκαῖον dixisse, non ἀνάκαιον. Bœototorum proprium est ἀνάκαιον[p], qui sic carcerem quendam vocant, ut Cyprii Κέραμον. Attici ergo ἀναγκαῖον, Bœoti ἀνάκαιον: at Callisthenes ἀνώγαιον scribendum et dicendum esse putavit, quod ab Harpocratione probatur. ἀνώγεον sine diphthongo maluisset Coprogenius Magister[q] *ὁ τῶν λέξεων θηρατὴς καὶ τῶν τούτων ἀντιστοίχων ἀκριβὴς ὀρθογράφος*. Nos cum Atticorum filiis ἀναγκαῖον retinemus, et illud obiter monemus, qualia fuerunt Romanorum ergastula in quæ servi libertique detrudebantur, ejusmodi fuisse Atheniensium ἀναγκαῖα. Suidas *ἀνάκαιον, τὸ δεσμωτήριον εἰς ὃ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους, καὶ τῶν ἀπελευθέρων τοὺς ἀφισταμένους*[r]. Carceres igitur privati erant ἀνάκαια et ergastula, in quæ servi nequam libertique fugitivi et ingrati conjiciebantur a dominis et patronis, ante Hadrianum Imperatorem, a quo sublata fuere teste Ælio Spartiano, *Ergastula servorum et libertorum tulit*, id est carceres privatos sustulit, qui a Romanis ergastula, ab Atheniensibus ἀνάκαια vocabantur. Sic intelligendus locus ille Spartiani, in quo satis superque sudarunt viri nostræ tempestatis doctissimi. adi ad titul. Cod. *de privatis carceribus inhibendis*. MA.

30, 11. Quæ differentia sit inter ἀναδίκους κρίσεις, et μὴ οὖσαν, de qua ne quidem verbum Harpocration in hoc opere, latius ostendimus in lectionibus nostris. Plura hic addere hoc vero esset commentari, non annotare, gloriam velle tantum aucupari,

[p] Proprium est ἀνάκαιον] Ex Etymologico sumpsit hæc Maussacus in ἀνάκαιον. Locus Xenoph. est p. 331. VA.

[q] Ἀνώγεον sine diphthongo maluisset Coprogenius magister] Ex Suida in ἀνώγεον. Sic sane Athanasius in disputatione de Nicæno concilio contra Arium p. 129. *λέγε μοι ἄνθρωπε, ὅπερ ἐπερωτῶ. ἀρχιτέκτων λαβὼν κάλαμον μέτρα τίθησιν, εἶτα διαγράφει ἀνώγεα καὶ κατώγεα, διώροφα καὶ τριώροφα, ἐὰν φθάσῃ περὶ τὴν πρώτην ὀροφὴν, γινώσκει, ὅτι περὶ τὴν δευτέραν ἀσχολεῖσθαι δεῖ. ἐπὰν δὲ τὴν δευτέραν στέγην συντελέσῃ, νοεῖ, ὅτι ἐγγύς ἐστι πρὸς συμπλήρωσιν τοῦ κτίσματος. ἡνίκα δ᾽ ἂν προστοιβασθῆναι γένηται τὴν τρίτην ὀροφὴν ὡς πρὸ δύο ἢ τριῶν δόμων, ἀσφαλῶς ἐπίσταται, ὅτι ἤγγικε τὸ συμπέρασμα τῆς οἰκοδομῆς.* VA.

[r] Τῶν ἀπελευθέρων τοὺς ἀφισταμένους] *Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἑρμιόνα περὶ ἐγγύης. Ἑρμοκράτην δὲ εἰς τὸ ἀνάκαιον ἐνέβαλε φάσκων ἀπελεύθερον εἶναι, καὶ οὐ πρότερον ἀφῆκε, πρὶν λ΄ δραχμὰς ἐπράξατο.* VA.

et faciles autoris nostri locos attingere, non salebrosis aliquam lucem dare, in quo tamen præcipua pars instituti nostri consistere debet. MA.

30, 11. *ἀνάδικοι*] Demosth. adv. Bœot. de dote [p. 1020]: *οὐκ ᾤμην δίκαιον εἶναι ταῦτα πάλιν ἀνάδικα γίνεσθαι.* Et [p. 1018.]: *οὐ μόνον τὴν δίκην ταύτην, περὶ ἧς νῦν δικάζομαι, ἀνάδικον ἐποίησεν.* Non valde differt *παλινδικία* apud Hesychium. Suidas: *παλινδικίαν δίκην τοῖς ἀδίκως καταδικασθεῖσι.* Suidas in *δίκην· καὶ δίκην γενέσθαι ἄδικον* (lege *ἀνάδικον*) *αἱ τοιαῦται δίκαι οὕτω λέγονται αἱ εἰς ἄκαιρον ἀποκαθιστάμεναι* (lege *ἀκέραιον* ex Hesychio in *αναδ.*) *ἤτοι διὰ πολιτικὴν αἰτίαν ἢ τῶν μαρτύρων ἁλόντων ψευδομαρτυριῶν.* Julianus pro Argivis: *ἄτοπον δὲ οὐ χρὴ νομίζειν τὸ τὴν δίκην αὖθις ἀνάδικον ποιεῖν.* VA.

31, 1. Corruptus apud Hesychium locus ansam mihi præbebit aliquid de verbo *ἀναθέσθαι* dicendi: ait enim *ἀναθέσθαι, ὁμολογῆσαι, ἐπὶ τῶν πεσσῶν ἐλέγετο, οἱ γὰρ παίζοντες καὶ τὰς ψήφους δώρῳ αὐτῶν,* ego lego *διορθοῦσιν,* lusorum siquidem est jactos semel calculos et ludos revocare et corrigere: quod *ἀναθέσθαι* dicunt Attici, unde postea metaphorice pro *μεταγινώσκειν,* et anteactæ ac præteritæ vitæ pœnitere, accipitur. Quo sensu apud oratores, maxime apud Antiphontem in ea de Concordia, *ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας.* Inepte Suidas habet *προνοίας.* de Concordia, non de Providentia orationem habuit Antiphon, teste ipso Philostrato, quem consules in Antiphonte. MA. Non solum de calculis, sed etiam de talis dixit Alexis in *φιλοπραγφδῷ* apud Stobæum 254. *στέργειν τἀμπεσόντα, καὶ θέσθαι πρέπει σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην.* Hinc proverbium: *τὸ παρὸν εὖ θέσθαι*: *se servir bien de sa chance.* quo utitur Plato in Gorgia teste Hesych. in *τὸ παρόν.* Cicero *calculum reducere, ut in 12 solet scriptis,* dixit, quod est *ἀναθέσθαι,* ut notat elegantissimus Muretus Var. Lect. 2, 18. ubi verba Platonis in Hipparcho profert, confertque cum verbis Ciceronis. Idem Plato 1 Πολιτ. p. 334. *ἀλλὰ μεταθώμεθα. κινδυνεύομεν γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν θέσθαι.* Apud Stobæum vero serm. 278 inter Socratis dicta illud recensetur, *πεττείᾳ τινὶ ἔοικεν ὁ βίος, καὶ δεῖ ὥσπερ ψῆφόν τινα τίθεσθαι τὸ συμβαῖνον. οὐ γάρ ἐστιν ἄνωθεν βαλεῖν οὐδὲ θέσθαι τὴν ψῆφον.* Alias *ἀναθέσθαι τὴν ψῆφον* legitur. Plutarch. in Romulo initio de æditus Herculis: *προὔθετο πρὸς τὸν θεὸν διακυβεύειν.* Mox: *τὰς μὲν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ τιθεὶς, τὰς δ' ὑπὲρ αὐτοῦ ψήφους ἀνεφάνη νικώμενος.* Narrat Plutarchus in Pyrrho sub finem, Antigonum Gonatam dicere solitum de Pyrrho, malo et imprudenti aleatori simillimum sibi vi-

deri, fausto quidem, sed qui felici jactu suo male utatur. Sed *εὖ χρῆσθαι* dicit id ibi Plutarchus. Xenophon 4. *ἀπομν.* initio, *μετατίθεσθαι τὰ εἰρημένα* dicit eadem translatione. Philo in legatione ad Caium initio: *ὑπαλλαττόμεθα γὰρ καθάπερ ἐν ταῖς πεττείαις τὰς πράξεις μετατιθέντες, οἰόμενοι τὰ μὲν τυχηρὰ μονιμώτερα εἶναι τῶν φύσει, τὰ δὲ κατὰ φύσιν ἀβεβαιότερα τῶν τυχηρῶν.* VA.

31, 4. *ὑπάρχω*] *ἱππάρχῳ.* VA.

31, 5. *στραφείς*] *τραφείς.* Locus est apud Isocr. p. 187. de Cyro. VA.

31, 5. *ἀναιρεθείς*] Intelligendum istud participium *Sublatus*, sequendo eum verbi Tollere usum quo dicitur a Terentio,

Quicquid peperisset, decreverunt tollere.

Educatus autem addo, quod pro *στραφεὶς* reponam *τραφείς*. Locus est p 95. *ἐκτεθεὶς μὲν ὑπὸ τῆς μητρὸς εἰς τὴν ὁδὸν, ἀναιρεθεὶς δὲ ὑπὸ Περσίδος γυναικός.* Ad hanc autem accedit significationem illud *ἀναιρεθεὶς*, quod de eo dicitur cujus cadaver sublatum fuit ad sepulturam. Cujus significationis ignoratio multos interpretes in errorem impulit. STEPH.

31, 7. *ἀναίνεσθαι* contrarium est *τοῦ χαρίζεσθαι.* Utraque tamen verba fescennina sunt, nam *χαρίζεσθαι* porrigere est, ut Martialis et amorum Triumviri loquerentur, ita Imperat. Cons. et Const. in l. 31. C. ad l. Jul. de adulteriis, *cum vir nubit in fœminam* (dicunt) *viris porrecturam.* Porrigere hic dare est, *χαρίζεσθαι*, nec aliter interpretari, aut alio detorquere verba legis debes, quæ nulla emendatione aut correctione indigent. Phrasis pura puta Græca est. Nubere in fœminam viris porrecturam, est tanquam fœmina, vel in modum fœminæ quæ porrigere debet, id est dare, *χαρίζεσθαι.* Sulpit. Severus histor. sacræ lib. 2. de Nerone: *Post etiam Pythagoræ cuidam in modum solemnium conjugiorum nuberet, indituumque imperatori flammeum, dos et genialis torus, et faces nuptiales: cuncta denique, quæ vel in fœminis non sine verecundia conspiciuntur spectata.* Qui locus valde illustrat legem illam jamdiu vexatam a multis. Sed ne sermonis impetus nos a proposito avertat, *χαρίζεσθαι* (ut supra monebamus) et *ἀναίνεσθαι* ad rem veneream pertinent, sibique invicem ex diametro, ut loquuntur vulgo, opponi solent, hoc negare, illud concedere aut porrigere significat. Hesychius, *χαρίσασθαι, παρασχεῖν*[a]. *λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι πρὸς συνουσίαν*

[a] *παρασχεῖν*] *Παρασχεῖν* usurpat Aristoph. in Lysistrata non semel eo sensu v. 227. *κακῶς παρέξω, καὶ οὐχὶ προσκινήσομαι.* Vertit Florens Christ. *dabo hoc maligne nec me habebit mobilem.* *προσκινεῖσθαι* eodem sensu

ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι, nos Galli proprie dicimus, *faire courtoisie*, et elegantissime ac mellitissime Philostratus epist. ad Athenaidem, *τῷ μὲν μὴ ἐρῶντι χαρίζεσθαι Λυσίου δόξα, τῷ δὲ ἐρῶντι δοκεῖ Πλάτωνι. σὺ δὲ καὶ ἐρῶντι καὶ μὴ ἐρῶντι, τοῦτο δὲ σοφὸς μὲν οὐδεὶς, Λαῒς δὲ (οἶμαι) ἐπῄνει. χαρίζεσθαι* hic est porrigere, et se morigeram præbere, unde *ἄχαρις* puella Sapphoni illa est quæ nondum tulit jugum, *ἀναφρόδιτος*, quæ non porrexit adhuc, vel quæ non vult porrigere. *ἀναίνεσθαι* latius patet, non enim ad res venereas tantum, sed et ad nuptias pertinet. Itaque in rebus venereis negare, in nuptiis recusare *ἀναίνεσθαι* est. Demosth. in except. pro Phormione. *εἰ δὲ πρὸς δόξαν ἢ γένος ἀναίνῃ Φορμίωνα κηδεστήν.* Et paulo post: *τουτουὶ τὴν μητέρα τὴν σὴν, εἰ ἔγημεν ἀναίνῃ.* Usus erat et hoc vocabulo Menander *Σικυωνίῳ*, ut testatur Harpocration, ita inscribebatur drama illud Menandri, Suid. verbo *ἄγγαροι.* Alciphron in epist. Glyceræ ad Menand. *εἴτε Θαΐδας, εἴτε Μισούμενον, εἴτε Θρασυλέοντα, εἴτε Ἐπιτρέποντας, εἴτε Ῥακιζομένην*[t], *εἴτε Σικυώνιον.* Sic legendum; nam male hodie excusum est *Σικύων.* MA.

31, 8. *Δημοσθένης.*] *εἰ δὲ πρὸς δόξαν ἢ γένος ἀναίνῃ Φορμίωνα κηδεστήν.* Sic Chion Epistola ad Matridem: *τάλαντον προσετίθην τῇ προικί. καὶ μέχρι μὲν πολλοῦ ἠναίνετο. ἐξεπολιορκήσαμεν δὲ αὐτὸν πάνυ ἀληθεῖ καὶ δικαίῳ λόγῳ.* VA.

31, 13. *ἀνακαλυπτήρια, ἐπαύλια*, et *θεώρετρα* non eadem, sed similia sunt. Alexandrini *θεώρετρα* vocant quæ reliqui Græci *ἀνακαλυπτήρια*, at *ἐπαύλια* quid distent ab *ἀνακαλυπτηρίοις* et *θεωρέτροις* ostendimus in lectionibus nostris, in quibus multa de hypobolo, et donatione a Germanis *morgengab*, sive *morgangeba* dicta, et de jure morganatico, de quo in tit. feud. et legib. Longobard. Ripuar. Salica, et aliis. [Sed ne te hoc lateat, hinc interpretari debes illa Æschyli ex Agamemnone (1178.):

καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων
ἔσται δεδορκὼς νεογάμου νύμφης δίκην.

Plura non addo. Sciunt quid velim docti. *Ex Addendis.*] Non est autem ignorandum a Lysia compositam esse orationem quæ inscribebatur *περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων*, hac enim de causa forte de his verba fecit Harpocration: licet nullum hic laudet orato-

usurpat in *Θεσμοφορ.* Ovidius, *quod socio motu femina virque juvant.* Et in *Λυσιστρ.* v. 162. *ἐὰν δὲ τύπτωσιν* viri, *παρέχειν χρὴ κακῶς.* Et Artemidorus cap. 80. lib. 1. VA.

[t] *Ῥακιζομένην*] Scribe *ῥαπιζομένην.*

Sic enim laudatur a Stobæo, si memini, et Polluce 7, 5. et Suida in *ἀμφορεαφόρους* et in *ἀνέσπακε* et in *μυιοδόκον*, et Athenæo et Polluce lib. 7. cap. 13. VA.

rem. Quærebatur in ea oratione utrum *ἀνακαλυπτήρια* data mulieri per vim nubenti ad eam pertinere debeant. Testis Theo Soph. progymn. cap. 2. *ὡς ὅτε*, inquit, *περὶ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἐπιγραφόμενος Λυσίου*[u], et paulo post: *ἐν μὲν τῷ θατέρῳ ζητεῖται εἰ τὰ δοθέντα ἀνακαλυπτήρια γυναικὶ γαμουμένῃ βιαίως ἔχειν αὐτὴν δεῖ.* MA. Add. *ἐν θατέρῳ δὲ, εἰ τὸ ἔτι ἐγκυούμενον ἄνθρωπός ἐστι καὶ εἰ ἀνεύθυνα τὰ τῶν ἀμβλώσεων ταῖς γυναιξί. Λυσίου μὲν οὔ φασιν εἶναι τούτους τοὺς λόγους.* Quærebatur in ea oratione, utrum fœtus, qui in utero gestatur, homo sit. Si enim hominem esse constat, rea est mulier, quæ partum medicamentis abegit, homicidii. In quam sententiam sancti Patres eunt omnes. D. Hieronymus. Plutarchus in Timoleonte, *εἶναι γὰρ ἱερὰν τῆς Κόρης τὴν Σικελίαν, ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτόθι μυθολογοῦσι γενέσθαι, καὶ τὴν νῆσον ἐν τοῖς γάμοις ἀνακαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι.* Diodorus Siculus lib. 5 initio. *ἔνιοι δὲ τῶν ποιητῶν μυθολογοῦσι κατὰ τὸν τοῦ Πλούτωνος καὶ Περσεφόνης γάμον ὑπὸ Διὸς ἀνακάλυπτρα τῇ νύμφῃ δοθῆναι ταύτην τὴν νῆσον.* Eodem sensu *ὀπτήρια* dicit Callimachus in hymno, pariter *ἐπαύλια*. Suidas et Etymol. *καλεῖται δ' ἐπαύλια καὶ τὰ μετὰ τὴν ἐχομένην ἡμέραν τῶν γάμων παρὰ τοῦ τῆς νύμφης πατρὸς δῶρα φερόμενα τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐν πομπῆς σχήματι. παῖς γὰρ ἡγεῖται χλανίδα λευκὴν ἔχων καὶ λαμπάδα καιομένην. ἔπειτα μετὰ τοῦτον κανηφόρος, εἶθ' αἱ λοιπαὶ ἀκολουθοῦσιν ἐφεξῆς φέρουσαι χρυσία λεκανίδος σμήγματα, φορεῖα, κτένας, κοίτας (κίστας) ἀλαβάστρους, σανδάλια, θήκας, μυράλειπτρα,* (*μύρα, νίτρα* habet Eustathius Ἰλ. ω, ubi hæc omnia ad verbum leguntur ex Pausaniæ lexico) *ἐνίοτε δὲ καὶ τὴν προῖκα ἅμα τῷ νυμφίῳ φέρουσιν, οἱ δέ φασιν ἐπαύλια τὴν δευτέραν μετὰ τοὺς γάμους ἡμέραν καλεῖσθαι, ἐν ᾗ πρῶτον ἐπαυλίζεται τῷ νυμφίῳ ἡ νύμφη.* Sed quomodo deduceretur sponsa, videndus Suidas in *ζεῦγος ἡμιονικόν*. VA.

32, 2. *θεώμετρα.*] Meursius in Glossario voce *θεώρετρα*. Eustath.

[u] *Λυσίου*] Add. *καὶ ὁ περὶ τῆς ἀμβλώσεως.* Suidas *ζεῦγος ἡμιονικὸν ἢ βοϊκόν. ζεύξαντες τὴν λεγομένην κλινίδα, ᾗ ἐστιν ὁμοία διέδρῳ, τὴν τῆς νύμφης μέθοδον ποιοῦνται. παραλαβόντες δὲ αὐτὴν ἐκ τῆς πατρῴας ἑστίας* (hinc Pythagorici dicebant virum sic debere tractare uxorem, quasi supplicem ab ara et foco deductam, teste Aristotele lib. 3 de re famil. cap. 4.) *ἐπὶ τὴν ἅμαξαν ἄγουσιν εἰς τὰ τοῦ γαμοῦντος ἑσπέρας ἱκανῆς. κάθηνται δὲ τρεῖς ἐπὶ ἁμάξης. μέση μὲν ἡ νύμφη,* (Eustathius in Ἰλ. λ p. 833 ex Pausaniæ lexico.) *ἑκατέρωθεν δὲ ὅ τε νυμφίος καὶ ὁ πάροχος. οὗτος δέ ἐστι φίλος ἢ συγγενὴς ὅτι μάλιστα τιμώμενος καὶ ἀγαπώμενος. ἐπειδὴ δὲ ἡ ἅμαξα ὄχημα ἐλέγετο, ὁ ἐκ τρίτου παροχούμενος πάροχος ἐκλήθη. καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς συνηθείας, κἂν πεζοὶ μετίωσί τινες κόρην, ὁ τρίτος πάροχος λέγεται συμπαρών.* Autor Etymologici in *ἁρμάτειον μέλος. οἱ δὲ, ὅτι τὸ παλαιὸν τὰς παρθένους γαμουμένας ἐπὶ ὀχήματος ἦγον, ὅθεν καὶ παρόχους τοὺς παρανύμφους ἐκάλουν.* De hoc autem ritu sponsam abducendi ab ara Vestæ seu foco vide Pollucem. VA.

'Ιλ. λ. p. 881 ex Pausaniæ lexico, *προτέλεια ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα, ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρετρα.* VA.

32, 3. *'Ανακεῖον*] Hesych. et Suid. in Πολύγνωτος. Polyæn. 1. c. 21. §. 3. Athen. 6. p. 235. B. Thucyd. 8, 93. HEMST.

32, 3. Vulgares errores, et qui jam altas in mentibus hominum radices egerunt, avellere et resecare, hoc vero difficile fuerit et valde arduum. Nos homunciones tamen multoties hoc tentamus in lectionibus nostris: e quibus eorum quæ de Dioscuris, illorum templo et festo Athenis olim observavimus serio, ne cum omnibus in errore versaremur, quædam excerpere ad hujus loci illustrationem non injucundum nobis visum est aut invenustum, quando de his opportuna disserendi sese obtulit occasio et lepida maxime. Dioscurorum variæ differentiæ et denominationes. Auctor Cicero 3, 21. *de natura Deorum* quo loco ait: *Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur, primi tres qui appellantur, Anactes, Athenis ex rege Jove antiquissimo, et Proserpina nati Tritopatreus*[x], *Eubuleus, Dionysius. Secundi Jove Tertio nati ex Leda Castor et Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Aleo et Melampus Emelius Atreii filii, qui Pelope natus fuit.* Petrus Victorius vir eruditissimus hic Anaces, non Anactes[y], legendum

[x] Tritopatreus] Fuere et quidam tritopatres dicti, qui Athenis colebantur, de quibus docte Suidas in *τριτοπάτορες. Δήμων ἐν τῇ 'Ατθίδι φησὶ ἀνέμους εἶναι τοὺς τριτοπάτορας. Φιλόχορος δὲ τοὺς τριτοπατρεῖς πάντων γεγονέναι πρώτους. τὴν μὲν γὰρ γῆν καὶ τὸν ἥλιόν φησιν, ὃν καὶ 'Απόλλωνα καλεῖ, γονεῖς αὐτῶν ἠπίσταντο τότε οἱ ἄνθρωποι, τοὺς δὲ ἐκ τούτων τρίτους πατέρας. Φανόδημος δὲ ἐν ἕκτῳ φησὶν ὅτι μόνοι οἱ 'Αθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, ὅταν γαμεῖν μέλλωσι. ἐν δὲ τῷ 'Ορφέως φυσικῷ ὀνομάζεσθαι τοὺς τριτοπάτορας 'Αμαλκείδην καὶ Πρωτοκλέα καὶ Πρωτοκλέοντα θυρωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ τὸ ἐξηγητικὸν ποιήσας οὐρανοῦ καὶ γῆς φησιν αὐτοὺς εἶναι παῖδας. ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Κόττον, Βριάρεον καὶ Γύγην.* Hesychius, *τριπατρεῖς οἱ πρῶτοι γεννώμενοι.* Idem in *τριτοπάτορες, ἀνέμους ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς γενομένους καὶ γενέσεως ἀρχηγοὺς, οἱ δὲ τοὺς προπατέρας.* Forte *προπάππους* ex Polluce. Hesiodus in Theogonia vers. 147.

"Αλλοι δ' αὖ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξεγένοντο
Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄμβριμοι οὐκ ὀνομαστοὶ,
Κόττος τε Βριάρεώς τε Γύγης θ' ὑπερήφανα τέκνα
Τῶν ἑκατὸν μὲν χεῖρες ἀπ' ὤμων ἀΐσσοντο
"Απλαστοι, κεφαλαὶ δὲ ἑκάστῳ πεντήκοντα.

Sed Apollodorus initio biblioth. *οὐρανὸς πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου, γήμας δὲ γῆν ἐτέκνωσε πρώτους τοὺς ἑκατόγχειρας προσαγορευθέντας Βριάρεων, Γύην, Κοῖον.* Schol. Æschyli in Prometheo Vincto 351. ait, cum decennali jam bello cum diis bellum gessissent Titanes, essetque utrinque æqua victoria, *ὁ Ζεὺς συνεργοὺς πρὸς τὴν μάχην λαβὼν τοὺς τρεῖς μονοφθάλμους κύκλωπας τὸν Βρόντην, τὸν Στερόπην καὶ τὸν "Αργαν, καὶ τοὺς τρεῖς ἑκατόγχειρας τὸν Κοῖον, τὸν Βριάρεων καὶ τὸν Γύγην, οἵτινες καὶ οὗτοι παῖδες οὐρανοῦ καὶ γῆς ἐχρημάτιζον, καὶ νέκταρ κεράσας ηὔφρανε καὶ πρὸς τὴν μάχην προσέτρεψε.* Sic et Palæphatus. Hos *primigenios* vocare possis ex Censorino. VA.

[y] Anactes] Anactes et Anaces con-

esse existimavit, quod reprobum non est aut rejiculum, (ut Varro loqueretur) sed tamen vetus lectio retineri et sustineri potest, cum multoties apud Pausaniam Dioscuri illi primi Anactes vocentur, ut Corinthiacis et Phocicis, cum ita loquitur: *ἄγουσι δὲ καὶ τελετὴν οἱ Ἀμφισσεῖς Ἀνάκτων καλουμένων παίδων, οἵτινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ ἄνακτες παῖδες, οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον, ἀλλὰ οἱ μὲν εἶναι Διοσκούρους, οἱ δὲ Κούρητας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες Καβείους λέγουσι.* In hac disquisitione non ulterius progrediemur, nec inquiremus ambitiosius, quinam proprie *ἄνακτες παῖδες*, sed immorabimur in verbis Ciceronis, qui constituere videtur Dioscurorum primos tres Tritopatreum, Eubuleum et Dionysium Anactes vocatos fuisse, de his enim hic potissimum agere dumtaxat decrevimus. Horum Dioscurorum proprie templum *Ἀνακεῖον* dictum fuisse asseveramus, et cum apud autores mentio de *Ἀνακείῳ* invenitur, male huc usque interpretes et enarratores omnes de templo Castoris et Pollucis eorum verba interpretati sunt, nam *Ἀνακεῖον* semper Anacum, vel Anactum templum tantum est. Anaces Dioscuri non Castor et Pollux, sed Tritopatreus et alii de quibus Cicero: ut *Ἀνακεῖα* festum Athenis non Castoris et Pollucis, ut ad unum omnes huc usque existimavere, sed Anactum Dioscurorum. sic intelligenda verba illa Hesychii, *Ἀνακείοις. Διοσκούρων ἑορτὴ τὰ Ἀνάκεια.* Sic explicanda etiam illa Pollucis lib. 1. tmemat. 32. *Διοσκούρων Ἀθήνησιν Ἀνάκεια.* Male futilis interpres hæc de festo Castoris et Pollucis putat accipienda. Porro in hoc confuso Harpocrationis nostri loco, quem expedite, ut opinor, extricavimus, sic accipienda sunt hæc verba, *Ἀνακεῖον, τὸ ἀνάκτορον, ἱερὸν τῶν Διοσκούρων* [z], ut non de Castoris et Pollucis templo putemus illum loqui, quomodo fæx interpretum, sed de templo Anacum aut Anactum. Ante emendationem nostram perverse et inverse legebatur *ἀνάκτορον, τὸ ἀνακεῖον*, et glossa locum textus occupabat. Atqui inepte ita legebatur, nam *ἀνάκτορον* non proprie templum Dioscurorum, imo quorumlibet Deorum fanum significat, generalis si quidem vox hæc est, quæ tam templo Cereris

fundit Maussacus. unde facile est contra eum argumento ad hominem probare Pollucem et Castorem esse Anactes. Nam ut autor est Plutarchus Theseo, Anaces dicti sunt Castor et Pollux, ubi etiam nominis originem affert. Ælianus 4, 5. Var. Hist. diserte *ἄνακτας* appellatos esse a Menestheo *καὶ Σωτῆρας* narrat. *ἄναξ* etiam epitheton fuit Apollinis, ut ex hymnis apparet in eum conscriptis et omnibus diis commune apud poëtas. VA.

[z] *Διοσκούρων*] *Διόσκουροι* etiam *λευκόπωλοι* dicti sunt Zethus et Amphion, teste Schol. Homeri *Ὀδ.* τ, 518. VA.

et Proserpinæ, Castoris et Pollucis, quam Anacum accommodari potest. Ut apud Athen. lib. 5. Dipnos. *τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν κεκλεισμένον*, nam hæc de templo Cereris et Proserpinæ intelligenda sunt, non ut vulgus eruditorum, Castoris et Pollucis. Non ergo *ἀνάκτορον* peculiariter pro templo Dioscurorum accipitur, quomodo verba Harpocrationis indicare videbantur, sed pro quorumlibet Deorum templo. *Ἀνακεῖον* e contra anacum solummodo Dioscurorum templum est. Præterea in oratione Demosthenis quam laudavit hic autor noster, nulla de anactoro mentio. Duas habuit Demosthenes contra Stephanum *ψευδομαρτυριῶν* orationes, prima est ex illis quæ hic laudatur, in ea enim de Anaceio vestigium quoddam exstat. Audi verba [p. 1125.] ad quæ putamus Harpocrationem hæc commentatum, *πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸς οὗτος ἄνωθεν*[a] *ἐκ τοῦ Ἀνακείου καὶ ἄδικος.* Quidam *ἀνακαίου* legerunt cum sensum non viderent, qui certe abstrusissimus et remotissimus est. Scholion ex Suidæ sylloge collectum, quod in margine edit. Parisiensis legitur, hoc testatur satis aperte. Si Wolfio credimus, servos olim ad Castoris et Pollucis vænisse dicendum est, quod non est verisimile[b], cum *Ἀνακεῖον* non Castoris et Pollucis templum significet, sed Anacum Dioscurorum. Si vero *ἀνακαίου* legamus cum aliis, repugnabit statim Harpocration, qui manifeste ad illa verba hæc commentatus est, *Ἀνακεῖον τὸ ἀνάκτορον ἱερὸν τῶν Διοσκούρων*, id est, uno verbo Dioscurorum qui anaces vocabantur. ita infra verbo *Πολύγνωτος* cum de *ἀνακείῳ*[c] loquitur, non de templo

[a] *ἄνωθεν*] Sensus est: *c'est ce meschant homme, qui court de la hault devers le temple des Dioscores.* Ibi enim habitabat Pasio, de quo supra dixerat proxime ante hæc verba: *μεθ' ἡμέραν εἶ οὐ σώφρων, τὴν δὲ νύκτα, ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία, ταῦτα ποιεῖς.* id est, *grassaris, latrocinaris*: deinde ut eum demonstret auditoribus, subjicit *πονηρὸς οὗτος.* Hic ille est malus homo, de quo fortasse audivistis, qui ex templo Dioscurorum, ad quod habitat, noctu grassatur. VA.

[b] Non dicimus nos esse verisimile servos olim ad Castoris et Pollucis vænisse: hoc enim indicare videntur verba Senecæ in lib. de constantia sapientis: *Num moleste feram, si mihi non reddiderit nomen aliquis ex his qui ad Castoris negotiantur nequam mancipia ementes vendentesque, quorum tabernis pessimorum servorum areæ refertæ sunt?* Licet non in ipso templo servos mangones venderent, sed juxta templum, quod in Romano foro fuit, ubi erant tabernæ servorum venalium. sed asserimus, non esse verisimile Demosthenem illo loco de templo Castoris et Pollucis loquutum esse. *Ex Addendis.*

[c] *ἀνακείῳ*] Ita Hesychius in *Πολυγνώτου*. Sed Pausanias in Atticis c. 18. *Διοσκούρων ἱερὸν* vocat, i. *Castoris et Pollucis*, ut ibidem indicat clarissime, cum de Polygnoti pictura loquitur. Ruit ergo argumentum Maussaci, quod hoc ariete insuper evertemus. *Ἀνακεῖον* est templum *Διοσκούρων Ἀνάκων*. sic enim requirit analogia. At Dioscuri Anaces sunt Castor et Pollux, ut docet Plutarchus in Theseo. *καὶ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον Ἄνακες προσαγορευθέντες, ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέ-*

Castoris et Pollucis, sed horum Dioscurorum intelligenda sunt ejus verba. Atque hæc breviter dum notas scribimus, commentari de Dioscuris et eorum templo visum est operæ pretium. MA.

32, 5. Duplex *ἀνάκρισις*, altera judiciorum civilium: de qua hic Harpocration et Isæus in orat. de Philoctemonis hæreditate: altera judiciorum criminalium. videnda est lex Divus. D. *de custodia et exhibitione reorum*. Budæus multa ad illam legem quæ sunt reconditissimæ eruditionis. MA.

32, 5. 'ΑΝΑ'ΚΡΙΣΙΣ] Demosth. contra Theocrinem initio, *εἰς τὴν ἀνάκρισιν καλούμενος*. Et *κατ' Ὀλυμπιοδώρου. καὶ ἐπειδὴ ἀνεκρίθησαν πρὸς τῷ ἄρχοντι αἱ ἀμφισβητήσεις, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ δικαστηρίῳ.* Latini *Conjectionem causæ* appellant, de qua Nonius et Asconius in Verrinam. Ibidem Demosth. *καὶ μετὰ ταῦτα ὁ ἄρχων ἀνέκρινε πᾶσιν ἡμῖν τοῖς ἀμφισβητοῦσι καὶ ἀνακρίνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ δικαστήριον.* Itemque in oratione contra Nicostratum de Arethusii mancipiis: *ἀνακεκριμένου γὰρ ἤδη μου κατ' αὐτοῦ τὴν τῆς ψευδοκλητίας γραφὴν καὶ μέλλοντος εἰσιέναι εἰς τὸ δικαστήριον.* Et supra eodem modo dixerat. Volfius utrobique vertit *actionem instituere*. Quid differant *ἀνακρίνειν* et *ἀνακρίνεσθαι*, notavi in notis ad *εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν*. Demosth. in eadem contra Nicostratum sub finem: *οὗτοι γάρ με προυκαλέσαντο ὅτε ἡ πρώτη ἀνάκρισις ἦν.* Vide p. 9. legum Atticarum. Isæus p. 49 et 72. Plato leg. 6. p. 766. Suidas *δίκης ἀνάκρισις. οὐ πάσας δίκας κελεύουσιν οἱ νόμοι εἰσάγεσθαι, ἀλλ' ὅταν ὁ φεύγων ἀντιλέγῃ καὶ παραγράφηται λέγων εἰσαγώγιμον μὴ εἶναι αὐτὴν, πρότερον ἐπὶ τούτῳ γίνεται κρίσις ἥτις δίκης ἀνάκρισις λέγεται.* VA.

32, 9. *Ἄνακτες.*] Ita Isocrates in Euagora, ubi de illius liberis, sub finem. Eustathius in *Ἰλιάδ. ν.* p. 948. VA.

32, 10. Aristoteles in Cypriorum republica, quam hic laudat Harpocration, docuerat Cyprios filios regisque fratres *Ἄνακτας* vocare solitos, mulieres vero sororesque *Ἀνάσσας*. Utrum autem verba hæc Aristotelis genuina sint, an potius Harpocrationis glossematica, adhuc quæro; nam quamvis Suidas Aristotelem

λειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελομένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς βασιλεῖς ἴσως ἄνακτας καλοῦσι. Et Ælianus lib. 4. *ποικ.* cap. 5. *καὶ Μενεσθεὺς δὲ ὁ Πετεῶς περὶ τοὺς Τυνδαρίδας οὐκ ἐγένετο ἀχάριστος. ἐκβάλλοντες γὰρ ἐκεῖνοι τοὺς Θησέως υἱοὺς καὶ τὴν μητέρα Θησέως Αἴθραν αἰχμάλωτον λαβόντες, ἔδωκαν τὴν βασιλείαν τῷ Μενεσθεῖ. διὰ ταῦτα πρῶτος ὁ Μενεσθεὺς Ἄνακτάς τε καὶ Σωτῆρας ὠνόμασε.* Quomodo Dioscori Castor et Pollux pingerentur, docet Ælianus apud Suidam in *Διόσκουροι*. Locus est elegans. Dioscuri simpliciter Castor et Pollux intelliguntur. Varro lib. 4. de L. L. et Ælius Dionysius, ac Pausanias Lexicographi apud Eustath. in *Ἰλ. ψ.* sub finem p. 1425. VA.

ita loquutum esse testari videatur, tamen hic subsistere me jubet sermonis ambiguitas qua usus est autor meus. Cæterum Ἄνακτες vocem esse Cypriis peculiarem, et eos qui proximum tenebant a rege locum, ut filios et fratres regis, ita vocatos esse, quomodo Cæsares sub Augustis, certum et indubitatum est ex Athenæo, qui lib. 6. de Cypriis agens in hæc erumpit: *ἀναφέρουσιν ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τοὺς καλουμένους Ἄνακτας.* Similes δεσπόται novæ Græciæ, quæ filios fratres et generos imperatoris δεσπότας vocavit, ut Cyprii Ἄνακτας, fidem facit Curopalates, *οἱ τοῦ βασιλέως υἱοὶ δεσπόται προΐστανται τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν γαμβρῶν τοῦ βασιλέως, δεσποτῶν καὶ αὐτῶν ὄντων.* At δεσπότης κατ' ἐξοχὴν filiorum imperatoris natu maximus, proximus imperii hæres, ut apud nos Delphinus, *le Prince* [immo *Monseigneur.* VA. Hoc Maussacus; ipse correxit in Append. ad Plut. "Lege *Monseigneur le Dauphin*, et dele voces *le Prince.*"] *Dauphin*, ejus frater dominus, *monsieur,* quasi δεσπότης. MA.

33, 3. φρουρὸν] φρουρὸν servat etiam Suidas, neque damno; fere tamen malim: *ἔφορον εἶναι εἶπεν.* HEMST.

33, 5. Ἀναξίβιος] Hujus meminit Xenophon lib. 4. Ἑλλην. in fine. VA.

33, 7. ἀναποδιζόμενα] Pollux 2, 196. *ἀνεπόδιζον δὲ τὸν γραμματέα, Αἰσχίνης εἶπεν ὁ ῥήτωρ ἐπὶ τοῦ πάλιν ἀναγινώσκειν ἐποίουν. καὶ ἀναποδιζόμενα δὲ Ἀντιφῶν τὰ πάλιν ἐξεταζόμενα.* Locus ille apud Æschinem p. 77 habetur. VA.

33, 9. ἀνασείσας] Procop. Gotth. 1. *σὺ δὲ τὸ Λιλύβαιον Ἀταλαρίχῳ ἐπανασείεις*, p. 169. Et in Ἀνεκδότοις p. 22. *ἅπαντα τῷ ἀνθρώπῳ ἐπανασείων.* Et p. 101. *οἱ συκοφάνται κατηγορίαν ἐπανασείοντες.* VA.

33, 9. Δημοσθένης κατὰ Ἀριστογείτονος] In prima, *τὴν κατὰ Δημοκλέους εἰσαγγελίαν ἀνασείσας, ποῖ ἔτρεψεν; cum intentasset, minatus esset.* Est autem σεῖσαι τὸ συκοφαντῆσαι teste Suida, *ἀπὸ τῶν τὰ ἀκρόδρυα σειόντων.* Aristoph. Δαιταλεῦσι· *ἔσειον, ἤτουν χρήματ', ἠπείλουν, ἐσυκοφάντουν πάλιν.* Teleclides, *Πάντων δὲ τῶν ἄλλων λῷστοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσαντας παύσασθαι δικῶν ἀλληλοφάγων.* Epistola Patrum Synodi Antioch. contra Paulum Samosatenum: *νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν, καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τοὺς ἀδελφούς, καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους*: quæ Interpres non intellexit: *καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ.* VA.

33, 10. Ἀνασυντάξας—Πολυεύκτου] Subjicit Suidas: *ἀνασύνταξις διαγεγραμμένα τιμήματα ταῖς συμμορίαις, ὅταν δόξῃ τῷ δήμῳ*

χρήζειν προσθήκης ἢ ἀφαιρέσεως, καὶ ἕλωνται τοὺς τοῦτο πράξοντας, τοῦτο ἀνασύνταξιν καλοῦσι. VA.

33, 10. ἀνασυντάξας] Iisdem verbis Suidas. Ἀνασυντάττειν in Hyperide significasse puto *censum per symmorias de novo describere*, quo ducit Suidas in Ἀνασύνταξις, quæ notanda. Non dissimili ratione, τὴν γῆν ἀναδάσασθαι, Thucyd. 5, 4. vid. Schol. et Pausan. p. 333, 28. ἀνασύνταξις φόρων Pollux 6, 179. quam *novam tributorum descriptionem* intelligo; neque aliter est capiendum ἀνασυντάξαι. Vid. Σύνταξις. Ἀπόταξις. HEMST.

33, 12. ἀνατεί] Aristoph. Ἐκκλησιαζ. 1019. ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον ἕλκειν ἀνὰ τὶ λαβομένας τοῦ παττάλου. Lege ἀνατὶ, ut legit Schol. qui sic explicat μὴ τιμωρουμένας ὑπὸ τῆς βίας. id est, *liceat impune*, Sic in lib. 11. legum Plato p. 917. ἀνατεὶ τυπτέτω. et p. 935. Sophocles in Antig. v. 485. εἰ ταῦτ' ἀνατεὶ τῇδε κείσεται κράτη. Secundam producit. est enim ductum ἀπὸ τῆς ἄτης, quæ primam syllabam habet longam. Idem Soph. in Œdip. Colon. 786. κακῶν ἄνατος τῶνδ' ἀπηλλάχθαι χθονός. VA.

33, 17. ἀναφορὰ est jus referendæ quæstionis in alium quempiam quam quocum judicium prius agitatum est, uno verbo relatio criminis, recursus salvus (ut cum pragmaticis loquamur) *le recours sauf*. Sed de his videndus Budæus, qui hæc omnia diligentissime et acutissime exsequutus est. MA.

34, 1. Τὰ χείλη τῶν ποταμῶν] Tzetzes in Lycophrone v. 629, et Eustathius in Hom. Ἰλ. φ. p. 1229. ἀνδηρά εἰσι καὶ αἱ τῶν τάφρων ἀναβολαὶ ἤγουν τὸ ἀναβαλλόμενον χῶμα, δι' οὗ ὀχθώδης ἄνω ἡ τάφρος γίνεται. Theophrastus lib. 7. in fine de sempervivo: φύεται δὲ ἔν τε τοῖς ἀλοπέδοις (lege ἀλιπέδοις) τοῖς ἐπὶ τῶν τοίχων ἀνδήροις, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῶν κεράμων. Gaza *planis parietinis nascitur*. VA.

34, 5. Andocidis Mercurium ab Ægeïde tribu fuisse consecratum, Æschines in orat. contra Timarchum, et ipse Andocides ἐν τῷ περὶ μυστηρίων, (sic restituimus; inepte enim exarati et excusi omnes αὐστηρίων habebant) testatum reliquerunt. Duris tamen nimium de se præsumens, insubide et immeditate hoc pernegavit, asseruitque inconsulto ipsius Andocidis ἀνάθημα esse Mercurium illum, quod quam falsum et αὐτοσχεδιαστὶ[d] prolatum

[d] Αὐτοσχεδιαστὶ] Improprie loquitur. Nam αὐτοσχεδιαστὶ aliud est. Sed αὐτοσχεδίως potius dicere debuit, ut Schol. Aristoph. in Ranas, 305. καὶ ἄλλα ἄττα τῶν αὐτοσχεδίως συντιθέντων οὐκ ἀνεκτῶς τερατεύονται. i. *falso comminiscuntur*. Dionysius in procemio hist. οἱ μὲν προαιρούμενοι τὰς κρατίστας ὑποθέσεις, εἰκῇ δὲ καὶ ῥαθύμως αὐτὰς συντιθέντες ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων ἀκουσμάτων, οὐδένα ὑπὲρ τῆς προαιρέσεως ἔπαινον κομίζονται. οὐ γὰρ ἀξιοῦμεν αὐτοσχεδίους οὐδὲ ῥαθύμους εἶναι τὰς περί τε

sit, patet lippis ipsis et tonsoribus. Vocatum enim ita Mercurium illum docti omnes sciunt, quod prope habitaret Andocides: vide Plutarchum in Andocide. Hesychius, Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς. ἐπειδὴ πρὸ τῆς οἰκίας τῆς Ἀνδοκίδου εἱστήκετο Ἑρμῆς, ἀνάθημα φυλῆς, Ægeïdos scilicet. MA.

34, 13. ἀνδραποδιστής] Aristoph. Θεσμοφορ. v. 824. καὶ λωποδύτας καὶ βωμολόχους κἀνδραποδιστάς. Et in Pluto v. 521, κερδαίνειν βουλόμενός τις ἔμπορος ἥκων ἐκ Θετταλίας παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν. quo loco manifeste distinguit ἐμπόρους *venaliciarios* ἀπὸ τῶν ἀνδραποδιστῶν, qui sunt *plagiarii*. Sic Scholiastes: ἀνδραποδιστὴς οὐ μόνον τοὺς ἐλευθέρους δι' ἀπάτης ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν εἰς ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ ἀπαγαγεῖν ἀλλαχοῦ καὶ διαπωλῆσαι. Ἀνδραποδίζεσθαι eo sensu dicit Isocrates in Trapezit. p. 712. Xenophon 420. 411. [Mem. 1, 2, 62.] ἀνδραποδιστὰς pro ἀνδραποδοκαπήλοις dixit Artemidorus lib. 4. cap. 14. VA.

34, 13. In v. ἀνδραποδιστὴς MS. pro μόνον θανάτῳ ζημιοῦν, habet, μόνῳ. Sed nequeo supprimere, quod elegantissimum ab erudita manu adscriptum habet codex Gœsianus, εἰ τοὺς ἀνδραποδιστὰς, τῶν οἰκετῶν ἡμᾶς ἀποστεροῦντας μόνον, θανάτῳ ζημιοῦν ἀξιοῦτε, etsi nesciam quo pignore et auctoritate. GR.

35, 1. De Androlepsia multa congessit Budæus in annotationibus ad Pandectas posterioribus, quæ ad hujus loci quem illic attigit illustrationem facere possunt. MA.

35, 5. Andron hic, unus e quadringentis, ille est teste Antiphonte ἐν τῷ πρὸς τὴν Δημοσθένους ἀντιγραφὴν, qui scripserat decretum, quo condemnatus fuit Antiphon. Hoc autem decretum integrum descripserat Cæcilius hoc modo: Ἔδοξε τῇ βουλῇ μιᾷ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγραμμάτευε, Φιλόστρατος Πελληνεὺς ἐπεστράτει[e], Ἄνδρων εἶπε περὶ τῶν ἀνδρῶν, οὓς ἀποφαίνουσιν οἱ στρατηγοὶ πρεσβευομένους εἰς Λακεδαίμονα, ἐπὶ κακῷ τῆς πόλεως τῶν Ἀθηναίων. Reliqua Plutarchus descripsit in Antiphonte, quem diligenter consules, ne te diutius lateat pretiosissimus hic antiquitatis thesaurus. Cæterum Craterus ille, qui ἐν ἐννάτῃ τῶν ψηφισμάτων, in nono de Decretis, hic laudatur, auctor non ignobilis est. Plutarchus, Athenæus, Stephani mutilator, et Pollux, sæpius ejus meminere, sed aliquando apud

πόλεων ἐνδόξων καὶ ἀνδρῶν ἐν δυναστείᾳ γεγονότων ἀναγραφομένας ἱστορίας. Interpres *ex tempore* vertit, male. Vertendum erat, *temere*. Sic σχεδιάζειν sumit pro *temere confingere* idem Dionysius p. 6. et 211. lib. 4, et Diodorus Siculus non semel, Athenæus etiam, Polybius lib. 12. p. 655, et αὐτοσχεδιάζειν p. 654. VA.

[e] Ἐπεστράτει] Retinuit errorem, qui est in H. Steph. editione. Atqui legendum ἐπεστάτει. VA.

illos male Καρτερὸς[f] excusum est, ut apud Pollucem lib. 8. cap. 10. Καρταρῷ πιστεύειν τῷ τὰ ψηφίσματα συνάγοντα. Legendum Κραταρῷ, et vertendum, Cratéro fidem habere qui Decreta in unum collegit, non ut interpres ineptissime, sicut alia omnia, Cartero fidem habere suffragia poscenti. Male etiam apud Suidam, v. Νυμφαῖον, Κρατερὸς ἐν ἐννάτῳ τῶν σοφισμάτων laudatur: non σοφίσματα, sed ψηφίσματα Craterus ille coegerat et composuerat, unde infra verbo ἀρκτεῦσαι conjiciebam ego aliquando legendum Κρατερῷ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν, non ut hodie omnes excusi et exarati habent Κρατίνῳ, quamvis non male possit retineri Κρατίνῳ, Cratinum enim Comicum drama composuisse quod vocabatur ψηφίσματα quid vetat? nos hoc perrimabimur curiosius verbo ἀρκτεῦσαι, et de Cratero plura dicemus verbo Νυμφαῖον. MA.

35, 10. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος] Non longe ab initio. ὅτι τοίνυν οὐδ' αἴτιος ἄλλος ἐστὶν οὐδεὶς ἀνθρώπων quam Androtio τοῦ μὴ πεποιῆσθαι τὰς ναῦς, τοῦτο ὑμῖν σαφῶς ἐπιδείξω. ἀνελοῦσα etc. Recte ergo Volfius: *Senatus enim lege sublata istum sibi patronum creavit.* VA.

35, 8. Longe diversa hæc sunt, Μυεῖσθαι et Ἐποπτεύειν, Mystæ et Epoptæ vel Ephori, Mystica et Epoptica sacra. Qui Epoptæ fieri volebant, Mystæ prius esse debebant, nec ullus unquam epopta factus est, quin prius mysta esset, præter Herculem, Hippocratem, et Demetrium Polioroeten, qui simul et semel mystæ et epoptæ facti fuere, ut ex Philochoro retulit hic Harpocration et Athenæus. De discrimine autem quod constituendum est inter epoptica et mystica sacra, satis superque actum est a clarissimis Galliæ nostræ luminibus Josepho Scaligero et Isaaco Casaubono, ab hoc in Animadvers. ad Athen. ab illo in opere de Emendat. Tempor. lib. 5. cap. de eversis ab Alexandro Thebis Bœotiis. Μυεῖσθαι instituere est Tertulliano, in loco illo crepero et illustri, cui suppetias venit Hercules ille Musarum Josephus Scaliger, qui solus hoc tempore visus est mereri eodem privilegio frui quo potiti sunt Hercules olim et Demetrius Phalereus, si vanæ illæ religiones Mystarum et Epoptarum reviviscerent, solus, inquam, dignus haberi debuit, qui mystes simul et Epopta fieret, ob præclaras ingenii dotes et profundissimam rerum cognitionem. Vide quæ ad verbum ἐπωπτευ-

[f] Καρτερός] Schol. Comici in Ranas v. 323. Ἀθηναῖοι τοῦ Διαγόρου ὡς χλευάζοντος τοὺς θεοὺς κατεψηφισμένοι, ἀνεκήρυξαν τῷ μὲν ἀναιρήσοντι ἀργυρίου τάλαντον, τῷ δὲ ζῶντα κομίσαντι δύο. ἔπειθον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους, ὡς ἱστορεῖ Καρτερὸς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων. Plutarchus in Aristide sub finem Craterum Macedonem appellat. VA.

κότων latius commentati sumus. MA. Himerius Sophista, *οὐ μιμησάμενος τὸν μυστικὸν νόμον, ὃς ἐπόπτῃ τε καὶ μύστῃ μερίζει τὸν χρόνον, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἐν ταυτῷ μύστην τε ὁμοῦ καὶ προφήτην τῆς ἱερᾶς τελετῆς τῶν ἐν σοὶ λόγων δεξάμενος.* VA.

36, 13. *Ἀνεσκευάσατο . . . ἀναστατωθῆναι*] Gloss. vetus, *solum vertit ἀνάστατος γίνεται.* Demosth. *πρὸς Ἀπατούριον. οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ μετὰ ταῦτα τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης καὶ τοῦ Ἡρακλείδου κατ' ἀρχὰς κεκρυμμένου, (τοῦ τραπεζίτου.)* Et *ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον* in fine: *ἡδέως δ' ἂν ἔγωγε πυθοίμην ὑμῶν, εἰ ὀργίζεσθε τοῖς ἀνασκευασμένοις τῶν τραπεζιτῶν.* Volfius, *mensariis qui conturbant. διὰ τούτους τοὺς ἄνδρας ἀνασκευάζονται αἱ τράπεζαι.* Sic dicuntur mensarii, qui solum vertunt et foro cedunt. Cicero pro Cæcina initio *jam dissoluta argentaria* dixit de Fulcinio argentario, qui omnibus probe satisfecerat, nec mensam amplius exercebat. *ἀνασκευάζειν τὴν τράπεζαν* opponitur *τῷ κατασκευάζειν*, quo utitur Æschines p. 19. et Isæus *ἐν τῷ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς· ἀνθ' ὧν ἐγὼ σωθεὶς ἐχρώμην αὐτῷ ἔτι μᾶλλον, καὶ κατασκευαζομένῳ τὴν τράπεζαν προσεισευπόρισα* (Valesius duabus lineolis incluso illo *εισ*, et super diphthongi *ε* ac literam *ι* posito gemino *η*, videtur innuere se ibi legisse *προσηυπόρησα*) *ἀργυρίου. ἀνασκευασάμενοι* etiam dicuntur *qui vasa colligunt et aufugiunt*, Dionys. Halic. lib. 1 p. 17. et 38. *κατασκευάζειν* Lysias p. 160. Etymologus, *ἀνάστατος ὁ καταλιπὼν τὴν οὐσίαν καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ζῆν αἱρούμενος.* VA.

36, 15. *Ἄνετον* subintellige *ἵππον* vel *ἀγρὸν*, vel *τόπον*, vel qualemcunque aliam rem, quam solebant veteres, si res singulari modo prosperæ eis evenissent, dimittere eximentes omni usui ac labori, ut Cæsar equos in trajiciendo Rubicone flumine consecrasse, et vagos et sine custode dimisisse dicitur Suetonio, et alii aliis. Sic Hesych. *Διὸς βοῦς, ὁ τῷ Διὶ ἄνετος βοῦς. ἔστι δὲ ἑορτὴ Μιλησίων.* GR.

37, 1. Veteres editiones constanter *ἀνεχαίτησε* retinuerunt, nos excudendum curavimus *ἀνεχαίτισε*, quæ germana lectio est. ita Demosthenis codices habent in orat. 2 Olynth. e qua depromptum est hoc verbum ab Harpocratione. Ejusdem loci meminit Plinius epistola Critica et Apologetica ad Lupercum. Porro Demosthenes *ἀνεχαίτισεν* dixit pro *ἀνέκοψεν*, aut *ἀνέτρεψεν*, metaphora sumpta ab equis, qui cum vectori se præbent immorigeros, *ἀναχαιτίζειν* dicuntur. Inde ludicrum illud apud Anaxandridem *ἐν Ἀγροίκοις*,

Κύμβι' ἐκάρωσεν ὑμᾶς. ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν.

plus est *καροῦν* quam *ἀναχαιτίζειν.* vinum quod dat in somnum

gravem et de statu mentis deturbat, *καροῦν* dicitur, at *ἀναχαιτίζειν* dicuntur equi non cum sessorem in caput dejiciunt, quales *κατωμισταὶ ἵπποι* apud Hesych. sed cum erigendo præbent se immorigeros: allegorice igitur responsum est ei, qui apud poetam dixerat Cymbia vobis caput gravarunt, *ἀνακεχαίτικεν μὲν οὖν*, id est, non omnino nos a mentis statu deturbarunt, sed more equorum lascivientium se præbuerunt immorigera. Vocabulum hoc *ἀναχαιτίζειν* Demosthenicum inter vocabula grandiloquentiæ et sublimis sermonis relatum est a Criticis, Plinio, Dionysio Longino, et aliis. Hesych. *ἀναχαιτίζει*, sic legendum, *ἀναπείθει, ἀναχαλινοῖ, ἀνακρούεται, ἀναποδίζει. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς Ἑλένῃ.* MA. Dionysius Halic. lib. 5. p. 289. *καὶ οἱ ἵπποι αὐτῶν ἐμπλέξαντες τὰ στήθη τῇ ῥύμῃ τῆς φορᾶς ἐπὶ τοῖς ὀπισθίοις ἀνίστανται ποσὶ, καὶ τοὺς ἐπιβάτας ἀναχαιτίσαντες ἀποσείουσι.* Gelenius, *sublataque cervice sessores excutiunt.* VA.

37, 3. *ἀνήκει* dixit Antiphon pro simplici *ἥκει*. Suidas habet *καθήκει*: vel pro *ἀνεβιβάσθη*, sic correximus, *καὶ προελήλυθεν.* Amipsias Comicus *ἀνήκειν* etiam usurpaverat pro *ἀναβαίνειν*. consule Suidam. MA.

37, 5. *Ἄνθεια . . . Λυσίᾳ.*] *Ἀντίαν* vocat Demosth. contra Neæram, et cum Metanira, Phila, Isthmiade, Aristoclia, Stratola servas fuisse ait Nicaretæ, et corpore quæstum fecisse: *Λυσίας γὰρ ὁ σοφιστὴς Μετανείρας ὢν ἐραστὴς, ἠβουλήθην πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασιν οἷς ἀνήλισκεν εἰς αὐτὴν, καὶ μυῆσαι.* Mox Lysias ὁ Κεφάλου dicitur. Is est Rhetor. Meganira dicitur a Polluce 7, 130. *ἐν τῇ Λυσίου πρὸς Μεγάνειραν ἐπιστολῇ.* Sed *Μετάνειραν ἑταίραν* vocat Athen. lib. 3. 13. Apud Suidam in *ὁμοῦ* laudatur Lysias *ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιστολῇ.* Sumpsit hæc ex Athenæo Harpocr. Is enim lib. 15. sic ait, *μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας Ἄντειαν. οὐ γὰρ εὑρίσκομεν παρ' οὐδενὶ Ἄνθειαν ἀναγεγραμμένην ἑταίραν. ἀπὸ δὲ Ἀντείας καὶ ὅλον δρᾶμα ἐπιγραφόμενον Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντειά ἐστιν.* VA.

37, 7. *Ἀνθεμόκριτος . . . Θρᾳκίαις πύλαις.*] *γρ. Θριασίαις πύλαις.* Vide Hesychium. Vide Epistolam Philippi ad senatum populumque Atheniensem. *Μεγαρέων οὖν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων ἐς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος, ὥστε μυστηρίων μὲν εἴργειν αὐτούς. ὑπόμνημα δὲ τῆς ἀδικίας ἔστησαν ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν.* Hanc *στήλην Ἀνθεμοκρίτου* vocat Pausanias Atticis c. 36. et *μνῆμα Ἀνθεμ.* in via sacra, quæ ad Eleusinem ducebat. Plutarchus in Pericle sub finem, in decreto contra Megarenses illud scriptum fuisse ait a Charino: *γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι*

καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δὲ στρατηγοὺς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρκον, ἐπομνύειν, ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλοῦσι. ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίους πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. Dipyli meminit Cicero 5 de finibus initio, Livius libro 31, 24. p. 576. VA.

37, 7. Epigraphem orationis Isæanæ distinximus ab ejus verbis, et ita scripsimus: *Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα. τό τε βαλανεῖον τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα.* Verba Isæi hæc sunt, ex oratione adversus Calydonem, quæ hoc modo ab Harpocratione explicantur, *τουτέστι πρὸς ταῖς Θρᾳκίαις πύλαις*, nam ita restituimus, cum antea legeretur *Θρασείαις*. quid pylæ Thracenses docuimus voce *πύλαι* infra, ubi hunc locum illustramus. Anthemocritus autem hic Atheniensium præco a Megarensibus dilaceratus est, quod eis interdixisset *μὴ ἐπεργάζεσθαι τὴν ἱερὰν ταῖν θεαῖν ὀργάδα.* Quid sit *ὀργὰς* erudite explicat Harpocration hac eadem voce, terra inculta, qualis Megarica, de cujus possessione pugnavit Minerva contra Megarenses, *ὀργὰς* vocatur. MA. Sed legendum est *Θριασίαις πύλαις*, quarum meminit Hesychius. Thucyd. 2, 19. ad Eleusinem versas fuisse testatur et Plutarchus Themist. quod hic optime quadrat. At *Θρᾳκίαι πύλαι*, quarum meminit etiam Polyænus 4, 12. ubi de Lysimacho, nil ad hunc locum. Porro decretum contra Megareas sic refert Schol. Arist. in Ranas v. 1337. Postquam enim retulit Timocreontis Rhodii scolium, *ὤφελες, ὦ τυφλὲ πλοῦτε, μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανήμεναι*, etc. addit, *τούτοις ἔοικε τὰ ὑπὸ Περικλέους εἰσηγηθέντα. ἔγραψε γὰρ ψήφισμα τοιοῦτον ὁ Περικλῆς, Μεγαρέας μήτ' ἀγορᾶς μήτε θαλάττης μήτ' ἠπείρου μετέχειν.* Sed et quod alicubi lego, scriptum erat Megarenses a mysteriis arceri, ut notavi ad Harpocr. hoc loco. Sed et alibi legi notatum sic fere. Quanti vero mysteria fecerint Athenienses, patet ex decreto adversus Megarenses. Sed hæc nota Schol. potius conveniret ad illa ex Acharn. 531. ubi etiam repetitur inferius scholion, ubi ait Dicæop. *ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης ὁ Ὀλύμπιος ἤστραπτεν, ἐβρόντα, συνεκύκα τὴν Ἑλλάδα, ἐτίθει νόμους ὥσπερ σκολιὰ γεγραμμένους, ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν ἀγορᾷ, μήτ' ἐν θαλάττῃ, μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν.* Nota *νόμους*. mox *ψήφισμα* appellat rectius. sed eo loco ad *νόμους μουσικοὺς* alludit, quod non animadvertit Schol. In Scholiis ad *Εἰρήνην* v. 608. *ἐπεὶ ψήφισμα περὶ τῶν Μεγαρέων ὁ Περικλῆς ἔγραψε, μήτε γῆς, μήτε λιμένων Ἀττικῶν αὐτοὺς ἐπιβαίνειν. εἰ δὲ μὴ, τὸν ληφθέντα ἀγώγιμον εἶναι.* VA.

38, 8. ἀνίδρυτος . . . Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος] In prima, οὐδὲ προσφοιτᾷ πρός τι τούτων τῶν ἐν τῇ πόλει κουρείων ἢ μυροπωλίων, ἢ τῶν ἄλλων ἐργαστηρίων οὐδὲ πρὸς ἕν, ἀλλ' ἄσπειστος, ἀνίδρυτος, ἄμικτος, οὐ χάριν, οὐ φιλίαν, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ὧν ἄνθρωπος μέτριος γινώσκων. Aristoph. in Lysistrata v. 808. Τίμων τις ἦν ἀνίδρυτος. Auctor Etymologici, ἀΐδρυτον κακὸν, τὸ κατάρατον, ὃ οὐκ ἄν τις αὐτῷ ἱδρύσαιτο. VA.

39, 3. Ἀντιγενίδας] Hic primus πλάσιν seu πλάσματα in tibiarum cantu reperit, cum superiores simpliciter ἀπλάστως tibiis canerent. Theophrastus lib. 4. histor. Plant. cap. 12. ubi multa de tibiis. Suidas: Ἀντιγενίδας Σατύρου Θηβαῖος μουσικὸς αὐλῳδὸς Φιλοξένου, etc. ἔγραψε μέλη. Thebani autem hac præcipue re gloriabantur tibicinum præstantia, adeo ut eorum urbe fere vastata, præter arcis Cadmeæ partem, ipsi reliqua instaurare parum studuerint, sed Mercurii statuam cum hac in basi subscriptione, Ἑλλὰς μὲν Θήβας νικᾶν προὔκρινεν ἐν αὐλοῖς, in foro studiose reposuerint. Dio in Euboico. VA.

39, 15. ἀντιγραφεὺς ab Apuleio in apologia contrascribens vocatur, ut ἀντιγράφειν contrascribere. *Præsente*, inquit, *et contrascribente Æmiliano*, id est ἀντιγραφέως Αἰμιλιανοῦ. ἀντίγραφα dicebantur etiam contrascribentium scripta, quasi contra scripta, nos Galli hujusmodi homines *Contrerolleurs* vocamus. Apud Athenienses duo erant ἀντιγραφεῖς, unus administrationis, ut ait Philochorus, alter vero Senatus, ut Aristot. monuerat in Athen. Repub. De quo nominatim Ulp. ad orat. contra Androt. [ad p. 605, 5.] ἀντιγραφεὺς, inquit, δέ ἐστιν ὄνομα ἀξιώματος ἀντιγράφοντος ὑπὲρ τῆς βουλῆς πρὸς τὸν δῆμον, ἐν οἷς ἂν δέηται. MA. Aristoph. Equitibus in fine: ὅπως γένωμαί σοι φανὸς ὑπογραφεὺς δικῶν. Schol. ἐπὶ δήμου δὲ ὑπογραφεὺς ἐλέγετο, ὁ δὲ τοῦ βουλευτηρίου ἀντιγραφεύς. δημοσίου δὲ γενομένου ἔγραφον ἀμφότεροι τὰ λεγόμενα. VA.

39, 5. Ἀντιγραφεῖς, ὁ μὲν τῆς διοικήσεως] De quibus ibi pluribus loquitur Æschin. p. 56. Corrigendus est Pollux 8, 98. hæc enim verba, δύο δὲ ἦσαν, ὁ μὲν τῆς βουλῆς, ὁ δὲ τῆς διοικήσεως, conjungenda sunt cum superiori capite περὶ ἀντιγραφ. VA.

39, 10. ἀντιγραφὴ in privatis judiciis hæreditatis vindicatio est, de qua videndus Suidas[g], at in publicis utriusque partis

[g] De qua videndus Suidas] Suidas nil habet, nisi ex Harpocrat. Porro ἀντιγραφὴ secundo sensu parum ab ἀντωμοσία differre videtur. Suidas: ἀντωμοσία γραφὴ κατά τινος ἔνορκος, περὶ ὧν ἠδικῆσθαί φησι. διωμοσία δὲ ὁ ἑκατέρωθεν γινόμενος ὅρκος ὑπὸ τῶν διαδικαζομένων. VA.

præstitum jusjurandum, quod *ἀντωμοσίαν* Plato vocat, in apolog. Socratis, et testimonia. Hoc voluit Harpocration cum dixit *κοινῶς δὲ ἐν ταῖς δίκαις, ταῖς δημοσίαις* (sic enim restituimus nos) *τὰ τῶν δικαζομένων γράμματα, ἃ ἐδίδοσαν περὶ τοῦ πράγματος, καὶ τὰ τοῦ διώκοντος, καὶ τὰ τοῦ φεύγοντος, ἀντιγραφὴ, καὶ τὰ μαρτύρια.* MA.

39, 12. *Κατὰ γένους δόσιν*] *γρ. κατὰ γένος ἢ δόσιν.* Demosth. *κατ' Ὀλυμπιοδώρου, καὶ τὰς ἀμφισβητήσεις* (*τοῦ κλήρου τοῦ Κόνωνος* scilicet) *ἀντεγραψάμεθα, et actionem de petitione hæreditatis instituimus.* Pollux 8, 33. 58. Isæus p. 55 in fine et p. 77. VA.

39, 15. *Δημοσθένης κατὰ Στεφάνου.*] In prima, *ἀντιγέγραψαι ταῦτα. ἀληθῆ μεμαρτύρηκα* etc. tum exemplum *ἀντιγραφῆς* recitat hujusmodi: *Ἀπολλόδωρος Πασίωνος, Ἀχαρνεὺς, Στεφάνῳ Μενεκλέους Ἀχαρνεῖ ψευδομαρτυριῶν. τίμημα τάλαντον. τὰ ψευδῆ μου κατεμαρτύρησε Στέφανος, μαρτυρήσας τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγράμμενα. τἀληθῆ ἐμαρτύρησα τὰ ἐν τῷ γραμματείῳ γεγραμμένα. ταῦτα οὕτως αὐτὸς ἀντεγράψατο. Sic litem contestatus est.* Et in fine: *τίς οὖν ἡ παρὰ τοῖς ἄρχουσιν* (nota) *ἀντιγραφή.* Hæc verba Demosthenis intelligit Pollux 8, 58. quod notandum. Lysias *κατὰ Παγκλέωνος*, p. 157 et 158. Plato initio Apologiæ p. 19. 27. VA.

39, 17. *Ἀντίθεσις*] Quid sit *ἀντίθεσις*, anxie et erudite docet Theophrastus apud Dionysium Halicarnass. in Lysia. Locus Isocrat. est initio Panathen. Vide et Alexandrum Sophistam de figuris orationis. VA.

40, 3. *ἀντίθεσις*[h], quæ et *ἀντίθετον* vocatur, figura orationis est, qua sibi invicem contraria vel secundum partes, vel confertim et simul opponuntur. Quæ autem differentia sit inter *ἀνθυποφορὰν, ἀντίθεσιν*, et *ἀντιπῖπτον*, acutissime te docebit Ulpianus in comment. ad Olynth. primam. At vero ne mireris cur hic textum Demosthenis uno verbo auxerimus, sciendum manuscriptos omnes Codices bonæ notæ habuisse *ὑπὸ Φιλέως γνωρίμου*, quæ vox desiderari videtur apud Demosth. orat. contra Midiam, quo loco *ἀντίθεσιν* esse notat autor noster, quæ *ἀθρόως πάντων πρὸς πάντας* fit, nihil aliud enim sibi volunt verba hæc, *ἀπὸ τοῦ, ὁ μέν γε ὑπὸ Φιλέως*[i] *γνωρίμου, ἕως βαδίζειν χορηγοῦντι*, quam ab his verbis, *ὁ*

[h] *Ἀντίθεσις*] Aliter *ἀντίθεσιν* sumit Ulpianus ubique, ut legenti patebit, qui etiam ætate posterior fuit Harpocratione, et Christianus: nam in secundam Olynth. laudat Theologi procemium in Basilium. Sed in Ulpiani scholiis multa a recentioribus sunt temere assuta, quale et hoc esse existimo. Ulpiani Rhetoris meminit Eunapius, et Sozomenus, aut quis alius in Hist. Eccles. VA.

[i] *Φιλέως*] Delendum *Φιλέως*. Nam eo loco sic scribitur, *ὁ μέν γε ὑπὸ γνωρίμου καὶ τούτου μεθύοντος ἐναν-*

μέν γε ὑπὸ, usque ad alia *βαδίζειν χορηγοῦντι*, antithesim reperiri, quæ confertim omnium partium fit ad omnes partes, ideoque omnia distinximus virgulis et punctis, ut facilius rudiores illa capere possent. Ita paulo post verbo *ἄξονες* (ut de una fidelia duos parietes dealbem) *ἕως ἐν τῷ ἄξονι εἴρηται* scriptum est, quæ sic intelligenda existimo, usque ad illa verba *ἐν τῷ ἄξονι εἴρηται*, nisi forte legendum sit *ὡς* pro *ἕως*, tunc enim aliud plane contrarium innuere videntur hæc eadem verba, ut illic docebimus. MA.

40, 5. *ἀθρόα*] *Confertim*, nisi quis pro *ἀθρόα* dicere malit, *multa simul*. Dicit autem Harpocr. *σχῆμα λέξεως*, ad differentiam eorum quæ vocantur *σχήματα διανοίας*. In principio illius orationis occurrit locus ille. Ibi enim legitur, *καὶ πολλῶν μὲν ἐνθυμημάτων γέμοντας, οὐκ ὀλίγων δ' ἀντιθέσεων καὶ παρισώσεων, καὶ τῶν ἄλλων ἰδεῶν τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις διαλαμπουσῶν*. videlicet *λόγοις*. Ut autem *ἀντιθέσεων* et *παρισώσεων* ab Isocrate mentio hic fit simul, ita etiam a Dionysio Halicarnasseo ea conjungi videmus, earum usum, et quidem nimium, apud hunc oratorem esse dicentem. Sed *παρισώσεσιν* addit *παρομοιώσεις*. quod si quis utriusque generis antitheseωn ab Harpocratione propositi exempla videri cupit, plura apud Harpocrationem legat. Idem *ἀντίθετον* quoque ab Æschine vocari hoc schema scribit. STEPH.

40, 8. Licet Maussacus dicat omnes bonæ notæ Codices ita habuisse *ὑπὸ φιλέως γνωρίμου ἕως*, in nostro MS. tamen non est vestigium duarum postremarum vocum. Certe ut notavit Valesius, vox *φιλέως* nihili est. Propterea videndum, an non læsus nunc sit ipse Demosthenes. Nam quum is sic constituat antithesin, de illo quidem, *ὁ μέν τοιγε ὑπὸ γνωρίμου καὶ τούτου μεθύοντος*, de se autem, *ἐγὼ δὲ ὑπ' ἐχθροῦ νήφοντος* etc. sane etiam inimicus potest esse *γνώριμος*, ut Demosthenes Midiæ, ut plane ea disconveniant, et antithesin enervent. Harpocration igitur, quantum ex scriptura codicis Medicei patet, videtur legisse in eo quo utebatur Demosthenis exemplari *ὁ μέν τοιγε ὑπὸ φίλου*, quibus Demosthenis verbis addit suum *ἕως*. Hoc certe et ad

τίον ἐξ ἢ ἑπτὰ ἀνθρώπων ἐπλήγη καὶ τούτων γνωρίμων. De Euæone loquitur, qui in convivio a Bœoto quodam percussus fuerat, et iratus ob injuriam acceptam eum interfecerat. Confert ergo sibi illatam injuriam Demosth. *ἐγὼ δὲ ὑπ' ἐχθροῦ νήφοντος, ἕωθεν, ὕβρει οὐκ οἴνῳ τοῦτο ποιοῦντος, ἐναντίον πολλῶν καὶ ξένων καὶ πολιτῶν ὑβριζόμην, καὶ τοῦτ' ἐν ἱερῷ, καὶ οἷ πολλή μοι ἦν ἀνάγκη βαδίζειν χορηγοῦντι*. In quibus esse antithesim notat etiam Ulpianus eo loco. Post *γνωρίμων* omisi hæc, quæ necessaria sunt, *οἱ τὸν μὲν κακιεῖν οἷς ἔπραξε, τὸν δ' ἐπαινέσασθαι, μετὰ ταῦτα ἀνασχόμενον καὶ κατασχόνθ' ἑαυτὸν ἔμελλον, καὶ ταῦτ' εἰς οἰκίαν ἐλθὼν ἐπὶ δεῖπνον, οἷ μηδὲ βαδίζειν ἐξῆν αὐτῷ*. VA.

antithesin absolvendam necessarium est, et ad priscam in MSto lectionem aptissimum. Adde in v. ἐπὶ κόρρης. GR.

40, 11. Quæ hic de Anticyra referuntur, ex Athenæi fontibus repetita sunt, apud quem melius exaratum invenimus Ἀντιφάνης ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, quam esset hoc loco Ἀριστοφάνης, et παρακινοῦσι uno verbo quam separate παρὰ κινοῦσι. Adi ad lib. 13. Dipnosoph. e quo quæcunque de scortis Atheniensibus retulit Harpocration desumpta sunt, et excerpta, ut χρηστομαθείας et laudabilia. Procedente opere hoc a nobis spissius demonstrabitur. MA.

40, 16. Antiphon tribu Rhamnusius, Ῥαμνούσιος enim scribendum, non Ἀμνούσιος, ut vulgo, Sophili filius fuit, et ex eo parœmia, Ῥαμνούσιοι καλοὶ[k] ex emendatione Josephi Scaligeri, in lib. animadv. contra Robert. tit. lib. 4. cap. 25. et Isaaci Casauboni in animadvers. ad Athenæum. Ῥάμνος et Ῥάμνοι καλοὶ antea legebatur in parœmia apud Suidam, forsan non male, quod pace tantorum virorum dictum sit, postquam enim Rhamnusii Antiphontem imitari cœperunt, Ῥάμνοι καλοὶ vocati sunt antea κακοὶ dici debebant, eo quod nihil nisi sterile in patria haberent, et planta ἀκανθώδης, Ῥάμνος dicta, ἐν Ῥαμνοῦντι nasceretur, quæ ab ea nomen accepit. De sapientibus et præstantibus viris vulgo usurpatur parœmia. MA.

40, 16. Ἀπὸ τῆς φυλῆς Ῥαμνούσιος] Equidem noti satis isto nomine duo, uterque Rhamnusius, ut id dubitari nequeat, etsi Gœsiano libro, in quo exprimebatur Ἀμνούσιος, adscriptum esset Ἀγνούσιος, quum et id sit notum in Attica vocabulum tum apud auctores, tum in lapidibus. Sed tamen verius est omissam videri literam priorem Ρ ut soliti fuere nonnulli librarii in scribendo eam differre, ut libro demum absoluto eam interponerent; quæ facile uno loco potuit negligi. Id me moratur, cur dicere maluerit ἀπὸ τῆς φυλῆς Ῥαμνούσιος. Neque enim Ῥαμνοῦς est φυλὴ, sed Δῆμος, et sic dicere oportuerat ἀπὸ τοῦ δήμου. Itaque nescio quid lateat. GR.

40, 18. Ἀντίπατρος Ἰολάου παῖς restituimus. Nam inepte excusi omnes habebant Ἰούλου. deest hæc vox in manu exaratis, quos vidi. Sciendum vero, ne te decipiat Suidæ autoritas, non hunc Antipatrum Alexandri Macedonis successorem, sed Ale-

[k] Ῥαμνούσιοι καλοί] Ὁ Δῆμος Pyrilampis filius, καλὸς dictus Aristoph. in Vespis, Hesychio, aliisque videtur fuisse Rhamnusius. Nam Pyrilampes Antiphontis filius dicitur a Plutarcho lib. de dæmonio Socratis. Est et Pyrilampes Antiphontis pater apud Platonem in Parmenide initio. Plures fuere Antiphontes, ut notavi ad Xenoph. p. 274. VA.

xandrum ipsum decem Demagogos ab Atheniensibus petiisse, ut Idomeneus et Duris existimavere, vel ut alii scriptores probatissimæ fidei, octo tantum: *νικήσας δὲ*, inquit Suidas, *ᾔτει τοὺς δέκα Ῥήτορας, οὓς ἐξέδοσαν Ἀθηναῖοι, Δημοσθένην, Ὑπερίδην, Λυκοῦργον, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Θρασύβουλον, Χάρητα, Χαρίδημον, Διότιμον, Πατροκλέα, Κάσσανδρον.* Cave ne putes decem hos esse rhetores, e quorum orationibus confectum et collectum est dictionarium istud, demagogos debuit potius dicere, ut recte apud Plutarch. in vita Demosthenis, ubi octo tantum numerantur, ex opinione quorundam historicorum, *ὀκτὼ*, inquit, *ὡς οἱ πλεῖστοι, καὶ δοκιμώτατοι τῶν συγγραφέων, τούσδε, Δεμοσθένην, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκοῦργον, Μυροκλέα, Δήμωνα, Καλλισθένην, Χαρίδημον*, vides differentiam. Demosthenes et Lycurgus et Hyperides tantum numerantur inter decem rhetores primos, qui huic dictionario denominationem dedere. Reliqui rhetores quidem, sed non e decem præstantissimis, et ideo demagogos potius vocavit Plutarchus quam rhetores. hæc attigimus in dissertatione Critica. MA. Sed et Antipatri filius fuit Iolaus, avo cognominis, is qui venenum Alexandro propinavit, cum esset regis pincerna *ἀρχιοινοχόος*, ut ait Plutarch. Dio in orat. 64 de fortuna, *τίς γὰρ ἤλπισεν ὅτι τὸν Ἡρακλέα ἀποκτενεῖ χιτὼν καὶ γυνή; ὅτι τὸν Ἀλέξανδρον δοῦλος καὶ κύλιξ;* Male Casaubonus *Ἰόλαος* legit. Recte enim *δοῦλος*, id est, *minister regius*, de Iolao dicitur, cujus nomen taceri majorem *ἔμφασιν* habet, ut *χιτὼν καὶ γυνὴ*, non Deianiram dicit. Sed obiter monemus eo loci gravius subesse mendum: *τίς ἂν ἤλπισεν Ἰνδῶν ἄρξειν ὀρέα, Λυδῶν βασιλεύσειν ποιμένα;* Lege *ἄρξειν κουρέα* ex Helladio Besantin. et Diodoro et Libanio in orat. ad Antioch. VA. An quem Alexander Macedoniæ præfecit Antipatrum intelligit? Ejus certe filius avo forte cognominis, Iolas, Iollas, Iolaus, de quo vid. Freinsh. Ind. Curt. in v. et ad 10, 10, 14. HEMST.

41, 3. *Ἀντρῶνες* pluraliter dicitur, et singulariter *Ἀντρών*. Homerus Il. *β*, 697.

Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα, ἰδὲ Πτελεὸν λεχεποίην.

Urbs Thessaliæ est Antron, de qua Demosthenes in orat. quæ vulgo inscribitur 4. adv. Philippum [p. 133, 26.]: *Ἀντρῶνας ἐπρίατο, καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον τὰ ἐν Ὠρεῷ πράγματα εἰλήφει.* Inepte scholion ad illa *Ἀντρῶνας, πόλις ἦν Εὐβοίας*, legendum *Θεσσαλίας*. Vide Stephani mutilatorem, Strabonem et alios. Hujus civitatis civis *Ἀντρώνιος* dicitur, unde parœmia *Ἀντρώνιος ὄνος*, quæ apud Hesych. restituenda est, *Ἄντρων*, inquit, *πόλις Θεσσαλίας, ἔνθεν*

Ἀντρώνιος ὄνος, male hodie divise legitur Ἀντρώνιος, ὄγκος. Quidam Ἀντρώνιος, alii Ἀνδρώνιος dixere. Suidas Ἀνδρώνιος ὄνος. ἐπὶ τῶν παμμεγέθη καὶ νωθρὰ σώματα ἐχόντων, ἢ διὰ τὸ ἐκεῖσε παμμεγέθεις καὶ νωθροὺς ὄνους γίνεσθαι. Hanc parœmiam attigit Stephanus voce ἄγκων [et Etym. in Ἀντρών. VA.] Vide quæ de hac magnus Casaubonus ad Strabonem. MA.

41, 4. Ἀντωμοσία.] Isæus p. 36. Isocrates de bigis initio. Lysias contra Pancleonem p. 158. Demosth. contra Macartatum initio. VA.

41, 11. δὲ μέγα.] Hodie legitur μέγα δέ. Sed Pindari Scholiastes Græcus et Eustathius eodem quo Harpocratio modo legit, itemque Schol. Comici initio Acharnens. Porro Æschylus ἐπορθιάζειν dixit in Persis ad calcem: ἐπορθίαζε νῦν γόοις. Schol. ἐπεκτεταμένως θρήνει. Ita Æschylus Agamemn. initio, et in Χοηφόροις. κατορθιάζων πολλά. VA.

41, 13. Inscriptio hæc orationis Antiphonteæ mutila et trunca relicta est, quia ubi siluere manuscripti codices, ibi nos hariolari noluimus, certe nullus probus est auctor quod sciam, qui de ea loquutus sit, et quod mirere magis, Harpocration ipse hoc unico tantum loco ejus meminit. Verum non Antiphon solus usus est verbo ἀξιοῖ pro νομίζει, ut hic notat Harpocration, Platon et Lysias ἀξιῶν etiam dixerunt pro νομίζων et ὑπολαμβάνων. Suidas auctor. MA.

41, 15. Erudite illi qui Axiochum inter Platonis dialogos nothos recensuerunt, ejus enim verus et genuinus auctor est Æschines Socraticus, ut testantur hoc loco Harpocration, Diogenes Laertius, Athenæus, et post illos Suidas. MA.

41, 17. Vide quæ notabimus ad vocem Κύρβεις, interim adverte ἄξονας fuisse tabulas ligneas, in quibus leges privatorum inscribebantur, ut Solonis et Draconis, unde Solonis axones apud autores classicos citantur, et ἄξονες simpliciter, ut apud Stephani mutilatorem v. Ἀγνοῦς. Cæterum ut plurimum ἄξονες τετράγωνοι erant, ipso Polemone ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, ut refert Harpocration, teste, unde discrimen hoc unum est quod grammatici constituerunt inter ἄξονες et Κύρβεις, quod ἄξονες τετράγωνοι essent, Κύρβεις τρίγωνοι, quod tamen levissimum videri debet, vel ex eo quod certum sit ἄξονας aliquando τριγώνους fuisse. Harpocrat. ποιοῦσι δ' ἐνίοτε φαντασίαν τρίγωνον, ὅταν ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας. Discrimen aliud, quod Ammonius Grammaticus affert, mihi probabilius videtur, vult enim ἐν ἄξοσι privatorum leges fuisse descriptas, Κύρβεις vero continuisse δη-

μοσίας ἱεροποιΐας, et alia ejusmodi. Aliud addere possemus nos ex verbis Polemonis[1] et Aristotelis, hic enim *Κύρβεις* erectos fuisse *ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλείᾳ*, ille vero *ἄξονας ἐν πρυτανείῳ γεγραμμένους*, in hoc autoris nostri Lexico testatur apertissime. Plura dicemus voce *Κύρβεις*. MA. Etymol. *ἄξονες ξύλα ἦν τετράγωνα ἀπὸ τοῦ ἐδάφους μέχρι τοῦ ὀρόφου διήκοντα, καὶ διά τινος περόνης στρεφόμενα, ἐφ' ὧν οἱ Σόλωνος νόμοι ἐπεγράφοντο τοῖς τῶν ἁμαξῶν ἄξοσιν ὁμοίως κώδιξι στρεφόμενοι.* At *κύρβεις* sunt, quos *libros sacrorum* vocat Varro lib. 4 de ling. Lat. *Athenis in libris sacrorum scriptum est κάπρῳ καὶ πόρκῳ.* Vide orat. Lysiæ contra Nicomachum scribam, et quæ ibi notavi. VA.

42, 1. *ἕως ἐν τῷ ἄξονι*] *γρ. ὡς ἐν τῷ ἄξ.* Sic enim legitur apud Demosth. VA.

42, 3. *Γεγραμμένοι. καὶ ἅπαντα.*] *γεγραμμένοι κατὰ πάντα.* VA.

42, 4. *Ὅταν ἐπὶ τὸ στενὸν κλιθῶσι τῆς γωνίας*] MS. Mediceus habet *τεθῶσι*. Quod vel rectum est, vel ex eo vulgatum *κλιθῶσι* debet intelligi, nempe quum in acutam anguli partem axones sunt positi, versi et commoti: nam *κινεῖσθαι καὶ μεταστρέφεσθαι*

[1] Polemonis] *Ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην*, i. *adversus Eratosthenem.* Hic Polemon libros scripserat adversus plurimos autores, ut ex Athenæo et Suida discimus, *πρὸς Τίμαιον*, qui liber laudatur a Schol. Soph. in Œdip. Colon. v. 100. idem *πρὸς Ἐρατοσθ.* scripserat. Unde corrigendus est idem schol. v. 489. *Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένην.* Lege *πρός*. Hic Polemo Eratosthenem in suis libris passim lacerabat, quanquam non ita *εὐκαταπρόχαστος* est Eratosthenes, ut Polemo vult, qui eum ne Athenas quidem venisse asserebat teste Strabone lib. 1. Intelligit autem Strabo libros Polemonis *περὶ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρατοσθένους ἐπιδημίας*, qui laudantur ab interprete Aristoph. in Avibus initio. Ex hoc maledicendi et reprehendendi morbo *στηλοκόπος* dictus esse Polemo mihi videtur, quod omnes scriptores proscriberet, *ἐστηλίτευε*. Certe hæc ratio probabilior est quam ea, quæ a Casaubono affertur in notis ad Athenæum, quod scilicet Polemo studiosus erat in colligendis publicis monumentis et inscriptionibus, quæ erant in acropoli. Is Polemo Eratosth. reprehenderat, quod *κύρβεις τριγώνους* esse dixerat, *ἄξονας τετραγώνους*. Suidas in *κύρβεις*. *Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι, Ἀριστοφάνης δὲ ὁμοίας εἶναί φησι τοῖς ἄξοσι, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις οὐσίας* (leg. *θυσίας*. sic et supra emendo) *εἶχον. ἀμφοτέρων δὲ τὸ κατασκεύασμα τοιοῦτον. πλινθίων τι μέγα ἀνδρόμηκες ἡρμοσμένα ἔχον τετράγωνα ξύλα τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα καὶ γραμμάτων πλήρεις, ἑκατέρωθεν δὲ κνώδοντας, ὥστε κινεῖσθαι καὶ μεταστρέφεσθαι ὑπὸ τῶν ἀναγινωσκόντων.* Quibus verbis lucem accipiunt illa Polemonis: *ποιοῦσι δὲ φαντασίαν τρίγωνον.* Plutarchus Solone: *ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε, καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησί, κύρβεις* etc. *ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ καὶ θυσίαι περιέχονται, κύρβεις, ἄξονας δὲ τοὺς ἄλλους.* Errat Maussacus, non enim dicit Polemo *τοὺς ἄξονας* in prytaneo propositos, sed sua ætate quasdam axonum reliquias ibi asservari, ut Plutarchus. Certum enim est olim in porticu propositas. Isocrates in Areopagit. p. 292. Pausanias p. 12 cum Plutarcho sentit. VA.

alii de illis dixerunt, ut patet ex Valesianis. Certe enim, quum unus angulorum obversus esset conspectui adstantis, tres anguli apparebant, quartus ab postica latebat. Sed neque taceri debet, glossam ipsam in MS. non concipi Ἄξονες, sed Ἄξονι, ut est etiam in editione Aldina, quod ego temere mutatum opinor, quum ex verbis Demosthenis, quæ citat auctor, appareat, quo respexerit in hoc dativo. GR.

42, 8. ἀπαγωγὴ species actionis erat olim Athenis, quæ ἀπὸ τοῦ ἀπάγειν vocata fuit. Improbos autem et gallo animo homines nequam ἀπάγεσθαι solitos πρὸς τοὺς Ἕνδεκα certissimum est, unde apud Demosth. in orat. contra Cononem[m] ἄπαγε idem est quod ἀπαγωγῇ χρῶ, id est utere illa actione, quæ deductio[n], ἀπαγωγὴ vocabatur. Nos Galli diceremus, *prise de corps*. Ulpianus in enarrat. ad orat. contra Androtionem ἄπαγε, inquit, ἀντὶ τοῦ ἀπαγωγῇ χρῶ. ἀπαγωγὴ δέ ἐστιν ἡ τῶν κακούργων πρὸς τοὺς Ἕνδεκα παράδοσις. At in enarrat. ad orat. contra Timocratem nominatim ἀπαγωγὴν in fures competiisse testatur, cum dicit, ἡ ἔνδειξις μὲν δίκη ἐστὶν κατὰ τῶν ἀτίμων, ἡ δὲ ἀπαγωγὴ ἐπὶ τῶν κλεπτῶν. Pollux de hac actione longe alia refert lib. 8. cap. 6. et quia ejus verba relatu dignissima sunt, in gratiam studiosorum adolescentum ea afferemus, et simul interpretabimur. Ait ille, ἡ δὲ ἀπαγωγὴ, ὅταν τὶς ὃν ἔστιν ἐνδείξασθαι μὴ παρόντα, τοῦτον παρόντα ἐπ' αὐτοφώρῳ λαβὼν ἀπάγῃ. ὁ δὲ κίνδυνος ἐν χιλίαις, μάλιστα δὲ τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ ἐνεδείκνυσαν, ἢ τοὺς κατιόντας ὅποι μὴ ἔξεστιν, ἢ τοὺς ἀνδροφόνους. Discrimen ἐνδείξεως et ἀπαγωγῆς illud est, quod in ἐνδείξει qui præsens non est reveletur, demonstretur: in ἀπαγωγῇ præsens et qui in crimine flagranti deprehensus est, deducatur πρὸς τοὺς Ἕνδεκα. Porro ultima hæc Pollucis verba ita sunt explicanda: *Ærarii debitores maxime revelabant, aut eos qui eo se conferebant quo non licebat ire, aut homicidas.* Omnes ἀτίμους e contra Ulpianus hac actione potuisse conveniri supra nos docuit, solos vero fures ἀπαγωγῇ. MA. Ἔνδειξις μὲν ὄνομά ἐστι δίκης κατὰ τῶν ὀφειλόντων τῇ πόλει, πολιτεύεσθαι δὲ διεγχειρούντων ait. Ulpianus in Androt. [ad p. 603, 17.]: λέγεται δὲ ἔνδειξις καὶ κατὰ τῶν ἀνδροφόνων, ὅταν κατίωσιν ὅπου μὴ ἔξεστι, ὥς φησι ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, καὶ τοὺς φεύγοντας ἐνδεικνύντων. Γίνεται ἔνδειξις καὶ κατὰ προδοτῶν, τοῦτο δὲ εἴρηται ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Φιλιππ. ἐνιαυτῷ δὲ πρότερον τῆς ἁλώσεως ἐνέδειξε *indicavit* τὸν Φιλιστίδην. Suidas: ἀπαγωγὴ μήνυσις ἔγγραφος διδομένη τῷ ἄρχοντι

[m] Demosth. in orat. contra Cononem] Et contra Androtionem sæpius. VA.

[n] Deductio] Abductio. VA.

περὶ τοῦ δεῖν ἀπαχθῆναι τὸν δεῖνα. De ἐνδείξεως actione optime Suidas, ἔνδειξις ἐάν τις ἄτιμος ὢν ἢ ὀφληκὼς τῷ δημοσίῳ καὶ μὴ ἐκτετικὼς ἄρχειν ἢ δικάζειν ἐπιχειροίη, τοῦτον ἐνδείκνυσιν ὁ βουλόμενος τῶν πολιτῶν, ὁμοίως καὶ τὸν ἀντιποιούμενον πράξεων ἢ τόπων ἀπηγορευμένων τοῖς τόποις, οἷον τὸν ἡταιρηκότα τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ. ἔτι τὸν κακῶς λέγοντα τοὺς τετελευτηκότας ἀδίκως. ἔπειτα τοῖς ἁλοῦσι τούτων τινὸς τιμῶσιν οἱ δικασταὶ, τί χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι. VA.

42, 15. ἀπαριθμῶν] *Explens numerum.* Videndum an significatio hæc satis isti loco conveniat, p. 87. ἀναγινώσκῃ δέ τις αὐτὸν ἀπιθάνως, καὶ μηδὲν ἦθος ἐνσημαινόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπαριθμῶν. STEPH.

42, 18. De festo quod Athenis antiquitus Ἀπατούρια dicebant ejusque origine plura legere est apud veteres, eosque graves et emunctæ naris auctores. Conon narrat. 39. apud Phot. Polyænus lib. 1. Stratag. Frontinus lib. 2. cap. 5. vetus comici enarrator, Suidas, et Etymologus, quos omnes diligenter consules, ne quid hic cogamur repetere. Notandum vero omnes ferme in stratagemate Melanthii adversus Xanthum convenire: in loco de cujus possessione pugnabant Athenienses adversus Bœotos dissentire. Conon περὶ Οἰνόης habet, Harpocration ὑπὲρ τῆς Μελανίας χώρας ante restitutionem nostram. [Etymolog. in κουρεῶτις, περὶ τῆς Οἰνόης καὶ Μελαίνης habet. Mirum autem est Pausaniam in Bœoticis c. 5, ubi originem illius Xanthi refert, ab Andropompo occisum esse dicere. Fuit vero Andropompus Melanthi pater, ut idem in Atticis scribit. Fallitur autem Maussacus, qui Κελαινῶν correxit, cum Μελαινῶν legi debeat ex Etymologo et Polyæno. Stephanus, Μελαινεῖς δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Καλλίμαχος δὲ Μελαινάς φησι τὸν δῆμον κεκλῆσθαι. ὁ δημότης Μελαινεύς. τὰ τοπικὰ ἐκ Μελαινῶν. VA.] Suidas melius et emendatius περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις, ex quo loco restituendus est insignis alter apud Polyænum loco indicato, Ἀθηναίων, inquit, στρατηγὸς ἦν Μελάνθιος, Βοιωτῶν Ξάνθος· ἐπολέμουν Κελαινῶν πέρι. Κελαιναὶ χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας. ὁ θεὸς ἔχρησε τῷ Ξάνθῳ,

Ξάνθον ἀπατήσας Μελάνθιος ἔσχε Κελαινάς.

Ita emendavit divini vir ingenii Isaacus Casaubonus. nos manifestum in auctore nostro errorem sustinere non potuimus nec pati, quare audacter restituimus, ὑπὲρ τῆς τῶν Κελαινῶν χώρας pro Μελανίας. MA. In historia ab Polyæno relata nota est tabes versiculi ab oraculo editi, notus labor eruditorum in eo

instaurando; et nos quoque conati sumus. Sed nec *μελάγχροος*, nec *μελασφόρος* satis omnia reconciliant, nec ad id quod in MSS. est *μέλας φόνον*, ex justo conveniunt. Itaque sæpe id revolventi videtur ambiguitas oraculi in eo constitisse, quod in nominibus essent habituri alter flavedinem, alter nigrum, atque ita MSStis monstrantibus tandem ad verum veni, *Ξάνθον ἀπατήων ὁ μέλας ὄνομ' ἔσχε Μελαίνας*. Etiam MS. egregie habebat *τῆς Μελαινίας χώρας Μέλανθος*, non *τῆς τῶν Κελαινῶν χώρας Μελάνθιος*. GR. Historiam hanc intelligit Nonnus lib. 27 Dionys. v. 301, ubi Juppiter Palladem hortatur, ut Baccho favere adversus Indos velit:

> *Αἰγίδα σεῖο τίνασσε προασπίζουσα Λυαίου*
> *Σεῖο κασιγνήτου μελαναιγίδος, ὃς σέο πάτρην*
> *Ῥύσεται ἐξελάσας Βοιώτιον ἡγεμονῆα,*
> *Καὶ μέλος ἀείσει ζωάγριον ἀστὸς Ἐλευθοῦς*
> *Πιστὸν ἀνευάζων Ἀπατούριον υἷα Θυώνης.*

Vide sis Castellanum de festis Græcorum. VA.

43, 5. *Κελαινῶν.*] *Μελαινῶν.* VA.

44, 3. ἈΠΕΣΧΟΙΝΙΣΜΈΝΟΣ] *Ἀπεσχοινισμένος πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις, γνώσεσι τριῶν δικαστηρίων* (sic in ea contra Timocratem versus finem) *τῇ γραφῇ θεσμοθετῶν, ἑτέρᾳ πρακτόρων, τῇ τῆς βουλεύσεως, ἣν αὐτὸς διώκεις γραφῇ καὶ μονονοὺχ ἀλύσει σιδηρᾷ δεδεμένος.* Etymol. *ἀπεσχοινισμένος, διεστὼς, διεζευγμένος.* Utitur Philo in libro, quod deterior meliori insidiari solet. *Πότε δὲ τοὺς ἀσεβεῖς κακοδαιμονίζομεν, οὐχ ὅταν εὐσέβεια τῶν ἰδίων ὀργίων ἀποσχοινίσῃ.* VA.

44, 3. Plinius in epistola Critica et apologetica ad Lupercum hæc ex Demosthene refert inter orationis *ὑψώματα*. *Ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις γνώσεσι τριῶν δικαστηρίων.* Harpocration *ἀπεσχοινισμένος* illud interpretatur per *ἀποκεκλεισμένος*, sed male legebatur ante *ἀποκεκλημένος*. Reliqua ex parte in orat. adversus Aristogitonem prima leguntur. MA.

44, 6. *ἀπηλοημένος* scripsimus, ut optime excusi omnes Demosthenis Codices habent, *μετὰ δὲ ταῦτα ἠρόμην, ὅπου ὁ σῖτος εἴη ὁ ἀπηλοημένος.* Frumentum convectum ex area post trituram *ἀπηλοημένος σῖτος* vocatur, nos Galli dicimus *le bled qui n'est plus en gerbe.* Hoc indicant glossematica Harpocrationis verba, *ὁ ἀπὸ τῆς ἅλω συγκεκομισμένος μετὰ τὸ ἀλοηθῆναι, ὅ ἐστι πατηθῆναι.* MA. Sisenna hist. lib. 3 apud Nonium in Adesum: *Iisdem temporibus Aesernini duplici fossa valloque circundati, frumento adeso, quod ex areis in oppidum portatum est.* *Ἀλοᾶν* igitur est *in area frumentum triturare,* quod fiebat silicibus olim apud Græcos et Rom.

unde poëta: *et torrere parant flammis et frangere saxo:* et ab Æschine περὶ παραπρεσβείας p. 46. αὐτῶν τοὺς ὁμήρους λαβόντες Φωκεῖς κατηλόησαν, id est, *obtriverunt.* Plutarchus in libello de fortibus mulierum gestis, a Thessalis id factum in obsidibus Phocensium scribit. male Volfius vertit, *occiderunt,* quasi ab ἀλοιᾷν, non ab ἀλοᾷν. Vide Xenoph. Œconom. in fine p. 503. Augustinus de gestis Pelagii: *cum videamus exempli gratia et sine tribulis areas triturari, quamvis adjuvent si adsint.* Suidas in ἀτιμώρητος ex Æliano refert, οὐ μὴν ἀτιμωρήτους ἐγένετο μεῖναι τοὺς παῖδας τοὺς ἀλοηθέντας, ἑτεραλκὴς γὰρ ἡ νίκη γενομένη τῶν πλησίον ἦν. Ad illam quam dixi historiam alludit Zonaras tomo 2 de Pyrrhi elefantis: καὶ τοῖς ποσὶ δὲ οὐ μείους κατηλόων συμπατουμένους. VA.

44, 10. Vera sedes verbi ἀπίλλειν hæc est [post ἀπήχεια] quod, ut opinor, vulgaria Lexica inepte interpretantur per ἀποκλαίειν, id est deflere, imo ut optime habet Harpocration ἀποκλείειν significat, quod est occludere. Pertinet ad antiquas Atticæ leges hoc verbum, ut videre licet ex Lysia in oratione contra Theomnestum, si tamen illa legitima sit, ὅστις δὲ ἀπίλλῃ τῇ θύρᾳ. MA. Imo recte Aldus in editione sua hoc verbum posuerat ante vocem ἀπειπεῖν, nec loco movere debuerat Maussacus, sed potius ἀπείλλειν emendare: est enim verbum compositum ἀπὸ τοῦ εἵλλειν. Vide Suidam in Εἵλλω. VA.

45, 1. Ἁπλᾶς Galli vocant *des escarpins, ou des souliers à simple semelle.* Ita ut optime Callistratus ille qui hoc loco laudatur ab Harpocrat., τὰ μονόπελμα τῶν ὑποδημάτων dixerit esse τὰς ἁπλᾶς. Ἁπλαῖ species calceamenti Laconici sic dicti ἀπὸ τοῦ ἁπλῶς καὶ οὐ τετεχνημένως γεγενῆσθαι. Lacones enim in calceamentis et omnibus ornamentis ἁπλοῖ καὶ οὐ περίεργοι. Demosthenes in orat. adversus Cononem hac voce usus est: οἱ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ Λακωνίζειν φασὶ, καὶ τρίβωνας ἔχουσι καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. Strattis comicus in fabula cujus epigraphe Λημνομέδα, ὑποδήματα σεαυτῷ πρίασθαι τῶν ἁπλῶν. sic omnibus suis numeris hunc versum absolvimus. quidam autem manu exarati pro πρίασθαι, περιθέσθαι habebant. MA.

45, 13. λέγουσι δὲ καὶ ἈΠΙΣΤΙ'ΑΝ τὴν ἀπείθειαν] Ita quidem Harpocration: sed exemplaria ut nec in istis duobus nominibus, nec in illis duobus verbis sibi assentiri sciendum est.

Interim autem observa hic vocare epistolam ad Philippum, non autem orationem: quum alioqui dicat alibi passim Ἰσοκράτης Φιλίππῳ. STEPH.

45, 4. Equestre hoc certamen, quo soli Athenienses et Bœoti

utebantur, eleganter describit Etymologici, quod Magnum vocant, auctor. Tu illum vide et adverte ad ea quæ dicemus voce *αὐτολήκυθοι*. MA. Etymol. *ἀποβατικὸς, ἀγῶνος ὄνομα, ἐν ᾧ οἱ ἔμπειροι τοῦ ἐλαύνειν ἅρματα ἅμα θεόντων τῶν ἵππων ἀπέβαινον διὰ τοῦ τροχοῦ ἐπὶ τὸν δίφρον, καὶ πάλιν κατέβαινον ἀπταίστως, καὶ ἦν τὸ ἀγώνισμα πεζοῦ ἅμα καὶ ἱππέων. καλεῖται δὲ ἀποβατικὸς ἡνίοχος ὁ εἰς τοῦτο δηλονότι τὸ ἀγώνισμα ἐπιτήδειος.* Lege omnino *ἀνέβαινον*. Sed et Dionysius lib. 7 in fine, ubi ludos Circenses, qui magni dicuntur, fuse describit: post pompam, inquit, certamina inchoabant. Primus locus erat quadrigis, bigis, et singulari equo, ut olim fiebat in Olympico agone, suoque etiam tempore factum ait Dionysius. Addit deinde duo veterum Græcorum instituta adhuc a Romanis observari studiose, alterum ex illis sunt trigæ, quarum usus desitus est in Græcia: heroicis vero temporibus usitatissimæ fuere, iisque Græcos in prœliis utentes Homerus inducit, *δυσὶ γὰρ ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρείπετο σειραῖος, ὃν ἀπὸ τοῦ παρῃωρῆσθαι καὶ συνεζεῦχθαι* (lego *μὴ συνεζεῦχθαι*) *παρήωρον ἐκάλουν οἱ παλαιοί.* Alterum ex illis institutis est vectorum, qui *παραβάται* vulgo, *ἀποβάται* ab Athen. dicuntur, *ἕτερον δὲ παρ' ὀλίγαις ἔτι φυλαττόμενον πόλεσιν Ἑλληνίσιν ἐν ἱερουργίαις τισὶν ἀρχαϊκαῖς ὁ τῶν παρεμβεβηκότων τοῖς ἅρμασι δρόμος. ὅταν γὰρ τέλος αἱ τῶν ἱππέων* (alii *ἵππων*) *ἅμιλλαι λάβωνται, ἀποπηδῶντες ἀπὸ τῶν ἁρμάτων οἱ παροχούμενοι τοῖς ἡνιόχοις, οὓς οἱ ποιηταὶ μὲν παραβάτας, Ἀθηναῖοι δὲ ἀποβάτας καλοῦσι, τὸν σταδιαῖον ἁμιλλῶνται δρόμον αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους.* Cum hoc insigni loco comparandus est locus Livii 44, 9. *Mos erat tum nondum hac effusione circi inducta bestiis omnium gentium circum complendi, varia spectaculorum conquirere genera, nec semel quadrigis, semel desultore misso, vix unius horæ tempus utrumque circulum complebat. Desultor* ad verbum est qui *ἀποβάτης* Dionysio, sed *desultor* apud Rom. dupliciter sumitur, tam pro *ἀποβάτης*, de quo diximus, quam pro *μεταβάτης*, qui scilicet binos aut ternos aut quaternos equos transilit. Ut Florus de Teutobocho. Isidorus lib. 18 de Circo: *Desultores nominati, quod olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat et currebat:* is est *ἀποβάτης*. *Sive quod de equo in equum transiliebat:* is est *μεταβάτης*: de quibus Livii locus intelligi potest. Hyginus: *unde et Romani institutum servant, cum desultorem mittunt* (vide Cassiod. lib. 3. ep. 51) *unus duos equos habet et pileum in capite, de equo in equum transilit, quod ille* (Pollux) *sua et fratris vice fungatur.* Vetus epigramma: *Castoribus simpli rite dicantur equi.* Simpli equi sunt

desultorii (seu singulares) Græcis κέλητες, Latinis etiam *sellarii*, teste Suida. Vide Harpocr. in ἄμιππος. Singulatores tamen seu singulares equites differunt a desultoribus. Glossæ: *singulator* κέλης, et ita apud Dionysium, hic, et Isidorum loco cit. distinguuntur. κέλητες tamen, cum de equis dicitur, tam de desultoriis quam de singularibus dicitur. Sed et de desultore κελητίζειν dixit Homerus Ἰλ. ο, 679. et ibi Eustathius. Aliud sunt ἀναβάται, quorum meminit Pausanias Eliac. 1, c. 5, ubi τὸν κάλπης δρόμον explanat. Plutarchus in Phocione: Φωκίων δὲ τῷ υἱῷ βουλομένῳ ἀγωνίσασθαι Παναθηναίοις, ἀποβάτην, ἐφῆκεν etc. VA.

45, 4. ἀποβατικοὶ τροχοὶ] Omnino vid. Eratosth. Cat. c. 13. Suid. in v. et Hesych. in καταβάτης. Observa locum Plutarchi vol. 1. p. 750 D. Dion. Hal. Ant. Rom. 7. p. 462, 10. HEMST.

45, 10. Βοιωτοί] Φιλαρμάτους Θήβας Euripides Hercule Fur. Pindarus in oda Pythica in Hieronem: ὅπλα δ' ἀπ' Ἄργεος, ἅρμα Θηβαίων ἀπὸ γᾶς ἀγλαοκάρπου, Σικελίας δ' ὄχημα. Critias in Epigramm. Θήβη δ' ἁρματόεντα δίφρον συνεπήξατο πρώτη, apud Athenæum lib. 1. cap. 22. Apollodorus 3, 5, de Laio Thebano, Χρύσιππον ἁρματοδραμεῖν διδάσκων. VA.

45, 11. ἈΠΟΓΡΑΦΗ] Sic ἀπογράφειν usurpat Demosthenes κατ' Εὐέργου. καὶ παρὼν μὲν πρὸς τῷ δικαστηρίῳ, ὅτε εἰσήγετο, οὐδαμοῦ ἠντιδίκησεν οὐδὲ ἀπεγράψατο διαδικασίαν πρὸς οὐδένα. Et mox: ὅτε δ' ἔζη Δημοχάρης, οὐκ ἀπεγράψατο διαδικασίαν πρὸς αὐτὸν ὁ Θεόφημος. Tamen melius est simpliciter accipere. Sic in σύνδικοι. Porro διαδικασία δέ ἐστιν ὄνομα δίκης περὶ χρημάτων ἢ περὶ κτημάτων. Ulpianus in Timocrateam. Hinc tot orationes Dinarchi διαδικασία τοῦ πρὸς τὸν inscribuntur. Demosthenis πρὸς Μακάρτατον διαδικασία. VA.

45, 15. Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος] τίνος οὖν ἕνεκα ἀφεὶς τὸ τὰ χωρία δημεύειν καὶ τὰς οἰκίας καὶ ταῦτ' ἀπογράφειν, ἔδεις καὶ ὕβριζες πολίτας ἀνθρώπους. i. *describere*, non *proscribere*, ut Volfius vertit. Cyprianus epist. 65, *Cæsariani quicunque prius confessi fuerant vel nunc confessi fuerint, confiscentur, et vincti in Cæsarianas possessiones et descripti mittantur.* Paulus lib. 5. sent. tit. 12. *quoties sine auctoritate judicati officiales alicujus bona occupant vel describunt, vel sub observatione esse faciunt.* Sic ἀπογράφειν usurpat Lysias κατ' Ἐρατοσθένους initio. Porro notandum est has descriptiones bonorum, quæ publicabantur, recitari consuesse pro populo in ea concione, quæ κυρία dicebatur, ut docet Pollux 8, 95. VA.

46, 4. De Magistratibus qui apud Athenienses Ἀποδέκται,

erudite Suidas, et post illum Etymologus. At nemo, ut puto, notavit præter Harpocrationem in locum Colacretarum a Clisthene subrogatos fuisse Ἀποδέκτας, ex Androtione in secundo histor. Atticæ. Quod tamen spernendum non erat, de Colacretis consule adhuc enarratorem Comici ad Vespas. Androtion de eisdem, τοῖς δὲ ἰοῦσι Πυθῶδε θεωροῖς τοὺς Κωλακρέτας διδόναι ἐκ τῶν ναυκληρικῶν ἐφόδιον ἀργύρια, καὶ εἰς ἄλλο ὅ τι ἂν δέῃ ἀναλῶσαι. Videntur autem dicti ἀπὸ τῶν κωλῶν°, ea enim quæ in sacris victimis reliqua erant, ut pelles et κωλαὶ, Colacretæ accipiebant, tanquam ἱερεῖς ex lege. MA. Contra est Pollux 8, 97, cui consentit Schol. Comici in Vesp. 693. κωλακρέτης δὲ καλεῖται ὁ κατέχων τὰ χρήματα τῆς πόλεως, ὁ ταμίας τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀναλωμάτων. νόμος δὲ ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τοὺς ἱερέας λαμβάνειν, οἷον δέρματά εἰσι καὶ κωλαί. Ubi vides originem τῶν κωλακρετῶν ac derivationem nominis dari. Sane Colacretes dispensatores fuisse δικαστικοῦ μισθοῦ docet Aristoph. v. 723. in illo versu, πλὴν κωλακρέτου γάλα πίνειν, i. τριώβολον δικαστικόν. et in Avibus 1540. τὴν λοιδορίαν, τὸν κωλακρέτην, τὰ τριώβολα. Ubi Schol. τὸν ταμίαν τῶν πολιτικῶν χρημάτων. Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς τούτους ταμίας εἶναί φησι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. (Sic Hesychius,) οὐ μόνον δὲ τούτου τὴν ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο, ὥς φησι, ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα διὰ τούτων ἀνηλίσκετο, ὡς Ἀνδροτίων γράφει οὕτως. τοῖς δὲ ἰοῦσι etc. ut supra Maussacus retulit hac pagina, quibus adde: ταμίαι δὲ ἦσαν καὶ προεστῶτες τῆς δημοσίας σιτήσεως. Quæ tamen ultima non puto esse Androtionis. Suidas, ἀποδέκται. ἄρχοντες κληρωτοὶ δέκα τὸν ἀριθμὸν κατὰ φυλὴν, οἵτινες παρελάμβανον καὶ ἀπεδέχοντο (hinc nomen) τὰ γραμματεῖα τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. εἶτα ἐζήτουν τὰ ὀφειλόμενα, καὶ τὰ ἀποδιδόμενα χρήματα σὺν τῇ βουλῇ ἐμέριζον, εἰς ἃ χρὴ ἀναλίσκειν, καὶ γενομένης τῆς καταβολῆς τῶν ὀφειλομένων χρημάτων ἀπήλειφον τὰ γραμματεῖα δημόσια, quæ apud Etymol. quoque leguntur. VA.

46, 12. ’ΑΠΟΔΙΔΟ΄ΜΕΝΟΙ] Sic usurpat Demosth. πρὸς Καλλικλέα in fine, κἂν μὲν ἐγὼ τῶν χωρίων ἀποστῶ, τούτοις ἀποδόμενος ἢ πρὸς ἕτερα χωρία ἀλλαξάμενος. VA.

° ἀπὸ τῶν κωλῶν] Ea est sententia Florentis Christiani in notis ad Aristoph. Vespas, ex quo Maussacus hæc ad verbum transcripsit tacito autoris nomine. Sunt autem hæc verissima. Nam et Aristoph. in Pluto 1186. οὐκοῦν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις. Scholiastes notat: τὸ δέρμα καὶ τὰς κωλᾶς, ἐπειδὴ νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν. ἄλλως. τὰ ἔθιμα τῶν παρεχομένων τοῖς ἱερεῦσι δέρματα καὶ κῶλα. Etymolog. κωλακρέται οἱ τῶν ἀργυρίων ταμίαι, οἱ τὸ τριηραρχεῖν ἔταττον. VA.

46, 17. 'ΑΠΟΙΚΟΔΟΜΕΙ͂Ν] Hierocles apud Stob. p. 229, 36. ubi quam rejecit Needhamus Gesneri emendationem probo. Idem vitium e Theoctisto sustulit Gesn. p. 622, 28. HEMST. Vid. schol. et interpretes ad Thucyd. 1, 134. ubi eodem modo verba ἀποικοδομεῖν et ἀπολαμβάνειν conjuncta videas: cf. Themist. p. 62 A. et quæ infra ad κατῳκοδόμησεν notantur. GEEL.

46, 19. Δημοσθένης κατὰ 'Αριστοκράτους] In fine, ubi περὶ τῶν ῥητόρων τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν loquitur, οἳ τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποίηνται τῆς αὐτῶν αἰσχροκερδίας, ὥστε τὰς τιμὰς καὶ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες, οὕτω πωλοῦσιν ἐπευωνίζοντες, civitatem nempe et alios honores. Eupolis ταξιάρχαις· Οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν ἀποκηρύξει τις, ἐὰν ἀλφάνῃ. Suidas in ἀλφάνει. Dio orat. 65 de Gloria: Καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς κηρυττομένους ἀθλίους ἅπαντας νομίζουσι, τοὺς δ' ἐν τῷ θεάτρῳ μακαρίους. καὶ τούτους μὲν κηρύττεσθαί φασιν, ἐκείνους δ' ἀποκηρύττεσθαι, δηλονότι παρὰ μίαν συλλαβὴν γινομένης τῆς διαφορᾶς. VA.

46, 22. 'Απόκρισις] Demosthenes contra Aphobum 3. ἀποκρίσει δ' ἐπισκηψάμενος ἐνόμιζεν etc. initio, quem locum Volfius asterisco notat. VA.

47, 4. Λυσίας κατὰ Ποσιδίππου] In initio item orationis περὶ τραύματος ἐκ προνοίας, quæ est ἀπαράσημος et forte κατὰ Ποσειδίππου inscribenda est. Suidas in διαλαχεῖν. VA.

47, 6. 'ΑΠΟΛΕΛΟΙΠΟ'ΤΕΣ] Latini eadem metaphora utentes, non simpliciter dicunt Relinquere, id est ἀπολείπειν, sed A tergo relinquere. Quum autem valde usitata sit hæc metaphora in voce passiva ἀπολείπεσθαι, (unde et ἀπελείφθη habes in Panegyr. p. 49. pro Victa fuit: vel inferior fuit, aut Postremas tulit: habes ἀπολειφθέντες dictum itidem in Panath. p. 266) contra rara est in activa ἀπολείπειν. Ideoque non mirum est si Harpocration dignam judicavit quam annotaret. STEPH.

47, 7. 'Ισοκράτης παναθηναϊκῷ καὶ πανηγυρικῷ] Et in Euagora p. 405. et alibi sæpe. VA.

47, 9. 'ΑΠΟ'ΛΗΞΙΣ] Demosth. κατὰ Στεφάνου. τῷ μὲν υἱεῖ τῷ τούτου ('Αριστολόχου) πολλῶν στραγμάτων ὄντων οὐ παρέστη πώποτε, οὐδ' ἐβοήθησεν, ἀλλ' 'Απόληξις καὶ Σόλων καὶ πάντες ἄνθρωποι μᾶλλον βοηθοῦσι. Hic est Solon, cujus meminit Demosth. in sequenti oratione, ut legere memini. 'Απόληξις etiam nomen est mulieris apud Demosth. πρὸς Μακάρτατον. VA.

47, 9. Nolui mutare veterem lectionem, licet aperte reclamarent manu exarati, maxime is quo usi sumus beneficio Feder.

Morelli. *εἷς τῶν ν̄ συγγραφέων* in omnibus exaratum inveni, quasi quinquaginta olim *συγγραφεῖς* Athenis fuerint. Quidam vir eruditionis summæ cum non videret vim particulæ *νῦν*, *τότε* hic reponere tentavit, ut aliquam huic loco medicinam ferret, licet integro et sano. sed quod ejus pace dictum velim, *νῦν* retinendum est ut infra voce *συγγραφεῖς*, quam lectionem ipse Suidas et Etymologus etiam agnoscunt. Νῦν, ut docuerat Heraclides[p] *ἐν πρώτῃ περὶ καθολικῆς προσῳδίας*, tria tempore significare potest, præsens, præteritum, et futurum. Unde hæc nascitur differentia inter *νυνὶ* et *νῦν*, quod *νῦν* tribus temporibus accommodari possit, *νυνὶ* vero præsenti tantum. Non male igitur scriptum est *εἷς τῶν νῦν συγγραφέων*, unus enim *συγγραφέων* qui tunc temporis erant, Apolexis, recte et comodum verti potest: quod huc usque ignoratum fuit. Cæterum de hoc Apolexi, ut conjicio, loquutus erat Antiphon in oratione *περὶ μεταστάσεως*, quod testari videtur Harpocration voce *στασιώτης*. MA.

48, 1. *Δημοσθένης*] Verba Demosthenis ad quæ hoc loco commentatur Harpocration, exstant in orat. de Corona, et ita habent, *τὴν μὲν νύκτα νεβρίζων καὶ κρατηρίζων, καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους, καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις, καὶ ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ κελεύων λέγειν ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.* Utrum autem melius illi qui simpliciter *ἀπομάττων* illud per *ἀποψῶν καὶ λυμαινόμενος*[q] explicarunt, quam alii qui majori diligentia idem *ἀπομάττων* existimarunt significare *περιπλάττων τὸν πηλὸν, καὶ τὰ πίτυρα τοῖς τελουμένοις*, in lectionibus nostris accuratius inquirimus, et de more abstergendi luto furfuribusque rerum figuras imitandi, multa non pœnitendæ lectionis damus. Monitos tantum hic voluimus æquos lectores postrema hujus annotationis verba, quæ antea corrupte legebantur et confuse, hoc modo a nobis fuisse restituta et distincta, *τοῦτο μὲν τὸ ἔθνος* (antea erat *ἔθος*, quod absurdum, aut absonum non est, si horum verborum sensum attentius considerare velis, sed manu-

[p] Νῦν ut docuerat Heraclides] *Νῦν* pro *tunc* usurpat Demosth. pro corona non longe ab initio et p. 139. VA.

[q] *Λυμαινόμενος*] *Ἴσ. λειαινόμενος.* Non placet. Omnino scribe *ἀπολυμαινόμενος*, quo utitur Schol. Apollonii. Sed omnino nil mutandum est. *Ἀποψῶν καὶ λυμαινόμενος* elegantur Græci dicunt, præpositionem *ἀπὸ* reticentes in secundo verbo, quæ *ἀπὸ κοινοῦ* subaudienda est. Ita Sophocles in Antig. v. 537. *καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας*, supple *ξυμφέρω*. Vide Etymolog. in *ἀπολυμαίνω*. Tamen *λυμαίνεσθαι* recte habet: et *καθαίρειν* explicat Hesych. Homerus *δαιτῶν ἀπὸ λυμαντῆρα*. Etymol. in *λυμαντήρ. ἡ ἀπό παρέλκει. λυμαντῆρα τὸν καθαρτῆρα τῶν δαιτῶν, ἢ ἐκ τῶν σκυβάλων τὰ βρώσιμα ἀποκαθαίροντα.* VA.

scripti omnes constanter ἔθνος habuerunt, quod elegantius videtur) ἐκλιπεῖν, πηλῷ δὲ ὕστερον καταπλάττεσθαι νομίμου χάριν. Σοφοκλῆς ἐν Αἰχμαλωτίσι,

στρατοῦ καθαρτὴς καὶ ἀπομαγμάτων ἴδρις.

καὶ πάλιν,

δεινότατος ἀπομάκτης τε μεγάλων συμφορῶν.

MA. Quum Aldus edidisset δεινότατοι ἀπομάκτητες μεγ. id nescio unde vel qui sanare voluit Maussacus scribendo δεινότατος ἀπομάκτης τε. Supposuit ergo per copulativam istam hæc conjungi præcedentibus apud Sophoclem, quæ Harpocration omisit. Sed eruditi in libro Goesiano adnotaverant δεινότατοι ἀπομακτῆρες vel ἀπομακτοί τε. Ego in MS. copulativam non exstare animadvertens, (undecunque Aldus arcessivit) non dubito scripsisse Sophoclem Δεινότατον ἀπομάκτης μεγάλων συμφορῶν, scil. πρᾶγμα, χρῆμα, ut solent eleganter Græci et passim. GR.

48, 5. Τῷ πηλῷ.] Adde κατέπλαττον δὲ τῷ πηλῷ. VA.

48, 7. Οἱ Τιτᾶνες etc.] Vide quæ notavi ad Arnobium. VA.

48, 8. ἔθνος ἐκλιπεῖν] ἔθος, ut recte habet ed. Ald. quod clarum est et legitimum: corrupit Mauss. ex suis MSS. Similis utriusque vocis confusio in Hom. Clem. 4, 7. Vide Coteler. Ita pro γένους legendum ἔθους apud Athen. 7. p. 297. D. HEMST.

48, 13. De Apolline Patroo multa collegit eruditissimus Lil. Gregor. Gyraldus historiæ Deorum syntagm. 7. Comici enarrator ad illud Avium, ὅθεν ὁ Πατρῷος, ideo Apollinem Patroum coluisse Athenienses nos docet, quod Ion eorum Polemarchus ex Apolline et Creusa Xuthi filia originem traheret. Idem plane designare videtur Plato in Euthyphr. Quod autem Athenienses ab Ione Iones dicti fuerint, præter innumeros venerandæ antiquitatis auctores, id etiam te docebit Eusebius in Chron. numero 12. quo loco ait Ἴων Πολέμαρχος γεγονὼς Ἴωνας τοὺς Ἀθηναίους ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασεν. D. Hieronymus vertit: *Ion vir fortis Athenienses Iones vocavit*, sed hæc a magno Scaligero jamdiu exagitata sunt in animadversionibus. Nos de Ione quædam adhuc addemus voce βοηδρομία, et Ἀττικοῖς γράμμασι. MA. Ζεὺς πατρῷος a Græcis cultus teste Dione in Olympica orat. Fuit et Ζεὺς πατρῷος Athen. ut testis est Schol. Comici ad Nubes versus finem. (Imo Plato Euthyd. p. 302 nullum Athen. Jovem πατρῷον esse diserte affirmat:) ubi et de Apolline πατρῴῳ loquitur. Is videtur esse Apollo, de quo Cicero 3, 22. de N. Deor. *Vulcani item complures, primus Cœlo natus, ex quo Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt.*

Mox: *Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum.* Sic et Bacchus is, quem Athenienses in mysteriis celebrabant, alius est ab eo Baccho, qui Thebis colebatur. Nam Arrianus lib. 2 de gestis Alexandri, καθάπερ καὶ Ἀθηναῖοι Διόνυσον τὸν Διὸς καὶ Κόρης σέβουσιν ἄλλον τοῦτον Διόνυσον, καὶ ὁ Ἴακχος ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ, οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ ἐπᾴδεται. Idem testatur Nonnus in Dionys. lib. 5, ubi hunc Jovis in draconem versi et Proserpinæ f. Zagreum vocat, quem Titanes discerpserunt, ut idem canit lib. 6. Cæterum Athenienses et hunc Zagreum colebant, et Bacchum Semele natum, et tertium Iacchum Baccho et Aura genitum, ut canit idem Nonnus lib. ult. Dionys. in fine. De eo et Cicero dicit: *Dionysos multos habemus, primum e Jove et Proserpina natum.* Erat et Mercurius πατρῷος Athenis. Nam Hermes Andocidis πατρῷος dicitur a Lysia in orat. contra Andocidem. VA.

48, 15. Ἴωνος] Qui Apollinis ac Creusæ filius fuit, teste Euripide in Ione. Porro Ἀπόλλων Πύθιος, ὃς πατρῷός ἐστι τῇ πόλει, memoratur a Demosth. pro Corona p. 124. Plato Euthyd. p. 302. Plutarchus in Demetrio, ubi scribit Demetrium Pythia Athenis celebrari jussisse, cum Ætoli omnes aditus templi Delphici occupassent. Erant Athenis non solum θεοὶ πατρῷοι, sed et μητρῷοι, ut est apud Xenophontem libro 2 [4, 20.] rerum Græcarum p. 474. VA.

48, 16. In v. Ἀπόλλων πατρῷος restitui, prout ex MSS. ediderat Aldus ac Maussacus, et ipse in MS. esse intelligebam, non prout corrigebat Meursius lib. 2. Athen. Attic. c. 12. nempe ut omissa particula ὡς edatur, Ἀπόλλωνα Πατρῷον αὐτοῖς πρ. quorum nihil est necessarium, nihil ab MSS. firmatur, nihil confert ad docendum. Sed inprimis peccat Maussacus, quum edit τὸν δὲ Ἀπόλλω, sine ulla justa causa, quum et Aldus et MS. plene edant Ἀπόλλωνα. Etiam ut scias omnia, ab MS. quinque postremæ voces absunt. Jam vero quod in verbis πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν nos docet Harpocration alia quoque multa fuisse Apollinis cognomina, an id ignoravit quisquam? an id debuit docere? Ego sane opinor potius voluisse significare προσηγορίαν πατρῴου contigisse apud Athenienses pluribus aliis Diis. Certe MS. non οὐσῶν exhibebat, sed εἰδῶν. An non pro θεῶν? Habes aliud in ἔνθρυπτα, item *Parnopius* in Pausania. GR.

49, 1. Mira vocis ἀπόμισθοι apud rhetores significatio; aliquando enim ἀπόμισθοι illi sunt, qui sine mercede dimittuntur, cum tamen mercenarii sint, et tunc ἀέκοντι θυμῷ gratuiti, id est

ἄμισθοι dici possunt, ut apud Lysiam in oratione adversus Calliclem: aliquando vero qui voluntario mercedem non recipiunt, ut apud Demosth. in Philip. et in orat. adversus Aristocrat. vide scholion ad illa verba primæ Philip. *ἀπομίσθων ξένων*. MA. Dicuntur et *ἔκμισθοι* Hesychio, cui contrarium *ἔμμισθοι* Suidæ. VA. Xenoph. Hell. 6. p. 342, 25. Diod. Sic. 17. p. 247. vs. 66. ibique Wessel. Menander, ut auguror, apud Plut. T. 2. p. 789. C. HEMST.

49, 2. Ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους] *ἐκεῖνος (Χαρίδημος) ὡς ἀπόμισθος γέγονε παρὰ τοῦ Τιμοθέου.* Utitur Polyænus 5, 2, 11. de Dionysio tyranno, *Διονύσιος τοὺς πρεσβυτέρους τῶν στρατιωτῶν ἀπομίσθους ἐβούλετο ποιῆσαι.* Æneas in Poliorcet. c. 5. *Λεύκων ὁ βοσπόρου τύραννος καὶ τῶν φρουρῶν τοὺς χρεωφειλέτας διὰ κυβείας ἢ δι' ἄλλας ἀκολασίας ἀπομίσθους ἐποίει.* VA.

49, 3. Sine ulla dubitatione scribendum hoc loco fuit *ἀπὸ μισθωμάτων*, ita divisis et discretis vocibus. antea *ἀπομισθωμάτων* uno verbo legebatur, quem errorem Lexicographi nostri hodierni non notarunt, imo *ἀπομισθώματα* dixerunt esse cum Hesychio publica bona, sive reditus annuos alicui deo consecratos, idemque voluisse Harpocrationem existimavere: sed bona illorum venia dixerim Didymi antiquissimi Grammatici glossam, quæ ab Harpocratione affertur, non posse pati ut conjunctim et uno verbo legatur hoc loco *ἀπομισθωμάτων*. *ἀντὶ τοῦ*, inquit, *ἐκ τῶν τεμενικῶν προσόδων.* Cui amabo te respondebit illud *ἐκ*, nisi illi *ἀπό*? ne dubites igitur, nam vera vides. Repone meo periculo *ἀπὸ μισθωμάτων*. confirmat hanc conjecturam Isocrates, ex cujus Areopagitico deprompta sunt hæc verba *ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον* [r], unde cum ad hæc notas scriberet Harpocration, ex Didymo Grammatico retulit *μισθώματα* hoc loco templorum reditus esse. Antiquitus enim unicuique deo terræ arvipendia, *γῆς πλέθρα*. Glossæ Latinogr. arvipendium *σχοῖνος γεωμετρικὸς*, vulgo aripen-

[r] Ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον] Dionysius Halicarn. de Romulo 2, 7. p. 82. *διελὼν τὴν γῆν εἰς τριάκοντα κλήρους ἴσους, ἑκάστῃ φράτρᾳ κλῆρον ἀπέδωκε ἕνα, ἐξελὼν τὴν ἀρκοῦσαν εἰς ἱερὰ καὶ τεμένη, τινὰ καὶ τῷ κοινῷ γῆν καταλιπών.* *Templorum vectigalia* Tertullianus in Apologet. et de Idololat. appellat. Idem Dionysius 3, 29. p. 170. *χωρὶς τῶν ἱερῶν κτημάτων, ἐξ ὧν αἱ θυσίαι τοῖς θεοῖς ἐγίνοντο*, apud Albanos scilicet. Censorinus de die natali initio: *Itaque cum perceperant fruges, antequam vescerentur, diis libare instituerant, et cum agros atque urbes deorum munere possiderent, partem quandam templis sacellisque, ubi eos colerent, dicaverunt: quidam etiam pro cætera bona corporis valetudine crinem Deo sacrum pascebant.* Aristides Panathen. initio: *χῶρός τις ἀνθρώπων ἴδιος ἐκ πάσης γῆς ἐξῃρημένος, ὥσπερ οἱ τῶν τεμενῶν ὅροι.* Meminere et scriptores de limitibus agrorum. VA.

nis *arpan.* Glossæ eædem Latinogræcæ, arpendia *πλέθρα.* Arpendi, inquam, unicuique deo dedicabant vel dividebant, ex quorum locationibus proveniebant impensæ, quæ postea in sacrificiis fiebant, non enim *κατ' εὐσέβειαν* victimas mactabant, sed *μισθούμενοι,* et hoc ex antiquissimo ritu, in cujus observatione potius religionem consistere existimabant quam in magnitudine sumptuum. Vide Isocratem Areopagitico. Præterea multa tibi suppeditare possunt veteres inscriptiones ad hujusce loci illustrationem. nihil hic nos de Christianorum consecrationibus et devotionibus, quæ ab antiquissimo illo paganorum ritu originem sumpsisse videntur, monemus, ne notarum fines excedamus. MA. Falli videtur Didymus, qui *ἀπὸ μισθωμάτων* interpretatus est, ex vectigalibus templorum. Neque enim merito reprehenderentur Athenienses ab Isocrate, quod ex reditibus templorum sacrificarent, quippe cum i recte fieri possit. Malim interpretari *ex locatione.* Videtur enim moris fuisse, ut Magistratus hostias et sumptum omnem sacrificii locarent ei, qui minoris licitatus esset, quod vocamus *donné au rabais:* quod fieri in sanctissimis templis merito indignatur Isocrates, cum in festis peregrinorum deorum et sacrificia et epula magnificentissima fierent. VA.

49, 3. 'ΑΠΟ' ΜΙΣΘΩΜΑ'ΤΩΝ] Isocr. Areopag. p. 145. C. Egregius Xenophontis locus Πόρ. [4, 19.] p. 540, 30. *μισθοῦνται γοῦν καὶ τεμένη καὶ ἱερὰ καὶ οἰκίας, καὶ τέλη ὠνοῦνται παρὰ τῆς πόλεως.* HEMST.

49, 8. Melius, ut puto, quam ante scriptum est hoc loco *ἢ ὡς διαιρουμένων εἰς πλείους μισθωτούς,* consentientibus omnibus manu exaratis, et ipso Suida. MA.

49, 12. Vide quæ infra dicemus verbo *πωλῶσι,* cum eo enim conjungenda est hæc vox *ἀποπεφασμένως,* in idem siquidem recidunt, et utraque desumpta ex orat. contra Neæram. MA.

49, 14. *ἀποπομπαῖοι θεοὶ* aliter dicuntur, minimeque *ἀναλόγως* huic significationi: sed ita vocantur tanquam depulsores, (videlicet malorum) et aversores. dies tamen quibus illis sacrificabatur, *ἀποπομπαὶ* vocabantur. STEPH.

49, 14. Si exstaret Apollodori liber sextus de Diis, aperte videremus quinam illi præcipue fuerint dei antiquorum quos *ἀποπομπαίους* vocabant, Latini averruncatores, unde averruncationes *ἀποπομπαὶ,* vel *ἀποτροπαί.* *'Αποπομπαὶ* tamen dies quidam erant in quibus sacrificia peragebantur in honorem *πομπαίων θεῶν.* Hesychius auctor. sed in Apollodori locum alii succedere possunt, qui multa de diis illis qui ante januas erigebantur, ut mala

omnia averterent, scripserunt. *Δαιμόνων τῶν ἐπὶ τῶν ἀρῶν* alii erant *ἀλεξίκακοι, ἀποπομπαῖοι, ἀποτρόπαιοι, λύσιοι, φύξιοι*. Id est expulsores et averruncatores, alii *ἀλιτήριοι, προστρόπαιοι*, id est exitiales, et malitiosi. MA.

50, 1. Post *ἀπορρέξαντες* tanquam glossematicum habebant *ἀπομερίσαντες* omnes manu exarati, quod etiam ipse Suidas agnoscit. Nos tamen nihil invertimus. MA. In v. *Ἀπορρέξαντες* notavit etiam Maussacus et Suidam et omnes manu exaratos codices habere post hoc verbum *ἀπομερίσαντες*. Id nobis adfirmavit etiam codex Mediceus. Id tamen noluit agnoscere Maussacus. Quum ejus detrectationis causam non intelligam, prorsus restitui, et ex eodem libro edidi *δόντες*, non *διδόντες*. Quid an displicuit insigni vero gemina explicatio? Atqui idem ab Harpocratione fieri videbis in v. *Διήλλαξεν, Ἐξητάσθης, Ὀνομάζων, Σκευοποιοῦντα, Τετύφωμαι*. Itaque quum id sic placuisse cernerem auctori nostro, non dubitavi eidem MSto obsequi in v. *Ὑπόλογον*, ubi exhibebat *οὐδεὶς ἂν ὑπόλογος βουλῇ γένοιεν, ἀντὶ τοῦ οὐδεμία συγγνώμη, οὐδεμία παραίτησις*, quum vulgo ibi ignorentur ista *οὐδεμία συγγνώμη*. GR.

50, 3. Quid proprie *ἀπόρρητα*[a] sint aperte docebunt Demosthenes et Lysias locis ab Harpocratione indicatis; tu tamen vide diligenter Suidam his verbis, *τί δ' ἐστὶ τό*. ubi difficillimus in Philippicis Demosthenis locus, qui huc pertinet, explicatur et multa de hoc verbo *ἀπόρρητον* afferuntur. MA. Quæ habet Suidas, sumpsit ab Ulpiano in Olynth. 2. [p. 19.] de dolo Philippi: *καὶ τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόρρητον ἐκεῖνο κατασκευάσειν*. Sed minime pertinent ad hunc Harpocr. locum, qui *ἀπόρρητα* intelligit convicia, quæ jacere in alterum legibus interdictum esset. Ea quæ fuerint, docet Lysias *ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου*. Aliud longe ac diversum significat apud Aristoph. in Ranis v. 362. *ἢ προδίδωσι φρούριον, ἢ ναῦς, ἢ τὰ 'πόρρητ' ἀποπέμπει ἐξ Αἰγίνης Θωρυκίων ὢν εἰκοστολόγος, κακοδαίμων*. Scholiastes: *ἀπόρρητα δὲ ἔλεγον τὰ ἀπειρημένα ἐξάγεσθαι. ἐν γοῦν τούτοις ἐπιφέρει* (Aristoph. sequenti versu subjicit,) *ἀσκώματα καὶ λίνα καὶ πίτταν, δῆλον ὅτι* etc. Idem *εἰκοστολόγος* explicat *τὰ εἰκοστὰ ἐν τῇ κρίσει συνάγων*.

[a] *Ἀπόρρητα*] Sic in *Θεσμοφ.* v. 83. *κἂν θεσμοφόροιν μέλλουσι περὶ τοῦ τήμερον ἐκκλησιάζειν.* i. *ἐν θεσμοφορίοις*. *Ἀπόρρητα* aliquando pro arcanis Senatus consiliis, ut in Midiana: *Μειδίας Ἀναγυρράσιος προβέβληται Πλουτάρχῳ Προξενεῖ, τὰ ἀπόρρητα εἶδεν. ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ.* Aristoph. *Ἐκκλησιαζ.* 442. *κοὔτ' ἀπόρρητ' ἔφη ἐκ θεσμοφόροιν* (i. *φορίων*) *ἑκάστοτ' αὐτὰς ἐκφέρειν, σὲ δὲ κἀμὲ βουλεύοντε* (Senatores) *τοῦτο δρᾶν ἀεί.* Andocides p. 21. non semel. VA.

Et in Equit. 282: νὴ Δί' ἐξαγαγών γε τἀπόρρητα ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας καὶ τέμαχος. Respondet allantopola Cleoni, qui eum prius accusaverat: τουτονὶ τὸν ἄνδρα ἐγὼ δείκνυμι, καί φημ' ἐξάγειν ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα. Ludit, pro ὑποζώματα, ait Schol. ἀπείρητο δὲ ἀπὸ Ἀθηναίων ἐξάγειν ξύλα καὶ πίτταν. VA.

50, 3. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος] In prima contra Aristogit. τὸ τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ἀπὸ τῆς ἀσθενοῦς ταυτησὶ κιγκλίδος τῶν ἀπορρήτων κυρίαν εἶναι, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας ἐπεισιέναι. τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείᾳ στοᾷ καθεζομένη περισχοινίσηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ὑποχωρεῖν. τὸ τὰς ἀρχὰς ἁπάσας, ὅσας οἱ λαχόντες ἄρχουσιν, ὑμῶν ἅμα τῷ τὸν ὑπηρέτην εἰπεῖν μετάστητε ἔξω, τοὺς νόμους κρατεῖν, ἐφ' οἷς εἰσεπέμφθησαν, καὶ μὴ τοὺς ἀσελγεστάτους βιάζεσθαι. Hæc omnia τῇ εὐπειθίᾳ τῶν νόμων fieri ait. VA.

50, 7. Ex Mnesæo fecimus Mnesitheum: et ita orationis Isæanæ epigraphem consulto concepimus, Ἰσαῖος ἐν τῷ ὑπὲρ Μνησιθέου θυγατρὸς, quamvis apud Suidam Μνησαίου constanter legatur. MA.

50, 8. Dinarchus ille est qui ἀποσάξαντα dixerat pro φράξαντα τὸ τρῆμα καὶ ἀποπληρώσαντα. Suidas auctor. Miratus autem sum aliquando cur Harpocration oratorem hunc in hanc rem non laudasset, sed mirari desivi, postquam animadverti multis in locis eum mancum esse et mutilum, nihilque nos hodie præter reliquias quasdam integri corporis multis in locis habere, quod crebrius apparet ex Suidæ sylloge. Hic unicus locus satis indicat laceros esse et epitomatos in hac parte Harpocrationis codices. Nam si certissimum sit Suidam quæcumque ferme e decem oratorum scriptis retulit ex eo hausisse, quis negare audebit ubicumque Suidas plura habebit, illum ibi scelestas notariorum manus expertum esse? MA.

50, 10. Abunde de actionibus ἀπροστασίου et ἀποστασίου, sive ἀποσταδίου (ut loquitur Hesychius) hoc loco egit auctor noster et infra verbo ἀπροστασίου. Tu tamen adhuc consule quæ voce διαμαρτυρία referuntur. Et si uno verbo scire desideras, quodnam discrimen sit maxime inter actionem ἀποστασίου et ἀπροστασίου, pete ab Ammonio, eruditissimo Grammatico, et Thoma Magistro in synagoge vocum Atticarum. Disce autem a nobis Dinarchum pro Æschylo, Xenophontis servo, orationem olim composuisse, cujus epigraphe hoc modo concipiebatur, πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου. Libertus sine dubio erat Xenophontis Æschylus ille, qui adversus patronum ἀποστασίου δίκην intentavit, ut

libertatem consequeretur, et non male tractaretur, vel quod probabilius est, actioni contra se a patrono intentatæ hac oratione respondit. Proprie enim patronis adversus libertos deficientes *ἀποστασίου δίκη* competebat, an vero exceptio etiam qua se liberti tuebantur adversus illam actionem, *ἀποστασίου* diceretur, non mihi compertum est; hoc tantum scio[t] *ἀποστασίου δίκην* fuisse dictam aliquando illam actionem qua servi in dominos de libertate consequenda agebant, se servos alios competitores nihil morari dicentes. Vide diligenter Suid. Certe hoc etiam posse colligi videtur ex verbis Diogenis Laërtii, cujus interpretes *οὐδὲν ὑγιὲς* in istis, si magnum illum Casaubonum excipias, quem præsens miratur ætas et postera cum stupore miratura est. Unus Dionysius Halicarnasseus in his instar omnium, quem in Dinarcho consules, ne tibi ullus supersit scrupulus de Dinarchi hac oratione pro Æschylo adversus Xenophontem *ἀποστασίου*. Cæterum si hac actione vincerentur liberti a patronis, in *ἀναγκαῖα* conjiciebantur, ut servi: vide quæ notamus supra ad verbum *ἀναγκαῖον*: ita ut servi[u] omnino ut antea fierent: at si vincerent, libertatem perfecte acquirebant; hoc voluit Harpocration cum dixit, *καὶ τοὺς μὲν ἁλόντας*, libertorum scilicet, *δεῖ δούλους εἶναι, τοὺς δὲ νικήσαντας τελέως ἤδη ἐλευθέρους*. Aliud longe obtinuit jure Romanorum civili. Libertos enim ingratos et male de patronis meritos in servitutem revocari potuisse, nullus est in pandectis locus quo id liquido probari possit. Non l. 6. D. de in integ. restit. non l. si mulier. D. Quod metus causa, non l. sciendum. D. de verb. significat. Hoc Atheniensibus quidem ab initio concessum fuit, ut patet ex hoc elegantissimo Harpocrationis loco, et ex Valerio l. 2. cap. 6[x]. Romanis nequaquam, nisi post longum tempus, et postquam hoc Constitutiones Imperatorum introduxerunt, [extra ordinem scilicet, ut loquitur lex penultima. Cod. de libert. et eor. liber. et l. 7. D. de Senatusconsulto Sillaniano. Nam jure ordinario nulla patrono eo nomine adversus libertum competebat actio, *Ex Addendis.*] ut apparet ex l. 2. C. de Libertis, et eor. lib. et ex l. penult. C. de

[t] Hoc tantum scio *ἀποστασίου δίκην*] Imo, intellige *πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου ἀπολογία*. Sic enim apud Dionys. Halic. inscribitur. VA.

[u] Servi] Servi, qui absentibus dominis aufugerant ac se pro liberis hominibus gerebant, *ἀφίστασθαι εἰς ἐλευθερίαν* dicuntur Dioni. VA.

[x] Ex Valerio lib. 2. cap. 6.] Imo cap. 1, cujus verba sunt: *Age quid illud institutum Athenarum quam memorabile. quod convictus a patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur.* In quo autem consisteret illud officium libertorum, docet Plato 11. de legibus p. 915. VA.

operis libertorum, et ex §. 1. Instit. de capite deminutis, cum quibus hæc D. Ambrosii in lib. de Jac. et vita Beata conjungenda sunt. *Ita libertatem* (ait ille) *accepisti ut meminisse manumissoris tui debeas, ut patrono noveris legitimum obsequium esse deferendum, ne ab ingrato revocetur libertas.* Jure extraordinario nempe et post Imperatorum constitutiones. Unicus tantum in Pandectis disertus et expressus casus est, quo probari potest libertum qui probatus fuerit patrono delatores summisisse qui de statu ejus facerent ei quæstionem, servum patroni fieri. Et hoc ex constitutione Claudii l. 5. D. de Jure patronatus. Non satis circumspecte et nimis generaliter retulit Suetonius ab hoc Claudio libertos ingratos et de quibus quererentur patroni, in servitutem fuisse revocatos. Nam hoc fiebat tantum si delatores summitterent qui de statu patronorum quæstionem facerent, ut nos manifeste docet illa lex 5. Hoc igitur temperamentum adhibere debebat. Certe auctor est Cornelius Tacitus libertos qui vindicta manumissi fuissent, non potuisse a patronis in servitutem retrahi, *cum esset,* inquit, *nihil aliud læso patrono concessum quam ut vicesimum ultra lapidem in oram Campaniæ libertum relegaret.* Quomodo servi a dominis, liberi a patribus in villas relegabantur, ut patet ex l. ex facto proponebatur, §. rerum autem Italicarum. D. de hæredib. instituendis, et ex D. Ambrosio in Apologia Davidis, et Cicerone pro Roscio Amerino. Porro libertos secundum delicta erga patronos admissa longe diversis modis mulctatos fuisse testantur leges 1. et 7. §. ultima. D. de jure patronatus, l. 1. §. cum patronus. D. de officio præfecti urbi. Ob ingrati animi labem interdum illæ pœnæ exigebantur, ut vel pars bonorum eis auferretur, et patrono daretur, vel fustibus cæderentur, et ita absolverentur. §. Mandatis l. Divus. D. de jure patronatus. [Ex lege Ælia Sentia in lautumias damnabantur. quod apparet ex Adriani sententia Græce relata apud Dositheum Magistrum his verbis, *Δι' ἐπιστολιδίου αἰτοῦντός τινος ἵνα τὸν ἴδιον ἀπελεύθερον ἀπολέσῃ, ὃν πρὸ χρόνου κελεύσει ἐπάρχου γαζοφυλακίου, κατὰ νόμον Αἴλιον Σέντιον εἰς λιθοτομίας βέβληκε. Ex Addendis.*] Ob illatam contumeliam, aut convicium dictum, in exilium temporale dabantur. Ob manus illationem et calumniæ alicujus instructionem, aut delatoris subornationem, metalli pœna plectebantur, §. cum patronus l. 1. D. de officio præfecti urbi, et l. 1. D. de jure patronatus. Ex quibus omnibus locis apparet in servitutem eos a patronis non fuisse revocatos ante Claudii constitutionem, et post eam adhuc non potuisse

retrahi, nisi specialiter delatores summisissent qui de patroni statu quæstionem facerent. Ipsa lex Ælia Sentia accusationem tantum eorum, non autem manus injectionem permittebat, ut colligitur ex l. sciendum de verborum significat. [et ex l. si quis hac lege 3. D. qui et a quibus manumissi lib. non fi. in cujus §. penult. inepte addita sunt verba quædam Glossematica, quæ nec a pandectis Florent., nec a Basilicis pro legitimis agnoscuntur, ut jampridem docuit summus juris antistes Cujacius. *Ex Addendis.*] D. Commodi constitutio quæ exstat in l. Alimenta. D. de agnoscend. liberis, non in servitutem (ut ex ea male vulgo argumentantur) sed in ministerium male meritos libertos revocat, eosque emptori addicit quasi libertos, non tanquam servos. Ita ut verissima sint quæ præmisimus, jure veteri Romanorum non potuisse libertos a patronis in servitutem revocari, nec ullo Pandectarum loco contrarium ostendi posse. Alio jure semper usi sunt Athenienses, actio enim ἀποστασίου patronis adversus libertos competebat, *ἐὰν ἀφιστῶνταί τι ἀπ' αὐτῶν*, ut ait Harpocration, *ἢ ἕτερον ἐπιγράφωνται προστάτην, καὶ ἃ κελεύουσιν οἱ νόμοι μὴ ποιῶσιν.* Quod si in judicio vincerentur, in servitutem retrahebantur; si vero vincerent, perpetua libertate fruebantur: *τελέως ἤδη* fiebant *ἐλεύθεροι*, ut Harpocration, vel *τελέως λοιπὸν*, ut signantius Suidas loquitur. Atque hoc ita se habere multi veterum oratorum docuerant. Lysias præsertim in oratione adversus Aristodemum et Hyperides in oratione contra Demetriam Apostasii sive defectionis.—P. 51, 1. Aristotelis ex Atheniensium Republica de Polemarcho verba correximus et restituimus, ut pure et integre leguntur infra voce Πολέμαρχος. Non potuit tamen typographorum supinitas facere, quin in textu pro *ἀπροστασίου* iterum inepte excuderetur *προστασίου*, et ita vetus error retineretur, quod te voluimus monitum. Putavimus autem aliquando ita concipienda hæc Aristotelis verba: *οὗτος δὲ εἰσάγει δίκας τε* [*τάς τε* Vales.] *τοῦ ἀποστασίου καὶ ἀπροστασίου καὶ κλήρων καὶ ἐπικλήρων*, proprie enim *εἰσάγειν* de actionibus dicebant, unde *εἰσαγώγιμος δίκη*, vel *μὴ εἰσαγώγιμος*. sed idem de judicibus posse dici ex hoc loco didicimus. MA.

51, 3. *Ἀποστησάμενος, προσταθμόν*] *πρὸς σταθμόν*. Locus sic habet. *τὸν ὑποδεξάμενον καὶ ἀποστησάμενον τὸν χαλκὸν τῶν οἰκετῶν τῶν ἡμετέρων, τοῦτον ἐξαιτεῖν. οὐ γὰρ δή που ἄνευ γε σταθμοῦ ἔμελλε οὐθ' ὁ ὑποτιθεὶς τὸν χαλκὸν παραδώσειν, οὐδ' αὖ ὁ πατὴρ ἔμελλε αὐτὸς οὔτ' οἴσειν τὸν χαλκὸν οὔτε στήσασθαι.* VA.

51, 5. 'ΑΠΟΣΤΟΛΕΙΣ] Æsch. *περὶ παραπρ.* in fine, *ἐξέτασται*

δὲ καὶ Ἀποστολεῖς γινόμενοι. Sic ἀποστολὴν usurpat Thucyd. lib. 8. p. 556. VA.

51, 5. Ἀποστολεῖς, Ἀπόστολος, Ἀπόστολοι, et Ἐπίσκοποι, diversa omnino apud Athenienses. Hoc te docebit Etymologici auctor. Pertinent autem hæc ad rem navalem. MA.

51, 8. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς] ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους initio, ἐνούσης δὲ οὐδεμιᾶς ἔτι ἀποστροφῆς τοῦ μὴ τὰ χρήματα ἔχειν ὑμᾶς. i. e. *nullam moram*. At pro *refugio* sumit Libanius 3. Declam. p. 231. VA.

51, 12. ἈΠΟΤΙΜΗΤΑΙ'] Dem. in prima contra Onetorem crebro utitur. ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, μετὰ τὸ γεγράφθαι παρὰ τῷ ἄρχοντι ταύτην τὴν γυναῖκα ἀπολελοιπυῖαν καὶ τὸ φάσκειν Ὀνήτορα ἀντὶ τῆς προικὸς ἀποτετιμῆσθαι τὸ χωρίον. Nota divortia apud archontem fieri solere. Plutarchus Solone. Isæus in quadam oratione apud Dionysium, ᾧ γὰρ ἃ μὲν ὑπῆρχεν ἔξω τῶν ἀποτιμηθέντων καταλελειτουργηκότι, δανειζομένῳ δ' οὐδεὶς ἂν ἔδωκεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτι πλέον οὐδὲν, ἀποδεδωκότι τὰς μισθώσεις ἔχειν ἐμοὶ προσῆκον ἀναμφισβητήτως, οὗτοι τηλικαύτην δίκην λαχόντες καὶ σφέτερα αὐτῶν εἶναι φάσκοντες ἐκώλυσαν μὲν ἐξ αὐτῶν ποιήσασθαι τὴν ἐπισκευήν. VA.

51, 12. In v. Ἀποτιμηταὶ καὶ Ἀποτίμημα, καὶ Ἀποτιμᾶν, καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν. Sic auxi hæc ex MS. quum quatuor postremæ voces antehac in editis non comparuissent: certe enim passivum quoque in hac periodo digessit. Et solet ab Harpocratione aut istud addi, aut formula καὶ τὰ ἑξῆς, ut patet in v. Θεωρικὰ, Κυρία, Περίστασιν. Sed et idem MS. προῖκα ἀποδιδοῖεν. GR.

51, 12. Varia et multiplex verborum ἀποτιμᾶν, ἀποτιμᾶσθαι et ἀποτίμημα significatio, ut patet ex hoc inlustri auctoris nostri loco. Nos unam tantum hic attingere decrevimus, de reliquis forte si ferat occasio dicturi infra voce τίμημα, quæ una conjungenda est. Ait igitur solitos fuisse veteres, οἱ τότε ita loquitur, qui tunc temporis vivebant Athenis, nam maxime de Atheniensium jure hoc opere agitur, cum mulieri nubenti dotem dabant parentes, a viro quoddam quasi pignus petere, propter dotem, veluti domum aut prædia. Ille autem qui pignus illud tradebat, vir scilicet, ἀποτιμᾶν active dicebatur, at qui accipiebat, veluti uxor, aut parentes ejus, passive ἀποτιμᾶσθαι. Hæc sunt quæ illustrare decrevimus, tum quia ad jus nostrum pertinent, cujus origo hac in parte hactenus videtur ignorata fuisse, tum quia multa continent observatu dignissima. Προὶξ mulierum statim ipso initio vocata etiam fuit φερνὴ, unde Æschines decem rhe-

torum unus optime *προῖκα φερνὴν* vocare solet, et cum mulier marito dotem affert, *φερνὴν*, vel *προῖκα εἰσενέγκασθαι*, vel *δοῦναι* dicitur, quod de viro etiam aliquando usurpatur, quem recte dicas cum Achille Tatio *προῖκα ἐπιδιδόναι*[y] mulieri, in hiulco et lacero illo loco 8. c. 17, qui a nobis sanatus et redintegratus est ope et beneficio manu exarati codicis bonæ notæ. Quia autem verba quæ ad rem faciunt non integra sunt in ipso manuscripto codice, ea ut sanata sunt et correcta a nobis, hic apponentur: *δοῦλον οὖν με σεαυτῆς ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας νόμιζε, καί σοι προῖκα ἐπιδίδωμι, τὸ μὲν πρῶτον ἐμαυτὸν, ἔπειτα δὲ ὅσην οὐκ ἂν δοίη πατὴρ οὐσίαν.* Ita legisse videtur eruditus interpres, truncate in manuscripto est *ἔπειτα δὲ ὅσην οὐ δοκῇ.* Integrum hunc locum qui deest in omnibus excusis e manuscripto erutum et fideliter correctum rejecimus nos in caput 20. lib. 2. lectionum nostrarum, in quo multa de hoc loquendi genere Græcorum *προῖκα ἐπιδιδόναι* asseruntur. Itaque ut redeamus in viam, a qua paulisper aberravimus, mulier quæ dotem viro ferebat, *φερνὴν* vel *προῖκα εἰσενέγκασθαι*, vel *δοῦναι* dicebatur, ut monebamus, at quæ tradere cogebatur vir pignora in dotis illius certitudinem, *ἀποτιμήματα* vocabantur. Pollux lib. 3. cap. 3. Tinemat. 4. *αἱ δὲ πρὸς τὴν προῖκα ὑποθῆκαι ἀποτιμήματα ἐκαλοῦντο,* quæ a viro scilicet tradi solebant, quod observandum est ex Harpocratione, qui elegantissime hunc morem Atheniensium descripsit. Ex his lucem accipiunt quæ apud Hesychium leguntur *ἀποτιμήματα, αἱ πρὸς τὰς φερνὰς ὑποθῆκαι,* quæ scilicet peti a viro ex more solebant, ad dotis securitatem, et ut plurimum erant vel domus, vel prædium. Ideoque aptissime usi sunt Pollux et Hesychius verbo *ὑποθῆκαι*; non ita proprie *ἐνέχυρον* dixit Harpocration (quamvis promiscue et indiscriminatim duabus his vocibus utantur jurisconsulti tum Latini tum Græci, et ab eis dicatur inter pignus et hypothecam tantum nominis sonum differre §. inter l. res hypothecæ. D. de pignoribus et hypothecis.) Nam si communem loquendi usum spectes, hoc ferri quidem potest, at si sermonis proprietatem, melius erat dicere *ὑποθήκην* hoc loco quam *ἐνέχυρον*, quia pignus proprie de re mobili, hypotheca vero de immobili l. 238. D. de verbor. significat. et l. 9. de pigneratitia actione. D. Verum fortasse quærat quis an jus illud tradendorum a viris in dotium certitudinem pignorum, de quo hic Harpocration, ex more, an ex veteri quadam Attica lege oriebatur. Certe Harpocrationis verba ex consuetudine ortum esse jus illud indicare videntur,

[y] *Προῖκα ἐπιδιδόναι*] *Προῖκ' ἐπιδοῦναι*. Demosth. contra Spudiam in fine. VA.

quod verisimile est, sed ex consuetudine inveterata, quæ vim legis habebat, mores sunt leges non scriptæ, quæ magnæ auctoritatis habentur, quod in tantum probatæ sint, ut non fuerit necesse scripto eas comprehendere, ut loquitur Paulus l. 36. D. de legibus senat. et long. consuetud. unde apud auctores aliquando duo hæc conjuncta reperies, *ἔθος καὶ νόμος ἄγραφος*[1], ut apud Eumathium in amoribus *Ὑσμινίου καὶ Ὑσμίνης*, et quia ejus verba adhuc non viderunt lucem, nec a vulgaribus interpretibus percepta sunt, ea apponemus et per transennam explicabimus, *τοῦτο* (inquit ipso initio lib. primi) *γὰρ ἔθος τῇ πόλει καὶ νόμος ἄγραφος*, hic enim civitati mos erat, et lex non scripta: quæ convertuntur. Parum ergo refert si dicamus jus illud Atheniensium tradendorum pro dote pignorum a marito ex more vel lege originem cepisse, cum mos et lex non scripta nihil differant, et lex non scripta vim legis scriptæ obtineat. Ex hoc itaque antiquissimo jure descendit jus Romanorum vetus, cujus vestigia quædam exstant in pandectis, ut in l. vir uxori 17. §. si mulier. D. ad Senatusconsultum Velleianum l. quod autem §. si uxor. D. de donationibus inter virum et uxorem. l. si constante, §. quotiens. D. soluto matrimonio. Ex quibus omnibus legibus rectissime colligitur maritum olim pignora tradere solitum[a] pro dote uxori, et quod mage notandum, disertis verbis §. si uxor l. quod autem.

[1] *Ἔθος καὶ νόμος ἄγραφος*] Artemidorus lib. 4. cap. 3. *τῶν ὄντων ἃ μὲν φύσει ἐστὶ, ἃ δὲ νενόμισται. τὰ μὲν οὖν φύσει δεῖ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν. τῶν δὲ νενομισμένων*, etc. est *τὸ ἔθος. ἔστι δὲ ὡς ἡ φήμη λέγει, νόμος ἄγραφος.* Demosth. pro Ctesiph. Hierocles in tractatu, quales erga patriam esse oportet apud Stob. [Flor. 39, 36.] *οὐδὲν δ' ἧττον τῶν νόμων καὶ τὰ ἔθη φυλακτέον τά γε ὄντως πάτρια καὶ τάχα που πρεσβύτερα καὶ τῶν νόμων αὐτῶν. τὰ δὲ χθιζὰ καὶ πρωϊζὰ τὰ νῦν εἰς ἅπασαν εἰσηγμένα πόλιν οὔτε πάτρια ἡγητέον, καὶ τάχ' οὐδ' ἔθη τὸ σύνολον. εἶτα τὸ μὲν ἔθος ἄγραφός τις εἶναι βούλεται νόμος καλὸν ἐπιγεγραμμένος νομοθέτην τὴν τῶν χρωμένων ἁπάντων εὐαρέστησιν, ἴσως δέ που καὶ τοῖς φύσει δικαίοις ἐγγὺς βάλλων.* Concise et præclare vetus Schol. Sophoclis in Ajace v. 350. p. 21. edit. H. Steph. *νόμος ἐστὶν ἔγγραφος συνήθεια. συνήθεια δὲ ὁ ἄγραφος νόμος.* Erant autem apud Athenienses *νόμοι ἄγραφοι, καθ' οὓς εἰσηγοῦντο Εὐμολπίδαι*, quorum autor ignorabatur. Erant autem de impietate, ut docet Lysias *κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* p. 103. Erant et *νόμοι πάτριοι*, quorum meminit Andocides *περὶ μυστηρίων* p. 15, ubi eos conscriptos fuisse in pilis docere videtur. Eorum meminit Demosth. sæpissime. Erant et *νόμοι βασιλικοί*, quorum meminit Xenophon in Œconomico [14, 6.] p. 499. H. Steph. quibus non solum in maleficos pœnæ intendebantur, sed et benefactis spondebantur præmia a Diis et hominibus. Easdem puto esse cum illis sacris Eumolpidarum legibus, *καὶ βασιλεὺς* mysteriis præerat. Adde omnino Platonem lib. 7. legum p. 793. VA.

[a] Pignora tradere solitum] Si ita convenisset; alias non fiebat. Majoris tamen cautionis gratia aliquando a viris dos numerata in prædiis collocabatur. Cicero pro Cæcinna initio: *cum uteretur dote uxoris numerata. quo uxori esset res cautior, curavit, ut in eo fundo dos collocaretur.* VA.

D. de donat. inter virum et uxorem, de prædiis loquitur, quæ a marito in pignus tradita fuerant, ut plurimum enim (quemadmodum apud Athenienses observatum fuisse notat Harpocration, cum apud eos *παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὥσπερ ἐνέχυρόν τι τῆς προικὸς ἄξιον οἷον οἰκίαν ἢ χωρίον* tradi solitum dicit) apud Romanos quoque domus, aut possessiones et prædia dabantur in pignora. Levissima autem et aliquo modo ferenda fuissent hæc humanæ diffidentiæ argumenta, nisi jus illud majus incrementum cepisset, et fides Romanorum ipsa fide Græca, quæ locum proverbio dedit, pejor apparuisset, nam postquam mariti pignora pro dote tradere coacti fuere, fortius adhuc et strictius obligationis vinculum adinventum est, fidejussores enim et mandatores post solutum matrimonium peti cœperunt, argumento l. 7. D. de exceptionibus, l. cum dotis. D. de jure dotium. l. 1. et 2. C. ne fidejussores, aut mandat. dot. dentur. Post solutum matrimonium dico, quia manente matrimonio fidejussor, aut mandator dari non debebat. Ante nuptias quidem et post nuptias dari non poterat, quod jus constitutiones imperatorum tulerunt, et sane optima ratione, videbatur enim mulier quæ se suamque vitam marito committebat[b],(ut loquitur l. hac lege. C. de pactis conventis, et l. 2. Cod. ne fidejuss. aut mandat. dot. dent.) ejus fidei diffidere, quod absurdum omnino et absonum erat, sic enim perfidiæ causa in eorum connubio generabatur. Ex constitutionibus igitur maritus non amplius coactus est fidejussorem, aut mandatorem uxori dare, cujus mandatu dotem ei det, quo postea possit adversus illum fidejussorem vel mandatorem regressum habere soluto matrimonio, dotis suæ recuperandæ gratia. Et si ultro a marito datus sit, non obligatur, quia hæc obligatio a constitutionibus improbata est l. 1. C. Theodos. de fidejuss. dot. Gravius ac molestius est fidejussorem dare quam pignus, quia in dando fidejussore contumelia aliqua inesse videtur, quæ non est in pignore l. 17. in fine de testam. tutela. D. pignus enim rei debitæ, at fidejussor debitoris locum obtinet, quod nomen grave ac molestum est, nec ferendum ullo modo inter maritum et uxorem. Atque hæc est veteris Romanorum juris quod in tradendis pro dote pignoribus

[b] Marito committebat] Sic Demosth. c. Onetorem 1. [p. 869, 25.] *ἀλλὰ τῶν τοιούτων ἕνεκα καὶ γάμους ποιοῦμεν καὶ ἀναγκαίους παρακαλοῦμεν, ὅτι οὐ πάρεργον, ἀλλ' ἀδελφῶν καὶ θυγατέρων βίους ἐγχειρίζομεν.* Ante dixit: *οὐδ' ἂν εἷς πρὸς οὐδένα, τοιοῦτον συνάλλαγμα ποιούμενος, ἀμαρτύρως ἂν ἔπραξεν.* Et post *ἐγχειρίζομεν* addit, *ὑπὲρ ὧν τὰς ἀσφαλείας μάλιστα σκοποῦμεν.* Conjunge cum eo loco et Plutarchi locum 4. Sympos. cap. 3. VA.

observabatur, origo et progressus, quem nemo non videt petendum et derivandum ab antiquissimo Atheniensium jure, de quo paucis iisque elegantibus verbis hoc loco egit Harpocration. Hodie nec pignus, nec fidejussor datur, quia mulier in bonis mariti tacitam hypothecam habere censetur. Reliqua quæ ad jus Gallorum pertinent pragmaticis discutienda relinquo, ut veniam ad explicationem eorum quæ adhuc in nota auctoris nostri supersunt, *ὁ δὲ αὐτὸς λόγος*, inquit, *καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀφλημάτων*. Id est voces hæ *ἀποτιμᾶν*, *ἀποτιμᾶσθαι*, et *ἀποτίμημα* non tantum de pignoribus et hypothecis, quæ a marito mulieri traduntur pro dote, dici possunt, sed generaliter vel in hypothecam accipere, vel pignori dare significant, pro quolibet scilicet debiti genere, non solum pro dote aut locationibus, sed et pro aliis omnibus negotiis in quibus contrahuntur obligationes. Hesychius Grammaticorum peritissimus hoc bellissime confirmat, *ἀποτιμήσασθαι*, ait, *τὸ λαβεῖν εἰς ὑποθήκην*. Vide Demosthenem orat. contra Onetorem secunda. Lysias hoc etiam docuerat in oratione adversus Diogenem de locatione domus, si tamen illa legitima erat, testis Harpocration. MA.

51, 12. 'ΑΠΟΤΙ'ΜΗΜΑ] De locatione prædiorum pupillarium locus est illustrissimus apud Isæum p. 54, ubi et *ἀποτίμημα* explicat quid sit. Exscribe omnino. Quo refero hæc ex Isæo: *ᾧ γὰρ ἃ μὲν ὑπῆρχεν ἔξω τῶν ἀποτιμηθέντων καταλελειτουργηκότα, δανειζομένῳ δ' οὐδεὶς ἂν ἔδωκεν ἐπ' αὐτοῖς ἔτι πλέον οὐδὲν, ἀποδεδωκότι τὰς μισθώσεις ἔχειν ἐμοὶ προσῆκον ἀναμφισβητήτως. οὗτοι τηλικαύτην δίκην λαχόντες, καὶ σφέτερα αὐτῶν εἶναι φάσκοντες ἐκώλυσαν μὲν ἐξ αὐτῶν ποιήσεσθαι τὴν ἐπισκευήν*. Citat Dionysius in Isæo. Pollux 8, 89. de officio archontis: *ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν γυναικῶν, αἳ ἂν φανῶσι ἀπ' ἀνδρὸς τελευτῆς κύειν, καὶ τοὺς οἴκους ἐκμισθοῦν τῶν ὀρφανῶν*. Sigonius lib. 4. de Rep. Athen. cap. 3 sic ea vertit: *idem curator erat mulierum, quæ post mariti mortem prægnantes esse viderentur, et domos pupillorum exhaurire.* Magno errore. VA.

52, 7. *'Απόταφος* ille est apud Dinarchum in denunciatione adversus Agasiclem, qui privatus est majorum suorum sepulchro. At *ἀπόταφοι* servi erant *οἱ συνηριστευκότες τὴν ἐλευθέραν*, ut ait Hesychius, *καὶ μὴ συνταφέντες αὐτοῖς*, in quibus plane cæcus sum, nec memini me simile quicquam in monumentis veterum legisse. Forte pro *τὴν ἐλευθέραν* legendum *τῇ ἐλευθέρᾳ*, aut *τῇ ἐλευθερίᾳ*. Sed nihil constituo. MA. Lego *τῶν ἐλευθέρων*, vel potius *τοῖς ἐλευθέροις*, si cum *συνηριστηκότες* conjungas; quod si

cum δοῦλοι, τῶν ἐλευθέρων legi potest. id est, servi, qui cum ingenuis strenue se in prælio gessere, nec tamen una cum ingenuis sepulti sunt. Nam in pugna ad Marathonem (in qua tum primum Athenienses servorum opera in bellis usi sunt) una cum Atheniensibus pugnavere Platæenses ac servi. Post victoriam Athenienses id antiquissimum habuerunt, ut suos cives, qui in bello ceciderant, sepelirent; sepultique sunt per tribus, ac singulis tribubus separata sunt monimenta, in quæ tribules inlati fuere. Sepulti sunt seorsum in Marathone Platæenses, ac seorsim servi, qui egregiam operam navaverant, ut docet Pausanias Atticis c. 32. In bello etiam Æginetico servi Ath. pugnarunt, et seorsum sepulti sunt. Pausanias [1, 29, 7.] p. 22. In prælio etiam navali ad Arginusas servi conscripti pugnaverunt, ut testis est Scholiastes Aristoph. in Ranis initio. Suidas in οἴμοι κακοδαίμων. τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν; Etymol. ἀπόταφον τὸν χωρὶς ταφέντα καὶ ἀλλαχῇ τοῦ τῶν ἄλλων νεκρῶν τάφου. οἱ δὲ τὸν ἀπεστερημένον τῶν προγονικῶν τάφων. Quin et post pugnam ad Chæroneam decretum scripsere Ath. τοὺς συμπολεμήσαντας οἰκέτας ἐλευθέρους εἶναι, teste Dione orat. 15. Plutarcho in Hyperide. VA.

52, 15. Quod nos hodie inventarium et repertorium vocamus, veteres Græci ἀπογραφὴν, vel ἀπόφασιν dixere. Hac in permutationibus quas ἀντιδόσεις appellabant maxime utebantur, ut sæpius testatur Demosthenes in orat. adversus Phænippum: illa vero in quibuslibet descriptionibus et professionibus censuum, quæ fiebant, ut sciretur quantum quisque civium haberet in facultatibus. Demosthenes semel tantum ἀπόφασιν quæ proprie in permutationibus contingebat, ἀπογραφὴν vocavit, ex notatione Harpocrationis. Sed et ἀπογραφὴ quiddam aliud significat, est enim species actionis de qua, ne diutius in istis tempus teramus, videndus Demosthenes in orat. adversus Androtionem et in orat. adversus Nicostratum de Arethusii servis, si tamen hæc legitima sit. MA. Ἀπόφανσιν vulgati libri habent semper. ἀπογραφὴν vocat Libanius in argumento, et Demosth. ipse, ἀπεγραψάμην πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ταύτην τὴν ἀπογραφὴν, qui et ἀπογράφειν bis usurpat in ea oratione pro ἀποφαίνειν. VA.

53, 1. Ἀποφοράν] Demosthenes περὶ παραπρ. p. 234. Καὶ πάλιν ἐν τῷ δήμῳ γραφὰς ἀποίσειν, καὶ τοιαῦτα ἠπείλει mihi Æschines, i. accusare. Utitur Æschines sæpissime, ut p. 80. Vide in σύνδικοι. ἀναφορὰν usurpat Æschines περὶ παραπρ. p. 42. in initio. Lysias p. 103. ἀνενεγκεῖν dixit. Nota. Et Demosthenes pro corona p. 146, id est *receptum, retraitte.* Volfius, contra Timocra-

tem initio pro eo quod Gallice dicemus *saufs, son recours*, Budæus. VA. Glossa hujus verbi ἀποφορᾶν, infinitivum potius, quem de novo dedimus ex Suidæ penu, requirere videbatur quam accusativum ἀποφορὰν, quem præcedentes editiones retinuerunt. [licet hoc eodem loquendi genere aliquoties utatur hic auctor, nam supra ad vocem ἀλογίαν ita infit, ἀλογίαν, τὸ μηδένα ἔχειν λόγον. Unde colligitur nullam esse rationem cur potius ἀποφορᾶν hic in infinitivo legatur quam illo loco, ubi optime in accusativo ἀλογίαν legitur, qui tamen explicatur per infinitivum, quemadmodum voce ἀναφορὰ, rectum per infinitivum, ἀναφορὰ, τὸ ἀναφέρειν τὴν αἰτίαν. *Ex Addendis*.] Isæi tamen ex oratione adversus Orgeones verba, (sic inscribi debet illa oratio, πρὸς Ὀργεῶνας, ut patet ex verbo Ὀργεῶνες infra, aliquoties incuria librariorum in hoc opere peccatum est, et pro Ὀργεῶνας, Ὀργαίωνα, vel Ὀργεῶνα scriptum, ac si non adversus sodales Orgeones, sed contra privatum quendam Orgeonem habita fuisset illa oratio ab Isæo, quæ menda benignus lector condonabit, et advertet in verbis γειςίπους et εἰσεπόδιζον, constanter legendum πρὸς Ὀργεῶνας.) Isæi inquam ex illa oratione verba ἀποφορὰν in accusativo potius postulare videntur, ita enim habent, εἴπερ γοῦν ὥριζον ταῖς ἀποφοραῖς ταύταις τῶν παίδων ἀλλότριον εἶναι τὸ χωρίον. *Hisce distantiis et interstitiis pedum*, vertit vir consummatissimus in Græcis, quia pro παίδων veteres omnes editiones ποδῶν habent. Nos recens παίδων restituimus. Quomodo enim potius pedum interstitiis definitum fuisse asseruisset orator fundum illum alienum esse quam annuis vel menstruis pensitationibus et ἀποφοραῖς, quæ a servis, quos παῖδας vocat, dominis fiebant, per varia temporum intervalla. Certe nunquam mihi persuadere potui ἀποφορὰν distantiam significare simpliciter, pensitationem quidem quæ diversis anni tempestatibus, et quasi per intervalla præstatur, innuere potest. Quomodo accipitur apud Grammaticorum probatissimos, Pollucem, Ammonium, et Herodoti glossas, quod etiam sibi velle videntur verba hæc auctoris nostri τὸ ἀπενεγκεῖν, καὶ διάστημα ποιῆσαι μεταξύ. male διάστομα legebatur. De pedum quidem distantiis et interstitiis in limitibus agrorum loqui sæpius Gromaticos auctores non est dubium, talia enim sunt apud eos ὅσα κόνις. Imo et ipsa Solonis lex, quæ in tit. finium regundorum in Pandectis ex parte allata est, tota de distantiis et intervallis pedum est, quæ inter vicinos relinqui debent, si alter eorum vel murum struere, vel ædificare velit, aut sepulchrum et scrobem fodere aut puteum, vel si oleam aut

ficum, aut alias arbores plantare desideret. Integriora ejus legis verba quam quæ vulgo leguntur dedit eruditissimus vir Joannes Leonclavius in eclog. Basilic. et in notatorum quæ cum veteribus Paratitlis in Cod. edita sunt lib. 2. numero 34. Quædam adhuc lacera supersunt, quæ meminimus a nobis suppleta fuisse beneficio Basilicorum, quorum nobis copiam non denegavit clarissimus Senator Joan. Faber, magni illius Petri Fabri filius. Sed hæc alias et opportunius et diligentius absolventur, agamus quod agimus. De pedum distantiis non intempestive forte hic, dum de finibus agrorum agebat, loquutus est Isæus, at ἀποφορὰν simpliciter intervallum aut distantiam significare, et accusativum hunc glossematice per *ἀπενεγκεῖν, καὶ διάστημα ποιῆσαι μεταξὺ* explicari, hoc quidem remotissimum et alienissimum esse nemo non videt, quod tamen probare veriti non sunt viri non ultimam familiam in literis ducentes. Nos in his nihil certi decernimus, imo omnia adhuc curatius examinanda acutioribus et accuratioribus tradimus, non enim hæc difficultate carent. MA.

53, 3. Ἀποφοραῖς] Græci villas suas servis locabant, ut docet Plato 7 legum p. 806. Ammonius: *ἀποφορὰ μὲν γάρ ἐστι τὰ ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις παρεχόμενα χρήματα, ἣν καὶ ἀναφορὰν καλοῦσι.* Et mox: *ἀποφορὰ μὲν γάρ ἐστιν ὁ νῦν καλούμενος φόρος.* Teles vetus autor *περὶ αὐταρκείας* apud Stobæum sermone 37. *ὥσπερ οἰκέτης τὸν κύριον, ἐφ' ἱερὸν καθίσας, δικαιολογεῖται, τί μοι μάχῃ; μή τί σοι κέκλοφα; οὐκ ἂν τὸ προσταττόμενον ὑπὸ σοῦ ποιῶ; οὐ τὴν ἀποφορὰν εὐτάκτως σοὶ φέρω;* Locus illustris: nam *εὐτάκτως* intervalla certa pensionum denotat, *τὸ διάστημα*, Galli *terminos* vocamus inquilinorum et colonorum pensiones. Andocides *περὶ μυστηρίων* p. 7. *ἔφη γὰρ εἶναι μὲν ἀνδράποδόν οἱ ἐπὶ Λαυρείῳ, δεῖν δὲ κομίσασθαι ἀποφοράν.* Eo etiam refer illa Teletis verba apud Stobæum 235. *οἰκέται μὲν οἱ τυχόντες αὐτοὺς τρέφουσι, καὶ μισθὸν τελοῦσι τοῖς κυρίοις. ἐλεύθερος δὲ ἀνὴρ αὑτὸν τρέφειν οὐ δυνήσεται.* Xenophon de Rep. Ath. [1, 11.] *ὅπου γὰρ ναυτικὴ δύναμίς ἐστιν ἀπὸ χρημάτων, ἀνάγκη τοῖς ἀνδραπόδοις δουλεύειν, ἵνα λαμβάνων μὲν πράττῃ τὰς ἀποφοράς.* Paulus lib. 3 sentent. tit. 8 de usufructu: *uxores vero eorum, qui mercedes præstare consuevere, neque instructionis neque instrumenti appellatione continentur.* Addit Suidas: *καὶ ἀποφορὴ παρὰ Ἡροδότῳ ἡ τελουμένη παρὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις.* Æschines p. 18. Artemidorus cap. 78 lib. 1, et lib. 3 cap. 41. Myron Prienensis lib. 2 Messeniacorum de Elotibus loquens. *καὶ παραδόντες αὐτοῖς τὴν χώραν, ἔταξαν μοῖραν ἣν αὐτοῖς ἀνοίσουσιν ἀεί.* Laërtius in Cleanthe: *καὶ ἐκέλευεν ὀβο-*

λου φέρειν ἀποφορᾶς. Quod autem ait Ammonius, eam dici vulgo *ἀναφορὰν*, testis sit Artemidorus lib. 1 cap. 33. *δούλῳ δὲ ἐλευθερίαν προαγορεύει τὸ μηδένα ἔχειν ὀδόντα. ἡ γὰρ οὐ διδοὺς ἀναφορὰν ὥσπερ τοῖς ὀδοῦσι τροφὴν, ἢ οὐ λαμβάνων παρ' ἄλλου τροφὰς, ὥσπερ οὐδὲ ὑπὸ τῶν ὀδόντων τρεφόμενος, πάντως ἔσται ἐλεύθερος*. Menander apud Suidam in *Ἀμφορεαφόρος*. VA.

53, 4. *Ἀποψηφίζονται* etc.] Sic usurpat Æschines contra Timarchum p. 20. Demosth. p. 121. Sed Demosth. *περὶ παραπρ*. 228. *ἀποψηφίσασθε Αἰσχίνου* dixit, pro, *absolvite*, et Æschines p. 81, et Demosth. pro corona p. 153. VA.

53, 4. *καταδικάζουσιν*] Perplacet mihi lectio libri Medicei non agnoscentis nisi simplex *δικάζουσιν*, ut *ὅσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν*, in *ἐπιθέτους*. Is ipse etiam citat Dinarchum *κατ' Ἀρχεκράτους*. GR.

53, 5. Dinarchus in oratione contra Archestratidem, *κατ' Ἀρχεστρατίδου*, sic concipienda epigraphe hujus orationis, non ut excusi omnes inepte et corrupte *Ἀριστοκράτους*, manuscripti *Ἀρχεστράτου*[c] habebant, ex quo nos confecimus *Ἀρχεστρατίδου*, contra quem orationem hanc habuerat Dinarchus, ut patet ex multis auctoris nostri locis. Dinarchus inquam in illa oratione, *ἀποψηφίζονται* dixerat, pro *καταδικάζουσιν αὐτὸν μὴ εἶναι πολίτην*. Aliud est *ἀποψηφίσασθαι παρὰ τοῖς δικασταῖς*, aliud *ἐν τοῖς κατὰ δῆμον ἐργαστηρίοις*. Hoc condemnare significat, sive *καταψηφίσασθαι*, unde judicia illa *διαψηφίσεις* dicuntur, de quibus erudite Harpocration voce *διαψήφισις*. Illud absolvere[d], sive *ἀφεῖναι*. In oratione Dinarchi quæ hic laudatur, *ἀποψηφίσασθαι* condemnare[e] significat *ταῖς ἐν τοῖς δήμοις κρίσεσι* tribuum judiciis, *ἐκφυλλοφορῆσαι* proprie illud dicebatur, quia οἱ *κατὰ δήμους δικάζοντες* foliis suffragia ferebant, quibus inscribebant *εἴ τις ὡς παρέγ-*

[c] Manuscripti *Ἀρχεστράτου*] Sic MS. Vaticanus, teste Meursio lib. 3 lect. Att. Dionysius Halic. vocat *πρὸς Ἀρχέστρατον*, ut idem notat. VA.

[d] Illud absolvere, sive *ἀφεῖναι*] Imo et probare. Sic *ἀποψηφίσασθαι νόμον* pro probare legem a Leptine latam dixit Demosth. contra Leptinem in fine: cui opponit *καταψηφίσασθαι* ibidem. Est autem hæc oratio habita *ἐν δικαστηρίῳ*. Pro absolvere usurpat Demosth. *ἐν τῷ κατὰ Μειδίου* in fine. VA.

[e] *Ἀποψηφίσασθαι* condemnare] Sic Dem. contra Neæram. *εἰδότες οἶμαι οἱ γεννηταὶ* etc. *ἀποψηφίζονται τοῦ παιδὸς, καὶ οὐκ ἐνέγραφον αὐτὸν εἰς σφᾶς αὐτούς*. Suidas in *ἀπεψηφίσατο*. *ἐπὶ τοῖς δήμοις ἀποψηφίσεις ἐγίνοντο τῶν γεγραμμένων μὲν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. οὐκ ὄντων δὲ ἀστῶν, ἀλλὰ παρεγγεγραμμένων εἰς τὴν πολιτείαν, καὶ οὗτοι ἐλέγοντο ἀπεψηφισμένοι, ἐπειδὴ ψήφου περὶ αὐτῶν ἐπαχθείσης οὐκέτι μετεῖχον τῆς πολιτείας. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα. ὅπως πρῶτον μὲν μυριάδας πλείους ἢ δεκαπέντε τοὺς ἐκ τῶν ἔργων τῶν ἀργυρείων καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἄλλην χώραν. ἔπειτα τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ καὶ τοὺς ἀτίμους καὶ τοὺς ἀπεψηφισμένους καὶ τοὺς ἀποίκους*. VA.

γραπτος ἐκρίνετο. Plura ad *ἐκφυλλοφορῆσαι* et *διαψήφισις.* Demosthenes orat. de Cor. [p. 271, 6.] Antiphontem *ἀποψηφισθέντα* commemorat, ad quæ Ulpianus acutissime: *οὗτος γὰρ ὁ Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος ἐδόκει εἶναι, πρότερον γιγνομένων δὲ τῶν καλουμένων διαψηφίσεων, ὅ ἐστιν ἐξετάσεων, ἐν τοῖς δήμοις ὡς ἔθος, εἰ ἄρα φύσει Ἀθηναῖος οὐκ ὢν ἐνέγραψεν ἑαυτὸν ἐκ σπουδῆς τινῶν εἰς τοὺς ἀστοὺς, ἀπεψηφίσθη δὲ καὶ ἀπεδοκιμάσθη ὡς οὐκ ὢν ἀστὸς καὶ ἐκβέβληται.* MA.

53, 6. *Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει.*] Et pro corona p. 121. [p. 271, 6.] VA.

53, 7. 'ΑΠΡΟΒΟΥΛΕΥΤΟΝ] Dio orat. 56. [vol. 2. p. 293.] *οἱ δὲ πολλοὶ τῶν δημαγωγῶν ἀπροβούλως τὰ ψηφίσματα οὐκ ὀκνοῦσιν εἰς τὸν δῆμον εἰσφέρειν.* Leg. *ἀπροβούλευτα.* VA.

53, 12. *Ἀπροστασίου*] Terentius Eunucho in fine, *Thaispatri se commendavit in cientelam et fidem.* Isocrates in sociali p. 337. VA.

53, 12. *Κατὰ τῶν προστάτην μὴ νεμόντων μετοίκων*] Suidas in *νέμειν προστάτην· τῶν γὰρ μετοίκων ἕκαστος μετὰ προστάτου τῶν ἀστῶν τινὸς τὰ πράγματα αὑτοῦ συνῴκει, καὶ τὸ μετοίκιον κατετίθει, καὶ τὸ ἔχειν προστάτην καλεῖται νέμειν προστάτην.* Sic Dionysius Hal. l. 2, 9. p. 84. *ἐπιτρέψας ἑκάστῳ τῶν ἐκ τοῦ πλήθους ὃν αὐτὸς ἐβούλετο νέμειν προστάτην. ἔθος Ἑλληνικὸν καὶ ἀρχαῖον, ᾧ Θετταλοί τε μέχρι πολλοῦ χρώμενοι διετέλεσαν καὶ Ἀθηναῖοι καταρχὰς ἐπὶ τὰ κρείττω λαβών. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὑπεροπτικῶς ἐχρῶντο τοῖς πελάταις.* Mox, *ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι θῆτας τοὺς πελάτας ἀπὸ τῆς λατρείας. Θετταλοὶ δὲ πενέστας, ὀνειδίζοντες αὐτοῖς εὐθὺς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην.* Quæ falsa sunt. Non enim *θῆτες* Athenis, sed *μέτοικοι προστάτην νέμειν* necesse habebant. VA.

53, 16. Non sine ratione in verbis Dinarchi ex oratione contra Pytheam conjiciebat corruptum esse Harpocration *τὸ ἀπρότων,* et peccatum illud esse scripturæ, sed non temere etiam nos in ejus restitutione corruptum et portentosum esse *τὸ ἀλησίπων* dicemus. quidam codices manuscripti *ἀλυπίσων* habent, et ita vara vibiam sequitur, ut est in veteri verbo. Melius et rationi convenientius antiqui illi codices, in quibus auctor noster scriptum fuisse asserit *παρνόπων,* pro *ἀπρότων,* nam *πάρνοπες* vox usitata est, et speciem locustæ significat, *ἀπρότων* autem vel *ἀλησίπων,* vel *ἀλυπίσων* nullus antiquorum unquam dixit, imo nec ipse Suidas hanc Harpocrationis restitutionem retulit, unde conjicere licet ejus etiam tempore corruptos in hac parte fuisse Harpocrationis Codices. MA.

53, 16. 'ΑΠΡΟΤΩΝ] Hesychius in *πάρνοπες.* Idem videtur

esse πρανῷ apud Hesychium, nisi melius πρανῶψ legatur. Autor Etymologici magni: ἀβρότων κοχλίων εἶδος, οἱ δὲ ἀκρίδων, αἵτινες πολλαὶ γενόμεναι τοὺς καρποὺς διαφθείρουσιν, οἱ δὲ μελιττῶν. οἱ δὲ ἀπρότων φασὶν, ὅ ἐστιν ἀντὶ ληστῶν. VA.

54, 2. ὥσπερ Ἀλησίπων] Nihil mutat MS. in illis ὥσπερ Ἀλησίπων: et viri docti in Gœsiano exemplari apposuerant modo asteriscum. Sed quum ea vox plane nihil boni contineat, quod hodie in Græcis notum est, vide an non ea corruptam tradat conjecturam Harpocrationis, qui scripserit ὥσπερ Ἀττελάβων. Hi enim ut γένος ἀκρίδων noti sunt Eustathio ad Dionysium. GR. Nihil extricat Maussacus, nec corruptissimæ vocis ulcus tetigit Valesius. Viam tamen ad emendandum muniunt hæc Etymologici, p. 4, 27. οἱ δὲ ἀπρότων φασὶν, ἀντὶ τοῦ ληστῶν, quod quamvis ipsum forte mendo non vacet, ostendit tamen, hic legendum esse: ὥσπερ vel ὡσπερεὶ ληστῶν· correctione sane convenientissima ad Dinarchi sensum et vocem ἐμπεπηδηκότων. Latronum enim ἐμπηδᾷν. Consimile vitii genus vide in Suida, s. προντούλων, quod emendavit L. Bos. An. ad Suid. p. 184. HEMST. Lexicogr. apud Bekk. An. p. 440. eadem plane habet quæ Harpocration, omissis verbis μήποτε—Ἀλησίπων. Idem p. 441. hæc refert, digna quæ describantur: Ἄπροτον· οἱ μὲν εἶδος εἶναι κογχυλίου φασὶν, οἱ δὲ ἀκρίδων, οἱ δὲ μελιττῶν· ἕκαστον δὲ τούτων ἀγεληδὸν νέμεται, καὶ οἱ μὲν τὰ ἄνθη, οἱ δὲ τοὺς καρποὺς, οἱ δὲ τὰ ποώδη σίνουσιν, ἀφ' ὧν καὶ τοὺς κατὰ συμμορίαν κακούργους ἀπρότους ὠνόμασαν. Quodcunque igitur mendum Harpocrationis verba contraxerint, quominus tamen Dinarchi locus recte se habuerit, nihil impedit. De corruptela προντουλων vid. Toup. ad Suidam, et ipsum Hemst. ad Schol. *Pluti* p. 349. GEEL.

54, 4. Non Ἀραφήνιος populus est tribus Ægeidos, ut innuunt hæc Harpocrationis verba, sed Ἀραφὴν, ut optime epitomator Stephani. Ἀραφήνιος tribulis, aut civis est illius populi. sed crebræ sunt illæ apud auctores μεταβολαί. Supra voce Ἀλαιεὺς ante editionem nostram, ὄνομα δήμου legebatur pro δημότου, cum Ἀλαιεὺς potius tribulis quam populi nomen sit, et tamen ferenda erat hæc lectio, quia his conversionibus gaudent Ethnicographi non raro. MA.

54, 6. Ἀργᾶς] Vid. Foës. ad Hippocr. de Morb. vulg. 5. p. 1161. Suid. in Δημοσθένης. Galen. Gl. Hipp. Plut. T. 1. p. 847 E. Pausan. ap. Eustath. ad Il. B. p. 183, 22. Hesych. in Ἀργᾶς. HEMST.

54, 6. Æschinis oratio περὶ τῆς ἀποδόσεως illa est qua falsæ et

male obitæ legationis accusatus a Demosthene defendit se et a calumniis purgat. Adversaria Demosthenis oratio περὶ παραπρεσβείας inscribitur, hæc περὶ τῆς ἀποδόσεως, quod in ea rationem reddat Æschines defunctæ et peractæ legationis: vulgo etiam περὶ παραπρεσβείας inscribitur, sed minus proprie. [Lege περὶ τῆς ἀπολ. id est, ἀπολογίας. quomodo ab Harpocr. laudatur alicubi, et a commentatore Hermogenis. VA.] Verba autem ad quæ hæc notavit Harpocration ita habent in illa oratione: ἐκ παίδων δὲ ἀπαλλαττόμενος, καὶ δεκαταλάντους δίκας κατὰ τῶν ἐπιτρόπων λαγχάνων, Ἀργᾶς ἐκλήθη, etc. Ἀργᾶς cum circumflexo in ultima legit auctor noster, contra cujus fidem et omnium antiquorum, ut Plutarchi, Hesychii, Suidæ et aliorum, recentiores quidam veterem hanc et germanam lectionem torquere conati sunt ἀπροβουλεύτως. Eruditissimus Lambinus ad od. Flac. 19. l. 2. in verbis Æschinis non Ἀργὰς, sed Ἀγρὰς legendum probare conatur. [Eustathius Ἰλιαδ. β. p. 183. ἐν τῷ Παυσανίου λεξικῷ φέρεται· Ἀργειφόντης ὁ ὀφιοκτόνος. ἄργην γάρ φησιν ἔνιοι τὸν ὄφιν καλοῦσι. VA.] Est etiam alter consummatissimus in litteris et acutissimus vir, quem honoris causa non nomino, qui negare ausus est Demosthenem Ἀργὰν vocatum fuisse, et non Ἀργὰν, sed Ἀργὸν dici eum debere contendit ex auctoritate Didymi, critici antiquissimi et excellentissimi; ὁ γοῦν Δημοσθένης, inquit, ἕστ' ἂν ἦν νέος ἐλέγετο βάταλος, ὕστερον δὲ γηράσας καὶ ἀκίνητος ὢν περὶ τὰς συνουσίας ἐλέγετο ἀργὸς, quasi lentus et segnis ad rem veneream. Verum bona hujus doctissimi viri venia dixerim, ex verbis illis Didymi non posse colligi Demosthenem non Ἀργὰν, sed Ἀργὸν dici debere, nam ideone non dicetur Ἀργὰς, quod ἀργὸς vocatus fuerit, ut testatur Didymus? non certe, cum enim adhuc in ætate juvenili esset, vel ut loquitur Æschines ἐκ παίδων ἀπαλλαττόμενος, Ἀργὰς dictus fuit, at cum ad senilem pervenit ætatem, ἀργὸς, ita ut apud Æschinem optime Ἀργὰς legatur, quod eum vix ephebum ita vocatum esse dicat. Solum discrimen ætatum docto illi viro persuadere poterat, si hæc attente legisset, utramque denominationem Demostheni competere potuisse. Nos de hac voce Ἀργὰς non addemus plura, quia quæcunque de scommatis hujusmodi et dicteriis Æschinis et Demosthenis ab Harpocratione relata sunt et alia plurima quæ passim in eorum orationibus leguntur, in cap. 15. lib. 2. lectionum nostrarum conjecimus, in quo de variis conviciis, βλασφημίαις et salsis dictis, in quibus luserunt inter se hi duo oratores, satiatissime a nobis actum est. Alia persequimur, et monemus p. 55, 2. Achæum

quidem ἐν Ἀδράστῳ laudari, sed literato nemini certo adhuc constare, quis ille Achæorum, an junior Syracusius, qui decem Tragœdias tantum scripserat, an alter Eretriensis, Pythodori vel Pythodoridos filius, qui Olympiad. 74. natus est, et dramata docuit quadraginta quatuor, vel ex quorumdam sententia, triginta, aut ut alii existimavere, vigintiquatuor tantum. Semel eum vicisse ferunt, et Sophocle paulo juniorem cum Euripide Olympiad. 83. in pretio habitum esse. Equidem ex hujus Tragœdiis multas auctoritates promit Athenæus, ut non leve sit hinc arguere, de eo loqui Harpocrationem hoc loco. Præterea eadem linea pro Τίμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος legendum est Τιμαχίδας δὲ ὁ Ῥόδιος, veterem tamen lectionem noluimus interpolare, quod manuscriptorum auctoritate confirmaretur et Suida, sed æquum et consentaneum est ut innovetur, nam non Timarchus, sed Timachidas Rhodius Glossographus hic laudatur. Scio quidem apud Athen. 11. p. 501. Timarchum quemdam citari, qui libros περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ[f] composuerat, sed Rhodius ille non erat, nec, ut opinor, Glossographus, qualis Timachidas, quem hic laudari convincunt hæc verba, οὐ κατὰ γλῶτταν. Glossas composuerat Timachidas, ut patet ex Athen. 2. p. 53. Hesych. Suida, et ex his quæ de eo retulimus in dissertatione critica; an idem ille sit qui libris undecim, vel etiam pluribus cœnas descripserat, non ulterius inquiro. Viri docti Grammaticum a poeta separant, sed nihil impedit quin Grammaticus poeta fuerit, maxime cum apud Athen. Timachidæ etiam Rhodii laudentur carmina, quæ de cœnis composuerat, et Glossæ. utrum de eodem auctore loquatur Athen. amplius est quærendum. Veniamus ad alia l. 7. Quamvis veterem lectionemre tinuerimus, et ἐν μέντοι τοῖς Ἀττικιανοῖς excusum sit, tamen melius est legere Ἀττικισμοῖς, ut infra voce Θύστιον, in qua plura vide de differentia quæ constituenda est inter Ἀττικοὺς et Ἀττικισμοὺς, cum Attici scilicet vel Athenienses apud veteres laudantur, vel Atticismi. MA.

55, 8. In v. Ἀργᾶν post finem adjecta habebat MS. codex ista: Ἀργὰς, ὁ δεινότατος παρ' ἡλικίαν ἀργᾶς καλεῖται. ἄλλοι δὲ τὸν δεινότατον καὶ θηριώδη τὸν τρόπον. καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν

[f] Περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ] Eratosthenes librum composuerat carmine, qui Ἑρμῆς dicebatur. laudat Pollux aliique. Plutarchus in libro, quod etiam mulier erudienda sit, apud Stobæum 235. Ἀρχύτας (non ille Pythagoræus) ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν, τοῦτον ἐπήνεγκε τὸν στίχον, χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε. τί δ' οὐ χρειὼ κεν ἀνεύροι; καὶ τοῦτο, ὀρθοῦσι καὶ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι. Historiam omnem Mercurii complexus erat hoc carmine, teste Didymo in Ἰλ. ω. initio. VA.

ὄφιν ἀργᾶν ἐκάλουν, quum in ipso Harpocratione habeatur ἀργᾶν καλοῦσιν, ὡς etc. GR.

55, 9. Cum primum in hunc locum incidi, imperitia et oscitantia typographorum male excusum fuisse Ἄργουσα pro Ἄργουρα statim mihi persuasi, sed postquam de luculenta ejus enarratione cogitare cœpi, inveni veterem hunc esse errorem, et quem membranæ ipsæ retinuerunt, imo et auctoris nostri simia Suidas. Argura (Ἄργουρα enim cum Demosthene, Stephano et aliis legendum est.) Eubœæ civitas est in Chalcidice, teste Aristotele Chalcidensi in volumine quod de Eubœa confecerat, ὡς Ἀριστοτέλης ὁ Χαλκιδεὺς ἐν τῷ περὶ Εὐβοίας (ait Harpocration.) Quis Aristoteles ille qui manus et oculos Diogenis Laërtii, Stephani, Athenæi, et hujusmodi heroum effugit? adeone infelix et parum cognitus, ut non meruerit quendam locum sibi vindicare in divinis eorum scriptis? Nullum inveni antiquorum, qui de hoc Aristotele Chalcidensi scriptis quædam mandaverit; soli, ni me fallit memoria, Apollonii Rhodii enarratores Theo, Sophocles, Tarræus, ejus tanquam in transcursu meminerunt, quo loco ita commentantur ad Arg. 1, 558. Σουΐδας καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὔβοιαν πεπραγματευμένοι, (de Aristotele enim Chalcidensi intelligenda illa verba.) Sed quid faciemus Ulpiano, vetere Demosthenis interprete, qui ad hæc Midianæ [p. 558.] ἐπ' ἀστράβῃ ὀχούμενος[g], non Ἀργούρας cum Harp. et fæce interpretum, ut ille loquitur, legendum esse putavit, sed ἀργυρᾶς? ita ut secundum eum ex verbis Demosthenis hic sensus sit eliciendus, Midiam usum esse cathedra argentea, ad mollitiem et ejus lasciviam arguendam et aperiendam, non cathedra ex Argura Eubœæ civitate sibi comparata, quomodo vulgus existimabat. Verba illius digna relatu sunt. Εἶθ', inquit, ἵνα μὴ ἀντιπέσῃ, τί οὖν εἰ κακωθεὶς ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καθέδρᾳ, προσέθηκεν ἀργυρᾶς; τὸ μὲν ἠργυρῶσθαι τὴν καθέδραν δεῖγμα ἦν τοῦ ἐπιτηδεύοντος καὶ ἐντρυφῶντος τούτῳ τῷ εἴδει, τὸ δὲ καὶ ἐξ Εὐβοίας, ὅτι μὴ εἰωθότων τῶν Ἀθήνησι τοιαύτας ἐργάζεσθαι, αὐτὸς ἐξ Εὐβοίας ὠνήσατο. ἡ δὲ δημώδης,

[g] Ἐπ' ἀστράβῃ ὀχούμενος] Sed et Helladius Bezantinous in χρηστομαθ. apud Photium, ubi quid sit ἀστράβη explicat, ait ἀστράβην non tantum esse mulam singularem, qua vehimur, sed etiam τὸ κατασκεύασμα, ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου λόγῳ. ἐπ' ἀστράβης ὀχούμενος ἀργυρᾶς. Alteram tamen lectionem agnoscit Macrobius. Erat porro ἀστράβη beatiorum hominum, ut indicat Lysias p. 159. Etymologus, ἀστράβη ἐπὶ σκεύους εἴρηται ξυλίνου etc. ut Hesychius. Glossæ, *astraba*: σανὶς, ὑποπόδιον. Isidorus in Gloss. *Astraba, tabella, in qua pedes requiescunt*. Demosthenis ἀστράβην memorat Oribasius de machinam. cap. 4. Eustath. in Ὀδυσσ. α. p. 1410. ἀστράβη, ὃ σημαίνει σέλλαν καὶ σαγμάριον. VA.

scriptura scilicet aut lectio vulgaris, ἐξ Ἀργούρας ἔχει, ἀπὸ τόπου τῆς Εὐβοίας, ἀλλὰ τὰ ἑξῆς δηλοῖ ὅτι μαλακίαν αὐτῷ καὶ τρυφὴν ὀνειδίζει, χλανίδας λέγων, καὶ ἱμάτια τρυφερὰ, καὶ σκεύη ἐπιτήδεια πρὸς ἀνειμένον βίον. Quæ profecto verissima et acutissima sunt, et vulgarem aliam lectionem rejiciendam demonstrant apertissime, licet a Macrobio confirmetur c. 21. l. 5. Sat., ubi nominatim in relatis ex Midiana verb. legitur ἐξ Ἀργούρας. MA.

55, 12. Dinarchus in oratione contra Proxenum λαβῆς, ita vulgares omnes editiones et nostra, sed melius, quantum reor, exarati manu habent βλάβης. quam lectionem etiam amplexus est Dionys. Halicarnass. Dinarchus, inquam, in illa oratione usus erat his vocabulis ἀργυρὶς θήκη, vel ut quædam membranæ habent uno verbo ἀργυροθήκη. Testis Harpocration, cujus verba hoc loco non ita facilia sunt, ut unicuique statim patere possint, nam amabo te quid omnia illa quæ post has voces ἀργυρὶς θήκη subjunguntur sibi volunt? præcipuum ejus intentum in eo versatur, ut explicet enodetque glossematice quæcunque ex orationibus decem rhetorum haurit, vel difficile, vel incognitum et impervium: ubinam quæso horum verborum ἀργυρὶς θήκη glossa est, ubi enarratio? Quid denique ex his colligi potest, quo Dinarchi illa verba clariora et faciliora reddantur? Scio quid magni viri, et quos nihil in literis fugit, ad hæc responsi daturi sint, absit etiam ut divinas illas mentes in his terrestribus immorari credamus, eorum qui nectare et ambrosia saturantur, gustus et appetitus vix potest mortalibus his cibis irritari aut provocari. Non res nobis cum illis heroibus, cum candido et æquo lectore agimus, et ab eo familiariter quærimus utrum postquam hæc legerit, videat quid concludere velit auctor noster. Non dubito, dummodo doctus potius esse quam videri malit contra hujus seculi mores, quin sincere fassurus sit se in verbis quidem aliquid videre, at in mente aut intento plane nihil. Non operam igitur aut oleum perdidisse videbimur, si horum sacrorum adyta et penetralia reserare tentemus, in eorum gratiam qui nondum in ea fuere admissi. Duæ erant antiquitus apud Athenienses γραμματιδίων species, et quibusdam tantum utebantur ad scribendum, aliis vero ad argentum recondendum et reponendum, quæ etiam κιβώτια vocabantur, id est arculæ, seu cistæ, fisci, unde fiscus nomen accepit. Neoterici eos fiscos, aut illa γραμματίδια ἀργυροθήκας dixere, Dinarchus divisis vocibus, ἀργυρίδας θήκας, ergo hic ἀργυρὶς θήκη reconditorium argenti est, sive γραμματεῖον ἀργύριον, quod Βοιωτικὸν καὶ κοῖλον vocabant. Simpliciter

aliquando dicebatur ἀργύρινον. Hesych. ἀργύρινον, γραμματεῖον, ὃ καὶ Βοιωτικὸν καὶ κοῖλον λέγεται. Rursus, ἀργυροθήκη, τὸ ἀργύριον γραμματεῖον. Pollux lib. 4. cap. 2. Βοιώτιον vocat, γραμματεῖον δὲ, inquit, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, καὶ ἐν ᾧ ἀργύριον ἀπέκειτο, ὃ καὶ γραμματεῖον Βοιώτιον ἐκάλουν, οἱ δὲ νεώτεροι αὐτὸ καὶ ἀργυροθήκην ὠνόμαζον. Sed hic nos antequam in Hesychii verba incidissemus, pro Βοιώτιον reponere Κιβώτιον tentabamus moti auctoritate Harpocrationis, qui γραμματίδια illa in quibus argentum reponebatur, vocata etiam fuisse κιβώτια refert. Miror quomodo plura esse hujusmodi γραμματίδια dixerit, cum alii omnes auctores ad unum apud Atticos unicum tantum fuisse docere videantur. MA. Suidas γραμματεῖον et γραμματίδιον τὸ συμβόλαιον explicat, itemque in συμβόλαιον. Etymol. γραμματεῖον ait esse τὴν μικρὰν δέλτον. Sic sæpissime Demosth. Theophrastus in charactere τῆς μικρολογίας usurpat τὰς ἀργυροθήκας pro loculis. At vero γραμματεῖα pro loculis nusquam legi, neque apud Atticos, neque porro apud alios, nisi grammaticos. Porro quid sibi vult apud Harpocr. τὰ δὲ ἄλλα, μαρτύρια. An vult dicere, τὰ δ' ἄλλα, ἐν οἷς μόνον γράφουσι, μαρτύρια καλοῦνται? An verba sunt epitomastæ, qui notabat; quæ sequuntur, sunt testimonia ex variis autoribus petita? VA.

55, 12. In v. Ἀργυρὶς Θήκη quum sic viderem editum ab Aldo, et probatum quoque ab Maussaco, etsi hic testetur etiam de quibusdam membranis habentibus ἀργυροθήκη, quod ab Franequerano ut aliquod emendationis ἕρμαιον statim adscitum fuit; sed mox etiam discerem in Mediceo MS. esse ἀργυριοθήκη, quod vocabulum vulgatæ scripturæ literas adæquabat, putavi eam veram et pristinam Harpocrationis manum fuisse, consentientibus ita MStis, et re ipsa exigente, quum non quodlibet ἄργυρον in eis absconderent, sed ἀργύριον nummulos nempe aliquos. Ἀργύριον quoque in MSto, non ἀργυρίδιον, ut cum Aldo Maussacus ediderunt, nec scio qua auctoritate nuper mutatum fuerit, præsertim quum et in v. Αὐτολήκυθοι noster scribat εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύριον, et in v. Ἀφορμὴ, imo passim. Unde autem inducti fuerunt, ut exhiberent ἅπερ καὶ Βοιώτια γραμματεῖα ἐκάλουν, idque adjectis aliunde vocibus καὶ ἀργυροθήκας? quum omnes et MSti et editi antea tantum habeant ἅπερ καὶ κιβώτια ἐκάλουν. Pollux non est Harpocration. GR.

55, 12. λαβῆς] βλάβης. VA.

56, 3. μαρτύρια] Lege καὶ δίθυρα. Vid. Menander ap. Harpocr. in παράστασις. Cf. M. Roever. ad Gloss. nom. c. 2. p. 49. 50.

Suid. in κρόταφος. HEMST. Vid. omnino Hemst. ad Poll. 10, 57. et ad Xenoph. Eph. in Obs. Misc. 5. 1. p. 18 sq. quæ loca jam indicavit Meinek. ad fragm. Menandri p. 115. GEEL.

56, 4. Καὶ ἀργυρῖτις γῆ, καὶ χρυσῖτις, ἡ ἐργαζομένη χρυσὸν, καὶ ἄργυρον] Hæc ponenda sunt a capite, sic: Ἀργυρῖτις γῆ etc. et addendus locus Demosthenis in Exceptione adversus Pantænetum. Xenophon in libello περὶ προσόδων initio, et p. 539. VA.

56, 7. ἈΡΓΙΝΟΥΣΑΙ] Ulpianus in orationem Demosthenis contra Leptinem, ad illa [p. 477, 17.] ἀσθενοῦς ἡμῶν τῆς πόλεως οὔσης, ait: περὶ τὸ τέλος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἐν Ἀργινούσαις, ἔστι δὲ τῆς Λέσβου χωρίον μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων Ἀθηναῖοι ἐπολέμησαν. VA.

56, 9. In v. Ἀργυρόπους δίφρος, antiquus non habebat ἐφ' οὗ, sed ἐξ οὗ, ut non cum participio καθεζόμενος jungatur, ut in v. Ἀρτάβη, ἐφ' οὗ ὀχοῦνται, sed cum verbo ἐθεώρει. Sed etiam Th. Stanleius ad Æschyli Persas monet non puncto hæc secanda ab præcedentibus, sed sola lineola, quod nescio an monitu dignum. GR.

56, 12. Hæc vera sedes est vocis Ἀργαῖος, [quod Mauss. transposuit post Ἀργᾶς] et Theopompi e rerum Philippicarum primo verba ita restituenda ex manu exaratis, τὸν Ἀγγέλαον καλοῦσι, non ut præcedentes editiones Ἀγγέλεων, καὶ Ἀργαῖον, καὶ Παυσανίαν. Porro de hoc Argæo præter Demosthenem in orat. contra Aristocr. [p. 660.][h], Libanius verba fecit ἐν πρεσβευτικῷ πρὸς Ἰουλιανὸν, quem nunc primum edidit doctissimus Federicus Morellus, διεξῆλθεν ἂν, inquit, καὶ περὶ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου καὶ περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου, ὧν ὁ μὲν Ἀθηναίων τὸν Ἀργαῖον καταγόντων κεκρατηκὼς ὥσπερ εὐεργέτας ἀπέπεμψεν. MA.

56, 12. In v. Ἀργαῖος citantur Theopompi verba τὸν Ἀγγέλαον καλοῦσι ut edidit Maussacus, quum Aldus dedisset ἀγγέλεων. Sed quis ignorat inter Philippi fratres fuisse Ἀρχέλαον? qui restitui debet. GR.

56, 14. Ἀργαῖον καὶ Παυσανίαν] Argæi, quem Athenienses, et Pausaniæ, quem Thracum rex in regnum Macedoniæ reducere tentabant, meminit Diodorus 16, 3. De Pausania etiam loquitur Æschines περὶ παραπρ. initio. Suidas in Κάρανος. VA.

56, 15. Aribarzanes quidam dicunt, alii Ariobarzanes. Suidas utrumque habet. Cæterum voces omnes quæ leguntur ab ἀργᾶς

[h] Demosth. in orat. contra Aristocratem] Dem. contra Aristocr. Φίλιππος οὑτοσὶ, εἰ τόθ' ὅτ' Ἀργαῖον κατάγοντας λαβὼν τῶν ὑμετέρων τινὰς πολιτῶν, ἀφῆκε μὲν αὐτοὺς, ἀπέδωκε δὲ πάντα, ὅσα ἀπώλεσαν, αὐτοῖς. VA.

usque ad Ἀριστίων, a nobis in ordinem nativum et alphabeticum redactæ sunt, cum antea confuse et ἀτάκτως legerentur. hoc facile deprehendent illi qui veteribus editionibus potientur. MA.

56, 15. ἈΡΙΟΒΑΡΖΆΝΗΣ] Demosth. contra Aristocr. in fine, Ἀριοβαρζάνην ἐκεῖνον οὐ μόνον αὐτὸν καὶ τοὺς υἱοὺς τρεῖς ὄντας πάντων ἠξίωσαν, ὅσων ἐβουλήθησαν, ἀλλὰ καὶ δύο Ἀβυδηνοὺς μισαθηναιοτάτους καὶ πονηροτάτους ἀνθρώπους προσέθηκαν αὐτῷ (supple cives) Φίλισκον καὶ Ἀγαυόν. Idem περὶ Ῥοδίων ἐλευθερίας [p. 192.]· ὑμεῖς ἐξεπέμψατε Τιμόθεόν ποτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βοηθήσαντα Ἀριοβαρζάνει, προσγράψαντες τῷ ψηφίσματι, μὴ λύοντα τὰς σπονδὰς τὰς πρὸς βασιλέα. ἰδὼν δ' ἐκεῖνος τὸν μὲν Ἀριοβαρζάνην φανερῶς ἀφεστῶτα τοῦ βασιλέως, Σάμον etc. in v. Κυπρόθεμις· τῷ μὲν ἀπέγνω μὴ βοηθεῖν, τὸν δὲ προσκαθεζόμενος καὶ βοηθήσας ἠλευθέρωσε. VA.

57, 1. Viri docti in libro Goesiano emendabant πολεμήσοντας, et sane MS. habebat πολεμήσοντες. GR.

57, 3. Lysias in oratione πρὸς Λεπτίνην, hæc est vetus lectio quam retinuimus, πρὸς Ἐλπίνην habent manuscripti, utrum melius non jam inquirimus, imo vero de Ardetto pauca monemus. Ardettus, (qui ab heroe antiquissimo, ὃς Ἀθηναίους πρῶτος ἐξώρκισεν, sic legendum, non ut male hactenus excusum est in veteribus editionibus et nostra ἐξώρισεν. primus enim hic Ardettus populum seditionibus et inimicitiis ac dissidiis plenum ad concordiæ jusjurandum adegit,) locus Athenis erat ὑπὲρ τὸ στάδιον Παναθηναϊκὸν πρὸς τῷ δήμῳ, τῷ ὑπένερθεν Ἀργυλέων, ut ait Harpocration, at ut Pollux Εἰλισσοῦ πλησίον, unde forte apud Hesychium est restituendum et legendum, τόπος περὶ τὸν Εἰλισσόν[1]. nam hodie Ἰλοσσὸν excusum est, ἐγγὺς τοῦ Παναθηναϊκοῦ σταδίου, ἐν ᾧ τοὺς ὅρκους ἐποιοῦντο, male etiam in excusis legitur οἴκους. Eo in loco jurabant Athenienses una omnes juramentum Heliasticum, cujus jurisjurandi formula integre concepta est in orat. Demosth. adversus Timocrat. Ulpianus multa ad illa verba τῶν ὀμωμοκότων Ἡλιαστικὸν ὅρκον Pollux lib. 8. c. 10. forum quoddam fuisse quod vocabatur Ardettus manifeste testatus est, in quo Apollinem Patroum, Cererem et Jovem regem jurabant. Judicum vero jusjurandum hoc erat, judicaturos se de illis rebus, de quibus leges essent, secundum easdem: de quibus autem

[1] Τόπος περὶ τὸν Εἰλισσόν] Hunc locum ita correxit Casaub. in not. ad Theophrasti charact. Autor Etymol. Ἄρδιττος τόπος ἐστὶν Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀρδίττου τινὸς ἥρωος, ὃς στασιάζοντας τοὺς Ἀθηναίους κατήπειγεν ὅρκοις ὁμονοεῖν. ἐν τούτῳ οὖν τῷ χωρίῳ ὤμνυον οἱ δικασταὶ τὸν δικαστικὸν ὅρκον. καὶ ἀρδίττους τοὺς ἐπιόρκους. VA.

nullæ forent, se justissimas laturos sententias. Cum vero simul etiam jurabant partes, id est illi qui judicia experiebantur, omne illud ἀμφιορκία dicebatur. Sic intelligenda sunt hæc Pollucis ὀμοσάντων δὲ καὶ δικαζομένων τὸ πᾶν ἐκαλεῖτο ἀμφιορκία, quæ ab inepto interprete non fuere percepta. MA.

57, 4. Ἀργυλέων.] ἴσ. Ἀγρυλέων, quod idem est ac Ἀγροιλέων, de quibus Harpocrat. Hesychius, Ἀγρύλη δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς καὶ τῆς Ἀτταλίδος. Duo igitur pagi sic dicti fuere, et ad distinctionem alteri ὑπένερθεν, alteri καθύπερθεν. VA.

57, 10. ἌΡΘΜΙΟΣ] Vide ἄτιμος. Arthmius hic Pythonactis filius Ζελείτης, ut docet Demosth. p. 91 C. D. qui vocat δοῦλον βασιλέως, mancipium regis Persarum: quare τινος, nisi ab Harpocratione per incogitantiam adjectum putemus, est delendum. Dinarch. adv. Aristog. p. 108, 8. 15. HEMST. Non Ἄρθμιος, sed Ἀρίθμιος constanter retinuerunt manu exarati, ut et infra voce ἄτιμος, ubi forte de eodem hoc Arthmio mentio, verum præter auctoritatem omnium excusorum, qui huic vulgari lectioni favent, accedunt præterea Demosthenis codices, in quibus Ἄρθμιος semper scriptum invenitur. Vide Philippic. orationes. MA.

57, 12. Ut Aristylla apud Græcos, ita et Aristyllus proprium viri nomen. Aristylla Aristogitonis soror. Hesych. de Aristyllo, Ἀρίστυλλος, ὄνομα, supple κύριον, viri proprium nomen: supra monuimus hæc indiscriminatim et promiscue apud grammaticos poni, ὄνομα solum, vel κύριον solum, ut Latinorum proprium nomen designent. Porro Hesychii verba de Aristyllo poeta obscœno et αἰσχρουργῷ intelligenda sunt. Vide Aristoph. in Pluto, Concionantibus, et ejus enarratorem. MA.

57, 12. Ἀρίστυλλος] Hic est, qui perstringitur ab Aristoph. in Pluto v. 314. ut mollis et ἀρρητοποιὸς, de cujus ore impuro rursus loquitur in Ἐκκλησ. v. 643. VA.

57, 13. Suidas hoc loco insigni confusione liberandus est et una explicandus. Aristæus, Aristeus et Aristion diversa procul dubio nomina, nec te illa movere debent, Ἀριστεὺς δὲ Ἀριστέως, καὶ Ἀριστήων ὡσαύτως, nam horum verborum hic genuinus et germanus sensus est, voces illæ Aristeus, Aristæus et Aristion nomina propria sunt virorum, ideoque Harpocration de Aristeo ait ὄνομα καὶ τοῦτο κύριον, quia jam de Arthmio loquutus erat. Aristion hic sive Aristeon (habet enim Suidas Ἀριστήων) Samius aut Platæensis, Demosthenis socius ex Myracillio[k], ab eo missus est ad

[k] Socius ex myracillio] Imperite Maussacus hæc vertit. Nam μειρακύλλιον est ὑποκοριστικῶς pro μειράκιον, adolescentulus. Demosthen. ad-

Hephæstionem, Ἡφαιστίωνα enim legendum, non Ὑφαιστίωνα, (ut male veteres editiones et nostra,) fœderis paciscendi gratia, Marsya teste. [Cujusdam Aristionis meminit Antiphon ἐν τῷ περὶ τοῦ χορευτοῦ, cum ait, κατηγορήσειν ἔμελλον Ἀριστίωνος, καὶ Φιλίνου, καὶ Ἀμπελίνου. An de eodem Aristione loquatur non ausim affirmare. *Ex Addendis.*] At inquiet πολυπράγμων quis, cur in locum Hylli qui hoc loco laudari videbatur, successit Diyllus? cui dum facio satis, una de Diyllo quædam moneo. Male ante hanc nostram editionem hic legebatur ὡς δ' ὕλλος, nullus enim Hyllus auctor Græcus. Hyllus quidem apud Macrobium quidam Romanus scriptor, at ex Græcis neminem inveni qui Hyllus vocaretur, scriptorem dico, heroes siquidem Hyllos Herculis et Melites Ægæi fluvii filiæ, vel Herculis et Deianiræ filios agnosco. Nec me latet apud Stephani mutilatorem voce Αἰθιόπιον hæc legi, Χωρίον Λυδίας παρὰ Ὕλλῳ πλησίον[1] τοῦ Εὐρίπου, sed non auctor hic Hyllus est, imo potius fluvius aut pars quædam Lydiæ sic vocata. Scriptoris Græci verum nomen est Diyllus, quod me docuit eruditissimus Casaubonus in notis ad Diogen. Laërt. ex Diod. Sicul. Plutarcho et aliis. Audi Diod. lib. 16. Δίυλλος ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτὰ, συμπεριλαβὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις, περί τε τὴν Ἑλλάδα καὶ Σικελίαν. Hujus Diylli symposiaca apud Athenæum laudari videntur, sed Δίδυμος illic legendum jamdiu monuit idem Casaubonus in notis ad Diog. Laërt. in Lycone, (Symposiacorum enim legitimus parens Didymus, Diog. Laërt. Etymol. [s. v. σκιά] et innumeris aliis id referentibus,) quod novissime repetere non dedignatus est in notis suis ad Hesych. illustr. Joannes Meursius, vir non summæ solum eruditionis, sed et summi et indefessi laboris. MA.

versus Midiam: ἡνίκα τὰς δίκας ἔλαχον τῶν πατρῴων τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον ὢν κομιδῇ. Et contra Aristocr. in fine: ὁ δὲ Κερσοβλέπτης ὁ νυνὶ βασιλεύων μειρακύλλιον ἦν. Et alibi sæpissime legitur. Sed hunc errorem deprehendit et emendavit Maussacus in Appendice ad notas Harpocrat. ubi et locum Æschinis de Aristione laudat. VA. Dele *ex Meiracyllio*, et repone, socius a juventute. Æschines orat. contra Ctesiphontem: ἔστι τις Ἀριστίων Πλαταϊκὸς ὁ τοῦ Ἀριστοβούλου τοῦ φαρμακοπώλου υἱὸς, εἴ τις ἄρα καὶ ὑμῶν γινώσκει, οὗτός ποτε ὁ νεανίσκος ἑτέρων τὴν ὄψιν διαφέρων γενόμενος ᾤκησε πολὺν χρόνον ἐν τῇ Δημοσθένους οἰκίᾳ. Demosth. Midiana μειρακύλλιον ὢν κομιδῇ, cum adolescentulus esset. Phrynich. in Ecl. dict. Attic. τὸ δὲ μειρακίσκος, καὶ τὸ μειράκιον, καὶ μειρακύλλιον ἐπὶ ἀνδρῶν. Vertendum igitur erat, a juventute, non ut scriptum a nobis est properanter *ex Meiracyllio*. MA. in Append. ad Plut.

[1] Λυδίας παρὰ Ὕλλῳ πλησίον] Lege Εὐβοίας παράλιον ex Harpocr. in Αἰθιόπιον. Lucianus in δὶς κατηγορ. p. 284. εἰς τὸ Αἰθιόπειον dicit, locum Athenis innuens. VA.

57, 13. Ἀριστίων . . . Πλαταιεύς.] Diserte Æschines κατὰ Κτησιφῶντος p. 73 Πλαταϊκὸν vocat Aristionem, Aristobuli seplasiarii filium, quem Demosthenes ad Alexandrum misit, ejusque opera cum rege in gratiam rediit. VA.

58, 2. Ὑφαιστίωνα.] γρ. Ἡφαιστίωνα. VA.

58, 5. Mirabar dici πρὸ γάμων τὰς παρθένους, quasi et alteræ essent μετὰ γάμους, aut si intelligat καθιερωθῆναι πρὸ γάμων, imperfectum valde tempus describi: immo id incommode addi, quia in v. Δεκατεύειν ex Maussaci nota docemur circa decimum ætatis annum id fieri, quod certe erat tempus ante nuptias, et quisque noverat. Quum in MS. vidi exstare πρὸς γάμον, ut intellexerit tempestivas et nubiles vel nupturas. GR.

58, 7. Vide quæ observamus infra verbo δεκατεύειν. De Cratino autem, et ejus dramate, quod ψηφίσματα vocabatur, en tibi quæ supra verbo Ἄνδρων polliciti sumus. Diximus aliquando nos hoc loci putasse restituendum, καὶ Κρατέρῳ ἐν τοῖς ψηφίσμασιν, quod Craterus ille Macedo Decretorum volumina collegisset, ut Lysias, ψηφίσματα scripserat, quæ apud Pollucem lib. 7. cap. 2. laudantur, τῆς δὲ εἰσωνίας εἴρηκεν ἐν τῷ περὶ ἀσπουδοποιοῦ, ἐν δὲ τοῖς Ἀττικοῖς ψηφίσμασι, ἃ τοῖς ξένοις ἐπί τι μέγα ἐγράφετο, ἔστιν εὑρεῖν εἶναι αὐτῷ καὶ οἰκείαν ὤνησιν. (Hodie in Gallia nos hujusmodi homines e trivio vocamus *Collecteurs d'Arrests*, ad quorum nugas, et somnia excudenda, et typis mandanda, divina hæc excudendi ars potius inventa videtur, quam ad serias et non ita futiles doctorum virorum lucubrationes posteris imperitiam sequioris hujus seculi hominum miraturis, et typographorum avaritiam contempturis relinquendas.) Sed non male Κρατίνῳ etiam posse legi conjecimus deinde, quod Cratinus Comicus drama forte composuerit quod vocabatur ψηφίσματα. Nullum adhuc antiquorum inveni, qui ejus meminerit, sed quid prohibet Ψηφίσματα illum composuisse, qui Νόμους et Νέμεσιν docuerit? Νόμοι ejus apud Pollucem lib. 6. cap. 10. et lib. 7. cap. 22. apud Athen. lib. 11. et Aristoph. interpretem ad Equit. laudantur. Cratinorum unus veteris comœdiæ auctor, qui teste Suida dramata tantum viginti et unum docuerat, e quibus νόμοι et νέμεσις apud Athen. et alios auctores laudantur: forte inter ea recensendum et istud quod ψηφίσματα nuncupabatur. Alter junior qui Omphalen et alia dramata quæ apud Polluc. et Athen. laudantur composuerat. Sed ex re tam incerta quid quæso certi proferri possit? Usus et continua lectio rerum optima magistra hæc nos tantum docere possunt. MA. In loco Pollucis lege ἀσπιδοποιοῦ.

Cæterum hic errat Maussacus. Neque enim dicit Pollux Lysiam scripsisse decreta. Porro Lysias officinam scutariam, seu mavis, clypeariam alebat, unde ἐν τῷ κατ' Ἐρατοσθ. 700 clypeos sibi a 30 tyrannis ereptos esse dicit per vim atque injuriam, tum, cum fratrem Polemarchum indemnatum occiderunt, domum utriusque exhausere. Legendum autem hoc loco, Craterus decretorum autor. Is enim inter cætera retulerat et decretum Atheniensium, quo virgines, antequam nuberent, ἀρκτεύειν jubebantur. Ejus decreti meminit Suidas in ἄρκτος. Postquam enim ursam mansuem Dianæ sacram interfectam esse a juvenibus quibusdam retulit, ob idque iratam Deam Atheniensibus luem immisisse (hanc historiam refert Eustathius in 2 Iliad. p. 331 ex Pausaniæ lexico. ait Embarum quendam (ut videtur) Thessalum Munychiæ Dianæ templum posuisse, in quo cum ursa quædam ab Athen. esset occisa, Deam Atheniensibus pestem immisisse; qua tum demum liberatum iri oraculo responsum est, si Dianæ quis filiam immolaret. Embarus facturum se id recepit, modo sacerdotium Dianæ sibi ac posteris perpetuum traderetur. Itaque cum filiam ornasset, eam quidem in adyto occultavit, capram vero ornatam ejus loco mactavit. Unde adagium ἔμβαρος εἶ) subjicit tandem jussum oraculi, καὶ ἐψηφίσαντο οἱ Ἀθηναῖοι μὴ πρότερον συνοικίζεσθαι ἀνδρὶ παρθένον, εἰ μὴ ἀρκτεύσειε τῇ θεῷ. Verba habet Castellanus in βραυρωνία. Etymologus: δεκατεύειν λέγεται καὶ τὸ ἀρκτεύειν, ἐπειδὴ ἐθεράπευον τὴν Ἄρτεμιν αἱ παρθένοι περὶ τὸν δεκαετῆ χρόνον οὖσαι. VA.

58, 10. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου ἐπιτροπῆς.] Laudatur hæc oratio a Polluce 10, 23. ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς. Sic lego. ἐπιτροπικοὶ λόγοι Lysiæ memorantur ab Athenæo. VA.

58, 12. De Arcturo, Arctophylace, qui et Bootes dictus est, vide quæ animadvertit Scaliger ὁ πάνυ ad Manilium. Erotianus optime de eo et convenienter: Ἀρκτοῦρος, ὃν τινες ἀρκτοφύλακα προσαγορεύουσιν, οὖροι γὰρ οἱ φύλακες καλοῦνται. ἔστι δὲ οὗτος λαμπρὸς ἀστὴρ ἐν τῇ ζώνῃ τοῦ Βοώτου κείμενος. Harpocration ὑπὸ τὴν ζώνην, quod paulo diversum est, aliud siquidem est in Zona cujusdam astri esse, aliud sub Zona ejusdem. Sed hæc ad Astrologos pertinent, in quorum messem nos falcem nostram non injicimus. MA.

58, 12. Ἀρκτοῦρος] Schol. Apollonii lib. 2 p. 117. ἔστι δὲ ὁ ἀρκτοῦρος ἀστὴρ ἐπὶ τῆς ζώνης τοῦ ἀρκτοφύλακος. At Proclus in Hesiodi operum 2 p. 128 ait, Ἀρκτοῦρος ὁ τοῦ ἀρκτοφύλακος ἀστήρ,

ὁ μεταξὺ τῶν σκελῶν αὐτοῦ ἀνατέλλων. ὁ δὲ αὐτὸς ἀρκτοφύλαξ καλεῖται καὶ βοώτης. VA.

58, 12. ἀρκυωρός] Eustath. in Od. ε. p. 1535. VA.

58, 12. Inepte et insulse præcedentes editiones quæ ab his verbis leguntur ἄρκυς λέγονται usq. ad finem, ab hac voce ἀρκύωρος divulsa et separata habebant, nos primi omnia conjunximus et colligavimus hoc loco, et aliis innumeris ejusdem generis, ut apparebit. MA. In v. Ἀρκυωρὸς occurrunt vocabula ἄρκυς λέγονται, quæ in editione Aldi abciduntur ab præcedentibus, ab Maussaco ita connectuntur, ut solum comma præcedat. Sed in MS. habetur ἄρκυς δὲ πάντα, qui etiam legit Κρατῖνος Θρέτταις, non Θράτταις. GR.

58, 16. Alii Harmostæ qui a Lacedæmoniis in subactas et subjugatas urbes mittebantur, de quibus Eratosthenes in libro quem confecerat de bonis et malis et Demosth. orat. pro Ctesiph. Alii illi qui ab eisdem Lacedæmoniis turbato et confuso Reipublicæ statu eligi ac constitui solebant, ad abigendos et expellendos tumultus omnes publicos et privatas civium seditiones. Hi Harmostæ a Thessalis ἀρχοὶ[m] vocabantur, tantaque pollebant auctoritate et potentia, ut regum et tyrannorum instar regnarent. Refert Dionys. Halicarnass. ita a Lacedæmoniis vocatos fuisse, quod eos veriti essent reges, aut tyrannos vocare, speciosum nomen Ἁρμοστὴς, et populo magis gratum quam regis aut tyranni. Lusit eruditissime et acutissime in nomine ἁρμοστῶν Aristides [vol. 1. p. 210.], ἐμπίπλατο δὲ ἡ θάλαττα, inquit, τῶν ἁρμοστῶν ἐκπιπτόντων, ἅτε ἀναρμόστων καὶ οὐ κατὰ τοὔνομα ἐγκατασταθέντων τε καὶ ἐχόντων τὰς πόλεις, quibus optime Harmostarum munia et officia depinguntur, eorum scilicet, quos in subjugatas civitates mittebant. Nam alii qui creabantur exorto populari tumultu et seditione, longe diversi erant, ut apud Romanos Triumviri Reipublicæ constituendæ, de quibus Sueton. in Oct. Aug. a Decemviris, qui in civitates redactas in ditionem mittebantur ut eis præessent. Harmostæ apud Lacedæmonios, qui devictis et subjectis civitatibus præficiebantur, Decemviris Romanorum recte comparari possunt: ut Ἐπισκόποις sive Φύλαξι[n] Atheniensium, de quibus elegantissime Theophrastus in

[m] Ἀρχοί] Imo ταγοὶ teste Xenoph. non semel. Dionysius Halic. lib. 5 in fine. Θετταλοὶ μὲν γὰρ ἀρχούς, Λακεδαιμόνιοι ἁρμοστὰς καλοῦντες. etc. ταγοὶ apud Thessalos teste Homero Ἰλ. Ψ. VA.

[n] Ἐπισκόποις sive φύλαξι] Vide Harpocrat. in ἐπίσκοποι. Aristoph. in Avibus 1023. ἐπίσκοπος ἥκω δεῦρο τῷ κυάμῳ λαχὼν εἰς τὰς νεφελοκοκκυγίας. Schol. πλάττει καινὴν ἀρχήν. οὐ γὰρ ἦν Ἀθήνησι. ἄλλως. οἱ παρ' Ἀθη-

primo πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς, πολλῷ γὰρ κάλλιον κατά γε τὴν τοῦ ὀνόματος θέσιν, ὡς οἱ Λάκωνες Ἁρμοστὰς φάσκοντες εἰς τὰς πόλεις πέμπειν, οὐκ Ἐπισκόπους οὐδὲ φύλακας ὡς Ἀθηναῖοι. Triumviris vero et Dictatoribus Reipublicæ constituendæ, alii Harmostæ in civili tumultu summa præditi auctoritate. Usurpari autem postea cœpit hoc nomen ab auctoribus non tantum cum de Lacedæmoniis egerunt, a quibus originem habuit, sed et cum de aliis populis, quibus moris fuit etiam in subjugatas et debellatas urbes præfectos et præsides mittere et delegare: quomodo Franci in Italiam. unde Agath. lib. 1. et 4. Φράγγων Ἁρμοστὰς dixit. principes nostri hodie non Ἁρμοσταῖς utuntur, sed Viceregibus, quos *Viceroys* vocant, qui non tantum ut veteres illi Harmostæ et magistratus ad regendas urbes subditas et redactas in potestatem Regum nostrorum mittuntur, sed et integras provincias et regna. vide infra δεκαδαρχία et τετραρχία. MA.

59, 2. Poteramus hic veterem lectionem servare, sed non male meo quidem judicio Codex Vaticanus habuit, οἳ διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου ἤρχοντο. Etymologici auctor et Lexicon vetus Henrici Stephani lectionem Cod. Vaticani confirmant, hos consule et Suidam v. ἀρρηνοφορεῖν et ἀρρηφορία. Stephanus multa ad hanc vocem in Thesauro congessit: adi etiam ad illum. MA. Non aliter habet MS. Mediceus, quam est editum ab Aldo αἳ τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου ἦρχον. GR.

59, 8. Artemisiæ duæ Caria oriundæ et reginæ, prima vixit κατὰ τὰ Περσικὰ, ut ait Harpocration, et ex eo Suidas, et filia fuit Damidis, de qua loquitur Herodotus. Altera, de qua Demosthenes in oratione de Rhodiorum libertate, filia fuit Hecatomni. Hinc intelligenda quæ leguntur verbo Ἑκάτομνος infra, de eo nos illic plura dicemus ut et verbo ἐπίσταθμος. Adverte autem hanc Artemisiam Mausoli et sororem et conjugem fuisse: unde conjicere licet in Caria conjunctionem hanc non fuisse illicitam, quam tamen Romanæ leges tantopere sunt exosæ. MA. Altera, de qua Demosthenes, Artemisia in funere mariti agones celebravit Olymp. 103, quibus certavit Isocrates, et de laudibus

ναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες ἁρμοστὰς ἔλεγον. Quod ad φύλακας attinet, non alienum est, quod scribit Plutarchus in Solone: ἃ δ' οὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις ἐπικαλύπτοντας ἀστείας ὑποκορίζεσθαι, τὰς μὲν πόρνας ἑταίρας, τοὺς δὲ φόρους συντάξεις, φυλακὰς δὲ τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων, οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας. VA.

Mausoli orationem habuit. Gellius. Plutarchus in ejus vita. De serie generis Ecatomni Strabo lib. 14 sic scribit: *Ecatomno Cariæ regulo filii tres fuere, Mausolus, Idrieus et Pexodarus: filiæ duæ, Artemisia atque Ada. Mausolo natu maximo soror Artemisia nupsit, ac defuncto viro absque liberis, ipsa ex testamento regnum tenuit: paulo post præ dolore, quem ex viri fratrisque obitu conceperat, contabuit. Cui successit Idrieus, qui sororem Adam in matrimonio habebat. Is moriens Adæ regnum testamento reliquit. Sed Pexodarus statim eam ejecit, ac Persam quendam satrapam vocavit. Is ubi accessit, accepta in matrimonium Ada Pexodari f. quam ex Aphneide quadam muliere susceperat Pexodarus, res Cariæ pro imperio administrabat. Verum Ada Hecatomni f. non multo post ope Alexandri magni, qui in Persas erat profectus, in totius Cariæ regnum restituta est.* Hæc Strabo. Hic Satrapes Persa Pexodari gener. Orontobates dicebatur, teste Arriano lib. 1, ubi et licuisse scribit ex moribus institutisque Cariæ sorores in matrimonio habere. Plutarchus in Alexandro initio, Pexodorum eum Cariæ dynastam appellat, cujus filiam, Adam scilicet, Philippus Macedo ab Pexodoro petierat, ut Aridæo fratri uxor esset. Itaque apud Isocratem in Philipp. p. 201 per fratrem Idriei Mausolum intelligo. Porro notandum Isocratem, qui in funere Mausoli orationem habuisse dicitur, non esse Isocratem Ath. rhetorem, sed Apolloniatem ejus discipulum, teste Suida in Ἰσοκράτης et in Θεοδέκτης. Vide Gellium lib. 10 cap. 18. Hæc est series regum Cariæ. Lygdamis, Artemisia Lygdamidis f. Pisindelis Artemisiæ f. Lygdamis Pisindelidis f. a quo Herodotus pulsus in exilium, qui cum tandem in patriam redisset, Lygdamidem tyrannide ejecit, teste Suida in Ἡρόδοτος. Mox Ecatomnus etc. VA.

59, 8. Δάμιδος.] γρ. Λυγδάμιδος ex Herodoto et Ptolemæo Hephæst. filio lib. 7, et Polyæno lib. 8. VA.

59, 10. ἥν φησι Θεόπομπος φθινάδι νόσῳ.] Consentit Cicero 3 Tusculana in fine. Artemisiam tabe periisse refert hic Theopompus, ac Ptolemæus Hephæst. f. τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας scribit Artemisiam post Mausoli obitum Dardanum quendam Abydenum juvenem impatienter amasse, eique, quod eam contemneret, dormienti oculos effodisse, cumque vis amoris nec sic finem caperet, e Leucade præcipitem se dedisse, quo saltu amantes levari vulgo creditum erat. At illa eo saltu periit, ibique sepulta est. VA.

59, 13. Ἀρτεμίσιον cum promontorium Eubœæ significat, Ἀρταμίτιον, vel Ἀρτεμίτιον vocari potest. Philistus Ἀρτεμίτιον dixit. Aristophanes Lysistrata 1251. Ἀρταμίτιον·

ὄκα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμιτίῳ
πρόκροον θείκελοι. MA.

60, 1. Præcedentes editiones Ἀρύβας habebant, quam lectionem Suidas ipse retinuit, sed melius nos scripsimus Ἀρύμβας, ut optime apud Demosthenem Olynth. prima [p. 13, 5.]. MA.

60, 1. Ἀρύμβας] Demosth. Olynth. 1, ubi res Philippi ordine sic numerat. D. cum infirmus esset et exiguis viribus, Amphipolin cepit, postea Pydnam, mox Potidæam, dein Methonem, post Thessaliam invasit, et quum Pheras, Pagasas, Magnesiam et omnia suo arbitratu constituisset, in Thraciam est profectus, ubi reges alios ejecit, alios constituit. quo facto in morbum incidit, e quo recreatus Olynthon aggressus est. Prætermitto ejus expeditionem in Illyriam, Pæonas et Arymbam et quo non? Ulpianus ait hunc Arymbam θεῖον fuisse Olympiadis Philippi uxoris. VA. Ἀρύμβας venditat se ut melius scripsisse Maussacus, tantum ex Demosthene; etiam senserunt ita viri docti in libro Goesiano, cui adscripserant β vel μ, quum Aldus dederit Ἀρύβας. Sane MS. Mediceus non aliter legit. Et Ἀρύμβας vel Ἀρύμμας est Macedonicum nomen, Epiroticum etiam in aliis scriptoribus sine litera μ profertur. Itaque hactenus illis parui. GR. πρὸς Ἀρύμβαν Φιλίππου στρατεία Demosth. Ol. 1. p. 3. B. Ulpian. p. 17. A. βασιλεὺς Μολοσσῶν, Ὀλυμπιάδος δὲ τῆς τοῦ Φιλίππου γυναικὸς θεῖος. Oros. 3. c. 12. Philippus Olympiadem Arubæ regis Molossorum sororem duxit uxorem, ubi vid. omnino Fabric. Vitiose scriptum apud Diod. Sic. 18. p. 633 B. Μολοττῶν οἱ περὶ Ἀρυπταῖον. HEMST. Wessel. ad h. l. de Aryba cogitare vetat, quippe eo tempore jam mortuo. Sed nihil obstat quominus filius aliquis regis Arybæ ejusdem nominis a Diodoro designetur. GEEL.

60, 3. Ἀρχαιρεσιάζειν] Athen. lib. 5 de Antiocho: πολλάκις δὲ καὶ τὴν βασιλικὴν ἀποθέμενος ἐσθῆτα, περιῄει κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀρχαιρεσιάζων. Etymol. ἀρχαιρεσιάζειν τὸ πρὸς χάριν τοῖς πολλοῖς ζῆν. Sic omnino Hesychius. VA.

60, 3. Pro ἀναξιοῦν restituimus nos ἀξιοῦν, ut recte omnes manu exarati habuere et Suidas. ἀναξιοῦν contrarium est τοῦ ἀξιοῦν, hoc dignari, illud dedignari significat. De quibuslibet autem electionibus ἀρχαιρεσιάζειν dici potest, tam principum, quam magistratuum. Hoc loco ἀρχαιρεσιάζειν est in comitiis seip-

sum dignari eligere magistratum, quo sensu hoc verbo usus erat Dinarchus in orat. contra Polyeuctum, nam *κατὰ Πολυεύκτου* supplendum hic est. Plutarchus de fluminibus in Tanaï, dum de principis cujusdam electione agit, utitur hac voce *ἀρχαιρεσίαι. ὅταν*, inquit, *δ' ἀποθάνῃ βασιλεὺς, ἀρχαιρεσίας παρὰ τὸν ποταμὸν τελοῦσιν*, id est comitia calant, ut veteres loquerentur. MA.

60, 5. *διελθεῖν*] Apud Isocratem est *διεξελθεῖν*: quod magis probo. Sonare autem dici posset *ἀρχαιοτρόπως*, antiquo more. vel modo quodam qui suam antiquitatem sapiat aut redoleat. sed ipsummet Harpocrationem audimus exponentem, *ἀρχαιοτέροις ὀνόμασι*: sic tamen ut ambiguum sit an ex aliorum judicio ita exponat *ἀρχαιοτρόπως*: sequens nimirum judicium eorum qui pro *ἀρχαιοτρόπως* accipi censuerunt. Quare videndum an recte interpres verterit hunc locum ita, Tum iis quæ recens acta sunt quædam vetustatis opinio conciliari queat. Cæterum suspicor scripsisse Harpocrationem, *Θουκυδίδης δ' ἐν τῇ πρώτῃ*. ut videlicet particula *δὲ* præcedenti *μὲν* respondeat, per oppositionem. Sed emendatione opus habere videtur ille locus Thucydidis. STEPH.

60, 15. Ultimam hanc vocis *ἀρχαίως* significationem attingo, quæ sane notatu dignissima est. Ait Harpocration Demosthenem in Philippicis *ἀρχαίως*[o] dixisse pro *ἁπλῶς*, et ita loquutum esse, *οὕτω δὲ ἀρχαίως εἶχον, μᾶλλον δὲ πολιτικῶς*, sic legendum non *πολιτικῶν*, quem errorem retinuit typographus ex veteribus editionibus. *ἀρχαίως*, id est simpliciter, *ἁπλῶς*, antiqua fide. Græci *ἀρχαίους* eos dixere quos Latini antiquos, id est rudes et simplices homines. Cicero lib. 9. epist. ad Attic. epist. cum dedissem ad te literas, *Vide quam sim antiquorum hominum*, id est *ἀρχαίων*, uno verbo *ἁπλῶν*. Simplices enim eosdem etiam vocant Latini, unde apud eundem Ciceronem, *simplex homo*, purus, candidus et sincerus est, et simplices anni, id est rudes, quales in pueritia, ut apud Martial. lib. 10. *simplicibus dilectus ab annis*, hoc est a pueritia. Contrarium duplex significat, nam apud Horatium pro fallaci et vafro ponitur, *Et cursus duplicis per mare Ulissæi*, id est astuti et fallacis. Adverto autem quomodo Græcorum *ἀρχαῖα*, et Latinorum simplicia opponantur, et tamen eadem ferme significent. Simplicia de pueris proprie, *ἀρχαῖα* de

[o] *'Αρχαίως*.] Scholiastes Æschyli in Prometh. Vincto 317. *ἀρχαῖα λέγονται τὰ μωρὰ, διότι οἱ ἀρχαῖοι τοιοῦτοι ἦσαν ἁπλούστατοι καὶ εὐήθεις, ἢ ὅτι οἱ γέροντες οἱ ἔξωροι τοιοῦτοί εἰσι.* Primum rectius est. Vide Etymol. in *ἀρχαίως*. Sic Dio in orat. 12 Olympica, *ἀλλ' ἤ που σφόδρα γελοῖοι καὶ ἀρχαῖοι δόξωμεν εἶναι*. VA.

senibus, pueri et senes iidem quoad simplicitatem. Sed ἀρχαῖοι non ideo senes, imo simplices adinstar antiquorum illorum, quorum fides tantopere laudatur, ut locum proverbio dederit. Antiqua fides, id est proba et candida, qualis veterum Germanorum, teste Cornelio Tacito. MA.

60, 15. Πολιτικῶν] γρ. πολιτικῶς. Sic legitur hic locus in Philipp. 9. ubi de Lacedæmoniis loquitur, quos adeo fuisse simplices dicit in bello gerendo, *ὡς τέτταρας μῆνας ἢ πέντε τὴν ὡραίαν αὐτὴν στρατεύεσθαι, καὶ τοῦτον τὸν χρόνον ἐμβαλόντας καὶ κακώσαντας τὴν τῶν ἀντιπάλων χώραν ὁπλίταις καὶ πολιτικοῖς στρατεύμασι ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου πάλιν*, reliquosque cum eis Græcos. *οὕτω δὲ ἀρχ.* etc. quem locum imitatus est procul dubio Dionysius Halic. lib. 3. c. 34, ubi de bello loquitur, quod Latini cum Romanis gessere, *διὰ ταύτας τὰς αἰτίας συνέστη Ῥωμαίοις ὁ πρὸς τοὺς ὁμοεθνεῖς πόλεμος. προὔβη δὲ ἄχρι πενταετοῦς χρόνου πολιτικός τις γενόμενος καὶ ἀρχαϊκός. οὔτε γὰρ ἐκ παρατάξεως ὅλοις τοῖς στρατοπέδοις πρὸς ὅλα συμβαλοῦσι μεγάλη συμφορὰ καὶ φόνος ὁλοσχερὴς συνέβη, οὔτε πόλις αὐτῶν οὐδεμία πολέμῳ κρατηθεῖσα, κατασκαφῆς ἢ ἀνδραποδισμοῦ ἢ ἄλλης τινὸς ἀνηκέστου συμφορᾶς ἐπειράθη, ἀλλ' ἐμβαλόντες εἰς τὴν ἀλλήλων γῆν ὑπὸ τὴν ἀκμὴν τοῦ σίτου καὶ προνομεύσαντες ἀπῆγον ἐπ' οἴκων τὰς δυνάμεις διαμειβόμενοι τοὺς αἰχμαλώτους.* Dio in Corinthiaca, *καὶ νόμιμον ἴσως καὶ πολιτικὸν, civile.* VA.

60, 15. Caute, ut opinor, et cum magno judicio retulit hoc loci auctor noster ex Sophocle in Elegiis, apophthegma hoc esse Solonis, vel potius ex Aristotele[p] et Theophrasto in libris de parœmiis, Biantis. nam apophthegmatis speciem præ se ferunt hæc verba potius quam parœmiæ. Quæ autem differentia sit inter apophthegma et parœmiam jam non inquirimus, imo simpliciter monemus a quibusdam veterum parœmiace, ab aliis apophthegmatice hæc accepta fuisse. Acutissime et appositissime Plutarchus *ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμασι* Epaminondam, cum eum Thebani invidia ducti et contumeliæ faciendæ gratia Telearcham creassent, dixisse refert, *οὐ μόνον ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀνήρ.* Vetus dictum erat, magistratum hominem demonstrare, quod ita inversum fuit a præclarissimo et invictissimo illo heroe, et hominem magistratum. Telearcharum enim dignitas ab initio infima et abjecta erat, cum stercorum solum ex angiportis ejiciendorum et aquarum derivandarum curam haberent, at postquam Epaminondas hoc munere functus est et Telearcha

[p] Aristotele etc.] Imo locus Aristotelis est in lib. 5 Moralium Nicomachiorum, quem vide. VA.

fuit, ad maximam evecta est majestatem. Unde non solum magistratus hominem, sed et homo magistratum demonstrat. Galli, *la charge ne monstre pas seulement quel est l'homme, mais l'homme quelle est la charge.* Ita vetus ille vetus dictum invertebat; consulendi sunt parœmiographi, ne multa hic cogamur repetere. Sed ne abeamus hinc, quin prius quæ supersunt et explicatione indigent illustraverimus, ecce Demosthenes in prooemiis publicis, Sophocles in Elegiis, Theophrastus et Aristoteles in libris de proverbiis laudantur. Quod ad prooemia Demosthenis attinet, supra in antelogio notarum multa scitu digna retulimus. De Sophoclis Elegiis hæc habe. Sophocles hic Aristonis filius est *τοῦ προτέρου Σοφοκλέους υἱωνὸς*, de quo Suidas erudite, *ἔγραψε δὲ καὶ ἐλεγείας* in numero plurali, quia alter erat Sophocles Sophili filius Colonensis, Tragicus Atheniensis, qui unicam tantum Elegiam composuerat; Suidas, *ἔγραψε ἐλεγείαν τε καὶ παιᾶνα καὶ λόγον καταλογάδην*, unde cum apud auctores, ut apud Erotianum verbo *χάριτες, Σοφοκλῆς ἐν Ἐλεγείᾳ* laudatur, de Sophocle Sophili filio qui Elegiam tantum unam composuerat, hæc intelligenda sunt. Porro Aristotelem et Theophrastum Philosophorum principes proverbiorum volumina contexuisse certissimum est, vel uno Diogene Laërtio luculentissimo teste, et parœmiographis ferme omnibus. Quod licet auctoritate indigeret, satis aperte tamen pateret vel ex flagitiosi illius Cephisodoti Isocratis discipuli libris, quos contra Aristotelem scripserat, in quibus ei obtrectabat, quasi operæ pretium non fecisset cum proverbia collegerat. Athen. 2. p. 60. de hoc Cephisodoto, *ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι.* Notum Aristotelis de Isocrate dictum, quod vulgo referunt inter parœmias, *αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν.* Præbuit hoc forte occasionem Cephisodoto ejus discipulo oblatrandi et obtrectandi. MA. Imo prior Aristoteles Isocratis famæ obtrectaverat, ut docet Dionysius in ejus vita, ut in hoc etiam a magistro Platone discederet, cujus Platonis aut Socratis illustre judicium de ingenio atque indole Isocratis extat. Sed Cephisodorus discipulus apologiam conscripsit, quam mirabilem esse prædicat Dionysius Halicarn. in Isocratis vita, quem omnino vide. Sunt enim præclara. Quin et Cephisodorum vocat, sicut et Themistius p. 105. Athenæus autem 2. p. 60. Cephisodotum nominat, et 4 libros *κατὰ Ἀριστοτέλους* scripsisse ait, sed 8. p. 354. eum Cephisodorum vocat. VA.

60, 16. ἈΡΧῊ ἌΝΔΡΑ ΔΕΙ΄ΚΝΥΣΙ] Ait usum esse Demosthenem in *προοιμίοις δημηγορ.* Ut ea esse Demosthenis dubium

esse nemini debeat. Leguntur autem in procemio 56. VA. Demosth. Procem. 56. p. 236. A. Soph. Antig. 181. et schol. simile χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος, Julian. Ep. 21. Epict. ap. Arrian. 1. 24. Αἱ περιστάσεις εἰσὶν, αἱ τοὺς ἄνδρας δεικνύουσαι. Plut. vol. 2. p. 811. B. HEMST. Eandem prorsus sententiam Pittaco tribuit Diog. L. 1, 77. GEEL.

61, 3. Verba hæc ἄλλη παροιμία, manifeste innuunt proverbium quoddam superius allatum fuisse: atqui de hoc dicto ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν actum est, ergo ex sententia auctoris nostri et parœmia sunt hæc, et apophthegma. Quæ tamen non sunt eadem, quicquid enim apophthegma est proverbium non est. Consule parœmiographos Græcos. Quidam libri hic λῷον, alii λώιον habent. Suidas λῷον retinuit in hac parœmia, quam diligentius explicavimus cum aliis omnibus quas retulit in hoc opere Harpocration, in cap. 19. lib. 4. lectionum nostrarum. MA.

61, 6. Lysias ἐν τῷ κατ' Αὐτάνδρου καὶ Πυθέου ξενίας. Ita concepimus hujus orationis epigraphem, (perverse ante legebatur Αὔτανδρον καὶ Πυέου.) Eodem modo Dinarchus orationem composuerat quæ inscribebatur κατὰ Πυθέου ξενίας, ut apparet ex innumeris hujus auctoris locis, et Stephani mutilatore v. Αἴγιναι, sed illic hodie inepte legitur κατὰ Ποθέου. restituendum est Πυθέου, ut alias diligentius docebimus. unde etiam hoc loco tentabamus nos reponere, Λυσίας ἐν τῷ κατ' Αὐτάνδρου, Δείναρχος κατὰ Πυθέου, ξενίας, nam vere Dinarchus contra Pytheam orationem habuerat, quæ ξενίας inscribebatur. utrum Lysias etiam contra eumdem Pytheam, an contra alium oraverit plane ignoro, nisi hic unicus locus aliquid super ea re constituendi ansam præbere possit. Cæterum Peloponnesiacum bellum, cujus præcipuam causatricem Aspasiam fuisse docuerant Duris Samius et Theophrastus quarto politicorum, ut testatus est Harpocration voce Ἀσπασία, in duas dividitur apud auctores partes, prima quæ constat decem annis Ἀρχιδάμιος πόλεμος vocatur, (male in textu impuri typographi Ἀρχηδάμιος excudere) ἀπὸ τοῦ ἐμβαλεῖν τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν, ex auctoritate Thucyd. Ephori et Anaximenis. ultima pars dicta est Δεκελεικὸς πόλεμος. vide quæ ad hanc vocem infra dicemus. MA.

61, 7. Δέκα ἔτη] Hæc cum ita sint, quomodo excusari potest Diodorus Siculus, qui 12, 35. Archidami obitum refert anno 3 Olymp. 86, tribus annis ante initium belli Peloponnesiaci? Apud Suidam abest δέκα, rectene nil dico. Vide Suidam in Βρασίδας. Sed τὸ δέκα hic tueri oportet. nam prima pars belli Peloponne-

siaci est decennium, quod terminatur Magistratu Alcæi ineunte, anno 11, quo induciæ quinquennales inter Athenienses et Lacedæmonios pactæ sunt. Thucyd. lib. 5. Diodorus lib. 12. Ultima pars dicebatur Δεκελεικὸς πόλεμος, et intelligitur postremum decennium a fine earum induciarum. Hujus decennii meminit Xenophon et Isocrates. VA.

61, 11. Σημεῖα[q] non tantum indicia et argumenta sunt, (quomodo apud Antiphontem ἐν τῇ τέχνῃ, quo loci ea sic separaverat et distinxerat a τεκμηρίοις. τὰ παροιχόμενα σημείοις πιστεύεσθαι, τὰ δὲ μέλλοντα τεκμηρίοις,) sed et signacula et sigilli, unde locus ubi moneta cuditur, quem proprie ἀργυροκοπεῖον vocant, σημαντήριον dictus fuit a quibusdam, ut nos supra docuit auctor noster. Itali eumdem locum aptissime vocant *la Zeca*. Sed de his plura forte addemus infra voce σημεῖα. In fine, epigraphe orationis quam contra Antium confecerat Hyperides, restituta est hoc modo, κατ' Ἀντίου, male conjunctim et uno verbo ante excusum erat καταντίου. Sæpius hæc eadem oratio apud hunc auctorem laudatur. MA.

61, 13. Illustris est hic locus, vel ex eo solo, quod magnum Casaubonum literarum facile principem diu habuerit exercitum. Ille in addendis ad cap. 9. lib. 13. animadvers. in Athen. p. 648. æstuat multum et laborat in explicandis his verbis auctoris nostri: Ἀσπασία, Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασία, et quia nunquam potuit odorari nec venari interpunctionem quæ hic desiderabatur, non assecutus est, nec collimavit ad veram sensus εὐστοχίαν, imo τὰ κύκλῳ ἔλεξε, et circa orbem tantum moratus est. Duplici igitur usus est conjectura vir ille præstantissimus, ut hunc locum interpretaretur, primo pro διαλεγόμενος restituere tentavit διαλόγῳ, et hæc ita vertenda censuit, *Lysias in dialogo inscripto Aspasia, quem fecit contra Æschinem Socraticum.* Secundo quia dialogi, qui Aspasia inscribebatur, legitimus parens Æschines Socraticus erat, ex Diogen. Laërtio et aliis, aliquid in his deesse pronunciavit, et forte hunc sensum elici posse ex verbis Harpocrationis conjecit: *Lysias in oratione contra Æschinem Socraticum, disserens de dialogo Æschinis inscripto Aspasia.* Ita nos eruditissimi viri verba ambigua, et mentem vacillantem collegimus. Tu

[q] Σημεῖα etc.] Ex Ammonio habet hæc. De Antiphonte illo technicographo loquitur Hermogenes. σημεῖα pro sigillis apud Aristoph. in Vespis 583. κόγχῃ τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ. Apud eundem in Equitibus sumitur pro effigie, quæ est in signo. Locum notavi ad ταμίαι. VA.

vero audi quid nos dicturi simus, et post talem heroa pronunciaturi in his tenebris. Sola interpunctio omnes dissipat tenebras quæ hanc lucem invaserant. nos post vocem Σωκρατικὸν punctum restituimus, et hæc omnia ita enodanda et explicanda censuimus: *Aspasia. Lysias in oratione contra Æschinem Socraticum, Æschines Socraticus in dialogo inscripto Aspasia.* Supple, meminerunt hujus Aspasiæ, nam ob id convocat in testes hos duos auctores Harpocration, nimirum ut ostendat, eos de hac Aspasia loquutos esse in operibus quæ laudat. Ceterum vocem διαλεγόμενος accipiendam esse de Æschine Socratico quis non videt? Infrequens certe et inusitatus est hic scribendi stylus, sed elegans tamen et præcisus et Laconicus: διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασίᾳ, id est auctor dialogorum, Æschines Socraticus scilicet, qui dialogos composuerat, in eo qui inscribebatur Aspasia. Hæc mens, hic sensus, hæc vera interpretatio intricati illius et difficilis loci, in quo tantopere sudaverat excelsa illa et divina mens Casauboni. Quo etiam nos manu ducunt quæ sequuntur, μνημονεύουσι δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοί. Ex quibus optime colligitur Socraticum quemdam in præcedentibus fuisse laudatum. Quis autem Socraticus ille nisi Æschines dialogorum auctor, de quo Diogen. Laërtius multa retulit in Æschine? Philostratus in epistola quam ad Juliam Augustam scribit de eodem ita loquitur, λέγεται δὲ καὶ Ἀσπασία ἡ Μιλησία τὴν τοῦ Περικλέους γλῶτταν κατὰ τὸν Γοργίαν θῆξαι. et paulo post: καὶ Αἰσχίνης δὲ ὁ ἀπὸ τοῦ Σωκράτους, ὑπὲρ οὗ πρώην ἐσπούδαζες ὡς οὐκ ἀφανῶς τοὺς διαλόγους κολάζοντος [r]. Ubi forte leg. σχολάζοντος. Præter dialogos autem qui a Suida citantur et Diogen. Laërtio et Photio, qui septem numero sunt, et inter quos Aspasia non ultimum locum obtinet, orationem eum de Thargelia composuisse testatur idem Philostratus, quem eodem loco vide, ut et infra voce Ἐπίσκοπος quæ de Politicis Theophrasti diligenter pertractabimus. MA. In verbis Philostrati forte pro τοὺς διαλόγους κολάζοντος. legendum σχολάζοντος, ut in dissertatione p. 388. l. 2. pro εἰσικνοῦντος forte melius εἰσκινοῦντος, quanquam ferri possit altera lectio, ut in secunda editione probatur. MA. in App. ad Plut.

61, 13. διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασίᾳ] Casaubono [vide ad Athen. 13. p. 886.] juveniliter atque immerito insultat Mauss. qui ipse non tantum hic errat, sed et in istis corruptis

[r] Κολάζοντος] Σχολάζοντος. et sic conjicit Maussacus in Appendice. Cæterum ejus dialogi, qui inscribebatur Ἀσπασία, argumentum refert Cicero lib. 1 Rhetor. locum adscribe. VA.

loquendi formulam elegantem, ut putat, et præcisam et Laconicam sibi fingit, quæ prorsus a Græci sermonis castigato cultu abhorret. Emenda: οὗ (cujus Æschinis, scil. Socratici) διάλογος ἐπιγραφόμενος Ἀσπασία. Hoc certe lenius est, quam quod Menagio ad Diog. L. Æschin. 2. 61. in mentem venit: Λ. ἑ. τ. π. Α. τὸν Σωκρατικόν. Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν Διαλόγῳ ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασία. Antisthenes etiam scripsit *Aspasiam*: Athen. 5. p. 220. D. et Diog. L. 5. 16. Μιλησία γένος Ἀξιόχου θυγάτηρ, Plut. Pericle, p. 165. A. 169. E. Alciphr. 1. p. 148. 150. et Bergl. Hermes. ap. Athen. p. 599. B. Philostr. Ep. 13. Clearch. apud Athen. 13. p. 389. D. οὐχ ἕνεκεν Ἀσπασίας τῆς νεωτέρας, ἀλλὰ τῆς Σωκράτει τῷ σοφῷ συγγενομένης. HEMST.

62, 9. Λυσικλεῖ] De hoc Lysicle Plutarchus in Pericle. Hesychius in προβατοπώλης. οὕτω ἐκωμῳδεῖτο Λυσικλῆς γήμας Ἀσπασίαν τὴν πόρνην. Et Scholiastes Comici ad illa ex Eq. 762. βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα, notat, Λυσικλῆς ὡς προβατοκάπηλος διεβάλλετο. Intelligit Hesychius locum Comici in Eq. 132. μετὰ τοῦτον (βυρσοπώλην Κλέωνα) αὖθις προβατοπώλης δεύτερος. ubi Schol. τὸν Καλλίαν λέγει καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ. τινὲς δὲ ὅτι Λυσικλέα λέγει, ὃς προβατοπώλης ἐλέγετο. Plut. in Pericle c. 24: Αἰσχίνης δέ φησι καὶ Λυσικλέα τὸν προβατοκάπηλον ἐξ ἀγεννοῦς καὶ ταπεινοῦ τὴν φύσιν Ἀθηναίων γενέσθαι, πρῶτον Ἀσπασίᾳ συνόντα μετὰ τὴν Περικλέους τελευτήν. Idem mox: δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν δημοσίοις (lege δήμοις) αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα· ὁ νόθος δέ μοι ζῇ; τὸν δὲ Πυρρωνίδην ἀποκρινόμενον· καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ, εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπωρρώδει κακόν. Postea Athenienses rogati a Pericle, qui Xanthippum et Paralum legitimos filios extulerat, ei concesserunt, ut eum naturalem filium in suum nomen ac suam familiam adoptaret. Plutarchus, συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας ὄνομα θέμενον τὸ αὐτοῦ, καὶ τοῦτον μὲν ὕστερον ἐν Ἀργινούσαις καταναυμαχήσαντα Πελοποννησίους ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος μετὰ τῶν συστρατηγῶν. quod etiam narrat Xenophon. Suidas: πορισταί, οἱ τοὺς πόρους εἰσηγούμενοι δημαγωγοὶ ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν λυσιτελεῖ. Aristoteles Rhet. 3, 2. καὶ οἱ μὲν λησταί, αὐτοὶ δ' αὐτοὺς ποριστὰς καλοῦσι. Dio orat. 55 [vol. 2. p. 289.] de Socrate: Ἀνύτῳ διαλεγόμενος βυρσέων ἐμέμνητο καὶ σκυτοτόμων, εἰ δὲ Λυσικλεῖ διαλέγοιτο, προβάτων καὶ καπήλων. VA.

62, 11. Adjectiva hæc ἀσταθμητότατον, et quod sequitur paulo post ἀσυνθετώτατον, voces sunt grandiloquentiæ, et pertinent ad sublime dicendi genus. vide Longinum περὶ ὕψους. MA.

62, 14. Agri olim et possessiones omnes, ut et domicilia, si ære alieno obstricta essent, *ὅροις* signari solebant a creditoribus. Qui *ὅροι* ut plurimum *λίθος* erant, aut *στήλη* quædam indicans locum, in quo sita erat, signatum et creditori subjectum esse, teste Polluce lib. 3. cap. 9. aut ut nos docet Harpocration hac voce et infra in *ὅροι*, literæ simpliciter erant illi *ὅροι*, vel scripturæ quæ indicabant loca quibus adhærebant obligata esse et a creditoribus signata. unde *ἐστίχθαι τὸ χωρίον* dicebant, cum locus signatus erat, vel *ὑπόβολον χωρίον*. Nos Galli hodie dicimus *brandonner*, nam *ὅροι* illi proprie vocantur *des brandons*, et *ὑπόβολον χωρίον*, *un lieu brandonné*, cum decretum interpositum est ob creditorum pecunias. At cum liberum erat, *ἄστικτον χωρίον* dicebatur. ita nos hoc loci excudendum curavimus, male erat in præcedentibus editionibus *ἀστικόν*. Ita apud Suidam ex hoc loco integra hæc vox restituenda est. hodie truncate et lacer elegitur *ἄστ.* quæ lacuna non effugit oculos Joannis Meursii, quo viro studiosiorem nullum aut in juvanda Republica literaria laboriosiorem Batavia habet. adi ad cap. 21 lib. 3. Miscellan. exercit. Et vide quæ dicemus ad vocem *ὅροι*. Porro quæ hic laudatur oratio Lysiæ contra Æschinem Socraticum, supra etiam voce *Ἀσπασία* laudata est. Ejus epigraphe plenior est apud Athen. 13. p. 611. quo loco ita infit, *ἀλλ' ὅγε Λυσίας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ οὑτωσὶ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν, χρέους.* Ultima hæc vox deest omnibus in locis, in quibus apud hunc nostrum auctorem de ea mentio, quæ tamen prætermittenda non erat. MA. Etymol. *ἄστικτον, οὕτως οἱ Ἀττικοὶ ἐκάλουν τὸ ἐλεύθερον χωρίον καὶ μὴ ὑποκείμενον χρήστῃ. εἴρηται δὲ, ὅτι τοῖς ὑποκειμένοις χρέεσι χωρίοις εἰώθασιν ἐγκαταπηγνύειν στήλην, ἣν ἐκάλουν ὅρον, ἐν ᾗ ἐκεχάρακτο τὸ χρέος καὶ ὁ χρήστης, ἵνα μὴ πλανηθεὶς ἕτερος ὡς ἐπὶ καθαρῷ αὐτῷ δανείσῃ.* Et in *ὅρος*: *σανίδιον ἐπιτιθέμενον ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς χωρίοις ἐκείνοις πηγνύμενον τοῖς ἐνεχυριαζομένοις, πρὸς ἃ ὀφείλουσιν οἱ δεσπόται.* Solon apud Plutarch. et Aristidem rhetorem gloriatur, *ὅρους ἀνεῖλον πανταχοῦ πεπηγότας.* VA.

63, 3. Atheniensium *Ἀστυνόμοι*, Thebanorum Telearchæ, Romanorum *Ἀστυνόμοι*, sive patres civitatum, aut curatores Reipublicæ, non valde differunt inter se, sicut nec Atheniensium *Ἀγορανόμοι* et Ædiles Romanorum. At *Ἀγορανόμοι* ab *Ἀστυνόμοις* dispares omnino sunt et dissimiles, non quoad numerum, saltem apud Athenienses, apud eos enim teste Aristotele quinque Agoranomi pro Piræo, et pro urbe quinque eligi ac constitui solebant, quem numerum etiam explebant *Ἀστυνόμοι*, quinque

enim Piræo, quinque vero urbi præficiebantur, sed quoad munia et officia. Ad Agoranomos proprie cura rerum venalium pertinebat, Harpocration voce Ἀγορανόμοι supra, οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. Theophrastus in lib. de legibus, infra verbis κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν: δυοῖν τούτων ἐπιμελεῖσθαι δεῖ τοὺς Ἀγορανόμους, τῆς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ εὐκοσμίας καὶ τοῦ ἀψευδεῖν μὴ μόνον τοὺς πιπράσκοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠνουμένους. Lex enim erat inter Atticas quæ vetabat in foro mentiri, et περὶ ὠνίων maxime lata erat, unde Ἀγορανόμοι rigidissimi et religiosissimi ejus observatores. Ἀστυνόμοι curam habebant περί τε τῶν αὐλητρίδων καὶ ψαλτριῶν, καὶ τῶν κοπρολόγων, καὶ τῶν τοιούτων. Sed et præterea[s] Ἀστυνόμος ille est, ὁ ἐπὶ τοῦ εἶναι, ut ait Ulp. ad Demosth. c. Timocr. [ad p. 735, 16.] καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος, ὁ παρ' ἡμῖν πατὴρ, quæ ultima verba valde notanda sunt, multis enim in locis juris Ἀστυνόμοι patres simpliciter, vel patres civitatum vocantur: ut a Juliano Antecessore, novel. 21. §. 2. 79. §. 3. 124. §. 16. Leone Imperatore l. 3. Cod. lib. 10. de his qui sponte mun. pub. suscep. Justiniano in constit. Græca quæ desideratur in tit. Cod. de Judæis et Manichæis, in l. hac valitura Cod. eod. in qua pro nec patriæ honorem arripere, patris honorem acute restituit magnus Cujacius ex Basilicis: adi ad cap. 3 lib. 12. observat. vocantur etiam, ut illud obiter moneam, Astynomi aliquando curatores civitatis, sic enim Græci ad l. 46. Curatores D. de Damno infecto, et l. unic. Cod. de liberat. et solut. debit. civit. curatorem Reipublicæ patrem civitatis interpretantur, uno verbo Ἀστυνόμον. Ita in l. ultima D. de officio Adsessorum, et toto titulo de administratione rerum ad civit. pertinent. D. Curator Reipublicæ pater civitatis est, vel Ἀστυνόμος, qui logista[t] dicitur ab Imperatore Gordiano in l. 3. Cod. de modo mulctarum quæ a Jud. inflig. *Curator,* inquit, *Reipublicæ qui Græco vocabulo Logista nuncupatur.* quod maxime ponatur supra rationes operum publicorum. Quomodo Atheniensium Λογισταὶ, de quibus agemus infra hoc voce. Hinc tit. Cod. de ratiociniis operum publicorum, et de patribus civitatum, id est de Curatoribus rerumpubl. et Ἀστυνόμοις. Astynomi igitur qui aliquando Curatores Reipubl. aliquando patres civitatum dicebantur, non tantum αὐλητρίδων, aut ψαλτριῶν

[s] Sed et præterea] Ibidem ait: ἔστι δ' ἀγορανόμος ὁ ἐπόπτης τῶν ὠνίων τῆς ἀγορᾶς. VA.

[t] Ἀστυνόμος qui logista] Schol. Aristoph. Ach. 724. ad illud, ἀγορανόμους δὲ τῆς ἀγορᾶς καθίσταμαι τρεῖς τοὺς λαχόντας, τοὺς δ' ἱμάντας ἐκ λεπρῶν, ait, ἀγορανόμους δὲ οὓς λογιστὰς καλοῦμεν. VA.

curam habebant, sed et purgandam civitatem ab immunditiis omnibus, morticinis, et exuviis cæsorum animalium, quæ omnia vox *κοπρολόγων* importat, curabant, imo curæ eis dabantur ædificia apud Romanos, et viæ reficiendæ, ne quid in eis projiceretur, vel quis ædificaret, teste Papiniano in lib. singulari *Ἀστυνομικοῦ*. Quamvis autem mulctæ dictionem et adsessores haberent l. ult. D. de adsessoribus, et l. unica D. de via publ. et se quid in ea fact. esse dic. tamen minores magistratus erant, et si verum sit, in l. 3. Cod. de modo mulctarum quæ a Jud. inflig. Curatorem Reipublicæ *Ἀστυνόμον* esse, ut mihi persuasit magnus interpres, non video quomodo non possit jus mulctandi habere, nam nominatim a Papiniano in dicta l. unica constituitur Astynomos, domorum dominos, si quæ facere eos decet ad viarum publicarum conservationem non peregerint, mulctare debere. *ζημιούτωσαν*, inquit, *αὐτούς*. videant juris studiosi quid ad hæc responsuri sint, nam alio nos vocamur impræsentiarum, nec diligentius hæc examinare licet: alia sunt quæ nobis etiam non leves scrupulos moverunt. Dictum est a nobis *Ἀστυνόμους* curam viarum reficiendarum habuisse, ne quid in eis inædificaretur, aut immunditiæ projicerentur quæ eas obstruerent. utrum Athenis minores illi magistratus eidem sollicitudini obnoxii fuerint valde dubito, nam invenio apud Heraclidem in fragmento de politiis, ad magnos olim viros et ad Senatum ipsum Areopagitarum Athenis pertinuisse curam viarum reficiendarum. *Θεμιστοκλῆς* (inquit ille) *καὶ Ἀριστείδης, καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύναντο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο, ὅπως μή τινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωσιν.* Ex quibus jure suspicari licet non eadem omnino auctoritate, vel jurisdictione præditos fuisse *Ἀστυνόμους* apud Atticos, qua pollebant apud Romanos. Ita etiam apud hos unus et idem diversis his muniis Agoranomi et Astynomi fungi poterat, ut Vespasianum legimus in Suetonii monumentis et apud Dionem lib. 58. Ædilis et curatoris viarum sive viocuri muneribus functum esse. Quod utrum apud Atticos licitum et observatum sit, faciunt ut addubitem solemnia verba quæ in jurejurando Heliastarum apud Demosth. in orat. contra Timocrat. [p. 747.] leguntur, *οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ.* Quæ forte referri tantum debent ad majores magistratus. MA.

63, 3. 'ΑΣΤΥΝΟ'ΜΟΙ] Strabo 15. p. 707. de Indis, *τῶν δ' ἀρχόντων οἱ μέν εἰσιν ἀγορανόμοι, οἱ δ' ἀστυνόμοι*, et utrorumque munus describit, inter cætera *ἀστυνόμοις μέτρων μέλει καὶ τῶν ὡραίων,*

ὅπως ἀπὸ συσσήμου πωλοῖντο. Vide Platonem de Legibus 6. p. 763, 779. Aristotelem Polit. 7 et leg. unicam D. de via publica lib. 43. Porro ἀστυνόμοι erant plebeii magistratus et viles, nec eundem bis ἀστυνόμον esse licebat. Demosth. in 64 prooemio: δεινότατοι γάρ ἐστ' ἀφελέσθαι, ὅσα ὑμῖν ὑπάρχει καὶ νόμους περὶ τούτων θεῖναι, ἄν τις ἀστυνομήσῃ δὶς, ἢ τὰ τοιαῦτα, στρατηγεῖν δ' ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς ἐᾷν, καὶ τὸ μὲν τοὺς ἐπὶ πράξεων ὄντας, ἴσως ἔχει πρόφασιν. τὸ δὲ τοὺς ἄλλους, οἳ ποιοῦσι μὲν οὐδὲν, χώραν δ' ἀτέλεστον ἔχουσιν, αὕτη τετελεσμένη μωρία. Dionysius lib. 6 post discessionem plebis in sacrum montem, creatos esse trib. plebis ait c. 90. post creatis trib. plebeii ἐδεήθησαν ἔτι τῆς βουλῆς ἐπιτρέψαι σφίσι ἄνδρας ἐκ τῶν δημοτικῶν δύο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεικνύναι, τοὺς ὑπηρετήσοντας τοῖς δημάρχοις, ὅσων ἂν δέωνται καὶ δίκας ἃς ἂν ἐπιτρέψωνται κρινοῦντας, ἱερῶν τε καὶ δημοσίων τόπων καὶ κατ' ἀγορὰν εὐετηρίας ἐπιμελησομένους. Mox: ἀποδεικνύουσιν ἄνδρας, οὓς ὑπηρέτας τῶν δημάρχων καὶ συνάρχοντας καὶ δικαστὰς ἐκάλουν. νῦν μέν τοι κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν ἀφ' ἑνὸς ὧν πράττουσιν ἔργων, ἱερῶν τόπων ἐπιμεληταὶ καλοῦνται, καὶ τὴν ἐξουσίαν ὑπηρετικὴν ἑτέρων ἔχουσιν ὡς πρότερον. ἐπιτέτραπται δὲ αὐτοῖς πολλὰ καὶ μεγάλα καὶ σχεδὸν ἐοίκασί πως κατὰ τὰ πλεῖστα τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀγορανόμοις. De Agoranomis Lysias p. 156, in fine. Artemidorus lib. 2. cap. 31. ἀγορανομεῖν δὲ τοῖς ἐπὶ ἰατρικὴν ὁρμῶσι συμφέρει, καὶ μάλιστα τοῖς διαιτωμένοις, διὰ τὸ τροφῆς τὸν ἀγορανόμον προνοεῖσθαι. VA.

63, 4. Edidit Maussacus πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ. Sed Aldus extulerat πέντε μὲν Πειραιεῖ, et sic quoque MS. Mediceus. Sane etsi in v. Σιτοφύλακες quoque sic scribat, ad cujus forsan exemplum hæc ita formavit Maussacus, fuit tamen veteris elegantiæ ibi omittere præpositionem. Videbis simile in v. Σκιράφια. GR.

63, 7. Recte monet hoc loco Harpocration Demosthenem in oratione de falsa legatione usum voce ἀσυνθετώτατον, cum de turba et multitudine loquitur, eamque poni vel pro ἀσυνετώτατον, quod est stultum et mente carens, ἀνοητότατον, ut ipse loquitur, (male est in textu ἀννοήτατον,) vel pro ὃν μάλιστα οὐκ ἂν δύναιτό τις συνιέναι τί ποτε φρονεῖ, ut supra voce ἀσταθμητότατον, quam ita glossematice explicat, περὶ οὗ οὐδεὶς ἂν δύναιτο τεκμήρασθαι, οὐδὲ σταθμήσασθαι τί ποτε διανοεῖται ἢ τί πράξει. vel ἀσυνθετώτατον dixit Demosthenes (ait Harpocration) pro ἀπιστότατον, quod est incredulum, et ἀβεβαιότατον, quod inconstans, et πίστεις οὐ τιθέμενον, quod fidem non adhibens, διὰ τὸ ἀβέβαιον, ἢ ἀνομόλογον καὶ ἀσύμφωνον. Eos enim qui pacisci simul volunt, συμφώνους et

βεβαίους decet esse, unde is cum quo nemo potest pacisci *ἀσύνθετος* dicitur, quod non stet *συνθήκαις*, quas cum aliquo fecit, vel *ἀνομόλογος*, quod *ὁμολογίαι* sint *συνθῆκαι*, sive *ῥῆτραι*, nam *ῥῆτραι* pro *συνθήκαις, λόγοις, ὁμολογίαις*, aut *συγγράμμασι* accipiuntur, unde *ῥητροφύλακες* illi erant qui *συγγράμματα* custodiebant. *ὁμολογίαι γὰρ αἱ συνθῆκαι*, ait Harpocration optima sane ratione, nam confessiones vere sunt conventiones et pacta quæ sunt *βεβαιότατα*, quod ex eis quis conveniri possit, unde pro cautionibus in jure accipiuntur, ut in l. 20. D. de donationibus, et l. cum de indebito D. de probat. et præsumptionibus, quæ duæ leges ad Tribonianum pertinent, licet una Paulo, altera Marcello Jurisconsultis tribuatur. *Sed magis est ut non possit suæ confessioni obviare*, ait lex si patronus, 2. D. de donat. more Græcorum qui *ὁμολογίαν* dicunt, ita in l. cum de indebito. *Tunc enim* (ait Paulus ex Triboniano) *stare eum oportet suæ confessioni*, id est cautioni, *ὁμολογίᾳ*. Confessio enim pro cautione habetur in jure, et est tanquam conventio vel pactum aut judicatum, juxta regulam *confessum pro judicato habetur*, quæ non de quolibet confesso, sed de confesso in jure, aut in judicio intelligenda est. Equidem omnis confessio pactum quoddam, sive conventio est et cautio, non autem judicatum, nisi in jure fiat, aut in judicio: nec aliter interpretari debes legem illam 12. tabul. *Aeris confessi*, etc. quam de confesso in jure, de quo loqui voluere l. post rem. D. de re judicata, l. 1. §. proinde. D. si quid in fraud. patr. l. 4. §. penult. D. ad l. Juliam majestatis, l. 4. Cod. de repud. vel abstinenda hæredit. et Paulus lib. 2. sentent. tit. 5. Ineptissime illi qui hanc regulam de quolibet confesso intelligunt, nam restringenda hæc sunt ad confessum in jure, vel in judicio, maxime in criminibus, non enim reus simul ac delictum confessus est, pro judicato habetur, ut vulgo credunt, sed si confessus in judicio sit, ut in l. 4. D. ad l. Jul. majestatis: aliter non habetur semper pro judicato, ut colligitur ex l. 5. de custod. et exhibit. reorum. D. et ex l. 1. §. siquis ultro. D. de quæstionibus. *ὁμολογία* igitur *καθοριστικὴ* esse debet, ut loquitur Clemens Alexandrinus, si velimus eam pro re judicata haberi, nec pro judicato ille habebitur qui absente adversario confessus erit, argumento l. 6. §. si quis absente. D. de confessis, quia certa debet esse confessio ut possit haberi pro re judicata, sicut et jusjurandum, et res judicata, quæ optime comparantur in l. post rem de re judicata. D. Atque hæc dicenda mihi videbantur ad illustrationem horum verborum *ὁμολογίαι γὰρ αἱ συνθῆκαι*, ad quid enim notas scribimus, nisi ad enarranda ea quæ explicatione indigent. Me autem

in omnibus controversis et difficilibus locis idem præstiturum vix audeam polliceri: hoc tantum ausim, paucos ex illis relicturum me, qui ad jus Romanorum spectabunt, ad id enim quasi ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ impelli et invitari videor, in gratiam magnatum, quibus opus istud meum dixi, nefas quippe et indecorum cum hujusmodi heroibus de grammaticis et criticis perpetuo agere. MA.

63, 7. Ἀσυνθετώτατον, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας] Hodie ἀσυνετώτατον legitur male. ὁ δὲ δῆμός ἐστιν ὄχλος ἀσταθμητότατον πρᾶγμα τῶν ἁπάντων καὶ ἀσυνετώτατον. quomodo et Procopius lib. 2. Gotth. p. 232. ἀξυνετώτεροι γὰρ ἢ ἀσταθμητότεροι Ἐρούλων εἰσὶν ἀνθρώπων οὐδέ τινες, ex Demosthene, ut patet. Appianus 3, 20. Civilium in oratione Antonii ad Cæsarem Octavianum: ὁ δὲ δῆμός ἐστιν ὥσπερ καὶ σὺ τῶν Ἑλληνικῶν ἀρτιδίδακτος ὢν ἔμαθες, ἀστάθμητον, ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ κῦμα κινούμενον, ὁ μὲν ἦλθεν, ὁ δ' ἀπῆλθε. Basilius lib. 1. de vita Theclæ p. 70. VA.

63, 10. Ὁμολογίαι γὰρ αἱ συνθῆκαι] Imo ὁμολογίαι sunt pacta nuda scriptis non comprehensa: at συνθῆκαι sunt conventiones scripto comprehensæ, quæ et deponi apud sequestrem solebant, ut testatur Demosth. non semel. Sic ὁμολογηθέντα et γραφέντα distinguit Isæus p. 48 in fine. ὁμολογίαι ex legibus Atticis p. 28, quod in 12 tabulas translatum. Sic enim Cicero 3. de officiis 16. *Nam cum ex 12 tabb. satis esset cautum ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret, a Jureconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta.* τὰ ὁμολογηθέντα. Tamen συνθήκας, ὁμολογίας et ὑποσχέσεις pro eodem sumit Dionysius Halic. lib. 2. c. 39, ubi de Tarpeia. Ὁμολογίας et συνθήκας pro una eademque re usurpat Isocrates in Panegyr. in fine p. 150. VA.

63, 16. Vide Ammonium voce ἀτεχνῶς. Recte Philoponus, sive ut vulgo persuasum habent, Cyrillus, ἀτεχνῶς interpretatur omnino, ἀτέχνως vero sine arte. MA. Schol. Aristoph. in Plutum 109. de hac voce ait, ὁ γὰρ τόνος διαστέλλει τὸ σημαινόμενον. Et mox: ἐὰν δέ τις παρὰ τὴν τέχνην λέγῃ ἢ πράττῃ τι, οὐκ ἔστι περισπωμένως, ἀλλὰ βαρυτόνως. ἀτεχνῶς ποιεῖς. VA.

64, 1. ἈΤΙ´ΜΗΤΟΣ] Sic Dem. κατ' Ἀφόβου πρώτῳ in fine: ἐὰν γὰρ ἀποφύγῃ οὗτος (ὃ μὴ γένοιτο) τὴν ἐπωβελίαν, ὀφλήσω μνᾶς ἑκατόν, καὶ τούτῳ μὲν ἐὰν καταψηφίσησθε, τιμητὸν οὐκ ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων (quæ in administratione tutelæ mihi eripuit), ἀλλ' ἐκ τῶν ἐμῶν ποιήσεται τὴν ἔκτισιν. ἐμοὶ δὲ ἀτίμητον τοῦτ' ἔστιν. ὥστε οὐ μόνον ἔσομαι τῶν πατρῴων ἐστερημένος, ἀλλὰ καὶ προσητιμωμένος, ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς με ἐλεήσετε. VA.

64, 2. Legitur ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι, ubi MS. habet ὡς οὐδὲν δ. τ. δικαστὰς τιμῆσαι. Quod opinor verius. Neque enim compositum διατιμᾶν in hac parte usurparunt; ut videatur modo fuisse temeraria repetitio literarum δι in principio duarum vocum. Sic quoque Demosthenes contra Calliclem: Αὐτοὶ τὴν αἱμασιὰν προαγαγόντες καὶ τὴν ὁδὸν ἀνακεχωκότες ἑτέροις βλάβης δικάζονται καὶ ταύτην χιλίων δραχμῶν ἀτίμητον. GR.

64, 10. Non edidi καὶ ἀτίμους εἶναι, ut nuper Blancardus, sed prout Aldus et Maussacus retinuerunt ἄτιμον, sine dubio ex fide MStorum codicum, quum et Mediceus habeat ἄτιμοι parvo discrimine: utique iste singularis eo usque extendi potest, quo numerus alter. Sed neque retinui mox ἣν ἂν οὑτωσί τις φήσειεν, ex indicio Valesii; sed prout MSti dictant Harpocrationem dedisse, qui potuit memoriter hæc citavisse non inspiciens Demosthenem. Unde et in sequentibus ut lector dignosceret calamum auctoris et aliena supplementa, quæ facile erat recuperare, virgulas adhibui, præsertim ejiciens post verbum δικάσασθαι insiticia ista ἀλλ' εὐαγὲς ἦν τὸ ἀποκτεῖναι, quum plene in sequentibus existant. Sed etiam MS. non habebat τὸν τούτων τινα, ut est in editis, sed τούτον, ut videatur innuere τοῦτον *talem aliquem*. GR.

64, 7. Quid sibi voluerit lex orandi Demosthenes cum in Philippicis Arthmium, de quo supra a nobis actum est, ἄτιμον vocavit, eruditissime hic explicavit auctor noster, ejus verba a nobis diligentius expendentur infra verbo ἐπικεκηρυχέναι. Adverte interim Demosthenis verba, quæ hic ex Philippicis afferuntur, integriora illic legi, nam ab his τοῦτο δ' ἐστὶν, usque ad illa τοῦτο δὴ λέγει, quædam desunt quæ facile restitui possunt ex ejus libris. Ne quid ultra igitur, sed sufficiat digitum ad fontem intendisse. Porro φονικοὶ νόμοι qui hic laudantur, leges Draconis sunt, φονικοὺς enim νόμους promulgaverat Dracon ille severus legislator, in quibus de cædibus agebatur. Ita φονικοὺς λόγους Antiphon teste Hermogene composuerat, quorum adhuc quidam supersunt. Male omnino apud Ammonium grammaticum voce ἐνθύμημα huc usque lectum fuit, ὁ γοῦν Ἀντιφῶν ἐν τοῖς φοινικοῖς φησί. Restituendum est ex conjectura nostra φονικοῖς, et hæc ita interpretanda: Antiphon in orationibus in quibus de cædibus agebatur. Hujusmodi enim erant φονικοὶ λόγοι Antiphontis, ut φονικοὶ νόμοι Draconis, quorum relliquias integras in unum collectas, ut e naufragio tabulam superstitem dabit brevi συναγωγὴ nostra legum Atticarum. Nec ferendi illi sunt, qui in hoc Ammonii loco verba ex Antiphontis φονικοῖς allata quibusdam nu-

meris constare crediderunt, et ea in hunc modum et in hanc versus normam conceperunt, τεθνεὼς οὗτος ὑμῖν ἐνθύμιος γενήσεται, soluta hæc oratio est, et nullis pedibus adstricta. Ansam forte peccandi præbuit, quod Antiphontem Tragicum hic laudari sibi persuaderent. sed nec pedibus constat suis Iambus ille quem in medium obtruserunt, nec drama ullum unquam composuit Antiphon quod inscriptum sit φοινικοί. Dicendum potius fuisset φοίνικες et φοίνιξι. quæ omnia probabilia tantum sunt. At vera hæc, φονικοὺς illum λόγους composuisse. MA.

64, 9. Ἐψηφίσαντο] Demosth. περὶ παραπρεσβ. versus finem hoc decretum in Acropoli juxta Minervam æream (chirographum Valesii habet *auream*) in columna positum esse dicit. Verba notanda sunt, ἀλλ' ὅλης οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταυτησὶ καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐχούσης, παρὰ τὴν χαλκῆν τὴν μεγάλην Ἀθηνᾶν ἐν δεξιᾷ ἕστηκεν (supple τὰ γράμματα κατ' Ἀρθμίου), ἣν (supple Ἀθηνᾶν) ἀριστεῖον ἡ πόλις τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου, δόντων Ἑλλήνων τὰ χρήματα ταῦτα, ἀνέθηκε. Auctor hujus decreti contra Arthmium fuit Themistocles teste Plutarcho in ejus vita. Sophocles in Electra 445, ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος ὥστε δυσμενὴς ἐμασχαλίσθης. VA.

64, 10. Αὐτῶν καὶ γένους] γρ. αὐτὸν καὶ γένος ex Dinarcho ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος p. 96. et ex Demosthene ipso 3 Philippica, quam intellexit Harpocratio. Et in orat. περὶ παραπρεσβ. atque etiam Æschine ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος in fine. VA.

64, 11. Οὕτω τις ἂν] Vulg. ἂν οὑτωσί τις. VA.

64, 11. Τῶν Ἀθηναίων etc.] In vulgatis Demosthenis codicibus legitur τοῦτ' ἔμελεν, εἰ τῶν Ἀθήνησι κοινῶν μὴ μεθ. ἐμ. ἀλλ' οὐ τοῦτο λέγει. ἀλλ' ἐν etc. VA.

64, 14. Διδῷ] Add. δίκας. VA.

64, 14. Δικάσασθαι] Add. ἀλλ' εὐαγὲς ἦν τὸ ἀποκτεῖναι. VA.

65, 3. Ex innumeris locis, quos in hoc opere manus impuræ librariorum corruperunt, nullus est cum quo pejus actum esse putem quam cum eo quem jam præ manibus habemus, adeo enim crudeliter hic lancinata fuerant verba Harpocrationis, ut neque cœlum neque terram tangerent. Nos tamen felici (nisi suffeni nobis simus et φίλαυτοι) conjectura omnia restituimus. Obmutuerunt omnes manu exarati, et Harpocrates pro Harpocratione fuere, ita ut soli conjecturæ locus relictus sit; attende sis, num faventibus Musis et dextro Apolline lacera hæc et manca sanata sint. Vult Harpocration nos docere quid significet vox hæc ἄττα et apud Rhetores et apud Comicos, primum-

que ait Antiphontem ea usum esse pro *ὅσα*, vel *ἅτινα* in oratione quæ ita inscribebatur *περὶ Λινδίων φόρου*, (male erat excusum *φόνου* in aliis editionibus) de Lindiorum tributo et vectigali, quod Atheniensibus pendebant, agebat illa oratio, unde *περὶ Λινδίων φόρου* legendum, ut *περὶ τοῦ Σαμοθρᾳκῶν φόρου*, supra voce *ἀπόταξις*. Samothracas enim Lindios, et alios populos una Atheniensibus tributa et vectigalia solvisse certissimum est. Et si quis eorum privatim et peculiariter solveret, et descisceret ab aliis qui erant *συντεταγμένοι* ad solvendum *ὡρισμένον φόρον*, tunc censebatur *ἀπόταξις* fieri, ut erudite nos monuit Harpocration voce *ἀπόταξις*. Sed redeamus ad pensum. Dicebamus Harpocrationem velle demonstrare quid *τὸ ἅττα* significet, quod peragit varias ejus significationes asserendo. De prima jam egimus, veniamus ad secundam. Ait ergo Demosthenem in Philippicis *ἅττα* dixisse pro *τινά*, aut *ποῖά τινα*. Deinde pergit docere non has tantum significationes idem *ἅττα* recipere posse, imo aliquando apud Demosthenem abundare et superfluum esse, aliquando vero pro *ὅσα* poni, ut in oratione de falsa legatione, teste Suida, ex quo desumpta sunt quæ ab his verbis *ἐν δὲ τῷ* usque ad illa *τὴν λέξιν* leguntur. Tandem apud Comicos concludit accipi diversimode hoc *ἅττα*. Apud Pherecratem enim in fabula, cujus epigraphe *Χείρων* usurpatur, *ἐπ' ἀριθμοῦ*, ut apparet ex his verbis, partim a magno Etymologo, partim a Suida petitis, *τοῖς δέκα ταλάντοις ἄλλα προσθῇς ἅττα πεντήκοντα*. Apud Aristophanem vero *ἐπὶ χρόνου*, nam *χιωνίπου*[u] lacerum et portentosum quod superest in excusis et manu exaratis, aperte indicat hic legendum *ἐπὶ χρόνου*. Quam lectionem confirmant etiam Comici verba quæ sequuntur,

Πύθου χελιδὼν πηνίκ' ἅττα φαίνεται.

Nihil certius in re tam incerta proferri posse existimo. Addent alii forte qui melioribus Codicibus potientur longe meliora. Nos hæc voluimus interim dicta ad obscurissimi et desperatissimi hujus loci explicationem. MA. Sic idem Aristoph. in Avibus 1513, ubi Prometheus dicit *ἀπόλωλεν ὁ Ζεύς*. Pisthetærus *πηνίκ' ἅττ' ἀπώλετο*. Prometheus: *ἐξ οὗπερ ὑμεῖς ᾠκίσατε τὸν ἀέρα*. Ubi Scholiastes notat, *ὅτι οὐκ Ἀττικὸν τὸ, πηνίκ' ἅττ' ἀπώ-*

[u] *Χιωνίπου*] Etymol. in *ἅττα*. *χρονικὸν αὐτὸ παραλαμβάνει.* Etymol. *ἅσσ' ἐθέλησθα. φησὶν Ἀρίσταρχος τρία σημαίνειν τὴν λέξιν, τινὰ, ἅτινα, ὅσσα, καὶ ἀεὶ ψιλοῦται. δασύνεται δὲ, ὅτε δηλοῖ τὸ ἅτινα. καὶ ἔστι κατὰ Ἡρωδιανὸν δύο μέρη λόγου, τὸ α ἄρθρον, καὶ τὸ σα, ὅ ἐστι Μεγαρικὸν, δηλοῦν τὸ τινὰ, καὶ ἡ παραλήγουσα, φησὶ, δασύνεται.* Idem habet Eustathius in scholiis ad illud acroteleutium ex Homeri Il. *α*. p. 148. VA.

λετο, οὐδ' ἀρχαϊκὸν, οὐδ' ἀκριβές. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ πότε δῆτα. παρέλκει δὲ τὸ ἄττα νῦν. ἀλόγως γὰρ κεῖται. οὔτε γὰρ τὸ, τινα, σημαίνει, οὔτε τὸ, ἅτινα. οὐδὲν γὰρ τούτων ἁρμόζει τῷ πηνίκα. Vide Ammonium in ἄττα. Suidas in ἅσσα, ὅτε σημαίνει ὅσα καὶ ἅτινα, δασύνεται, τῶν ἅσσα θυμῷ καὶ διὰ μνήμης ἔχω. ὅτε δὲ τό τινα, ψιλοῦται. ἄσσα γελωτοποιεῖν. Sic Ammonius et in indice eorum verborum, quæ accentu variant significata. VA.

65, 3. Χελιδών] γρ. χελιδόνος. Vide Græcos parœmiographos et Hesychium. Zenobius Vatic. πύθου χελιδόνος. διότι, inquit, ὀδυρτικὸν τὸ ζῶον. Suidas: πύθου χελιδόνος. παροιμία ἀπό τινος Χελιδόνος θεολόγου καὶ τερατοσκόπου καὶ περὶ τελετῶν διειλεγμένου, ὡς Μνασέας ὁ Πατρεὺς ἐν περίπλῳ· οἱ δὲ ὅτι τὸ ἔαρ σημαίνει. Idem error in Etymologico. VA.

65, 4. Melius dicitur Ἄττις quam Ἄτυς, vel Ἄττης, ut habent vulgo Demosthenis libri, quamvis utrumque auctoritate non careat. Vetus inscriptio,

Qui colitis Cybelem et qui Phryga plangitis Attin
Dum vacat, et placida Dindyma nocte silent.

Altera,

Μητέρι τῇ πάντων Ῥείῃ τεκέων τε γενέθλῳ
Ἄττει θ' ὑψίστῳ, καὶ συνιέντι τὸ πᾶν.

In prima optime Phryga est, quia, ut observavit Harpocration, a Phrygibus maxime colitur Attis, ὡς πρόπολος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. vulgaris est apud auctores ejus historia, sed non vulgare illud, unde sint dicti Galli ejus sacerdotes et ministri. Divus Hieronymus in cap. 4. Oseæ. *Hi sunt quos hodie Romæ matri non Deorum, sed Dæmoniorum servientes Gallos vocant, eo quod de hac gente Romani truncatos libidine in honorem Atys, quem Eunuchum Dea meretrix fecerat, sacerdotes illius manciparent: propterea autem Gallorum gentis homines effœminantur, ut qui urbem Romam ceperant hac feriantur ignominia.* Quæ mihi valde suspecta sunt. Gallos enim a Gallo flumine Phrygiæ, vel a Gallo qui flumini nomen dederat, et adinstar Attis sibi pudenda truncaverat, dictos esse Ovid. et Stephani mutilator voce Γάλλος monuerunt. καὶ ὅτι, inquit, τὸν Γάλλον καὶ τὸν Ἄττιν ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα, καὶ τὸν μὲν Γάλλον ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν Τυρίαν ποταμὸν, καὶ οἰκῆσαι, καὶ τὸν ποταμὸν Γάλλον καλέσαι, ἀπὸ ἐκείνου γὰρ τοὺς τεμνομένους τὰ αἰδοῖα Γάλλους καλοῦσι. Unde postea Grammatici Gallos esse dixere ἀποκόπους et εὐνούχους. Hesych. Γάλλος, ὁ ἀπόκοπος ἤτοι ὁ εὐνοῦχος. l. 6. non δεδήλωκεν ὁ Ἄνθης, ut ante scriptum erat, sed δεδήλωκε Νεάνθης restituimus, quia Neanthes

verum scriptoris nomen, quod non ignoravit præstantissimus literatorum Casaubonus, qui divinitus ad illa Athenæi lib. 9. *τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς*[x] *ἐν δευτέρῳ περὶ τελετῆς*, monuit hoc loci legendum *Νεάνθης* pro *ὁ Ἄνθης*, in addendis ad cap. 4. lib. 9. animadvers. p. 409. Neanthes hic ille est qui in explicandis veterum superstitionum ritibus immoratus est, et a Clemente Alexandrino et aliis laudatur, quod indicant hæc verba auctoris nostri, *μυστικὸς δὲ ὁ λόγος*. Utrum autem idem Neanthes opus *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν*, *de viris illustribus*, quod ab Stephani mutilatore laudatur voce *Κραστὸς*, composuerit, adhuc quæro. [Ammonius voce *βωμὸς* Neanthem etiam Cyzicenum laudat *ἐν τρίτῳ τῶν κατὰ πόλιν*. *Ex Addendis*.] Vide quæ de Anthe scribit idem auctor voce *Ἁλικαρνασσὸς*, et attentius hæc omnia expende. MA. Locus Demosth. p. 156. *καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ καὶ ἐπορχούμενος ὕης ἄττης*. Quid sit *ἄττης*, omnes sciunt; sed quid *ὕης*, non ita vulgo notum est. Suidas ex vetere Grammatico, *ὕης, ὕου, ἐπίθετον Διονύσου, ὡς Κλείδημος. ἐπειδή φησιν ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας αὐτῷ, καθ' ὃν ὁ θεὸς ὕει χρόνον. ὁ δὲ Φερεκύδης τὴν Σεμέλην ὕην λέγεσθαι, καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφοὺς ὑάδας. Ἀριστοφάνης δὲ συγκαταλέγει ξενικοῖς θεοῖς τὸν ὕην.* Hesychius: *ὑεὺς σαβάζιος. ὕη Σεμέλη ἀπὸ τῆς ὑήσεως καὶ υἱὲ δειλέ. ὕὸς Ζεὺς ὄμβριος.* Quin etiam hoc loco *ἄτης* est epithetum Bacchi. Etymol. *ἄτης ὁ Διόνυσος ἐπιθετικῶς ἀπὸ τῆς γενομένης ἐκ τῶν Τιτάνων εἰς αὐτὸν ἄτης καὶ φθορᾶς*. Male ergo Harpocrat. Eadem, quæ Suidas, habet Etymologus in *ὕης*, additque *ἢ ὅτι ὕσεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν γέννησιν αὐτοῦ*. Eustathius in *ἀσπιδοποιίαν* Ἰλ. σ. p. 1155 hyadas a Baccho, qui hyes est, deducit; *ὕης γὰρ ἐπίκλησις τοῦ σαβαζίου*. Theon in Aratum 172. *ὕης δὲ ὁ Διόνυσος. Εὐφορίων, ὕῃ ταυροκέρωτι Διωνύσῳ κοτέουσα.* Meminit et Arati interpres, qui hyadas a Baccho, qui hyes est, dictas ait. Clemens tamen in Protreptico p. 6, *δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τὸν Διόνυσόν τινες ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσι αἰδοίων ἐστερημένον*. VA.

66, 2. *Θεόπομπος δ' ἐν τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἐσκευωρῆσθαι λέγει τὰς πρὸς τὸν βάρβαρον συνθήκας.*] Id est, *confictæ et commentitiæ*. Theon Sophista *περὶ τῆς τῶν νέων ἀγωγῆς· παρὰ δὲ Θεοπόμπου (ἐστὶ λαβεῖν) ἐκ τῆς πέμπτης καὶ εἰκοστῆς τῶν Φιλιππικῶν, ὅτι Ἑλληνικὸς ὅρκος καταψεύδεται ὃν Ἀθηναῖοί φασιν ὀμόσαι τοὺς Ἕλληνας πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Πλαταιαῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους, καὶ αἱ πρὸς βασιλέα Δαρεῖον Ἀθηναίων καὶ πρὸς Ἕλληνας συνθῆκαι.*

[x] *Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν δευτέρῳ περὶ τελετῆς*] Apud Etymolog. in *βριτόμαρτις*, *Νεάνθης ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τελετῶν*. VA.

ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην οὐχ ἅμα πάντες ὑμνοῦσι γεγενημένην καὶ ὅσα ἄλλα, φησὶν, ἡ Ἀθηναίων πόλις ἀλαζονεύεται καὶ παρακρούεται τοὺς Ἕλληνας. Hæ συνθῆκαι sunt, quarum meminit Isocrates in Panath. p. 484. Lycurgus contra Leocratem p. 140, et cæteri, quos ad Herodotum notavi. Factæ vero sunt cum Artoxerxe, non cum Dario. Isocrates in Panegyr. p. 127. 126. Scholiastes Hermogenis. Certe eas συνθήκας Thucydides non memorat, si memini, et Callisthenes apud Plutarch. in Cimone id quidem servatum fuisse a rege Persarum ait, sed minime scripto comprehensum. VA.

66, 2. Ita locum hunc, qui misere lacer et corruptus erat in prioribus editionibus, ex manuscripto Cod. Fed. Morelli restituimus. Deerant hæ duæ voces ἃς et ἐστηλιτεῦσθαι, sine quibus manca omnino erat oratio. Itaque optime excusum est συνθήκας ἃς οὐ τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν ἐστηλιτεῦσθαι, ἀλλὰ τοῖς τῶν Ἰώνων. Ante nos jampridem eumdem hunc locum correxerat ex alio Codice Hercules Musarum Josephus Scaliger, in digressione de literarum Ionicarum origine ad locum Euseb. numeri M.DC.XVII. Sed quæ ibidem ad ejus enarrationem afferuntur ab eodem præstantissimo viro, a nobis diligenter expensa sunt in cap. 5. lib. 3. lectionum nostrarum, in quo an Atticæ literæ ab Ionicis differant evidentissime demonstratum est. Sufficiat in præsens monere Ἀττικὰ γράμματα adeo antiqua esse, ut cum apud auctores aliquid Atticis literis scriptum legitur, hoc interpretari debeamus antiquis et vetustis literis, ut in illo loco Demosthenis quem hic indicat Harpocration. Eodem etiam modo, cum simpliciter vetustis literis ἐπιγραφὴν quandam scriptam fuisse monent auctores, non alias quam Atticas priscas illas literas existimare debemus, ut infra voce Ἑρμαὶ, cum monet Harpocration in uno Mercuriorum qui e Pœcile et Regia porticu erant, inscriptum fuisse hoc parœmiacum priscis literis,

Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

Priscas illas literas Atticas esse credendum est. Hæc enim ferme convertuntur Ἀττικὰ γράμματα, et παλαιὰ γράμματα. Hesychius erudite, ut solet, Ἀττικὰ γράμματα. τὰ ἀρχαῖα ἐπιχώρια. Cur ἐπιχώρια divinare nunquam potui, nam Græcorum literæ e Phœnicia oriundæ sunt, ideoque in Græcia hospites, ut mellitissime loquitur Philostratus in epist. ξένα καὶ τὰ γράμματα· ἐκ Φοινίκης γὰρ ἦλθεν. Rursus lib. 2. de vitis Sophist. in Adria. ἤρξατο γὰρ ὧδε πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα. Pausanias 2. Ἠλ. [c. 19,6.] scribit etiam se vidisse Κέρας Ἀμαλθείας priscis Atticis literis scriptum,

unde apparet antiquissimas esse Atticorum literas. Scaliger ὁ πάνυ eas vult non esse dissimiles ab Ionicis contra auctoritatem Harpocrationis, quas ex Herodoto Phœnicibus esse similes probat, alphabeto Ionicarum literarum et Phœnicum in medium prolato. verum hæc omnia sunt altioris et secretioris indaginis. Non possum autem quin quæ apud Suidam legi voce Σαμίων δῆμος, huc producam. Faciunt enim ad rem, et interpunctionibus indigent, ἢ ὅτι, inquit, παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ' γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν τρίποδι. τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν, Ἀρχίνου[y] δ' Ἀθηναίου ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου, τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου, καὶ ἐπὶ Εὐκλέους[z]. περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. Hæc nos ita interpunctionibus distinximus; antea confusa omnia erant, et vereor adhuc ne quædam verba desiderentur. MA. Dionysius Halic. in ep. ad Ælium Tuberonem de antiquissimis historicis, Cadmo Milesio et Democle Pygelensi et Eudemo Pario et aliis loquens, ὁμοίας, inquit, ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπιτοπολὺ προαιρέσεις οἵ τε τὴν Ἰάδα προελόμενοι διάλεκτον τήν γε τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα ἀνθοῦσαν καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς πρὸς τὴν Ἰάδα. Ubi non de literis loquitur, sed de dictione. Iones γέμμα dicebant, non γάμμα, et μῶ, non μῦ, teste Eustathio Ἰλ. γ. Ἀττικοῖς γράμμασι pro παλαιοῖς dixit Pausanias Atticis p. 2, quibus usi Attici jam inde a Cecrope ad Euclidem magistratum, ut infra notat Suidas et Scholiastes Euripidis in Phœnissis. Euclide autem magistratu cœperunt Athenienses Ionicis uti literis, quod eis suasisse dicitur Archinus Ath. Is est Archinus ex pago Cœla oriundus, unus ex principibus, qui Phylam castellum occupavere, ac populum in urbem reduxere. Ejus meminit Demosth. περὶ παραπρ. et contra Timocratem, Æschines contra Ctesiph. et Andocides de mysteriis, et Plutarchus in libro, utrum Athen. armis an literis præst. Ionicæ autem literæ sunt illæ vulgares, quibus hodie utimur 24 teste Plinio lib. 7, non minusculæ illæ, quibus vulgo utimur: (eæ enim non ita antiquæ,) sed capitales ut in

[y] Ἀρχίνου δ' etc.] Scribe, ut legitur in vulgatis Suidæ libris, Ἀρχίνους ὁ Ἀθηναίου ἐπὶ ἄρχ. Εὐκλείδου. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους. Emendo τοὺς δὲ Σαμίους. Andronis hæc verba sunt; et ni ita legamus, nullus est sensus. Βαβυλωνίους tamen retinet Apostolius, qui ex Suida αὐτολεξεὶ hæc descripsit. In quo legitur Ἀρχῖνος, non vero Ἀρχίνους. Ἀρχίνος quis fuerit alibi notavi. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους rectum est; id est, comœdiam, quæ dicitur Babylonii, docuit Aristophanes. ex ea comœdia sunt illa verba Σαμίων ὁ δῆμος, ad quæ Suidas commentatur. Aliter eum versum explicat Plutarchus in Pericle. VA.

[z] Καὶ ἐπὶ Εὐκλέους] Ka in vulgatis, sed in Apostolio καὶ ἐπικλέους κ legitur. VA.

columnis. Atticæ quæ aut quot fuerint, nemo affirmare potest. Errant enim, qui 16 duntaxat fuisse putant a Cadmo inventas: non enim confundenda sunt Καδμεῖα γράμματα cum Atticis: fuerunt enim minimum 18, quas Aristoteles apud Plinium lib. citato memorat. Zetzes in Chil. 16 literas primo, deinde 19, tum 24 factas ait. 16 sunt illæ Phœniciæ, 19 seu 18 Atticæ, addito Z et φ, et si 19 vis, η: quod et aspirationis et literæ fungitur vice. Fallor tamen. η longum a Simonide inventum est. aut θ igitur aut χ a Palamede inventæ. In columna Herodis Attici, quæ in hortis Farnesianis est literis Atticis scripta, hæ sunt literæ: A/^DEH. Pro aspiratione H est positum OIKLMNOΠRSTV† quod est XI. Quibus adde B, quod constat in usu fuisse. Porro Athenienses etiam ante Euclidis magistratum, qui est annus 2 Olymp. 94. Ionicis literis usos esse comperio. Euripides enim, quem tribus annis ante Euclidis magistratum fato cessisse constat, in fabula Theseo hominem inducit literarum expertem, qui Thesei nomen his prorsus literis ΘΗCΕΥC expressum fuisse dicit. Callias quoque Atheniensis comicus Strattide paulo antiquior in Grammatico sive Grammatica Ionicum alphabetum 24 literarum exponit, ut patet ex fragmento illius fabulæ, quod refert Athenæus lib. 10 in fine, qui eum Calliam Euripide anteriorem et Sophocle esse scribit. Igitur literæ Ionicæ ab Atheniensibus in privatum usum receptæ, et a Grammaticis expositæ etiam ante Euclidis magistratum videntur, sed publice nondum admissæ erant. Decreta enim ac leges et fœdera Atticis literis adhuc scribebantur, donec Archinus magistratu Euclide Atheniensibus persuasit ut Ionicis literis publice etiam in actis uterentur. VA.

66, 5. *αὐθέντης, ὁ αὐτόχειρ, ἢ ὁ αὐτὸν ἀναιρῶν. διὸ παρ' Ἰσοκράτει, αὐθέντης*] Harpocrationis locus hic donec suæ integritati restitutus fuerit, haud facile fuerit illius mentem ex eo eruere. Quorsum enim hic διὸ ante παρ' Ἰσοκράτει αὐθέντης ponitur? Sed eadem tamen apud Suidam scriptura exstat. Illud quidem αὐθέντης nondum mihi apud Isocratem occurrit, quod quidem meminerim: sed αὐτόχειρες legimus in Panegyr. p. 64, μᾶλλον δὲ ἐτίμων τοὺς αὐτόχειρας καὶ φονέας τῶν πολιτῶν ἢ τοὺς γονέας τοὺς ἑαυτῶν. Sed hanc loci istius scripturam vix puto ab Harpocratione potuisse agnosci. quid enim attinebat, post αὐτόχειρας illud φονέας adjicere? STEPH. In v. Αὐθέντης ait Harpocration, ὁ γὰρ αὐθέντης αἰεὶ τὸν αὐτόχειρα δηλοῖ. Quæ sane mirari lector debet. Si enim semper id denotat, cur contrarium et peculiare nos docet de Lysia? Quum enim Lysias aliter sumpserit, apparet non

semper isto uno sensu occurrere. Certe vocula *αἰεὶ* non est in MSto, quam deleas licet. GR.

66, 5. ΑΥ'ΘΕ'ΝΤΗΣ] Sophocles in Œdipode Tyranno initio: *τοὺς αὐτοέντας* vocat *τοὺς φονέας Λαΐου*. Eustath. in Ἰλ. ω. *ὁ αὐθέντης οὐχ ὁ δεσπότης, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἀλλ' αὐτοέντης καὶ αὐτοχειρίᾳ φονεὺς, ὁ καὶ αὐτοφόντης*. VA.

66, 6. *ἰδίως*] *Propria quadam et peculiari ratione:* sic sæpius usurpant Grammatici: ideo mox *ἀεὶ* retinendum, quod deleri jubet Gronov. In ed. Ald. *δι'* in *δι' ἑτέρων* desideratur, et jure quidem: *αὐθένται* semper qui sibimet ipsi manus inferunt. Lysias *αὐθέντας* Triginta tyrannos appellavit, qui alios occidebant. HEMST.

66, 8. ΑΥ'ΛΕΙΟΣ—*Μένανδρος*] Menandri versus refert Stobæus λόγῳ 193. *τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι, διὰ τὴν αὐλήν. πέρας γὰρ αὔλειος θύρα ἐλευθέρᾳ γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας· τὸ δ' ἐπιδιώκειν εἰς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν ἔτι λοιδορουμένην κυνὸς ἔστ' ἔργον, Ῥόδη.* Sic *αὔλειος θύρα* sumitur Herodiano lib. 2 initio: ubi Henr. Stephanus vertit *per atrii januam exportatum.* Melius *vestibuli* vertisset. Rursus infra eodem libro: *ἢ ἐπὶ τῇ αὐλείῳ ἢ ἐπὶ ταῖς λοιπαῖς εἰσόδοις atriensem januam* reddit. Philo lib. 2 legis allegor. *ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις τοῦ θαλάμου ἐκτὸς μέν ἐστιν ὁ ἀνδρὼν, ἐκτὸς δὲ ὁ αὐλών. καὶ ἡ αὔλειος ἐκτὸς μὲν τῆς αὐλῆς, εἴσω δὲ τοῦ πυλῶνος.* Philo *τὴν αὔλειον* sumere solet non pro *janua*, sed pro *atrio*, cum alibi, tum in lib. 2 de specialibus legib. p. 620. *θηλείαις δὲ οἰκουρία καὶ ἔνδον μονὴ, παρθένοις μὲν εἴσω κλισιάδων τὴν μεσαύλιον ὅρον πεποιημέναις, τελείαις δὲ ἤδη γυναιξὶ τὴν αὔλιον*, ubi Philo alludit sine dubio ad locum Menandri. *Αὔλειοι δέ τ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι*, Solon apud Demosth. *περὶ παραπρεσβ.* et Lysias in prima et Plato. Lysias p. 118. VA.

67, 3. In v. *Αὐτοκλείδης* codex MS. habet *Αἰσχίνης κατὰ Τιμάρχου· Κηδωνίδην καὶ Αὐτοκλείδην καὶ Θέρσανδρον. οὗτοι παιδερασταὶ* etc. Quod certe videtur ab ipso Harpocratione venisse, quum citet ipsa Æschinis verba, quæ exstant p. 178, quæ in quarto casu protulerunt istos tres; præsertim quum ea ipsa rursus citet in v. *Κηδωνίδης*, unde patet eum locum Æschinis inhæsisse memoriæ Harpocrationis. GR.

67, 5. Aristogiton hic cujus oratio contra Timarchum laudatur, Cydimachi aut Lysimachi filius est, Rhetor Atheniensis, libertina matre natus, canis ob *ἀναίδειαν* cognominatus, qui ab Atheniensibus occisus est, hasque orationes composuit, apologiam adversus Demosthenem exercitus ducem, adversus Lycur-

gum, contra Timotheum, contra Timarchum, contra Hyperidem, contra Thrasyllum, ὀρφανικὸν λόγον, sive de orphano. Suidas auctor. Laudatur adhuc hic Aristogiton voce Θέρσανδρος infra. De Triumviris enim pæderastiæ Cedonide, Thersandro, et Autoclide, qui σφοδροὶ παιδερασταὶ διεσύροντο, (sic legendum, non παιδεράσται διεσείροντο, ut male excusum est etiam in hac nostra editione) egerat ille in oratione contra Timarchum, quam aliquando in hoc opere laudat Harpocration. σφοδροὶ παιδερασταὶ, pædicones sunt ἄγριοι, immanes, *abrutis à l'amour des enfans.* Ita enim Galli eos vocant qui cum nimio studio ad aliquid feruntur: ut ἄγριος κυβευτὴς apud Menandrum, *un homme abruti apres le jeu de dets.* Consule voces Θέρσανδρος et Κηδωνίδης. MA. Pollux 5. 65. Ἀριστογείτων δὲ ὁ Κυδιμάχου κύων διὰ τὴν τόλμαν ἐκαλεῖτο. Et κύων diserte appellatur a Demosthene in orat. c. Aristogit. [p. 782, 7.] Hic est, cujus meminit Plutarchus in Phocione initio, quique Hyperidem accusavit παρανόμων, teste Demosth. et Plutarcho in Hyperide. Contra hunc Aristogit. extat oratio Dinarchi, qui aurum ab Harpalo acceperat, ubi et Cydimachi filius dicitur. VA.

67, 7. Quæ ab aliis diligenter pertractata sunt, non est nostrum repetere. Multa viri docti περὶ αὐτοληκύθων jamdiu observarunt, vixque ullus est ex insigniter literatis, qui hunc locum auctoris nostri non attigerit. Omnes in explicando etymo vocis immorati sunt, et in consarcinandis auctorum locis tempus triverunt. Nullus adhuc tentavit quod sciam verba auctoris nostri corruptissima restituere, et insigni huic ac difficili loco lucem dare. Et tamen quis adeo invisus Musis qui non videat, hæc in luto huc usque hæsisse! ὅτι δὲ εἶχον ἐν ταῖς ληκύθοις ἀργύριον ἐνίοτε δὲ φίλον τὸν ἀποβάτην. Membranæ δίφιλον τὸν ἀποβάτην habuere, quæ nobis aurem vulserunt, et ad purganda alia invitarunt. Itaque reposuimus ἐνίοτε Δίφιλος τῷ Ἀποβάτῃ, ut recte coalescerent quæ sequuntur Μένανδρος Τροφωνίῳ. Nam, ut opinor, hoc voluit Harpocration, antiquos argentum in lecythis habuisse, alicubi docuit Diphilus in fabula quæ vocabatur Ἀποβάτης: et loro, cum lecythos illas solvebant, pro flagello usos esse, Menander in altero dramate quod inscriptum erat Τροφώνιος. An verum autem sit Diphilum Ἀποβάτην composuisse, nullum est in antiquorum scriptis monumentum, quo id liquido doceri queat. Sed si conjecturæ standum sit, audi quid in mediis tenebris simus pronunciaturi. Diphilus Comicus drama docuit, cujus hæc fuit epigraphe, Συνωρίς. Auctor noster infra

voce φιμοὶ testis, ut et Athen. et alii. Quid igitur prohibet eum Ἀποβάτην composuisse, si Ξυνωρίδα docuerit, adinstar Alexis Comici, qui teste Athenæo Ἀποβάτην scripserat. Ἀποβάτης et Ξυνωρὶς ad desultoriam artem pertinent. vide supra vocem Ἀποβάτης. Atque hæc ita sine libris, sine auctoritatibus, restituenda censuimus. Si aberravimus, nihil mirum, nam et homines sumus et a nobis nihil humani alienum putamus. Quod si contigerit quædam nos hic in subsidium rei literariæ attulisse, et monstrum hoc, quod auctorem nostrum invaserat, domuisse, quis non exclamaturus est ἰὴ παιὰν, τὸ δ' εὖ νικάτω, quo, lætitia et gaudio majori ad ea quæ supersunt, superanda et profliganda progredi possimus? Ceterum quæ de his vocibus αὐτολήκυθοι, et ἰθύφαλλοι, ab Harpocratione hic et infra afferuntur, a nobis diligentius examinata sunt in cap. 22. lib. 4. lectionum nostrarum, ubi de variis harum vocum significationibus multa non pœnitendæ lectionis adducuntur. Si vero insignis cujusdam αὐτοληκύθου, et nebulonis exemplum desideres, adi ad Spartianum in Adriano, quo loco de veterano illo verba facit, qui donatus fuit servis et sumptibus ab imperatore, quod se marmoribus distringendum daret, quia servum non habeat. vere enim αὐτολήκυθος ille. MA.

67, 7. Αὐτοληκύθου] Eodem sensu μονολήκυθος quidam dicitur in epigrammate Posidippi apud Athenæum lib. 10 initio. Polyænus 8, 16. de Scipione: προσέταξε δὲ ἀποπέμψασθαι καινὰς τραπέζας, ἐκπώματα καὶ σκεύη πάντα, πλὴν χύτρας καὶ ὀβελίσκου καὶ ποτηρίου. ἀργυροῦν δὲ ἔκπωμα μὴ ἔχειν πλέον δικοτύλου, καὶ λούεσθαι μηδένα. τῶν δὲ ἀλειφομένων ἕκαστον τρίβειν ἑαυτὸν, τὰ γὰρ ὑποζύγια δεῖσθαι τῶν τριβόντων. Lecythum veteres zonæ appensam gestabant. Vetus autor apud Suidam in ληκυθεῖον. εἶχε δὲ καὶ ἐν τῇ ζώνῃ ληκύθιον παρηρτημένον, ἐν ᾧ τὸ φάρμακον ἦν τὸ θανάσιμον. Describit Apuleius in Floridis, quam magno quoque inceptu prædicavit fabricatam semet ipsi ampullam oleariam, quam gestabat lenticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate. Erant et argenteæ teste Athenæo. Laërtius in Zenone p. 442. ποιήσας δέ ποτε κοῖλον ἐπίθημα τῇ ληκύθῳ περιέφερε νόμισμα λύσιν ἑτοίμην τῶν ἀναγκαίων ἵν' ἔχοι Κράτης ὁ διδάσκαλος. Latini simpliciter ampullam vertunt, ut videre est multis exemplis apud Victorium cap. ult. lib. 1 Var. ubi oleariam intellige, quod tamen Victorius non vidit. Hujusmodi ampullæ, sed fictilis, exemplum proponit Laur. Pignorius in libello de servis p. 46. Etymol. Γοῦτος ληκύθου εἶδος. Latinum est. *Guttum* ληκύθιον παρὰ Ἰουβεναλίῳ in Glossario. Etymologicus: αὐτολήκυθος ὁ πένης ἀπὸ τοῦ ἑαυ-

τοῖς τὰς ληκύθους φέρειν εἰς τὰ βαλανεῖα, οἱ δὲ, ἄσωτοι. παρὰ τὰς συμβολὰς ἐν τῇ ληκύθῳ ἔχειν καὶ περιφέρειν εἰς τὰ συμπόσια, ἢ ὡς αὐτὸ τὸ λήκυθον μόνον ἔχοντες. VA.

67, 8. Καὶ ἑτοίμους πᾶν] Hanc explicationem probo. Sic enim in fine orationis ait Demosth. *ἡ δ' ἀπ' αὐτῶν ἑτοιμότης, οὐδ' ἂν εἰπεῖν μὰ τοὺς θεοὺς δυναίμην ὅση καὶ οἷα πρὸς τὸ ποιεῖν ὁτιοῦν ὑπάρχει.* VA.

67, 17. Αὐτόλυκος] Autolycum Areopagitam laudat Æschines contra Timarchum p. 16. VA. Inter Lycurgi orationes legitimas quæ a Suida recensentur, non ultimum locum obtinet, *ὁ κατ' Αὐτολύκου* qui hic laudatur. Quisquis ille sit qui hypothesem orationis contra Leocratem quæ nobis superest confecit, hujus orationis etiam meminit, cum dixit *ἔοικε δὲ ἡ τοῦ λόγου ὑπόθεσις τῇ κατ' Αὐτολύκου.* An vero Eupolidis Comici drama quod inscribebatur *Αὐτόλυκος* contra hunc Autolycum conceptum fuerit plane ignoro, nam Euripidem etiam *Αὐτόλυκον Σατυρικὸν*[a] docuisse legi apud Pollucem lib. 10. cap. 23. et 46. Laudatur hic etiam oratio contra Leocratem, (nam *κατὰ Λεωκράτους* legendum; incaute impurus typographus *Δεωκράτους* excudit,) et in ea de hoc Autolyco mentionem fieri dicitur. Quod verum est, *ἀλλὰ μὴν*, inquit illic Lycurgus, *Αὐτολύκου μὲν ὑμεῖς κατεψηφίσασθε, μείναντος μὲν αὐτοῦ ἐν τοῖς κινδύνοις, ἔχοντος δ' αἰτίαν τοὺς υἱοὺς καὶ τὴν γυναῖκα ὑπεκθέσθαι, καὶ ἐτιμωρήσασθε*, quæ bellissime auctoris nostri verbis conveniunt. Sed ut detectum a nobis errorem apud Suidam, dum sese offert occasio per transennam, emendemus. Sciendum apud eum in voce *πεπορπημένος* hæc legi: *κεῖται παρὰ Λυκούργῳ ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους.* Ego repono *Λεωκράτους*, et verba quædam quæ in hac oratione leguntur minus correcte, sic purgo ex his quæ a Suida hic relata fuere, *τῶν δ' ἀνδρῶν τοὺς τοῖς σώμασιν ἀπειρηκότας, καὶ ταῖς ἡλικίαις πρεσβυτέρους, καὶ ὑπὸ τῶν νόμων τοῦ στρατεύεσθαι ἀφειμένους ἰδεῖν ἦν καθ' ὅλην τὴν πόλιν τότ' ἐπὶ γήρως*

[a] Αὐτόλυκον Σατυρικόν] Autolycus, quo nomine dramata fuere Eupolidis et Euripidis, non est ille, contra quem scripsit Lycurgus: nam longe recentior est Lycurgus his poëtis. Sed est ille Autolycus Mercurii filius furacissimus furis patris filius, et Diomedes Grammaticus in satyrico dramate personas ridiculas fuisse ait Autolycum et Burrhiam. Autolycus autem is, cujus nomine Eupolis comœdiam scripsit, est Autolycus pancratiasta, teste Athenæo lib. 5. magistratu Athenis Aristione, qui est ann. 4 Olymp. 89. Diomedes lib. 3. *In satyrica fere satyrorum personæ inducuntur, aut si quæ sunt similes satyris, Autolycus, Burris.* Casaubonus *Busiris* legebat. Ego *Burrias*, *Πυρρίας.* Terentius Scaurus de orthogr. *Græci πυρρίαν, nostri Burrhiam.* De Euripidis Autolyco Tzetzes Chil. 8. hist. 22, ubi postquam de ejus furtis dixit, *ἐν Αὐτολύκῳ* ait dramate *σατυρικῷ τὰ πάντα ὁ Εὐριπίδης ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτου γράφει.* VA.

ὀδῷ.[b] περιφθειρομένους διπλᾶ ἱμάτια ἐμπεπορπημένους. Vox hæc ἐμπεπορπημένους una est ex derelictis ab Harpocratione, quas in unum collegimus, et brevi post hoc opus edituri sumus. MA. Meminit hujus orationis Plutarchus in Lycurgi rhetoris vita, sed quia locus corruptus est, hic proponam: εἶπε δὲ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις. (Suidas, περὶ ἱερείας et περὶ ἱερωσύνης enumerat) γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρεοπαγίτην καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγὸν, (fragmentum ejus orationis profert Diodorus Siculus,) καὶ Δημάδη τὸν Δημίου καὶ Μενέσαιχμον καὶ πάντας εἷλε. ἔκρινε δὲ καὶ Δίφιλον. Mox: ὁ δὲ εὐθύνας Ἀριστογείτονα καὶ Κλεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον δουλείας. lege, ὁ δὲ εὐθύνας Ἀριστογείτονα (sunt enim ejusdem argumenti cum eis orationibus quæ habemus Demosth. contra Aristogit. ἐνδείξεως) καὶ Λεωκράτην καὶ Αὐτόλυκον δειλίας. Actio sic dicta. En ut argumentum idem fere sit omnino cum contra Autolycum et Leocratem, quod autor prologi dixit. VA.

67, 18. τοὺς οἰκείους ὑπεκτιθέμενος] ὑπεκτίθεσθαι sic habet Lycurg. adv. Leocr. p. 151. vs. 8. et de hoc ipso Autolyco p. 154. vs. 32. Demosth. περὶ παραπρ. p. 323. B. Soph. El. vs. 300. Diod. Sic. 17. p. 583. C. Sic et ὑπεκκομίζειν Thucyd. 4, 123. Eurip. Androm. 69. Argum. ejusdem fabulæ. Cic. ad Att. 7. 17. Sic ὑπεκπλεῖν Philostr. de V. S. 2. 21. p. 603. Poll. 6, 195. Æneas Poliorc. c. 10. ubi vid. Casaub. Diod. Sic. 15. p. 484. D. Xenoph. Cyrop. 6. p. 90, 16. Athen. 12. p. 537. A. Lucan. 5, 724. ὑπεκκεῖσθαι Herod. p. 536. vs. 47. Thucyd. 1. p. 89, 47. p. 461, 26. p. 472, 20. Poll. 9, 155. HEMST.

68, 3. Duæ afferuntur hic ab Harpocratione vocis αὐτομαχεῖν explicationes, vel saltem duo exempla quibus ejus significatio explicatur, sed sane ejus verba explicatione indigent, brevitate enim laborant et obscuritate. αὐτομαχεῖν, inquit, est per seipsum, non per alium litigare, nam ἀλλὰ μὴ δι' ἑτέρου [sic legitur apud Suidam. VA.] restituimus, cum male antea esset δ' ἑτέρου, ut supra voce Ἀριστίων, ὁ δ' ὕλλος pro Δύλλος corraso et subtracto iota. Quemadmodum si quis ad auctorem id est venditorem eat, et actionem quæ adversus eum competit, vel quæ de novo oritur, proferat. Quæ ut facillime intelligantur, repetenda sunt quæ supra voce ἀνάγειν docuimus, videnda etiam quæ ad vocem βεβαιώσεως dicentur. Tria hæc ἀνάγειν, αὐτομαχεῖν, βεβαιώσεως δίκη pertinent ad tractatum de evictionibus, ideoque diligentius examinandum est quid juris obtineret apud Atticos in emptionibus et venditionibus, evectionibus, redhibitionibus, et

[b] Ὀδῷ] Lege οὐδῷ. Sic Pollux. VA.

aliis ad eumdem tractatum pertinentibus. *ἀνάγειν* est venditorem convenire, *αὐτομαχεῖν*, ei post *τὸ ἀνάγειν*, actionem quæ oritur de novo communicare, *βεβαιώσεως δίκη* illa est, quæ competit emptoribus adversus venditores, si mota de re vendita controversia, nolint cavere de evictione, quod latius infra explicabimus. Igitur post *ἀναγωγὴν* sequebatur *αὐτομαχία*, postquam enim emptor venditorem convenerat, et eum de controversia rei venditæ mota monuerat, vel contra eum agebat *βεβαιώσεως δίκῃ*, confirmationis vel cautionis actione, si loqui sic liceat, si nollet cavere de evictione: vel si caveret, et esset solvendo, contra moventem controversiam super re vendita exceptione utebatur, quod *αὐτομαχεῖν*, vel *αὐτοδικεῖν* dicebatur, nam non per alium, ut per venditorem, sed per se ipsum litigabat emptor. Suidæ in hanc rem verba sunt oppido quam pulchra. *καὶ αὐτομαχῆσαι*, inquit, *ὅταν ἀντιποιῆταί τις οἰκίας ἢ χωρίου, καὶ εἴη ὁ πεπρακὼς μὲν ἀξιόχρεως, ὥστε δοκεῖν ἀποτίσαι τὴν ζημίαν, καὶ συνίστασθαι τὴν δίκην πρὸς τὸν ἀντιποιούμενον, βούλοιτο δὲ ὁ διακατέχων τὴν οἰκίαν ἢ τὸ χωρίον, ἴδιον αὐτῷ γενέσθαι ἀγῶνα πρὸς τὸν ἀμφισβητοῦντα, τοῦτο αὐτομαχῆσαι καλεῖται.* Quidam *αὐτοδοκεῖν* idem esse existimavere, sed quod eorum pace dictum velim, *αὐτοδοκεῖν* soli dicuntur principes aut Respub. quæ sibi ipsis jus dicunt, nec judicem extrarium quærunt qui lites suas componat, ut apud Thucyd. 5, 18. cujus schol. recte explicat qui proprie *αὐτόδικοι* essent. Quod Galli dicunt *estre juge et partie en son affaire* de principibus et magnatibus qui sibi ipsis jus præscribunt, hoc proprie est *αὐτοδοκεῖν*. Harpocration supra *αὐτοδοκεῖν, ἑαυτοῖς τὰ δίκαια ὁρίζειν*, ex Dinarcho in oratione contra Cleomedontem. aliud est *αὐτοδικεῖν*[c], quod per seipsum litigare significat, ut *αὐτομαχεῖν*, cum de evictionibus agitur. Altera vocis *αὐτομαχεῖν* significatio hæc est, per se ipsum quidem litigare, et non per alium, sed non in simili re et exemplo, imo in longe dissimili. Veluti si quis testem proferret in judicio qui testaretur *μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι τὴν δίκην*, *l'instance ne pouvoir estre introduite*, dicerent nostri pragmatici, ipse adhuc non contestabatur, id est litigabat, sed adversus testantem tota lis movebatur, Lysia teste in oratione contra Euthyclem, *χωρίου ἐξούλης*. Quidam exarati manu *Εὐκλέους* habebant. Pollux lib. 7. cap. 33. *Αὐτοκλέους*[d], nisi hæc alia sit oratio,

[c] *Αὐτοδικεῖν*] Ita Suidas. *αὐτοδικεῖν, ὅταν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τις δικάζηται, καὶ αὐτομαχῇ, καὶ αὐτοδοκεῖν Δείναρχος* etc. ut Harpocr. VA.

[d] *Αὐτοκλέους*] Autocles Tolmæi filius memoratur a Plutarcho in Nicia et a Xenoph. VA.

et alius sit Euthycles, alius Autocles. Certe quæ lectio prævalere debeat plane ignoro inpræsentiarum. Forte ad vocem ἐξούλης aliquid constituemus certi et indubitati. Adi imprimis ad voces βεβαιώσεως et διαμαρτυρία. MA.

68, 8. Si verum sit quod ex Hellanico refert Harpocration, Arcades, Æginetas, et Thebanos αὐτόχθονας fuisse, ergo falsum quod ait Demosthenes in orat. de falsa legat. μόνοι γὰρ τῶν πάντων αὐτόχθονες ὑμεῖς, de Atheniensibus verba faciens. Patet autem cur ipsi αὐτόχθονες dicti sint, at non patet quis ille ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκώς[c], non saltem mihi. [Nisi dicamus de Melanippide Milesio loqui voluisse Harpocrationem. Ille enim apud Athen. lib. 14. ἐν Δαναΐσιν laudatur. Aristophanis etiam Comici Δαναΐδες in ἐχῖνος ab Harpocratione citantur. *Ex Addendis.*] MA. Sed omnibus illis in locis non Δαναῒς in singulari, verum Δαναΐδες laudantur, quod facit ut nihil pertendam. Habeo tamen auctorem qui me docuit opus illud poema fuisse constans versibus heroicis. Operis patrem quidem ille non laudat, sed Harpocrationis instar ὁ Δαναΐδα πεποιηκὼς inquit, adducto ex eo poemate fragmento. Sufficiat igitur in præsens de poemate aliquid certi protulisse, quando de auctore vix potest, ut conjicio; ipsis enim Harpocrationis temporibus et Clementis Alexandrini, quem mox laudabo, ignorabatur vel saltem dubitabatur quisnam ille esset qui poema illud composuisset. Unde simpliciter non addito auctoris obscuri nomine, sed indicato tantum opere, dicere solebant ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκώς. Audi Clement. Alexandrinum Stromat. 4. τὰ ὅμοια λέγει καὶ ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκὼς ἐπὶ τῶν Δαναοῦ θυγατέρων ὧδε·

> Καὶ τότ' ἄρ' ὡπλίζοντο θοῶς Δαναοῖο θύγατρες
> Πρόσθεν ἐϋρρεῖος ποταμοῦ Νείλοιο ἄνακτος.

Ita solent aliquando Græci magistri incertos et innominatos auctores citare, indicatis tantum eorum operibus, ut Scholiast. Pindari ad Od. 10. Olymp. τὸν γράφοντα τὴν Θησεΐδα, et ad Od. 10 Nem. τὸν τὰ Κύπρια γράψαντα laudat, et Demetrius Triclinius ad Soph. Œdip. Col. τὸν γράψαντα Θηβαΐδα κυκλικὴν sine nomine auctoris, qui forte est Polemon ille, cujus opus περὶ Θήβησιν ab Schol. Pindari ad Od. 7. Olymp. adducitur. Et hic finis esto.

[c] Ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκώς] Clemens Alexandr. Strom. 4. τὰ ὅμοια λέγει καὶ ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκὼς ἐπὶ τῶν Δαναοῦ θυγατέρων ὧδε,

> Καὶ τότ' ἄρ' ὡπλίζοντο θοῶς Δαναοῖο θύγατρες
> Πρόσθεν εὐρρείος ποταμοῦ Νείλοιο ἄνακτος.

Unde patet poëma Epicum fuisse de expeditione Danai. VA.

Reliqua quæ adhuc supersunt secunda editione recensebuntur et emendabuntur. MA. in Append. ad Plut.

68, 8. *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας*] Locum Demosthenis in Excerptis adduxi et explicui. Est enim obscurior. Porro Agatharchides merito hanc fabulam deridet: *ἔτι δὲ τοὺς τὴν Ἀρκαδίαν οἰκοῦντας καὶ τὴν Ἀττικὴν γηγενεῖς τε εἶναι καὶ παρὰ φύσιν γεγονέναι.* Idem de Arcadibus dicit Xenoph. p. 361. et Censorinus de die natali. Denique etiam vulgo creditum est, ut plerique genealogi auctores sunt, quarundam gentium, quæ ex adventitia stirpe non sint, principes terrigenas esse, ut in Attica Thessaliaque, eosque *αὐτόχθονας* vocitari. At vero Athen. solos se indigenas esse contendunt, teste Isocrate in Panath. p. 510. VA.

68, 9. Quum et Aldus et Maussacus edant *μόνοι γὰρ τῶν πάντων*, et in MS. Mediceo non aliter legatur, ut adeo hinc quoque fides fiat eos sic invenisse in scriptis, non intelligo, cur nuperus [Blancardus] ediderit *μόνοι γὰρ ἁπάντων*. Solummodo MS. idem sic auget *αὐτόχθονες ὑμεῖς ἐστὲ*, quod addi oportuerat. Paulo post amavi indicium Meursii in lib. 6. Attic. lect. c. 16. in erronea lectione sequentium *Ἐριχθόνιον καὶ Ἥφαιστον ἐκ Γῆς γεγονέναι.* Transpositionem ac medicinam ejus deserui, quum lenius hæc sedari possunt, ut ex ipso contextu videbis. GR. [qui edidit *Ἐριχθόνιον ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς φανῆναι.*]

68, 13. *Καὶ Ἥφαιστον*] Inclusit Valesius duabus lineolis.

68, 14. *Καὶ Αἰγινῆται, καὶ Θηβαῖοι*] Xenophon lib. 7, [1, 23.] rerum Græcarum p. 618. VA.

68, 16. Quod jurisconsulti Romani dicunt, assertio in libertatem, hoc Græci *αὐτολεξεὶ* vertunt *ἀφαίρεσις εἰς ἐλευθερίαν*, unde supra inscriptio illa Isæanæ orationis, *ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις*, ex nostra restitutione. Idem ferme *ἐξαίρεσις*, vendicatio. MA.

68, 16. ἈΦΑΙΡΕΣΙΣ] Æschines *κατὰ Τιμάρχου*, ubi de Pittalaco, quem Hegesander abducere in servitutem volebat. Sed Pittalacus Glaucum quendam supplex rogavit. *οὗτος αὐτὸν ἀφαιρεῖται εἰς ἐλευθερίαν. is eum asserit in libertatem.* Isocrates in Panath. p. 499. Demosthenes contra Neæram. Phrynion, inquit, *παραλαβὼν νεανίσκους μεθ' ἑαυτοῦ καὶ ἐλθὼν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὴν τοῦ Στεφάνου, ἦγεν αὐτήν*, Neæram. *ἀφαιρουμένου δὲ τοῦ Στεφάνου κατὰ τὸν νόμον εἰς ἐλευθερίαν, κατηγγύησεν αὐτὴν πρὸς τῷ πολεμάρχῳ.* Et mox: *Ἀήτης Κειριάδης μαρτυρεῖ πολεμαρχοῦντος αὐτοῦ κατεγγυηθῆναι Νέαιραν (ὑπὸ Φρυνίωνος) καὶ ἐγγυητὰς γενέσθαι Νεαίρας Στέφανον Ἐροιάδην, Γλαυκέτην Κηφισιέα, Ἀριστοκρ. Φα-*

ληρέα. Pergit orator: διεγγυηθεῖσα δὲ ὑπὸ Στεφάνου καὶ οὖσα παρὰ τούτῳ. etc. Lysias p. 158. Isocrates in Trapezit. p. 712. ἀφαίρεσις competit assertori in libertatem, ἐξαίρεσις vero assertori in servitutem. VA.

68, 16. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρου] Eam orationem laudat Theon Sophista. VA.

68, 18. Non est verum Aphareum reipsa non fuisse Isocratis filium, sed ex opinione. Hippiæ quidem naturalem eum filium fuisse et legitimum testantur aperte quæ apud Plutarchum leguntur in Isocrate. Sed nullus antiquorum unquam dixit, opinione eum tantum Isocratis filium fuisse. Qui ab alio adoptatur, ejus filius vere non naturaliter censetur, quod adeo verum est ut nullum discrimen ponant Jurisconsulti inter filium adoptivum et naturalem quoad potestatem, quam habent jure Romanorum patres in liberos. Aphareus ab Isocrate adoptatus fuit, antea enim erat Hippiæ filius legitimus et naturalis, trium quos ex Plathane uxore habuerat natu minimus, ut non tanquam extraneus, sed tanquam privignus in filium adoptatus fuerit. Ante adoptionem privignus erat, Isocrates vero ei vitricus, at post adoptionem vere pater. Ergo non tantum ἐνομίζετο υἱὸς Ἰσοκράτους, ut incaute Harpocration (nisi hic ἐνομίζετο a lege datum significet, id est legitimum et adoptivum Isocratis filium eum esse voluerit, qua sola ratione posset defendi Harpocrationis sententia.) Sed vere erat εἰσποιητὸς, vel θέτης, ut loquerentur Græcorum filii. De Aphareo et ejus operibus vide multa apud Plutarchum in Isocrate, nam in molem crescerent hæ notæ nostræ, si simili diligentia omnia persequi vellemus. Imposterum abstrusiora tantum tangentur. MA.

68, 18. ἈΦΑΡΕΥΣ] Hujus meminit Dem. κατ' Εὐέργου et πρὸς Κάλλιππον. VA.

68, 19. Privata cujuslibet patrisfamilias substantia bifariam tantum apud Atticos dividebatur, in ἀφανῆ καὶ φανερὰν οὐσίαν, in apparentem et non apparentem substantiam. ἀφανὴς οὐσία illa erat quæ argento, servis, vasis constabat, unde intelligenda illa Comici in Concionantibus, Δαρεικοὺς, ἀφανῆ πλοῦτον, quod Daricos, numismata, et omne argentum in non apparenti substantia complecterentur veteres: φανερὰ vero quæ terrenis possessionibus. De qua præter Lysiam in orat. adversus Hippothersem eleganter Isæus[f] in orat. de Philoctemonis hæreditate, τῆς γὰρ

[f] Isæus] Et Demosthenes in 2 Philipp. quæ est de Paro, ubi de illo histrione ὑποκριτῇ Neoptolemo proditore ac transfuga loquitur, ἣν ἐν-

φανερᾶς οὐσίας οὐδένα κύριον ἔσεσθαι. In non apparente ergo substantia continebantur hæc tria, *χρήματα, σώματα* (quidam manuscripti *δώμασι* habebant pro *σώμασι*, sed *σώμασι* potius legendum esse jam docebimus) *σκεύη*. *σώματα* vertimus nos servi, poteramus corpora, adinstar Jurisconsultorum, qui multoties in pandectis servos corpora vocant in plurativo, vel in singulari servum corpus, ut nominatim in §. et ideo ait, l. si servus de eviction. et dupl. stipul. D. *cum igitur neque corpus, neque pecunia emptori absit, corpus*, id est *servus*. Græci elegantissime *σώματα* dixere, Latini corpora et servos. Auctor noster voce *πάνδημος* infra, ex Nicandro sexto Colophoniacorum eadem voce utitur. Et ait Solonem *σώματα εὐπρεπῆ* emenda curasse et tecto interclusisse, id est servas meretrices pulcherrimas, non tantum enim servos, sed et servas Græci *σώματα* dixere, licet Pollux refragari videatur, qui non vult simpliciter *σώματα*, sine adjuncto dici posse pro servis, sed *δοῦλα σώματα*: quod certe absurdum est, aliquando enim pure et simpliciter pari et majori elegantia dicitur *σώματα*, qua *δοῦλα*[g] vel *οἰκετικὰ σώματα*, ut apud Æschinem *οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες*. Exemplis *γέμουσι* antiquorum scripta quæ jampridem collecta fuere ab Hieronymo Magio lib. 1. Miscellan. cap. 12. et Isaaco Casaubono cap. 10. lib. 5. animadvers. in Athen. Sed adverte privatarum substantiarum divisionem ab Harpocratione allatam recte comparari vulgari divisioni rerum quam constituunt Jurisconsulti nostri. Volunt enim rerum alias mobiles, alias immobiles esse. Mobiles sunt non apparentes, immobiles apparentes. MA.

68, 19. *Ἀφανῆ καὶ φανερὰν οὐσίαν*] Arist. in Ἐκκλησιαζ. v.598. *θάδε ἐκέκτητο φανερὰν οὐσίαν, ταύτην ἐξαργυρίσας πρὸς ἐκεῖνον ἀπάγων ᾤχετο.* Et in prima contra Aphobum. *ἣ τὴν μὲν φανερὰν οὐσίαν, ἣν καὶ ὑμῶν πολλοὶ συνῄδεσαν, ὅτι κατελείφθη, μετὰ τῶν συνεπιτρόπων οὕτως αἰσχρῶς διήρπασεν.* Et *ἐν τῷ κατ' Ὀλυμπιοδώρου βλάβης. Κόνωνος τὴν φανερὰν οὐσίαν* bis eadem pag. vocat, ubi *manifestas facultates* vertit Volfius. Non male, siquidem in hæredit. Cononis erant domus et mancipia *σακχυφάνται* et *φαρμακοτρίβαι*. Sic *ἀργύριον δὲ εἴ τι κατέλιπεν ὁ Κόνων φανερὸν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τοῦ Ἡρακλείδου.* Ib. vide quæ not. ad Xenoph. et Demosth. *κατὰ Διονυσοδώρου* initio. *λαβὼν γὰρ ἀργύριον φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον, ἐν γραμματιδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ καὶ βιβλιδίῳ μικρῷ πάνυ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε τοῦ δίκαια ποιήσειν.* id est, *il a laissé sa promesse.* Hinc forte in 12. *Æris confessi.* Isocr. in Trapezit. *φανερὰ χρήματα* usurpat initio, opponitque *τοῖς κειμένοις*, depositis apud mensarium. VA.

[g] *Σώματα*, qua *δοῦλα* vel *οἰκετικὰ σώματα*] Sic *ἐλεύθερα σώματα* dixit Æneas in Poliorcet. p. 8, et Polybius sæpissime. Phlegon. in lib. de admirandis, *ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστείλω σοι.* Artemidorus cap. 50 lib. 1. Hinc *σωματέμποροι* venaliciarii Artemidoro lib. 3. cap. 17, et *σωματεμπορεῖν* Strabo lib. 14 mancipia vendere. VA.

ἀργύριον δὲ καὶ δαρεικοὺς ἀφανῆ πλοῦτον. Suidas in οὐσία φανερὰ καὶ ἀφανής. Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Φερενίκου, (an ea πρὸς Ἱπποθέρσην vocatur hic?) εἰ μὲν γὰρ ἀγροὺς κατέλιπεν Ἀνδροκλείδης, ἢ ἄλλην φανερὰν οὐσίαν, ἐξῆν ἂν εἰπεῖν τῷ βουλομένῳ ὅτι οὐδὲν μὲν ψεύδεται, αὐτῷ δὲ δέδοται. περὶ ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ ἄλλης ἀφανοῦς οὐσίας δῆλον ὅτι ὅστις ἔχων αὐτὰ φαίνεται, τούτῳ δέδωκεν. VA.

69, 1. Ἀφεὶς καὶ ἀπαλλάξας] Utrumque usurpat promiscue Isocrat. in Trapezit. p. 716. et seq. VA.

69, 5. ἀπαλλάττει hic legendum esse orationis contextus desiderat, quod et Suidas confirmat. MA.

69, 9. ἈΦΕΙ῍Σ ΤΗ῍Ν ῾ΥΠΕ΄ΡΑΝ ΤΟ΄Ν ΠΟ΄ΔΑ ΔΙΩ΄ΚΕΙ] Meminit hujus adagii Suidas in ὑπέρα. Anonymus Scholiastes in Odyss. ε, 260. ait ὑπέρας esse τοὺς ἐκ τοῦ ἄκρου τῆς ὀθόνης ἐξημμένους κάλους ἢ τροχηλίας· τοὺς πόδας δὲ τοὺς κάτωθεν συνέχοντας τὴν ὀθόνην. ἢ τοὺς μεταγωγοὺς τοῦ κέρατος. Eustathius in Odyss. ε. p. 1534. VA.

69, 13. Ἀφ' Ἑστίας, ἀπὸ τῆς οἰκίας] Phornutus de Diis, cap. de Vesta: στρογγύλως δὲ πλάττεται καὶ κατὰ μέσους ἵδρυται τοὺς οἴκους. et mox: καὶ ἐν ταῖς θυσίαις οἱ Ἕλληνες ἀπὸ πρώτης τε αὐτῆς ἤρχοντο καὶ (κατὰ μέσους ἵδρυται τοὺς οἴκους) εἰς ἐσχάτην αὐτὴν κατέπαυον. VA.

δῷ ἐνθήκην] δῷ εἰς ἐνθήκην. VA.

69, 14. Frustra hoc loco appositæ erant stellulæ in præcedentibus editionibus: nihil deest, ut apparet ex manuscriptis, in quibus pro eo quod est Λάκων scriptum invenitur Λάκον inepte. Porro hæc Isæi verba ex oratione adversus Calydonem truncate relata fuere ab Harpocratione. MA.

69, 14. καὶ ὁρῶ δὲ Λάκων] An σκευωρίᾳ vel σκαιωρίᾳ δέ? *per dolum, fraude*: nam quod Is. Voss. ad Catull. p. 4. vult σκαιῷ ῥῷ, acuminis falsa specie indignas tanti viri eruditione ineptias celat. HEMST. Alterutrum multis probari posset: sed σκευωρίᾳ præferendum videtur. Hesych. εὐτελής· ὁ πολλὴν σκευωρίαν ἔχων χρόνου καὶ ἀναλωμάτων. GEEL.

69, 15. Falso vulgaria juris civilis Lexica, et magnus interpres ad Novel. 128. ex Libanio referunt Atticos quicquid pecuniæ mensarii seponunt Enthecam vocasse. Hoc summo illi Sophistæ οὐδ' ὄναρ nunquam in mentem venit, imo ex diametro contrarium docet in verbis quæ huic insigni falsitati et mendacio originem dedere. En quid dicat in hypoth. orat. Demosth. pro Phormione (unicus enim hic locus est in quo de entheca loquutus est,) ὁ μὲν οὖν Ἀπολλόδωρος μετὰ ταῦτα πάλιν εἴληχε δίκην Φορ-

μίωνι ἀφορμῆς. ἀφορμὴν δὲ οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν, ὅπερ ἡμεῖς ἐνθήκην[h]. Quæ ista, amabo te, supinitas est, ex his verbis, quæ vulgo non proferuntur, arguere velle, Libanium dixisse apud Atticos enthecam significare pecuniam, quam recondunt et separant mensarii? ἐνθήκη vox est communis et vulgaris omnium Græcorum, quæ præter hanc significationem, multas alias recipere potest. ἀφορμὴ ad solos Atticos[i] pertinet. Unde erudite Harpocration[k] ἀφορμὴ, ὅταν τις ἀργύριον δῷ ἐνθήκην, (sic correximus, quidam manu exarati εἰς θήκην retinuerant, sed recte est ἐνθήκην.) ἀφορμὴ καλεῖται ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Hesych. ἀφορμὴ, ἡ νῦν ἐνθήκη λεγομένη. Vox ergo hæc Atticis peculiaris, non ἐνθήκη, sic enim loquuti sunt vulgo alii Græci, non ita antiqui, ut acutissime Phrynich.[l] in ecloga Dict. Atticar. τὸ δὲὲ νθήκη, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἄτοπον, ἀφορμὴν γὰρ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι. Id est uno verbo Attici, nam Attici pro priscis Græcis accipiuntur, ut et eorum literæ pro priscis et vetustis, unde supra Ἀττικοῖς γράμμασι, dixit esse παλαιοῖς auctor noster, et nos ex Hesych. ἀτόπως omnino, et extra rem eruditus Phrynichi interpres ἀφορμὴν et ἐνθήκην illo loco occasionem interpretatus est, ἀφορμὴ aliquando occasionem innuit, ἐνθήκη nunquam. Miror ergo quomodo somniaverit ἐνθήκην occasionem esse. Vox hæc rebus omnibus quæ reponuntur et reconduntur accommodari potest, unde ἀπόθετον χρῆμα argentum reconditum trapezitarum ἐνθήκη vocatur. Unde in jure prædiorum entheceæ sunt dotes eorum. l. 2. §. dotes de instruct. et instrum. legat. D. l. 34. §. Lucius, de legat. 2. quæ et reposita dicuntur a Paulo. l. si mihi mœnia in fine. D. de legat. 3. entheceæ ab Ulpiano l. 65. §. 3. de legat. 3.

[h] Ἐνθήκην] Sic ἐντιθέναι χρήματα εἰς ναῦν dixit Dem. contra Zenothemidem initio, et alibi contra Phormion. παρεντίθεσθαι. Artemidorus lib. 2. cap. 23. τροπὶς, inquit, σημαίνει τὴν ἐνθήκην τῆς νεώς. Idem cap. 73. μετὰ γὰρ τοῦ ὅλου οἴκου καὶ τῆς ἐνθήκης τῆς ἰδίας ἀποδημήσει. Cornarius vertit: *cum omni instrumento domestico*, recte. Sic in cap. de Vesta, τὴν ἐνθήκην τῆς πόλεως: et lib. 4. cap. 29. ἔτυχε δὲ ὢν μυροπώλης. ἀπώλεσε τὴν ἐνθήκην, suas merces. VA.

[i] Atticos] Sic Xenoph. de Vectigalibus p. 538. [3, 6. 9. 12. 4, 34.] VA.

[k] Unde erudite Harpocration] Utitur autem ἀφορμῇ eo sensu sæpe Demosth. ὑπὲρ Φορμίωνος et ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου, καὶ τὰ χρήματα ἀποστερεῖν ἐνεχείρησεν, ἃ τῆς τραπέζης εἶχεν ἀφορμήν. *Trajectitia pecunia* dicitur Latine, quæ datur τοῖς ἀφορμοῦσι. i. *solventibus e portu* εἰς ἐνθήκην, i. εἰς ἐμβολήν. Isocrates p. 589. Hinc παρενθήκη, de qua Hesychius in ἐπιβατικά. VA.

[l] Phrynich.] Hic ille est Phrynichus, qui σοφιστικὴν παρασκευὴν scripserat, quod Lexicon fuisse docet Photius in bibliotheca, quem omnino consule. Schol. Aristoph. in Εἰρήνῃ v. 414. μέμνηται Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ ια καὶ Φρύνιχος ἐν τῇ σοφιστικῇ παρασκευῇ. Dionysius Halic. 5, 66 p. 330. εἰς ἅπαντα γὰρ ταῦτα (σπείρειν scilicet, φυτεύειν, πλεῖν,) δεομένης τῆς ἀφορμῆς μηδένα τῶν εὐπόρων τὰ ἑαυτοῦ χρήματα προήσεσθαι. VA.

ἐνθῆκαι, cap. 8. novel. 128. entheca l. 7. Cod. Theod. de Pistoribus, in quibus omnibus locis ἐνθήκη nihil aliud significat quam instrumenta et ferramenta agrorum, vel possessionum causa reposita, quæ entheca vocantur, quod reponantur et recondantur adinstar argenti, quod Attica elegantia ἀφορμὴν dixere. Aliquando ἀφορμὴ significat προβολὴν εἰς τὸ ζῆν, quod nos Galli dicimus *moyen de vivre*. Schol. Euripid. Med. 342. ἣν ἡμεῖς προβολὴν καλοῦμεν εἰς τὸ ζῆν, Ἀττικοὶ ἀφορμὴν καλοῦσι. Unde vides quam fuerint hujus vocis amatores Attici. Sæpius occurrit apud Atticos oratores Demosthenem, Isæum, alios. Lysias in or. adv. Æschinem Socraticum, apud Athen. 13. p. 611. ita infit, ἀφορμῆς δὲ δέομαι, οἴσω δέ σοι ἐννέα ὀβολοὺς τῆς μνᾶς τόκους. Ad quorum enarrationem vide diligenter animadvers. Casauboni. MA.

70, 1. Ἀφοσιῶ] Plato in epist. ad Dionis propinquos p. 331. utitur verbo ἀφοσιώσασθαι, et in 6. περὶ νόμων p. 752. Ac in Euthyphrone. VA.

70, 1. Activum ἀφοσιῶ apud Æschinem in oratione contra Ctesiphontem[m] ponitur pro ἀποκαθαίρω, vel ἀφαγνίζω, (sic legendum in contextu[n], chalcographus vetustum errorem retinuit ἀφανίζω,) id est purgo, lustro, expio, et apud Hesych. ἀφοσιοῦν significat καθαίρειν, non καθαιρεῖν, ut vulgo excusum est. Passivum ἀφοσιώσασθαι diversam omnino recipit significationem apud Isæum in apologia adversus Hermonem de fidejussione, (nam sic concipitur epigraphe hujus orat. apud Dionys. Halicarnass. ἡ πρὸς Ἕρμωνα ὑπὲρ τῆς ἐγγύης ἀπολογία.) Illic ἀφοσιώσασθαι est μὴ ἐντελῶς τι ποιῆσαι, ἀλλ' ὥσπερ ὁσίας ἕνεκεν, aliquid non perfecte agere, sed puritatis gratia, ut vetus interpres l. 2. Qui petant. tut. D. loqueretur, qui hæc Modest. ὁσίας χάριν, *puritatis gratia* vertit. Quæ vetus lectio male mutata fuit in pejorem *pietatis gratia*, et hæc tandem in ineptissimam et insulsissimam *pravitatis gratia*. Prima sustineri potest ὁσίας ἕνεκεν *puritatis gratia*. Quamvis eruditissimus Antonius Augustinus hic vertat defunctorie, ut in l. 13. §. 6. D. de excusat. tut. ἀφοσιώσεως χάριν, hoc est defungendi gratia, parce et more delibantis. Suid. οἷον ἀπάρξασθαι ἢ σχηματίσασθαι, in qua significatione usus est voce ἀφοσιουμένοις Isocrat. in Panath.[o] quod

[m] Apud Æschinem in oratione contra Ctesiphontem] Et apud Demosth. κατ' Εὐέργου in fine. VA.

[n] In contextu] Ex Suida. VA.

[o] Isocrates in Panath.] In calce. Himerius sophista in Poliarchico, διόπερ οἶμαι δεῖν, ὡς οἱ τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις νικηφόρους ἀνακηρύττοντες ἓν καὶ ταυτὸν συνθεῖναι γνώρισμα, εἶθ' οὕτως ταύτῃ καὶ πρὸς τὸν νόμον ἀφοσιώσασθαι. Et Libanius in βασιλικῷ, πρεσβείαις μὲν καὶ δώροις πρὸς τὰς σπονδὰς ἀφο-

notandum, *οὐχ' ὁμοίως δὲ διελέγοντο περὶ τούτων τοῖς ἀφοσιουμένοις, ἀλλ' ὑπερεπαινοῦντες.* Neque vero de his defunctorie disserebant, Galli dicerent *par maniere ou par forme d'acquit*, defunctorie Ulpianus in l. 2. ad Tertyl. D. *perfunctorie* in l. aut qui. D. quod vi aut clam. et *lusorie* l. si servus petitur. De legat. 1. D. *translatitie* l. 1. ad Senatusconsultum Turpil. *dicis causa* l. 1. D. de Senatusconsulto Syllaniano l. 4. D. Commodati, et *perfusorie*, quæ omnia in idem recidunt. MA.

70, 5. Mallem ego hoc loco reponeretur *κατ' Ἀρισταγόρας*, quamvis non ignarus sim, quin Hyperides *κατ' Ἀρισταγόρου* etiam orationes composuerit: patet enim ex hoc opere, illum et *κατ' Ἀρισταγόρου*, et *δεύτερον κατ' Ἀρισταγόρου ἀπροστασίου* scripsisse, v. *ἀφαίρεσις, ἀπροστασίου, διαμαρτυρία*, et aliis, nisi omnibus illis in locis corrigendum sit *κατ' Ἀρισταγόρας*, quomodo hic nos restituere tentamus. Quam opinionem et conjecturam nostram veritate niti credimus, quod fidem faciat Athenæus eumdem oratorem *κατ' Ἀρισταγόρας* bis orasse. De meretricibus et scortis hic agitur, atqui binæ orationes illæ habitæ fuere contra Aristagoram meretricem, ergo indubitatum est hic legendum *κατ' Ἀρισταγόρας*. Aristagora hæc [p] una erat ex tribus amicis, quas Hyperides Glaucippo filio ejecto suis sumptibus alebat, ut Myrrinem domi, Aristagoram in Piræo, Philem in Eleusine. De hac Aristagora Philostratus epist. *καὶ αἱ χρυσαῖ πέδαι Θαΐδος, καὶ Ἀρισταγόρας, καὶ Λαΐδος φάρμακα.* Laudantur vero sæpius apud Athen. lib. 13. dipnos. Hyperidis orat. 1. et 2. contra hanc Aristagoram. Imo cum mentio fit de Aphyis, testimonium Hyperidis ex altera orat. *κατ' Ἀρισταγόρας* adducitur. Apponam ipsissima ejus verba ab Harpocratione neglecta, quæ magnam lucem his afferent: *καὶ πάλιν τὰς Ἀφύας, τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκαλέσατο.* Aphyæ meretrices erant sorores duæ, de quibus ita loquutus est Apollodorus: *Σταγόνιον καὶ Ἄνθις ἀδελφαὶ αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι, τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον.* Unde Harpocration, *ἔστι δὲ καὶ ὀνόματα ἀδελφῶν ἑταιρῶν γυναικῶν δύο.* Stagonium et Anthis sorores meretrices

σιούμενοι. Et iterum: *οὐ γὰρ ὅσον ἀφοσιώσασθαι τὴν ἔξοδον ἐποιήσαντο.* Utitur Isæus p. 61. Julianus in Misopog. initio, et Chrysostomus homilia 41. in Genesin p. 587. *ἵνα μὴ νομισθῇ ἁπλῶς ἀφοσιώσει προτρέπεσθαι.* et in hom. 43. p. 615. VA.

[p] Aristagora hæc una erat ex tribus amicis] Ex Plutarcho in Hyperide. Apud Theonem sophistam: *ἔτι δὲ καὶ Λυκούργου κατὰ μόσχου* (an *μοιχοῦ?*) *ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος καὶ Ὑπερίδου κατὰ τὴν* (scribe *τῶν*) *ἑταίρων ἐν τῇ κατ' Ἀρισταγόρου.* Vide Hyperidem in *δωροξενία.* Meursius lib. 3. Attic. lect. *κατὰ τῶν ἑταιρῶν* legit. VA.

'Αφύαι dictæ fuere, quod cum exiles candidæque essent, magnos haberent oculos. Ob quam etiam causam Antiphanes ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν Nicostratidem Aphyam vocatam fuisse asserit, quod nimirum candida et gracilis esset, adinstar apuæ, nam apua piscis genus teneri et candidi. Vide parœmiographos in 'Αφύα εἰς πῦρ. MA.

70, 7. Postrema hæc hujus elementi vox invitat nos ad sui explicationem accuratam et diligentem. ἀχαριστεῖν vulgo et communiter ingratum esse significat, ut apud Antiphontem, unde in Glossis ἀχάριστος *ingratus*, et ἀχαριστία, labes ingrati animi (sic enim loquitur semper Cicero, qui nunquam voce hac *ingratitudo* usus est, sed assiduo vel ἀχαριστίαν, vel ingratum animum dixit) quæ teste Polluce cap. 32. lib. 5. ab eodem Antiphonte ἀποστέρησις dicitur. Inde antiqua illa actio ἀχαριστίας, de qua videndus Pollux. Diverso paulo sensu in jure ἀχαριστούμενοι dicuntur liberi qui nihil judicio parentum accipiunt, id est præteriti et exhæredati, ἀμνημόνευτοι uno verbo, sic dicti quod eis nullam habeant χάριν parentes, ut loquitur Justin. novel. 18. Alius est longe diversus et non minus elegans apud Atticos τοῦ ἀχαριστεῖν usus, apud eos enim ἀπειθεῖν significat, quod ex quorundam sententia πειθανότητες sint χάριτες, id est dicendi veneres et lepores, charites appellentur. Erotianus auctor, ἔνιοι δὲ χάριτας εἶπον τὰς πειθανότητας, λέγοντες ὅτι ἄχρι νῦν οἱ 'Αττικοὶ τὸ ἀπειθεῖν ἀχαριστεῖν λέγουσι, quod diligenter observandum censui. MA. Antiphontis verba refert Stobæus sine dubio e libris de veritate λόγῳ 78. ἔστι δέ τις λόγος, ὡς ἄρα ἰδὼν ἀνὴρ ἄνδρα ἕτερον ἀργύριον ἀναιρούμενον πολὺ, ἐδεῖτό οἱ δανεῖσαι ἐπὶ τόκῳ. ὁ δ' οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλ' ἦν οἷος ἀπιστεῖν τε καὶ ὠφελεῖν μηδένα, φέρων δ' ἀπέθετό ποι δή. καί τις καταμαθὼν τοῦτο ποιοῦντα ὑφείλετο. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ ἐλθὼν οὐχ εὕρισκε τὰ χρήματα ὁ καταθέμενος. περιαλγῶν οὖν τῇ συμφορᾷ τά τε ἄλλα καὶ ὅτι οὐκ ἔχρησε τῷ δεομένῳ, ὃ ἂν αὐτῷ καὶ σῶον ἦν καὶ ἕτερον προσέφερεν. ἀπαντήσας δὲ τῷ ἀνδρὶ τῷ τότε δανειζομένῳ ἀπωλοφύρετο τὴν συμφορὰν, ὅτι ἐξήμαρτε, καὶ ὅτι οἱ μεταμέλει οὐ χαρισαμένῳ, ἀλλ' ἀχαριστήσαντι. Non est ergo ingratus: neque enim alteri obligatus erat ullo necessitudinis vinculo, sed avarus, qui ad benefaciendum lentus est et tenax, quos homines *ingratos* Gallice vocamus. Lepida porro historia Antiph. qui addit eum hominem consilium id dedisse avaro, ut in eo loco lapidem deponeret, bonoque animo esset, neque argentum periisse existimaret: prorsus enim cum salvum esset argentum, nunquam eo usum

fuisse, nec si adhuc salvum esset, usurum. Itaque argento te esse privatum noli æstimare. VA.

70, 10. Ἡ γὰρ ὑπὸ τὴν etc.] Eadem αὐτολεξεὶ leguntur in schol. ad Eq. 1156. Arist. additurque ἀπὸ τοῦ εἰσβάλλεσθαι βάδην. πρῶτον γὰρ εἰσέρχονται βάδην, εἶτα τοῦ δρόμου ἄρχονται. Auctor Etymol. in βαλβὶς ἡ ἀφετηρία. ἦσαν δὲ ξύλα δύο, ἀφ' ὧν σχοινία διετείνετο, ἀφ' ἧς βαλβίδος ἐξέτρεχον οἱ ἀγωνιζόμενοι. Philostratus lib. 5 initio, βαλβίδι ξεστῇ ἔοικε. Mœris Atticista vetus Grammaticus: βαλβίδες αἱ ἐπὶ τῶν ἀφέσεων βάσεις ἐγκεχαραγμέναι, αἷς ἐπέβαινον οἱ δρομεῖς, ἵνα ἐξ ἴσου ἵσταιντο. διὸ καὶ οἱ κήρυκες ἐπὶ τῶν τρεχόντων, βαλβίδ' ἀπόδος, θέτε πόδα παρὰ, καὶ νῦν ἔτι λέγουσιν. Ἀττικόν. ὕσπληγξ δὲ κοινόν. Aristoph. in Eq. 1156. ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονὶ, ἵνα σ' εὐποιῶμεν ἐξίσου. Schol. βαλβὶς καλεῖται τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ δρόμου ἐγκαρσίως ξύλον, ὃ καὶ ἀφετηρίαν καλοῦσι. Ælius Dionysius apud Eustath. in Ὀδ. α, p. 1404. VA.

70, 12. ΒΑ'ΡΑΘΡΟΝ] Schol. Aristoph. in Plutum 431. τὸ βάραθρον χάσμα τι φρεατῶδες καὶ σκοτεινὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐς ὃ τοὺς κακούργους ἔβαλλον. ἐν δὲ τῷ χάσματι τούτῳ ὑπῆρχον ὀγχῖνοι, οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω. ἐνταῦθα τὸν Φρύγα τὸν μητρὸς τῶν θεῶν ἐνέβαλλον ὡς μεμηνότα, ἐπειδὴ προέλεγεν, ὅτι ἔρχεται ἡ μήτηρ εἰς ἐπιζήτησιν τῆς κόρης. ἡ δὲ θεὸς ὀργισθεῖσα ἀκαρπίας ἔπεμψε τῇ χώρᾳ· καὶ γνόντες τὴν αἰτίαν διὰ χρησμῶν, τὸ μὲν χάσμα κατέχωσαν, τὴν δὲ θεὸν ἵλεων ταῖς θυσίαις ἐποίησαν. Vide Suidam in μητραγύρτης. ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμύει τὰς γυναῖκας αὐτῶν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ὡς κεῖνοι φασί. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν αὐτὸν ἐκβαλόντες εἰς βάραθρον κατὰ κεφαλῆς. λοιμοῦ δὲ γενομένου ἔλαβον χρησμὸν ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον, καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν βουλευτήριον, ἐν ᾧ ἀνεῖλον τὸν μητραγύρτην, καὶ περιφράττοντες αὐτὸ καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἀναστήσαντες καὶ ἀνδριάντα τοῦ μητραγύρτου. ἐχρῶντο δὲ τῷ μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ, καταχώσαντες καὶ τὸ βάραθρον. Habes unde dictum sit μητρῷον. Pollux etiam 3, 11. ἐλέγετο δέ τι καὶ μητρῷον Ἀθήνησι τὸ τῆς Φρυγίας θεοῦ ἱερὸν, cujus meminit Pausanias Atticis pag. 2 in fine, ubi docet proximum illud fuisse curiæ quingentorum. Eandem historiam memorat Julianus initio hymni in matrem Deorum. VA.

71, 3. Ἀναγραφομένων] ἀναγραφόμενα. Demosth. πρὸς Νικόστρατον in fine: ἡγούμην δὲ δεῖν τὴν ἀρχὴν ἢ τοὺς ᾑρημένους ὑπὸ τῆς βουλῆς γράφεσθαι, καὶ κατασημηναμένους τὰς βασάνους ὅ τι εἴποιεν οἱ ἄνθρωποι παρέχειν εἰς τὸ δικαστήριον, ἵν' ἀκούσαντες ἐκ τούτων ψηφίσησθε, ὁποῖόν τι ὑμῖν ἐδόκει. Sic etiam Antiphon in oratione

veneficii contra Novercam initio. Eodem modo apud Romanos. Cicero pro Milone: *Nam tabellæ quæstionis plures proferuntur, quæ recitatæ vobisque editæ sunt illæ ipsæ, quas tum obsignatas esse dixi.* VA.

71, 7. ΒΑΣΙΛΙΚΗ' ΔΙΑΔΡΟΜΗ'] Petav. ad Synes. de Regno p. 11. *Turma* exp. in Gl. διαδρομή. Apud Philostr. V. A. lib. 8. p. 362. ἐγκονίσασθαι καὶ διαδραμεῖν ἀθληταῖς. HEMST. Unum e novem magistratibus, quos Ἐννέα Ἄρχοντας Athenis vocabant, βασιλικὴν διαδρομὴν dictum fuisse nusquam legi, si unum excipias Suidam, qui vetustissimum errorem, quem constanter Codices omnes Harpocrationis retinuerunt, verbo ad verbum, ne mutata quidem syllaba, more suo repetiit in sylloge sua. Apud eum legitur inepte, ut hic ante editionem nostram, ἔστι δὲ οὗτος εἷς τῶν ἐννέα ἀρχόντων, ὃς βασιλικὴ διαδρομὴ καλεῖται, quod falsissimum et insulsissimum est. Magistratus enim ille βασιλεὺς vocabatur, ut ad vocem θεσμοθέται et πολέμαρχος latius docebimus. Reponimus igitur, ἀφ' οὗ βασιλικὴ διαδρομὴ καλεῖται, et ita excudendum curavimus in hac nostra editione, licet manu exarati refragarentur, et contra clamarent. In qua restitutione nos convenisse cum Petro Petavio, novissimo eruditissimoque Synesii interprete et vindice multum gavisi sumus, cum in ejus notis ad orat. de regno, auctorem nostrum liberatum ab hoc mendo eadem ferme conjectura vidimus. Porro de hoc magistratu vide omnino Polluc. lib. 8. cap. 9. tmemate 3. et auctorem hunc nostrum ad vocem ἐπιμελητὴς μυστηρίων. Singularia sunt quæ de eo vetus Comici enarrator in fine Acharnens. refert. δηλοῖ, inquit, ὡς ἄρα τὴν ἐπιμέλειαν ὁ βασιλεὺς εἶχε τῆς ἁμίλλης τοῦ χοὸς, καὶ τὸν ἆθλον ἐδίδου τῷ νικήσαντι τὸν ἀσκόν· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀρχή τίς ἐστιν. ἦν δὲ καὶ τῶν μυστηρίων ἐπιμελητὴς, τῶν πομπῶν, καὶ τῶν θυσιῶν διῆρχεν. Ergo ab eo βασιλικὴ διαδρομὴ dicta est, non autem ipsemet vocatus fuit βασιλικὴ διαδρομή. MA. In v. Βασιλικὴ διαδρομὴ, quæ tantorum laborum, ut patet ex una Maussaci nota, et quidem ab sæculo, viris doctissimis causa fuit, præclare omnia videor restituisse ope et interventu codicis Medicei, qui sic habebat: ἔοικεν ἡ γενομένη διαδρομὴ τοῦ βασιλέως παρόντος οὗπερ εἷς ἐστὶ τῶν Ἀθήνησιν ἐννέα ἀρχόντων βασιλικὴ διαδρομὴ καλεῖσθαι. Hinc egregie intelligebam, quantopere hic se fatigassent infaustæ manus interponendo vel ἀφ' οὗ, vel ὅθεν, ut volebant viri docti in codice Gœsiano, quum male editum ὃς ab Aldo putarent: item mutando καλεῖται in omnibus omnino editis, quod nuspiam opinor esse in scriptis: tum transponendis vocibus, quum nihil aliud agi opor-

fuerit, nisi ut οὗπερ mutaretur in ὅσπερ. Quid enim certius quam βασιλικὴν διαδρομὴν dictam Athenis, perinde ut ludos honorarios Romæ? GR.

71, 7. Athenis Jupiter alter erat βασιλεὺς, id est rex, alter Eleutherius. Prope hunc erat Porticus quam στοὰν τοῦ Ἐλευθερίου vocabant, a qua Hyperides orator voluit eum dictum postea fuisse, quod eam ἐξελεύθεροι exstruxissent. Sed a Didymo Criticorum principe reprehensus fuit, quod Jupiter ille non Ἐλευθέριος dictus sit ob eam causam, sed διὰ τὸ τῶν Μηδικῶν ἀπαλλαγῆναι τοὺς Ἀθηναίους. unde σωτὴρ solebat inscribi, vocari autem Ἐλευθέριος. Alia erat Porticus quam βασίλειον dicebant a Jove rege. Utraque autem βασίλειος dici poterat, et Ἐλευθερίου et Βασιλέως Διὸς, quod est notandum. Hesych. βασίλειος στοά· δύο εἰσὶν Ἀθήνησιν βασίλειοι στοαὶ, ἥ τε τοῦ λεγομένου βασιλέως Διὸς καὶ ἡ τοῦ Ἐλευθερίου. Tertia adhuc erat Porticus, quam antiquitus Ἀνάκτιον fuisse dictam refert auctor noster, sed quæ postea mutaverit nomen, utpote quæ ποικίλη Pœcile dicta fuerit. Suidas pro Ἀνάκτιος, Πανάκτιος habet, quidam exarati manu Πυανάκτιος. Mallem ego cum Diogene Laërtio et Suida Πεισιανάκτειος[q]. Vide Diogen. Laert. in Zenone. Audi vero Suidam de eo, ἐπεκλήθη δὲ καὶ αὐτὸς στωϊκὸς, διὰ τὸ ἐν τῇ στοᾷ τῇ ἐν Ἀθήναις διδάξαι αὐτοὺς, ἥτις πρῶτον μὲν Πεισιανάκτειος, ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα Ποικίλη ἐκλήθη. Verum est eam pictam fuisse a Polygnoto pictore excellentissimo: nam ex quorumdam sententia ideo civis Romanus [Atheniensis. VA.] ex Thasio factus fuit, quod eam gratis pinxisset. Plinius Pœcilem hanc Porticum vocat, de qua integrum volumen composuisse Polemonem protritum est, vel ex eo quod illic referretur Lamiam Cleanoris Atheniensis filiam Pœcilem hanc Porticum curasse exstruendam. Hoc me docuit Athenæus lib. 13. dipnosoph. p. 577. MA.

72, 3. Τὸν Δημοσθένην] Vide Photium ubi de Demosthene loquitur. VA.

72, 4. In v. Βάταλος illa verba μή ποτε οὖν ἔνθεν τοὺς κιναίδους βατ. καλοῦσι, non videntur bene se habere. Etsi enim sic quoque in v. Διαμαρτυρία loquatur, μή ποτ' οὖν ἐν ταῖς δίκαις κεκώλυνται etc. attamen non video qui verti in hunc sensum possint *indeque forsan* etc. duntaxat enim ἐνθένδε aut ἐντεῦθεν scribi oportuit, ut in v. Εὐρυβάτης, καὶ ἐντεῦθεν τοὺς πονηροὺς Εὐρυβάτας καλεῖσθαι, aut μήποτε τοὐντεῦθεν. GR.

[q] Πεισιανάκτειος] Apud Plutarchum in vita Cimonis c. 4. ἐν τῇ Πλησιανακτίῳ μὲν τότε καλουμένῃ, ποικίλῃ δὲ νῦν στοᾷ. VA.

72, 6. Codex Fed. Morelli Βαῦβος manifeste habebat, nos ratione ordinis alphabetici hanc lectionem sequuti sumus ex parte, et Βαυβοῦς excudendum curavimus. Certe Βαβοῦς vel Βαυβοῦς legendum esse docet etiam Suidas, apud quem hæc leguntur, Βαβοῦς, ὄνομα κύριον, fœminæ scilicet. Ego præferrem veterem lectionem huic recenti, nam sæpius scriptum invenitur Βαβὼ quam Βαυβώ. Auctor noster infra voce Δυσαύλης refert ex Asclepiade ἐν τετάρτῳ τραγῳδουμένων Dysaulem αὐτόχθονα Babonem uxorem duxisse, et ex ea Protonoem et Nisam filios sustulisse, quæ omnia Suidas ex eo repetiit, sed quid eodem Suida faciemus, qui videtur eamdem mulierem semel Βαβὼ, vel Βαρὼ, semel vero Βαθὼ vocare? Audi quid dicat. Δημώ. ὄνομα, inquit, κύριον, ἐξένισεν ἡ Βαθὼ τὴν Δημώ. Δημὼ δὲ τῷ λίπει. Rursus voce Βαρώ. Βαρὼ καὶ Δημώ. ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν. ἐξένισεν ἡ Βαρὼ τὴν Δημώ[r]. Baro, Batho, Babo, et Baubo, an eadem sint non mihi constat, nam in his ἄλλο γλαὺξ, ut est in veteri verbo, ἄλλο κορώνη φθέγγεται. MA. Corrigendus est Suidas duobus locis, primo ubi βαρὼ legitur, reponi debet Βαυβὼ, et secundo ubi Δημὼ, legi debet Δηώ. illud colligo ex his verbis, ἐξένισεν ἡ βαρὼ τὴν Δημὼ, quæ etiam corrigenda sunt et ita restituenda, ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ. alludit enim vel potius loqui vult de Baubone, quæ Cererem hospitio recepit, eique cyceonem aut cinnam obtulit, quam cum Ceres accipere noluisset, utpote quæ in luctu esset, ferunt pudenda Baubonem hanc deæ exhibuisse. Clemens Alexand. protrept. ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. etc. quæ apud Clementem videre potes. Hesychius est etiam liberandus a mendo. Legitur apud eum βαυμὼ, τιθηνὴ Δημητρός: corrigi debet, Βαυβὼ, quod et ipse ordo alphabeticus requirit. Baubo igitur nutrix Cereris. Orpheus:

— Παῖς δ' ἦεν Ἴακχος
Χειρί τέ μιν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.

Et reliqua, quæ ex eodem Orpheo adducuntur apud Clement. Alexand. in protrept. et apud Euseb. Arnob. lib. 5. de hac Baubone multa, versus Orphei ille ita vertit:

Quas cava succutiens Baubo manu, nam puerilis
Olli vultus erat, etc.

Clemens Alexandrinus citato loco Baubonem hanc et Dysaulem

[r] Βαθὼ τὴν Δημώ. - - Βαρὼ καὶ Δημώ] Lege ubique Βαυβὼ τὴν Δηώ. Clemens Alex. - - κόλποις. Hanc et Dysaulem γηγενεῖς facit Clemens Alex. Hæc Maussacus in Appendice, sed fallitur cum locum Me-

de quo Harpocration, Gigantes facit. At Palæphatus ἐν πρώτῳ Τρωϊκῶν retulerat Baubonem et Dysaulem simul excepisse Cererem, ut testatur Harpocratio ipsemet voce Δυσαύλης. Hinc forte restituendum apud Menandrum Rhetorem περὶ μυθικῶν· ἢ ὅτι ἡ Δημήτηρ παρὰ Βαυβῷ ἐπεξενώθη. Hodie legitur Κελεῷ nescio qua auctoritate et qua ratione, forte quia existimavere Phliasii Celeum cognatum et sanguine junctum Dysaulis. Pausanias Corinthiacis: Δυσαύλην δέ φασιν ἀδελφὸν Κελεοῦ, quam opinionem videtur rejicere Pausanias paulo post, cum ait, οὐ μὴν οὐδὲ Κελεῷ προσήκων ἐμοὶ δοκεῖν. MA. in Append. ad Plut.

72, 7. Egimus in voce αὐτομαχεῖν de hac actione βεβαιώσεως. Sed plura adhuc de ea addemus in gratiam Jurisconsultorum. Si cui empto agro aut domu, antiquitus de re empta moveretur controversia, opus erat ut emptor τὸν ἀμφισβητοῦντα, id est controvertentem, ad venditorem duceret, et ab eo confirmationem[s] rei venditæ et controversæ peteret, quam si præbere nollet, competebat emptori adversus eum βεβαιώσεως δίκη, at si caveret, poterat αὐτομαχεῖν, ut supra vidimus, contra moventem controversiam: et si vinceretur, rem controversam a se emptam amittebat, victor enim rei dominus fiebat, sed victo licebat mulctam aut condemnationem[t] petere ab eo qui caverat, id est venditore. Hic est antiquissimi juris Atheniensium quod in evictionibus observabatur, progressus, quem ego magno cum labore elicui partim ex verbis Pollucis, lib. 8. cap. 6. partim ex hoc nostro auctore. Ex hoc jure sine dubio descendit illud quod observatum fuisse apud Romanos legimus in Pandectis. tit. de evict. et dupl. stipul. Solebant enim emptores si de rebus quas emerent, eis moverentur controversiæ, auctores suos laudare, ut litibus subsisterent, et defensionem susciperent, quæ denunciationes præsentibus auctoribus, id est venditoribus, et in jure fiebant hoc modo: *Quando te in jure conspicio, postulo ut auctor fias*[u].

nandri rhetoris sollicitat ex capite περὶ μυθικῶν. ἢ ὅτι ἡ Δημήτηρ παρὰ Κελεῷ ἐπεξενώθη. Βαυβῷ legi vult. male. quid enim? Nonne apud Celeum Eleusinis regem Ceres divertit, ejusque filio Triptolemo currum et fruges donavit? Apollodorus testis est aliique. VA.

[s] Confirmationem] *Cautionem* Latine dixeris. Græci βεβαιοῦν. Demosth. κατὰ Διονυσοδώρου βλάβης, initio: τῷ οὖν ποτε πιστεύοντες καὶ τί λαβόντες τὸ βέβαιον. Affine est, quod notat Casaub. ad Theoph. p. 258. Locus est insignis apud Isæum περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου p. 48, et Pollucem 8, 99. ubi de πωληταῖς. VA.

[t] Mulctam aut condemnationem] Imo precium ex Polluce et Isæo p. 48. VA.

[u] *Quando te in jure conspicio, postulo ut auctor fias*] Aliter Sigonius de judiciis lib. 1. cap. 21. Hæc enim verba fuisse petitoris ad possessorem dicit. Unde Caius ff. de rei vindic. *qui petitorio judicio utitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is, cum quo instituit actionem, possessor sit,*

Dicebanturque actiones in actores, id est in auctores præsentes. Quid hoc aliud quam meræ βεβαιώσεως δίκαι, quæ apud Atticos emptoribus competebant adversus auctores suos? Annum igitur verum quod præmisimus, jus illud Romanorum auctorum in jure laudandorum ab hoc veteri Atheniensium originem duxisse? ita mihi videtur. Sed præterea aliud obtinuit apud Romanos, nam post actiones illas quæ emptoribus competebant in auctores præsentes in judicio, id est post denunciationes, re evicta sequebantur aliæ actiones, quas vocabant *auctoritatis*, sive *evictionis, ex empto*, et *ex stipulatu:* quæ in hunc modum conceptæ erant: *Quod evictionis vel quod auctoritatis nomine victus es.* Nec poterat venditor, cui denunciatum erat ut liti subsisteret, auctoritatem defugere. Actio ex stipulatu una est ex ædilitiis stipulationibus, quæ competebat emptori adversus venditorem ex stipulatione duplæ, l. 5. de verb. obligat. D. in cujus locum si forte omissa esset stipulatio, veniebat actio exempto in duplum pretii et accessionis, vel in simplum et in id quod interest, toto tit. de evict. et dupl. stipul. D. Ita Romani, qui omnes hos juris apices veteri Atheniensium addiderunt, ut patet ex verbis Pollucis, in quibus nos apertissime docet emptores evictis rebus venditis, ab auctoribus et venditoribus nihil aliud reportasse quam τιμὴν παρὰ τοῦ συκοφαντήσαντος, ut ipse loquitur, quæ referenda sunt ad venditores fallaces. Apud Romanos sublata etiam litis æstimatione, committebatur stipulatio duplæ in favorem emptorum, ex sententia Juliani lib. 43. digestorum, ut recte colligitur ex §. et ideo ait, l. si servus de eviction. et dupl. stipul. D. cujus facti species elegantissima est, tum quod ex ea aperte pateat emptores vel per se, vel per alios, ut auctores sive venditores litigare solitos, cum de rebus venditis controversiæ movebantur: tum quod in ea nominatim constituatur, litigantibus emptoribus per se, et in judicio victis committi solitam duplæ stipulationem, licet litis æstimatio sublata fuisset: non litigantibus vero per seipsos, sed per auctores, non committi stipulationem si victi litis æstimationem sustulissent. Atque hæc observabamus de utriusque juris, tum Attici tum Romani, origine et progressu. Alia sunt in textu auctoris nostri quæ explicatione opus habent, nunc ad ea veniamus. Quærat enim forte quis an apud Athenienses

vel dolo desiit possidere. Cicero pro Cæcina: *Actio est in actorem præsentem. Quando te in jure conspicio, postulo anne sies auctor.* Vide Rævardum libro singulari protribunalium cap. 5. VA.

actiones illæ βεβαιώσεως emptoribus adversus venditores tantum competerent, postquam res traditæ erant, cui breviter ex verbis elegantissimis et notatu dignissimis auctoris nostri potest fieri satis, nam non solum re tradita, sed etiam si arrhabonem tantum, aut arrham dedisset emptor, ei competebat βεβαιώσεως δίκη adversus venditorem, si controversiam tertius moveret, vel si ipsemet a contractu recedere vellet, jam enim censebatur emptio et venditio contracta, si aliquid arrhæ nomine datum esset. Adverte autem ad hæc verba, *si ipsemet a contractu recedere vellet*, hæc enim de venditore dicimus, qui si litigare desideraret, et non adimplere contractum, tenebatur βεβαιώσεως δίκῃ apud Atticos. Paulo aliter apud Romanos. Duplum enim restituere compellitur, argumento §. ita tamen, Instit. de emptione et venditione. Superest ut ultima hæc verba Λυσίας ἐν δυσὶ λόγοις explicemus, nam quæ duæ illæ Lysiæ orationes? Ego moneo duas illas non alias esse quam eas, quas contra Cinesiam composuerat. Auctor noster voce Κινησίας: Λυσίου δύο λόγοι εἰσὶ πρὸς Κινησίαν. Ergo cum Lysias laudatur simpliciter ἐν δυσὶ λόγοις, de his orationibus quæ adversus Cinesiam compositæ erant, intelligenda sunt verba auctoris nostri. MA. Falsum est, nec id sequitur. δύο λόγοι, quos Harpocration laudat, hoc loco erant δύο λόγοι βεβαιώσεως, qui sic inscrib. ut βιαίων alii, alii aliter atque aliter: ut ἐνδείξεως. VA.

72, 7. In v. Βεβαιώσεως putavi commodissime et molliter omnia restitui in verbis illis defectis et mirifice vexatis ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ, τοῦ προθέντος δὲ μὴ βεβαιοῖ, ut ediderunt distinxeruntque Aldus et Maussacus; ubi quum Meursius et Valesius consensissent in πραθέντος, Valesius ut porro succurrerit nescio. Meursius in Atticis Lectionibus 6, 20. quum mutilum quoque locum esse animadvertisset, ita conatur sanare, ἀμφισβητῇ τοῦ πραθέντος, ὁ πωλήσας δὲ μὴ βεβ. Viri docti in Gœsiano libro inscripserant ὁ δὲ πωλήσας. Id non placuit nupero editori, unde supposuit [ἕτερος] δὲ μὴ βεβ. non alia in parte laudandus æque, ac in eo, quod virgulis incluserit supposititiam vocem. Nec enim est ea magis Harpocrationis, quam aliorum πωλήσας. Nec ab Harpocratione duplicatur ἕτερος, ut patet in v. βουλεύσεως, τὸ μὲν γὰρ...τὸ δ' ἕτερον. Itaque mitius, quum posset, agi oportuit, quod opinor feci legendo ἀμφισβητῇ τοῦ πραθέντος, ὁ δὲ μὴ βεβ. Nam una ista litera tantum intercidit quocunque fato equidem ignoto. Is autem est communis Græcismus, ut voci ἕτερος in

uno respondeat in altero ὁ, ubi de duobus agitur. In v. Ἐπώνυμοι, οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἕτεροι δὲ δύο καὶ τεσσαρ. etc. Item in Κεραμεικός. GR.

72, 8. προθέντος] πραθέντος. VA.

72, 12. ΒΗΣΣΗΙ'Σ] Straboni Βησαιεῖς δημόται dicuntur, et Βῆσα Atticæ pagus cum simplici σ ad differentiam campi, qui in Locride dicitur Βῆσσα. Strabo lib. 9. Βήσσης pagi in Attica meminit Xenophon περὶ προσόδων [4, 44.] p. 542. Isæus περὶ Νικοστράτου κλήρου· Κτήσιος δὲ ὁ Βησαιεύς. VA.

72, 12. ΒΗΣΗΙ'Σ] Suid. Βησσηΐς. Utrobique legendum puto Βησηεῖς vel Βησαεῖς. HEMST.

73, 1. Veterum oratorum alii φονικοὺς λόγους composuerant, ut Antiphon de quo supra verbo ἄτιμος: alii κληρικοὺς, ut Isæus, cujus infiniti κληρικοὶ λόγοι in hoc opere et apud Pollucem laudantur, e quibus quidam etiamnum hodie exstant: alii βιαίους ut Lysias, quod nos docet insignis hic locus. Athen. 13. p. 586. dipnosoph. ἐν δὲ τῷ κατὰ Φιλωνίδου βιαίων ὁ Λυσίας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Auctor noster infra voce κακώσεως. καὶ ἐν τῷ (ait) Λυσίου κατὰ Φιλωνίδου βιαίων, εἰ γνήσιος. Illud βιαίων species et nomen actionis est quæ competebat adversus eos, qui vi aliquid moliebantur. Ita in inscriptionibus orationum solebant præmittere et concipere actionum nomina quibus agebant, ut ἐξούλης, κακώσεως, βιαίων, et sic de aliis. Porro ex βιαίοις Lysiæ λόγοις hic unus est ὁ κατὰ Φιλωνίδου, de quo tamen dubitarunt Critici, controversum enim fuit apud illos an ad Lysiam tanquam ad legitimum parentem pertineret, quod indicant hæc verba εἰ γνήσιος. MA.

73, 4. Οὔτε τὸ ὄνομα, οὔτε ἡ δίκη ἐλέγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἄλλων] Plato 11 lib. de legibus p. 914. Lysias p. 158. Plato 10 de legib. initio. VA.

73, 8. ΒΟΗΔΡΟΜΙ'Α] Βοηδρόμια. VA. Ait Harpocration Demosthenem in Philippicis hac voce usum esse. Atqui in nulla Philippicarum quas hodie habemus invenitur, quid ergo dicendum est? Harpocrationem, ni fallimur, usum esse quibusdam codicibus, in quibus exaratum inveniebatur βοηδρόμια, quo loci nunc legitur βοΐδια. Hoc me docuit Ulpianus ad illa 3. Olynth. ἢ βοΐδια πέμψωσιν οὗτοι. γράφεται, inquit, καὶ βοηδρόμια, καὶ γάρ φασιν ὅτε ἔπεμψε τὴν λείαν ὁ Χάρης, βοηδρόμια ἦν. τὸ δὲ βοΐδια ὑποκοριστικόν ἐστι ἐν συναιρέσει, Ἀττικῷ ἔθει. Hæc si vera sint, si inquam βοΐδια deminutivum sit τοῦ βοηδρόμια, male interpretaberis βοΐδια bucculas, nam quid bucculæ cum festo

βοηδρομίων habent simile? Audi Harpocrationem, qui verba illa Demosthenis sic videtur interpretari. *Βοηδρόμια*, inquit, quo usus est tertia Olynthiaca Demosthenes, festum est ab Atheniensibus sic vocatum, quod institutum fuisse refert Philochorus in secundo de festis, postquam Ion Xuthi filius suppetias venisset Atheniensibus ab Eumolpo Neptuni filio bello oppressis, regnante tunc temporis Erechtheo Atheniensium principe. *βοηδρομεῖν* enim *βοηθεῖν*, id est juvare et auxiliari significat, et *ἐπὶ μάχην δραμεῖν*, id est ad pugnam currere. Male apud Suidam et Etymologum legitur *ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος*, pro *Ἴων ὁ Ξούθου*, non enim Xuthus ipse, sed filius ejus Ion Atheniensibus auxilium tulit, quod a nobis eruditissime probatum est in cap. 6. lib. 5. Lectionum nostrarum, in quo plura de hoc Ulpiani loco a nobis allata sunt, explicata etiam Plutarchi in Theseo, Etymologi et Suidæ verba, quæ fraudi fuere magnis viris. MA. In eo bello contra Eleusinios, ut docet Pausanias Achaicis initio, erudite. Non tamen Eumolpus dux erat Eleusiniorum, ut Philochorus hoc loco et Lycurgus contra Leocratem p. 143 et alii dixere; sed Immaradus Eumolpi filius, si credimus Pausaniæ in Atticis [c. 5, 2. 27, 4.] quem in pugna occidit Erechtheus. Sed Eumolpum cum Thracibus in Atticam irrupisse docet præter Lycurgum et Euripidem, quem Lycurgus laudat in Erechtheo, Philochorus et Isocrates in Panegyr. et in Panathen. testatur. Plato in Menexeno. Strabo 8. p. 383. *Ἴων δὲ ὁ Ξούθου τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾶκας, οὕτως ηὐδοκίμησεν, ὥστ' ἐπέτρεψαν Ἀθηναῖοι αὐτῷ τὴν πολιτείαν.* ubi nota Ioni tribui quæ Xutho alii tribuunt, Suidas scilicet et Etymol. Straboni consentit Pausanias Achaicis initio et Philochorus hoc loco, quem tamen non sequor in eo, quod regnante Erechtheo id accidisse refert. Qui enim potuit, cum Xuthus Ionis pater post Erechthei mortem, cum arbiter a regiis liberis electus esset, et Cecropi ut natu maximo regnum addixisset, a cæteris Erechthei liberis agro Attico sit expulsus, ut scribit Pausanias in Achaicorum initio, ubi et Ionem Atheniensibus auxilium tulisse post Erechthei mortem satis clare memorat. De hoc bello vide amplius Pausaniam Corinth. pag. 44. Hyginum fab. 46. Demaratus lib. 3 *τραγῳδουμένων* apud Stob. serm. 157. *Ἀθηναίων πρὸς Εὔμολπον τῶν Θρᾳκῶν βασιλέα τὸν πόλεμον ἐχόντων, Ἐρεχθεὺς ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστάμενος χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσῃ τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ. παραγενόμενος δ' εἰς Ἀθήνας Θρασυθέᾳ τῇ γυναικὶ τὴν πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν. εἶθ' οὕτω τὴν κόρην*

προσαγαγὼν τοῖς βωμοῖς ἀνεῖλε, καὶ συμβαλὼν τὸν πόλεμον, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς νίκης. Lege Πραξιθέᾳ τῇ γυναικὶ ex Lycurgo contra Leocratem pag. 143. quæ erat Cephisi filia. Fragmenta ex tragœdia Euripidis Erechtheo multa sunt apud Stobæum. Unum obiter emendare visum est, quod refert cap. 172. *Θρῄκιον πεάταν πρὸς Ἀθηνᾶν περὶ κίοσιν ἐγκρεμάσας θαλάμοις.* Lege *πέλταν.* VA.

74, 4. Verba hæc *καὶ εἶδος ἀστέρος,* absunt a manuscriptis, nec illa videtur ut legitima admisisse Suidas, apud quem *καὶ Καλλισθένης* excusum est. Certe hæc aliquando nos ut spuria rejicienda autumavimus, quia elegantiam et doctrinam quæ in eis latet, non gustabamus, sed impræsentiarum præditi meliori sensu, opinionem nostram rejicimus, et verba illa sub finem notæ ab Harpocratione cum maximo judicio addita esse ostendimus. *Βόθυνος,* inquit, locus est proprie ita nuncupatus in via sacra, Isæo teste. Est et adhuc astri species, erudite sane, nam astrorum quæ sunt *παρὰ φύσιν,* quatuor qualitates inveniuntur, (ut Philosophi loqui solent,) *Κομήτης, Δοκίας, Πωγωνίας, Βόθυνος.* Cometa astrum est, cujus partes infimæ tenuissimæ sunt, supremæ vero in modum comarum condensatæ: Docias astrum quod totum tenue est, et exile in modum hastæ. Pogonias astrum est contrarium cometæ, partes enim ejus superiores exiles et tenues sunt, inferiores vero opacæ et densæ: Bothynus astrum quod profunditatem habere videtur *ὡς ὁ φαινόμενος ἀστήρ.* Consule Aristotelem in lib. de mundo et meteoris. MA.

74, 4. *βολεῶνας* fimeta dixit Plinius. Quomodo autem *βολεὼν* pro fimeto, ita etiam *ἱστεὼν* pro textrino, et *καλαμεὼν* pro harundineto, *ἱππεὼν* pro equili, *ἀνδρεὼν* pro magna domu dicta fuere. Non enim audio Atticorum leporum collectorem et venatorem Phrynichum, qui *ἱππὼν, ἱστὼν, ἀνδρὼν,* et *καλαμὼν* dicendum esse existimat, plus valet apud me Nicandri auctoritas, qui in tertio de Attica dialecto, ut patet ex hoc loco, putavit Atticissime dici *τὸ βολεὼν* pro fimeto. Cur igitur non recte et Attice dicetur eadem forma *ἱστεὼν, καλαμεὼν, ἱππεὼν* et *ἀνδρεών*? non video rationem differentiæ, nisi religiosi nimis et rigidi syllabarum et apicum omnium observatores cum Phrynicho esse velimus, et cum eo quæ aliquando elegantissime dicuntur, reprobare ac rejicere sine judicio. MA.

74, 4. ΒΟΛΕΩ΄ΝΕΣ] Ita Eustathius in Ὀδ. α pag. 1404. *κοπρῶνας* dixit Demosth. in prima contra Aristogit. *οἷς μὲν ὑμεῖς*

τὰ μέγιστα ἐνεχειρίζετε στρατηγοῖς, ὅτι αὐτῷ ἀργύριον αἰτοῦντι οὐκ ἔδοσαν, οὐδὲ τῶν κοπρώνων ἂν ἐπιστάτας ἑλέσθαι φάσκων. VA.

74. 5. Ἀττικῆς διαλέκτου] Post hæc verba videtur deficere nomen auctoris unde proxima verba sunt prolata. HEMST.

74, 9. Duas laudat Harpocration Dinarchi orationes hoc opere, quarum altera *κατὰ Καλλισθένους ἔνδειξις*, altera vero *κατὰ Καλλισθένους εἰσαγγελία* inscribitur. Non mihi compertum an adversus eumdem Callisthenem utraque habita sit, invenio enim paulo diversam alterius epigraphem in Dionys. Halicarnass. apud quem in Dinarcho, dum publicas ejus orationes recenset, *κατὰ Κλεισθένους εἰσαγγελία* legitur. Alius Clisthenes, alius Callisthenes, ut diligentius demonstrabimus in accurata illa tractatione de veterum Rhetorum orationibus quam meditamur edere cum earum relliquiis quæ nobis supersunt. Dinarchus igitur *ἐν ἐνδείξει κατὰ Καλλισθένους*, de Hestia Bulæa in hunc modum loquutus erat, *μαρτύρομαι τὴν ἑστίαν τὴν βουλαίαν*. Vix ullus orator est qui ejus non meminerit, Æschines in orat. de falsa legat. *ἐπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τοὺς βουλεύοντας, καὶ τὴν ἑστίαν ἐπώμοσε βουλαίαν συγχαίρειν τῇ πόλει.* Præter oratores Plutarchus[x] in vita Isocratis de Theramene, *καὶ Θηραμένους τοῦ ῥήτορος, οὗ καὶ συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν τριάκοντα, καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν βουλαίαν ἑστίαν.* Artemid. Oneirocrit. lib. 2. cap. 42. *ἑστία*, inquit, *αὐτή τε καὶ τὰ ἀγάλματα αὐτῆς πόλεως μὲν τὴν βουλὴν, καὶ τὴν ἐνθήκην σημαίνει τῶν προσόδων.* Ut autem *ἑστία βουλαία*, sic *Ἀθηνᾶ βουλαία*, et *Ζεὺς βουλαῖος*, de quibus videndus Antiphon orat. *περὶ χορευτοῦ*. MA.

74, 12. Male cohærebant[y] hæc voci præcedenti, et in manu exaratis et in excusis, nos distinximus et a capite reposuimus quæ de hac voce *βουλεία* referuntur, quod nullam haberent cum superioribus paritatem. Comici autem e Thesmophoriazusis[z]

[x] Plutarchus] et Diodorus Siculus lib. 14 initio de eodem Theramene. VA.

[y] Male cohærebant] Artemidorus lib. 2. *ἑστία σημαίνει πόλεως τὴν βουλὴν καὶ τὴν ἐνθήκην τῶν προσόδων.* VA.

[z] Comici autem e Thesmophoriazusais] v. 815. *ἀλλ' Εὐβούλης τῶν πέρυσί τις βουλευτὴς ἐστιν ἀμείνων, παραδοὺς ἑτέρῳ τὴν βουλείαν. οὐδ' αὐτὸς τοῦτό γε φήσεις.* Chorus mulierum vult probare viris feminas præstare. *Nam ex superioris anni senatoribus quis melior est Eubule, ne tu quidem, qui dignitatem ac locum senatoris alteri ex more cessisti, id ausis dicere.* Itaque cum hæc Chorus diceret, oculos conjiciebat in quendam senatorem, qui spectator aderat. Est igitur *βουλεία τὸ βουλεύειν*, senatoria dignitas, quæ Athenis annua erat, ut nemo nescit. *βουλεύειν* senatorem esse dixit Antiph. *περὶ χορευτοῦ* p. 131, ubi addit, *καὶ ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς βουλαίου καὶ Ἀθηνᾶς βουλαίας ἱερόν ἐστι καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται.* *παραδοῦναι*

verba ita habent, *τίς βουλευτής ἐστιν ἀμείνων παραδοὺς ἑτέρῳ τὴν βουλείαν.* Ad hæc Suidas erudite: *βουλείαν τὸ βουλεύειν, καὶ οἱ δικανικοὶ καλοῦσι συνήθως τὸ βουλεῦσαι, βουλείαν ἔλεγον οἱ παλαιοί.* Ergo idem *βουλεία* quod *βουλεύειν*, nisi quod communiter et vulgo pragmatici et litigatores *βουλεύειν* dicunt, Attici vero et veteres *βουλεία*. MA.

74, 14. ΒΟΥΛΕΥΣΕΩΣ] Formulam *διωμοσίας* in actione *βουλεύσεως* vide apud Antiphont. in oratione de saltatore p. 128. VA.

75, 1. *Ὅταν ἐγγεγραμμένος*] Sic utitur Demosth. contra Aristogitonem prima, qui ærarius erat inscriptus in acropoli, ut est in argumento Libanii. necdum deleto nomine seu debito alios accusabat. Locum Demosth. vide in *ἀπεσχοιν*. Porro de hoc more *ἐγγράφειν τοὺς ὀφείλοντας τῷ δήμῳ* sic ibi Demosth. *συνθῆκαι μὲν οἱ νόμοι, καθ' οὓς ἐγγράφονται πάντες οἱ ὀφλισκάνοντες. ὅροι δὲ* (de his Harpocr.) *ἡ σανὶς ἡ παρὰ τῇ θεῷ κειμένη.* Et in fine ejus orationis: *ἔτι τοίνυν τρία ἐστὶ τὰ ὀφλήματα, ἃ ἐγγέγραπται καὶ ἐφ' οἷς ἐνδέδεικται. τὰ μὲν δὴ δύο ἐν ἀπογραφῇ πεποίηται, τὸ δ' ἓν οὐκ ἀπογέγραπται, ἀλλὰ βουλεύσεως τὸν Ἀλωπεκῆθεν Ἀρίστωνα διώκει, falsæ inscriptionis accusat: ναί φησιν· ἀδίκως γάρ με γέγραφεν. me inscripsit injuria.* Et post: *κἀκεῖνο σκέψασθε· ἂν ἕλῃ τὸν Ἀρίστωνα τῆς βουλεύσεως, τί ἔσται; ἐξαλειφθήσεται νὴ Δία, δδ' ἀντιγραφήσεται. ταῦτα γὰρ οἱ νόμοι λέγουσι. καλῶς.* Et initio orat. *τὸν ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ τοῦτον καὶ γεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει.* Et contra Theocrinem initio, *ὥστε μήτ' ἐκτίσαι μήτ' εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεχθῆναι.* VA.

75, 3. In v. *Βουλεύσεως* ex illis verbis *τοῦ μὲν οὖν προτέρου* deleri vult MStus liber tertiam vocem; nec sine specie. Non enim est collectio, sed sermo ejus qui progreditur ulterius in illustrando, et qui huc usque egit de ipsa re, nunc inspicere vult de loco. GR.

75, 4. *Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Πιστίου*] Pistiæ cujusdam meminit Dinarchus *κατὰ Δημοσθένους* p. 86. contra quem orationem habuit. Apud Plutarchum ex Dinarcho hæc oratio inscribitur *κατὰ Παστίου.* male. Apud Halicarnass. in Dinarchi *δημοσίοις Εὐαγγελία κατὰ Πιστίου.* ex quo loco confirmatur Mureti sententia lib. 1 cap. 18 Variarum Lect. adversus Victorium Var. Lect. lib. 38. VA.

proprie dicitur de eo, qui magistratu decedit, et successori tradit, ut eadem pag. Antiphon non semel. Etymologus, *βουλεία ὁ χρόνος τοῦ βουλεύειν, ὥσπερ στρατηγεία ἐστὶ ὅπου στρατηγεῖ.* Sic Cratinus *Θράτταις. τὴν πέρυσι βουλὴν ἐφεστώς.* Priscianus 18. VA.

75, 12. In v. Βούτης singularis videtur locus, quum scribitur *qui a Bute descendebant, βουτάδαι dicti sunt; et ἐτεοβουτάδαι veri Butæ posteri.* Quid igitur? an qui ab Bute descendebant, non erant veri Butæ posteri, aut alii ac diversi ab illis? Sane ea varietas quidem perridicula est. Et tamen negari nequit, eadem dici in Græcis. Sed vide, quam facili ratione ea labem contraxerint. Nam MS. Mediceus non habet *καὶ οἱ ἀπὸ τούτου, βουτάδαι,* sed *καὶ ἀπὸ τούτου βουτ.* unde maxima sententiæ differentia. Nempe dicit Harpocration ab isto Bute appellatos esse Butadas, sacerdotes scilicet sequentis ætatis, in honorem ejus et memoriam sic dictos, qui utique non erant ex posteritate ejus, licet appellatio ista id videretur eis tribuere: sed qui vere originem ab illo ducebant, illi se appellabant ideo ad distinguendum Ἐτεοβουτάδας, ut de illis etiam suo loco iterat auctor. Omnes qui successerunt in istud sacerdotium, Butadæ dicti; sed qui vere ex sanguine hujus erant, solebant dici Eteobutadæ. Quin etiam idem MS. *οἱ ἀπόγονοι τούτου,* non *τοῦ Βούτου.* Sed præterea quoque is ipse liber habet *εἰ ἐτεὸν σός εἰμι,* non *εἰ ἐτεὸν ἔτι σός εἰμι.* Nec mala admonitio. Quem enim locum in carmine Homerico habiturus esset iste verborum ordo? Novimus in Odyss. π. 300. *εἰ ἐτεόν γ' ἐμός ἐσσι.* et ejusdem operis ι. 529. supplicans Neptuno Cyclops *εἰ ἐτεόν γε σός εἰμι.* Sane hunc locum innuerit Harpocration: et hinc utique foret reparandus. GR.

76, 1. Βουχέτα] Hinc Βουχέτιοι dicti in Indice lib. 6 Polyæni male apud Strabonem lib. 7, p. 324. Βουχαίτιον dicitur. VA.

76, 2. Ex Philochoro[a] Philostephanum fecimus, verus enim τῶν Ἠπειρωτικῶν auctor Philostephanus, vide Stephanum in Ἄβιοι, Ἀνθάνα, et Ἀτρήνη. Ita omnes Codices bonæ notæ. Philochorus non composuit Ἠπειρωτικὰ, ut patet ex syllabo librorum quem nobis absolutissimum dedit Suidas. Porro urbem Βούχετα in neutro plurativo sic dictam docuerat Philostephanus, quod illuc Themis bovi assidens venisset (nam *ἐπὶ βοὸς* divisis vocibus legendum, male *ἐπίβοος* præcedentes edit. habebant.) *κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.* MA.

76, 6. Hæc nos diu torserunt, nam quid ad astrum Bootem,

[a] Ex Philochoro] Φιλόχορος legitur in Etymolog. et amplius, διὰ τὸ τὴν Λητὼ ἤτοι Θέμιν. Et mox: *μέμνηται δὲ τοῦ ἐθνικοῦ Καλλίμαχος, οἷον· ἐξ ἄλος οὐδ' ἵκην ἀνέρα βουχέτιον ἕλκειν.* Vox ἕλκειν videtur glossema esse præcedentis ἵκειν. Apud Suidam quoque Φιλόχορος legitur in Βούχετα, et in voce *θέμις.* Idem Suidas ubique habet *οὐδέτερ. καὶ πληθυντ.* rectius. VA.

αἱ μέγισται ἀρχαὶ ἐπὶ τούτῳ ἐχειροτονοῦντο? Bis legebatur hic *βοώτης* ineptissime, quam lectionem tamen tuentur membranæ. Nostro periculo nos mutavimus, et ex astro boum emptorem fecimus. Vera lectio *βοώνης*, quod ipsamet verba Demosthenis ex oratione contra Midiam confirmant satis. Ulpianus ad illa *βοώνην δὲ τὸν ὠνούμενον βοῦς εἰς τὰς ἑορτὰς*, cui Suidas adstipulatur. Refert enim *βοώνην* illum[b] Athenis a civitate electum fuisse, ut boves ad sacrificia emeret, et splendidum magnificumque esse *βοώνην* fieri, cum ipsi exercitus duces *στρατηγοὶ* fierent et crearentur *βοῶναι*, unde auctor noster optime, *καὶ αἱ μέγισται ἀρχαὶ ἐπὶ τούτῳ ἐχειροτονοῦντο*, id est majores magistratus eligebantur *βοῶναι*, quæ verba alio detorta fuere a Suida, non enim ad vocem *βοώνην*, sed ad *βούτην* hæc retulit. De Bute loquens sic ait, *αἱ μέγισται ἀρχαὶ παρὰ Ἀθηναίοις ἀπὸ τούτων ἐχειροτονοῦντο*, debebat ergo Βουτάδαι, nam Butadæ illi erant qui a Bute descendebant. Vulgare est hunc Butem[c] *ἱερωσύνην* habuisse Athenis, non vulgare ex ejus nepotibus majores magistratus electos fuisse, hoc siquidem ante nusquam lectum. Verum est a genere Eteobutadarum Minervæ sacerdotes fuisse desumptos, ipse auctor noster testis voce Ἐτεοβουτάδαι, et Nicephorus Gregor. in schol. ad Synes. orat. de insomniis, quo loco ait Ἐτεοβουτάδαι *γένος τι ἀρχαῖον ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις καὶ περιφανὲς, ἀφ' οὗ αὐτῆς Ἀθηνᾶς ἐξελέγοντο ἱέρειαι*. Sed quid illa omnia ad electionem *μεγίστων ἀρχῶν*, de qua supra loquebamur? MA.

76, 7. ΒΡΥΤΑ'ΔΑΙ] Βρυτιάδαι legitur hodie. *ὡς γὰρ εἰσῆγεν ὁ Φράστωρ εἰς τοὺς φράτορας τὸν παῖδα ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, ὡς τὸν ἐκ τῆς θυγατρὸς τῆς* Νεαίρας (nota profiteri necesse fuisse nomen patris matrisque) *καὶ εἰς τοὺς* Βρυτιάδας *ὧν καὶ αὐτός ἐστιν ὁ φράστωρ γεννητής*. Et post: *τούτων ὑμῖν μάρτυρας τοὺς παρόντας* Βρυτιαδῶν *παρέξομαι*. Hesychius *βρυτίναι*. VA.

76, 9. *βωμολοχεύεσθαι* Latinis carinari est, *χαριεντίζεσθαι*, unde

[b] *Βοώνην* illum] Pollux corrigendus 8, 114. *καὶ βοῶν ὑπηρεσιῶν ὀνόματα*. Lege *καὶ τειχοποιοί τε καὶ ἱεροποιοὶ καὶ βοῶναι, ὑπηρεσιῶν ὀνόματα*. Magna autem ea curatio habebatur, nec summi magistratus eam dedignabantur. Libanius declam. 8. *ἐπειδὰν γὰρ ἀπηλλάγημεν ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῆς ἀγορᾶς, ἰδόντες τὸν μὲν στρατηγὸν ᾑρημένον, τὸν δὲ πρεσβευτὴν κεχειροτονημένον, τὸν δὲ σιτώνην, τὸν δὲ βοώνην*. VA.

[c] Butem] Butes Pandionis filius, Erechthei frater. Gemini enim fuisse dicuntur Erechtheus et Butes. Mortuo Pandione Erechtheus regnum patris suscepit, Butes sacerdotium Minervæ et Neptuni Erichthonii sortitus est, teste Apollodoro 3, 15. VA.

in Glossario *Carinari*, χαριεντίζεσθαι. Isidorus *Carinantes, illudentes*. Ennius,

Contra carinantes verba atque obscura profatus.

Et rursus:

Neque me decet carinantibus edere chartis.

Citante Servio in illud Virgil. Æneid. 8, 361.

et lautis mugire carinis.

Carinari autem a carina, ut apud Græcos γεφυρίζειν a γέφυρα. Carinationes γεφυρισμοὶ dictæ sunt a loco fere ubi solebant fieri et γεφυρισταὶ dicti sunt isti βωμολόχοι, a carinationibus et irrisionibus, quibus sedentes in ponte impetebant eos qui dum sacra Eleusinia celebrabantur transibant. Consule Ammonium voce σκῶμμα. MA.

76, 13. Versus Pherecratis ita distingue:

Κ' ἔπειτα, ἵνα μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς πανταχοῦ
Ἀεὶ λοχῶντες βωμολόχοι καλώμεθα,
Ἐποίησεν ὁ Ζεὺς καπνοδόκην μεγάλην πάνυ. MA.

76, 13. Καὶ ἔπειτα] κ' ἔπειτα. VA.

76, 15. Καπνοδόκην] καπνοδόχην. VA.

76, 15. Εὔκηλοι] εὔπολοι ex Etymolog. in βωμολόχοι. Ubi et ἐπὶ τοῖς βωμοῖς λοχῶντες, non ὑπὸ τοὺς β. legitur. VA.

77, 2. Vere debuit scribi Γαληψὸς, ut apud Herodotum in Polymnia, Strabonem, Stephanum, et Etymologum. De Galepso bis Thucydides loquutus est in historia sua, 4, 107. καὶ Γαληψὸς οὐ πολλῷ ὕστερον καὶ Οἰσύμη, εἰσὶ δὲ αὗται Θασίων ἀποικίαι, male vulgo legitur Γάψηλος[d], pejus etiam apud Stephanum ἡ σύμη[e], nam Οἰσύμη legendum, ut latius a nobis dicetur ad hanc vocem Οἰσύμη. 5, 6. Γαληψὸν δὲ τὴν Θασίων ἀποικίαν λαμβάνει κατὰ κράτος. Ita Scylax Caryandensis in Periplo: Εἰσὶ δὲ ἐν Θρᾴκῃ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε, Ἀμφίπολις, Φάγρη, Γαληψὸς, Σισύμη, καὶ ἄλλα ἐμπόρια. Hic etiam legendum Οἰσύμη non σισύμη, auctor noster infra voce Στρύμη. ἀποικίαι δὲ εἰσὶ Θασίων ἐκ τῆς Θρᾴκης Σάληψος καὶ Στρύμη ἡ νῆσος. Restituimus nos Γάληψος, ut videbis in his quæ a nobis illic afferentur. Porro illud sciendum Galepsum dictam fuisse a Galepso Thasi et Telephes filio, Marsya juniore

[d] Γάψηλος] Γαμψηλὸς tamen agnoscit Hesychius, ut et Γαληψός. VA.

[e] Ἡ Σύμη] Diodorus Siculus 12, 68. ἐν αἷς ἦσαν ἀξιολογώταται Σύμη καὶ Γαληψὸς, ἀμφότεραι Θασίων ἄποικοι. Lege Οἰσύμη ex Thucydide. Galipsus dicitur a Livio lib. 44 in calce, ubi de Persei fuga. At apud Plutarchum in Æmilio Paulo c. 23. ἐν ἀλήψῳ, legitur male, in editione H. Stephani, sed Xylandri editio recte habet. VA.

teste, (*νεώτερος* enim legendum, non *νεώτερως*, ut insulse typographus excudit.) An vero Thasus hic idem ille sit a quo Thasus condita fuit, decem generationibus ante Herculem, ambitiose jam non inquirimus. Hoc tantum pro certo habemus, quod noluimus suppressum, dum de his agimus, apud Stephanum voce Θάσος [f] restituendum *ἦν δὲ γενεαῖς Ἡρακλέους δέκα παλαίτερος*, ex conjectura magni Scaligeri in animadvers. ad Euseb. et ex nostra apud Herodotum in Euterpe, *καὶ ταῦτα δέκα γενεῇσι ἀνδρῶν πρότερα ἔστι ἢ τὸν Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλέα ἐν τῇ Ἑλλάδι γενέσθαι*. Pessime hodie est *καὶ ταῦτα πέντε γενεῇσι*, quod hactenus non fuit animadversum. Impuri librarii ex ῑ fecerunt ε, et nobis crassissimum hunc errorem in textum purissimum et purgatissimum Herodoti intruserunt. MA.

77, 4. Τηλέφης] Τηλέφην habet etiam Steph. in Θάσος, ubi probante Berkelio, Scaliger Anim. in Euseb. p. 37. restituerat Τηλέφασσαν, secutus nimirum Apollodorum 3. p. 159. 161. Stephanus tamen in Δάρδανος quoque dedit Τηλεφάης et schol. Eurip. ad Phœn. 5. *Φοίνικος καὶ Τηλέφης τῆς Ἐπιμεδούσης*. HEMST.

77, 5. *Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει*] *καὶ τῶν φρατόρων τοὺς οἰκείους οἷς τὴν γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὑπὲρ τῆς μητρὸς ὁ πατήρ*. Latini sportulam nuptialem appellant. Sic Isæus *περὶ τοῦ Πύρρου κλήρου* p. 42. et 64. Vide Pollucem 3, 42. Mulier, quæ a patre collocatur, simul atque traditur viro, transit in familiam viri. Est enim matrimonium omnium divinorum atque humanorum societas. Itaque Atheniensium jure mulieres *νεογάμους* in curiales mariti induci oportebat, ut refert Isæus; tum curialibus pendebatur *γαμηλία*. Præclare Euripides apud Stob. 195. *γυνὴ μὲν ἐξελθοῦσα πατρῴων δόμων οὐ τῶν τεκόντων ἐστὶν, ἀλλὰ τοῦ λέχους, τὸ δ' ἄρσεν ἕστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμᾶ ὅρον*. Lego *τιμήορον*. Vide Pollucem 8, 107. qui fallitur. Puellæ quidem inducebantur in Curiales teste Isæo de Pyrrhi hæred. in fine, sed pro eis non solvebatur *γαμηλία*, sed pro uxoribus a marito. Fallitur Petitus p. 154 legum Attic. VA.

77, 7. Περιθέμενος] Melius erit *παραθέμενος*. MA. *in Addendis*. L. *παραθέμενος*. Sic loquitur Athanasius in Apolog. 2 p. 783. *ἀρκεῖ μόνον τὸν Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Θεσσαλὸν παραθέσθαι*. Et Athenæus lib. 9 in fine: *παρέθετο ταῦτα καὶ Δωρόθεος*. Et lib. 11 p. 487 de lepasta loquens: *Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς, κύλιξ φησὶ*

[f] Θάσος] Conon narrat. 36 apud Photium: *ὡς ἀπὸ Θάσου τοῦ Κάδμου ἀδελφοῦ Θάσος ἡ νῆσος ὠνομάσθη*. Sed errat Maussacus cum Scaligero, ut ad eum Herodoti locum notavi. VA.

μείζων παρατιθέμενος Τηλεκλείδου ἐκ πρυτάνεων, καὶ μελιχρὸν οἶνον ἕλκειν ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς. id est: *Nicander Thyatirenus ait Lepastam esse calicem grandiorem, testem adducens Teleclidem in fabula Prytanes.* Pessime hic Dalechampius. Et p. 489. παρέθετο τὰ ἰαμβεῖα καὶ Δίδυμος. Et lib. ult. p. 680. παρέθετο δ' αὐτοῦ τὴν λέξιν Παρθένιος ὁ τοῦ Διονυσίου ἐν τῷ α' τῶν παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς λέξεων. Ubi male Dalechampius, qui tamen alibi hanc vocem recte verterat. Sic apud Stephanum in Δουλίχιον, et Δρυόπη, et Πασσαργάδαι. Sed in Ὕδη corrigendus. Sic enim ait: Λέανδρος δ' ὁ Νικάνωρ παρατίθησιν. Lege δ' ὂν Νικάνωρ. Sic et Plutarch. in Aristidis vita sub finem de Cratero loquens. VA.

77, 12. In v. Γάνος non sustinui discedere ab scriptura Aldini codicis Γάνος θηλυκῶς καὶ Γανιάδα, quum Meursius reponeret Γανίδα, quomodo in Æschinis oratione offendebat. Nam et Γάνις dici potuit quoque Γανιὰς, et Harpocration potuit in tale exemplar incidisse. Modo non et sic scripserit. Certe aut Harpocration nobis abutitur, aut editores, dum persuadere volunt in oratione Æschinis Γάνος occurrere θηλυκῶς, *fœmineo genere*, quum in accusativo ponatur Μοργίσκην καὶ Γάνος, ut citavit Meursius. Non taceo sane MStum Mediceum habere Γάνος καὶ Γανιάδους, sine voce θηλυκῶς. GR.

77, 13. Ἀρτεμίδωρος] Ephesius ille, quem tantopere laudat Stephanus Ethnicographus, de quo notavi multa ex Marciano. Meminit et Xenophon p. 241. [Anab. 7, 5, 8.] Nicetas p. 152. Γάνος τὸ ὄρος. Et Scylax, κατὰ δὲ τὴν χερρόνησόν ἐστι Θρᾴκια τείχη τάδε. πρῶτον λευκὴ ἀκτή. Γειρίστασις. Ἡράκλεια. Γάνος. Γανίας νέον τεῖχος. Πέρινθος. VA.

78, 2. Γεῖσσον] Stephanus in Μονόγισσα. νῦν δὲ τοὺς πλακώδεις καὶ μαλακώδεις λίθους γίσσα λέγομεν. VA.

78, 3. Inscriptio hujus orationis Isæanæ vere ita habet, πρὸς Ὀργεῶνας, ut supra monuimus. Peccarunt aliquando in eo operæ, nam male excusum est ὀργεῶνα pro ὀργεῶνας. MA.

78, 5. ΓΕΝΝΗΤΑΙ] Etymol. γεννῆται ἀπὸ γένους, σύστημα ἐκ λ' ἀνδρῶν συνεστὸς, οὗ οἱ μετέχοντες ἐκαλοῦντο γεννῆται, οὐ κατὰ γένος ἀλλήλοις προσήκοντες, οὐδὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ αἵματος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ δημόται καὶ οἱ φράτορες νόμων κοινωνίαν τινὰ ἔχοντες, οὕτω καὶ οἱ γεννῆται συγγενικῶν ὀργίων ἢ θεῶν, ἀφ' ὧν ὀργεῶνες ὠνομάσθησαν. ἢ οἱ ταυτοῦ γένους μετέχοντες ἢ ἀπ' ἀρχῆς κοινὰ ἱερὰ ἔχοντες. οἱ δὲ ὁμογάλακτας φράτορας συγγενεῖς καὶ γεννήτας. Lege νόμῳ κοινωνίαν ex Eustathio Iliad. β. p. 239, ubi φρατρίαν et τριττὺν ait idem esse, idque sæpe repetit Isocrates p. 349 in orat. sociali. VA.

Antiquissima tribuum Atheniensium divisio quatuor partibus constitit. Quatuor enim ab initio tribus tantum fuere, decem deinde, postremo duodecim, ut patet. Et si velis hæc perfectissime tenere, scito usque ad Cecropem has tantum fuisse φυλὰς, Cecropem, Autochthona, Actæam, Paraliam. A Cranao hæ additæ fuere, Cranais, Atthis, Mesogæa, Diacris. Ab Erichthonio auctus adhuc fuit numerus, nam hæ de novo accesserunt, Dias, Palladia, Neptunia, Vulcania. Ab Ionis filiis ad Erechtheum, Geleontes, Oplitæ, Ægicores, et Cades. Ab Alcmæone diversa illa nomina Apollinis oraculo in decem redacta fuere, quæ ita habent, Erechthis, Cecropis, Ægis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Œnis, Hippotheontis, et Æantis: quibus tandem addita fuere duo, Antigonis et Demetrias, alias Attalis et Ptolemaïs dicta. Unde ultima divisio tribuum duodecim partes habuit. De prima nobis agendum est, quia ex ea pendet cognitio totius ferme anni Attici, quæ a nobis nunc breviter exponetur. Quælibet igitur ex quatuor primis tribubus divisa fuit in tres partes, τριττύας, ἔθνη, φρατρίας. Hoc voluit auctor noster cum dixit, καὶ ἐκαλεῖτο ἕκαστον μέρος τούτων τριττὺς καὶ φατρία, debuerat addidisse ἔθνος, ut infra voce τριττύς. Rursus illarum duodecim partium unaquæque partita fuit in triginta familias, quas γένη vocabant, unde γεννηταὶ, et αἱ ἱερωσύναι ἑκάστοις προσήκουσαι ἐκληροῦντο, ut hic ait Harpocration. Tandem quodlibet γένος triginta viros habuit. Prima divisio quatuor anni tempora, ὥρας (ut amant loqui Græcorum filii) repræsentabat, secunda duodecim menses, tertia integrum annum, id est 360. dies quibus annus ab initio constitit. Nam duodecies triginta numerum 360 explent. Perverse et sine judicio apud Suidam excusum est, καθάπερ ἡμέρας τξε. expungenda est ultima litera ε, quod quomodo non animadverterint præstantissimi viri qui in hunc locum incidere, satis mirari non possum. Ex hoc fundamento pendet omnis notitia anni Attici, quem omnes huc usque crediderant ab ipso initio lunarem fuisse, cum Solino, Macrobio, et Gaza, antequam mens illa præscia veri, divinus inquam illustrissimi illius Scaligeri genius contrarium probasset in magno opere, argumentis tantum a posteriori allatis. Nullum enim, quod adhuc sciam, argumentum productum est, quo possit a priori probari[g] neque lunarem, neque solarem ab initio fuisse

[g] Quo possit a priori probari] Atqui hæc Maussaci demonstratio a priori nequaquam esse potest: neque enim causam ullam, propter quam annus Atticus 360 dierum olim ante Solonem fuerit, hic adfert. Imo hoc

annum Atticum. Quæcumque magnus ille heros in lib. 1. de Emendat. Temp. cap. de anno minore æquabili Græcorum, et lib. 3. Canon. Isagog. contra receptam opinionem attulit, per consequentias tantum rem dirimunt, et a posteriori dicta fuere. Vera et primigenia ratio adhuc allata non fuit; nos primi purgatis Suidæ verbis hujus vindices facti sumus. Ex antiquissimo enim Reipublicæ Atheniensis statu originem anni Attici et primævam formam deduximus, quam tribus verbis non pœnitebit per *ἀνακεφαλαίωσιν* repetere. Quatuor tribus ab initio fuere, ut quatuor tempestates, duodecim quatuor tribuum partes, ut duodecim quatuor anni temporum menses, 360 *γένη* in partibus duodecim quatuor tribuum, ut 360 dies in duodecim mensibus quatuor anni temporum. Hujusmodi erat primævus Reipublicæ Atheniensis status, hæc etiam erat prima et antiquior anni Attici forma. Lunarem enim aut solarem eum ab initio fuisse nullus unquam sibi persuadebit, nisi cerritus omnino sit et *φρενοβλαβής*. Adi Suidam ad vocem *γεννηταί*, et attente perpende num ejus verba a nobis ad obrussam rationis examinata fuerint. MA. Eustathius *Ἰλιάδ. β* etiam ea dicit, quæ Suidas. Locum profert Pantinus in notis ad Apostolii adagia, et Suidas in *φατρία, ἡ φυλὴ διῄρηται εἰς δ' κατὰ τὰς δ' ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἑκάστη δὲ διαίρεσις εἰς γ'. ὡς γίνεσθαι ιβ' κατὰ τοὺς ιβ' μῆνας τοῦ ἐνιαυτοῦ, καλεῖσθαι δὲ τριττύας καὶ φατρίας.* VA.

78, 6. *μάλιστα*] *μέγιστα* ex Suida. VA.

79, 2. *Φιλόχορος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ*] Ejus verba profert Suidas in

ita se habere supponit, et plane a posteriori argumentatur. Porro hunc Suidæ locum de anno prisco Atticorum lunari intelligendum esse recte docuit D. Petavius lib. 1 de doctrina temporum, et lib. 4 Uranologii, quo tempore rudes adhuc et imperiti homines lunarem mensem 30 diebus integris definiebant, annum autem proinde diebus 360. alternis autem annis mensem intercalabant, donec a doctioribus viris et usu magistro edocti ac convicti, menses diligentius ad lunæ motum instituerunt auctore Athenis Solone, ut docet Plutarchus et Laertius, et menses alternis plenos et cavos assumpserunt, annum autem dierum 354. Sed et alio modo idem Petavius huic et aliis locis occurrit, ut de anno naturali, non de civili hi autores loqui intelligantur. Licet enim menses eorum annique simplices ad lunam directi atque dimensi essent, nihilominus tacite etiam solares observabant, quos cum civilibus annis mixtos atque implicitos habebant, in eum finem, ut ad eosdem tempestatum cardines solstitia nempe et æquinoctia, festa et sacrificia semper redirent, quod intercalationibus et periodis quibusdam assequebantur, de quo vide Geminum in Isagoge, cujus locum recte mihi emendasse videor. Vide et Seldenum ad Marmora Arundeliana. Annus autem ille solaris reconditus dies habebat 360 cum appendice dierum 5 ex Ægyptiorum instituto, quos Græci imitati sunt. Plerumque antea neglectis his dierum 5 appendicibus rotundiorem numerum 360 dierum pro anno naturali solis scriptores usurpant, vulgi, ut solet, usum et facilitatem ejus numeri libenter secuti. VA.

Ὀργεῶνες. περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος. τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννητὰς καλοῦμεν. VA. In verbis *τὰ μὲν πρῶτα καὶ μάλιστα μέρη* nequivi ulterius cernere illud *μάλιστα* sic splendens in omnibus editionibus, præsertim quum veniam daret codex MStus, in quo legebatur *μέριστα*. Etiam viri docti correxerant *μέγιστα* in Gœsiano exemplari, ut et Valesius ex Suida confirmabat. GR.

79, 4. Nullus dubito quin pro *γεραιαὶ*[h] hic legendum sit et reponendum *γεραραὶ*, licet Suidas aliam lectionem tueatur. Ita Pollux lib. 8. cap. 29. et Hesychius, qui eruditissime notavit *γεραρὰς* communiter ministras significare, proprie vero eas sacerdotes quæ sacra peragebant in honorem Bacchi *τοῦ ἐν Λίμναις*. Quatuordecim autem erant *ἀπὸ Βασιλέως* ad hoc præfectæ, ut iidem auctores testantur. MA.

79, 6. ΓΕΡΑΝΙ'Α] Meminit Thucyd. 1, 105. 108. et Plutarchus in Cleomene. Etymol. *Γεράνεια*. VA.

79, 9. *Ἀνεπίμπρασαν*] *γρ. ἐνεπίμπρ.* p. 132. VA.

79, 21. *Περιφράγματα*] Ita omnino se habet. Vide quæ notavimus de ostracismo in legibus Atticis. Scholiastes Comici in Acharn. 22. ad illud, *τὸ σχοινίον φεύγουσι*, notat, *ὑπὲρ τοῦ ἐξανάγκης αὐτοὺς εἰς τὰς ἐκκλησίας συνιέναι τοῦτο ἐμηχανοῦντο καὶ πολλὰ ἄλλα. ἀνεπετάννυσαν γὰρ τὰ γέρρα καὶ ἀπέκλειον τὰς ὁδοὺς τὰς μὴ φερούσας εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὰ ὤνια ἀνῄρουν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, ὅπως μὴ περὶ ταῦτα διατρίβοιεν.* Plato 6 leg. p. 764. VA.

80, 3. Eximius est hic locus[i], et qui omnino ante nostram editionem lacer erat. Non tacebimus, antequam ulterius progrediamur, variantes Codicum lectiones. Codex Fed. Morelli habet *περὶ δὲ τοῦ ἐν Σάμῳ*, (sic enim legendum, non *Σάμμῳ*, quem antiquum errorem retinuit chalcographus) *γεωφανίου, ὃν τρόπον ἐξευρέθη δεδήλωκεν Ἔφορος ἐν θ περὶ χωρίων.* Vaticanus *ἐν ε χωρίων.* Nos retenta veteri lectione simpliciter excudendum curavimus *Ἔφορος περὶ χωρίων*, quia variabant codices. Cæterum ut luculentam hujus loci enarrationem afferamus, sciendum est Geophanii hujus quod in insula Samo inventum est, primum in-

[h] Nullus dubito quin pro *γεραιαί*] Etymol. *γεραῖραι παρὰ Ἀθηναίοις γυναῖκές τινες ἱεραί, ἃς βασιλεὺς καθίστησιν ἰσαρίθμους τοῖς βωμοῖς τοῦ Διονύσου παρὰ τὸ γεραίρειν τὸν θεόν. οὕτω Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεύς.* Græca vox est *γεγαρὸς ἰδεῖν καὶ μεγαλοπρεπής*, Basilio ep. 86. VA.

[i] Eximius est hic locus] Pollux 7, 99. *πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα εἴη μέταλλα, ὥσπερ τὰ ἐν Σάμῳ τὰ καλούμενα γεωφάνεια, ὑπὲρ ὧν ὁ Δείναρχος λέγει, καὶ τὸ ἐν Ἰσύρῳ τοῦ θείου*, lege *Νισύρῳ*. Orationem Dinarchi intelligit, quæ inscribitur *κατὰ Πολυεύκτου περὶ τοῦ γεωφανίου* teste Dionys. Halicarn. apud quem *τεωφανίου* scribitur male. VA.

ventorem fuisse Mandrobulum illum qui proverbio locum dedit ἐπὶ τὰ Μανδροβούλου. Audi Suidam ad hanc parœmiam: ἐπὶ τῶν εἰς τὰ χείρονα τρεπομένων, ἀπὸ Μανδροβούλου τινὸς τὸ ἐν Σάμῳ γεωφάνιον εὑρόντος, καὶ πρῶτον μὲν κριὸν χρυσοῦν ἀναθέντος, ἔπειτα ἀργυροῦν, ἔπειτα χαλκοῦν ἐλάττονα, εἶτα οὐκέτι, ὡς Ἔφορος. Adverte autem ad hæc postrema verba, ὡς Ἔφορος, nam ut optime auctor noster, Ephorus ille in libris de locis de hoc Geophanio a Mandrobulo reperto egerat. Vides quam hæc belle cohæreant. Porro et si de parœmia ista, cujus origo ex hac historia pendet, occultiora et secretiora scire aves, en tibi quod nobis inter legendum occurrit. ἐπὶ τὰ Μανδροβούλου proverbium est, in cujus explicatione quam multa ridicula commenti sint quotquot mare hoc tranare conati sunt, vix exprimi posset. Erasmus primus ex Luciano et Alciphrone integra proverbii verba attulit: ἐπὶ Μανδροβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα. i. e. res Mandrobuli [k] in dies pejus labitur. Vide alia quæ ab eo allata sunt ad hujus proverbii illustrationem. Hadrianus Junius ex Æliano lib. 12. Animal. cent. 5. adagio 85. hoc idem proverbium in eos convenire putavit qui inconsulta temeritate aliquid offerrent: quæ minus vera sunt. Inhærendum est verbis Suidæ, qui omnium optime vim et energiam parœmiæ assecutus est, cum Mandrobulum istum Geophanio invento arietem aureum diis dedicasse narrat, deinde argenteum, tandem æreum, et postremo in pejus ivisse nihilque dedicasse. Zenobius non Geophanium, sed thesaurum in Samo insula invenisse illum indicare videtur, ut et Diogenianus, qui cum Zenobio nominatim Junoni ovem auream, argenteam, et æream a Mandrobulo dedicatam fuisse asseverat. Apostolius paulo aliter rem narrat: ait enim Mandrobulum hunc, postquam diis anniversaria vovisset sacra jurejurando primo anno decem boves mactasse, secundo novem, tertio octo, et ita jurisjurandi violati reum factum esse. In hoc autem convenit cum Suida, quod Ephorum hujus historiæ auctorem laudet, et de Geophanio, non thesauro loquatur. Verum sive thesaurum, sive Geophanium invenerit ille Mandrobulus, non possunt hæc verba Harpocrationis recipere illum sensum, quem nuperrime vir eruditissimus in notis et observationibus suis ad auctores Gromaticos attulit. Voluit enim hæc χωρίον ἐν ᾧ γῆς μέταλλον, de metallis lapidum intelligi, quod subsistere nullo modo potest.

[k] Res Mandrobuli in pejus] Eo sensu utitur Zonaras in rebus Basilii et Constantini filiorum Romani Junioris, ὅτι αὐτῷ αἱ ἐλπίδες ὑπέρρεον καὶ τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ τὰ μανδραβόλου ἐχώρουν. VA.

Nam primo Suidas qui solet verba auctoris nostri integra exhaurire, γῆς non habet, ita ut simpliciter Geophanium esse dicat locum in quo metallum, sive aurum, sive argentum, sive æs, effodi potest. Sed et præterea certissimum est auctorem nostrum loqui velle de loco in quo vel aurum, vel argentum, vel æs, aut quodlibet aliud metallum invenitur, non lapides. Quod satis apparet ex origine hujus historiæ quam integre recitavimus. Vulgare est quod de metallis lapidum vulgo dicunt, modus hic loquendi a Græcis desumptus est, qui λίθων μέταλλα dixere, ut Strabo lib. 5. μέταλλα δὲ λευκοῦ λίθου, unde Latini postea metalla lapidum. Sil. Italicus lib. 8.

Tunc quos a niveis exegit Luna metallis.

Id est a marmoribus. Ulpianus l. 13. §. inde est D. de usufructu. *Venas quoque lapidicinarum et hujusmodi metallorum inquirere poterit.* Hesych. γεωφάνιον, μέταλλον τῆς κεραμίτιδος ἢ ἄλλης ἐργασίας. Hic quidem recte observare potes morem loquendi Græcorum *metalla lapidum*, cum dicat terræ figulinæ, aut alterius metallum Geophanium esse, sed non in Harpocrationis verbis, quæ, ut patet ex integra historia, alio sunt detorquenda. Vox hæc *metallum*, terræ cuilibet, vel cretæ, vel harenæ, aut lapidibus accommodari potest, ut docere videtur Ulpianus in l. illa 13. Ergo non mirum si metalla lapidum dixerint Romani, vulgo enim id usurpatum invenias etiam de aliis materiis. MA.

80, 3. ΓΕΩΦΑ'ΝΙΟΝ] Verbum ipsum γεωφάνιον γῆς μέταλλα fuisse indicat. Itaque γεωφάνιον ἐν Σάμῳ, terræ Samiæ metalla fuere. Optima ad figlinum opus terra Samia. Lucillius: *testam sumit homo Samiam.* Vide Pollucem 7, 99. De terra Samia Plinius lib. 35. cap. 16. Dioscorides. Etymologus: Γεωφανεῖον χωρίον ἐστὶν, ἐν ᾧ γῆς εἶναι μέταλλον. ἡ δὲ γῆ ἦν ξανθοτέρα πεποιημένη τοῖς ζωγράφοις εἰς τὰς γραφάς. τάχα δὲ ἡ μίλτος ἐστίν. ἢ μέταλλον etc. ut Hesychius. Nicander in Alexipharmacis 148:

Καὶ δὲ σὺ δραχμάων πισύρων βάρος αἴνυσο γαίης
Παρθενίης, ἣν φυλλὶς ὑπὸ κνημοῖσιν ἀνῆκεν
Ἰμβρασίδος γαίης χιονώδεος· ἥν τε κεράστης
Ἀμνὸς χησιάδεσσι νέον σημήνατο νύμφαις.

Ubi Scholiastes notat: παρθενία οὐχ ἡ ὅλη Σάμος, ἀλλά τις ἐν αὐτῇ εὑρεθεῖσα γῆ. φυλλὶς δὲ τὸ καλούμενον γεωφάνιον ἐν Σάμῳ. Addit Nicander: Κερκέτεω νιφόεντος ὑπὸ σχοινώδεσιν ὄχθαις, qui mons est Sami teste Plinio. Sed et Scholiastes alius, τὸν Σάμιον ἀστέρα λέγει, ait, ὃν δοκεῖ κριὸς ἐν Σάμῳ εὑρηκέναι. Quæ ibi sequuntur, sunt malæ notæ et falsa pleraque. Ἀστὴρ est genus

terræ Samiæ teste Dioscoride 5, 172. et Theophrasto in lib. de lapidibus, ubi venulam extremam terræ Samiæ sic ait dici, ejus autem terræ nullum ad picturam esse usum, sed tantum fullonibus ad vestes abluendas. *τῶν δὲ μεταλλευτῶν τὰ ἐν τοῖς γεωφανέσιν ἔτι λοιπὰ* etc. ubi a milto etiam distinguit. VA. In v. *Γεωφάνιον* fere ad lectionem MStorum Maussaci servat Mediceus *Εὔφορος δεδήλωκεν ἐν τῇ θ'*, ita ut voces *περὶ χωρίων* omittat, quas omnino non credibile est ab Harpocratione venisse, quum Ephorus non publicarit tale scriptum, cujus index erat *περὶ χωρίων*, sed in historia sua id memoravit, perinde nunc citatus, ut in v. *Δάτος*. unde patet in libro quarto historiæ eum egisse de Thraciis oppidis, quomodo intelligi etiam debent verba auctoris nostri in v. *Αἶνος*, quæ Vossius de Historicis Græcis p. 36. scribit se legere, sed non quo modo et sensu. Hæc igitur mea est sententia, licet reliquerim vulgatam. Sed ut pateat quam sint luxata hæc verba, operæ est audire sequentes hæc verba voces in MSto, quæ sic habent: *Γηπέδων. Δείναρχος, ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Γηπέδων ἔφορος καὶ χωρίων. Πλάτων γοῦν* etc. An voluit *Γήπεδον ἔστι τόπος καὶ χωρίον*? GR.

80, 5. Quæ ab hoc voce *γήπεδον* usque ad finem leguntur confusa erant cum præcedentibus, ita ut nullus plane sensus ex his elici posset. Nos primi auctoritate manuscriptorum omnia distinximus, et hæc a capite reposuimus *γήπεδον. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου, γήπεδον ἔστι τὸ χωρίον ὥσπερ καὶ οἰκόπεδον τὸ γῇ καὶ οἰκήμασιν ἀπαρτιζόμενον*. Supererant tantum hic verba Platonis superioribus insulse commixta et conjuncta. MA.

80, 6. *Οἰκόπεδον*] Æschines p. 29. Stephanus de Urbibus. Eustathius in Ἰλ. δ. p. 436. *γήπεδον μέντοι τὸ ἐν πόλει προκείμενον οἰκίας οἷον κηπίδιον. οἰκόπεδον δὲ οἰκίας καταρριφθείσης ἔδαφος.* In Stephano, ex quo sumpsit, legitur *προκείμενον ταῖς οἰκίαις κήπιον* in V. *γῇ*. VA.

80, 8. ΓΛΑΥ͂ΚΟΣ] Meminit Demosth. pro corona in calce et Pausanias 6, 10. p. 246. VA.

80, 10. *κνῶ* [s. v. *γναφεὺς*, quod v. in annotatione nostra] A *κνάπτω* primum dicitur *κναφεύς*. *κνάπτω* autem a *κνῶ* deducitur. VA.

81, 1. *Δείναρχος, Αἰσχίνης.*] Lego *ἐν συνηγορίᾳ Αἰσχίνῃ*. Est autem vox Ionica teste Polluce 9, 45. et carcerem subterraneum significat. Dinarchus Ionicis vocabulis utebatur crebro, ut notavi ad *ἐκαλίστρουν*. Dicitur et *γεργύρα*, teste Etymol. et *γεγύρα* apud eundem. VA.

81, 3. ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ] *ὁ γραμματεὺς τῆς βουλῆς*. p. 94. Suidas, *κληρωτοὶ δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμὸν τρεῖς γράφοντες τὰ δημόσια. οὐδενὸς δὲ ἦσαν κύριοι ἀλλ' ἢ τοῦ γράφειν καὶ ἀναγνῶναι.* Hos tres *γραμματέας* Pollux memorat 8, 98. Æschines contra Ctesiph. p. 77. Primus erat *γραμματεὺς τῆς βουλῆς*, et hic *κληρωτὸς καθ' ἑκάστην πρυτανείαν ὑπὸ τῆς βουλῆς*. De quo hic Harpocr. Ejus officium erat custodire decreta et scripta omnia. Alter erat, cui legum custodia credita erat, et hic erat *χειροτονητὸς ὑπὸ τῆς βουλῆς* teste Polluce. Tertius erat scriba populi *αἱρετὸς ὑπὸ τοῦ δήμου*: de quo Pollux et Æschines citati, et Thucydides 7, 10. Porro verba illa Harpocrationis *καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἀντιγ.* usque ad finem suspecta sunt. Pertinent enim ad *ἀντιγραφέα τῆς βουλῆς* teste Polluce, qui cum scriba confundendus non est, quod tamen fecit Suidas in *γραμματεύς*. In decretis senatus nomen scribæ inserebatur. Aristoph. *Θεσμοφορ.* 380. *Τιμόκλεια ἐπεστάτει, Λύσιλλ' ἐγραμ.* et in legibus nomen scribæ populi, teste Andocide de Mysteriis 13. Artemidorus cap. 31. lib. 1. ait *γραμματέα* visum in somnis ægro mortem portendere *διὰ τὸ προάγειν τὸν γραμματέα, quod præire soleat.* Adde *τῶν θανατουμένων* necessario. VA.

81, 8. In v. *Γραφεὺς* non legitur in MSto *καὶ γράφειν τὸ ζωγραφεῖν ἔλεγον*, sed *καὶ γράφειν δὲ τὸ ζωγραφεῖν ἔλεγε*, nempe is ipse Demosthenes, etsi quidem et omnes fere alii sic locuti sint. GR.

82, 1. *Καῖον*] *καίων*. Etym. et Suidas. VA.

82, 1. *Συντῆκον*] *συντήκων*. Etymol. et Suid. Idem videtur esse *γυπάνιον* et *γυπάριον*, de quo Suidas. VA.

82, 2. In v. *Γρυπάνιον* pro his verbis *σεισμὸς γέγονε* legitur in MS. Mediceo *σεισμὸν γεγονέναι φησίν*. In quo vix colligo quid statui debeat, quum et in Etymologico hæc verba sic legantur *σεισμός φησι γέγονε*. Equidem quod hic occurrit *εἰπὼν φησὶ*, non est pleonasmus, a quo Harpocration abhorret, quin sæpe illi exciderit *περί τινος λέγων φησί*. Quin immo derelictis his statui debet rectissime legi in MSto, et explicanda ea priora tanquam verba Harpocrationis, quum postrema tantum sint Melanthii verba, hoc modo: *Melanthius* (sed MS. habet *Μελάθιος*) *libro secundo Atthidos narrans terræ motum contigisse dicit; καὶ ἔγρυπεν ἡ γῆ.* Ita vides nihil ab prioribus intellectum. Notavimus similem confusionem supra in v. *Ἄμιπποι*. GR.

82, 5. MS. habebat *μή ποτ' ἐμφαίνουσιν οἱ συγγραφεῖς γινομένης*, quæ parum juvant. Sed vult innuere Harpocration, an non utique de ista terræ curvitate intelligi debeant eorum auctorum verba, verum de tali, quæ manet, ubi terra post motum finitum

non iterum complanatur, sed verrucæ aliquid aut colliculi relinquit, qui deinde semper existat. GR.

82, 11. ΓΥ'ΛΙΟΣ] Critias de Rep. Lacedæm. *κώθων Λακωνικὸν ἔκπωμα ἐπιτηδειότατον εἰς στρατείαν καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ.* Dalechampius vertit, *quod facile in militum sporta feratur.* VA.

82, 14. *Γύλων, ὄνομα κύριον*] Æschines contra Ctesiph. VA.

83, 1. *Κατὰ Λυσιθέου*] *εἰ γνήσιος.* ex Suida. VA.

83, 6. Poteramus hoc loco multa addere, sed obstiterunt manuscripti Codices, in quibus ne verbum quidem præter ea quæ præcedentes editiones habuere, inventum est. Suidas plura attulit. Hunc consule et omnes parœmiographos. Josephus Scaliger in Animadvers. ad Euseb. Chron. quo loci de Dædali statuis disserit, pleniorem hunc et integriorem auctoris nostri locum ex quodam Codice dedisse videtur: sed si bene advertas omnia quæ addidit, petita sunt vel ex Zenobio, vel ex Suida. Nos nefas esse duximus manuscriptis fidem non adhibere, et quæ forte nunquam auctor scripsit, ei temere imputare. MA.

83, 7. *Δάειρα*] Oceani filia, mater Eleusini. Pausanias in Atticis. Clemens in Protrept. *Ἴμμαρος ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου.* quæ sic vertit Arnobius lib. 6. *Dairas et Immarnachus fratres pessimi in Eleusinis consepto quod civitati subjectum est.* Eustathius in Ἰλ. *δέλτα. κατὰ τὸν ὅμοιον δὲ τρόπον καὶ Δάειρα κατὰ Αἴλιον Διονύσιον διὰ τοῦ ι γραφὲν πρός τινων, εἶτα συναιρεθὲν δισυλλάβως ὑπὸ Ἀττικῶν Δαῖρα ὀνομάζεται. ἣν δέ φησι μήτηρ Ἐλευσῖνος.* *Δάειρα* etiam Proserpina dicitur teste Isacio Tzetze in Lycophronem et scholiaste Apollonii lib. 3. p. 154. Eustathius Ἰλ. ζ. p. 684. *Δάειραν Φερεκύδης ἱστορεῖ Στυγὸς ἀδελφήν. καὶ ἔοικεν οὕτως ἔχειν· ἐπὶ γὰρ ὑγρᾶς οὐσίας τάττουσιν οἱ παλαιοὶ τὴν Δάειραν· διὸ καὶ πολεμίαν τῇ Δήμητρι νομίζουσι· ὅταν γὰρ θύηται αὐτῇ, οὐ πάρεστιν ἡ τῆς Δήμητρος ἱέρεια· καὶ οὐδὲ τῶν τεθυμένων γεύεσθαι αὐτὴν ὅσιον. φαύλως οὖν ὁ Φανόδημος Ἀφροδίτην νομίζει τὴν Δάειραν, καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Δήμητρι λέγει. ἔτι δὲ φαυλότερον οἱ τὴν Ἥραν Δάειραν τῆς Δήμητρος ἀποδιδόντες. Δάειρα γάρ φασιν ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή. τινὲς δὲ φύλακα Περσεφόνης ὑπὸ Πλούτωνος ἀποδειχθῆναι φασὶ τὴν Δάειραν.* Sane Servius in 4 Æneid. v. 58. pro Junone sumpsit. *Nam cum Eleusine Cereris sacrum fit, templum Junonis clauditur. Item cum Junoni Eleusine fit, templum Cereris clauditur, nec sacerdoti Junonis licet gustare, unde Cereri sit libatum.* VA.

83, 8. ΔΑ'ΜΩΝ] Damonem Musicum, Agathoclis discipulum, commendat Plato Lach. p. 481. C. 492. F. 494 D. Ejusdem

mentio in Æschinis Axiocho c. 1. Olympiad. Vit. Plat. p. 583. Δάμων Δαμωνίδου Ὄαθεν, Steph. in Ὄα. Hic forte restituendus Sexto Empir. adv. Mathem. p. 129. ed. Fabr. p. 359. pro Λάμπωνα. Οἱ περὶ τὸν Δάμωνα apud Arist. Quint. 2. p. 95. ad quem locum vide quæ notavit Meibom. Posidon. apud Galen. περὶ τῶν καθ' Ἱππ. καὶ Πλ. δογμ. 5. p. 140. vs. 36. Nepos, Epam. c. 2. Diog. L. 2. 19. Plut. Arist. p. 319. B. Pericle, p. 153. F. 157. A. Leo All. in Socr. Epp. p. 185. Mart. Cap. 9. p. 313. Dinarch. apud Harpocr. in περίστασις. Athen. 14. p. 628. C. Ab hoc Damone Musica αἵρεσις Δαμώνιος, apud Porphyr. ad Ptolem. Harm. cujus verba protulit Bulliald. ad. Theon. p. 205. Plut. de Mus. p. 1136. E. Ælian. de Anim. 2. c. 11. p. 22. Suid. in Σωκράτης Σωφρονίσκου. HEMST.

83, 9. Δημοσθένης] In oratione pro corona. De hoc Meursius in Lection. Atticis. VA.

83, 11. Exstat oratio Lysiæ quæ hic laudatur, sed paulo aliter concipitur ejus epigraphe, sic enim habet, κατ' Ἐρατοσθένους τοῦ γενομένου τῶν τριάκοντα, ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας[1]. Quæ postrema verba valde notanda sunt, quia certissimum est oratores antiquitus non omnes orationes quas componebant recitasse, ut patet ex Plutarchi decem orat. vitis, sed vel aliis eas recitandas præbuisse, vel scriptis tantum mandasse. Unde cum nobis interpretari debes illa Suidæ quæ hactenus intacta remansere, ῥητορικὴ γραφὴ, ἣν ἠγωνίζοντο οἱ ῥήτορες, οὐ γὰρ πάσας ἠγωνίζοντο τὰς δίκας τῶν παλαιῶν οἱ ῥήτορες, ἀλλ' ἐνίας. Lysias igitur in oratione adversus Eratosthenem unum e triginta Tyrannis, a se habita, hac voce δαρεικὸς usus est. Verum quo in loco? nam volve et revolve integram illam orationem, nunquam in hanc vocem incides, imo oleum et operam perdes et maris numerabis harenas. Audi nos, et Lysiam ab insigni mendo liberabis, et verba auctoris nostri aliquam apud te nanciscentur fidem. Ait ille orat. ferme principio: ἐπεὶ δὲ οὐχ' ὅσον ὁμολογεῖν εἶχεν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἀλλὰ τρία τάλαντα ἀργυρίου, καὶ τετρακοσίους Κυζικηνοὺς, καὶ ἑκατὸν Καρικοὺς, καὶ φιάλας ἀργυρίου τέσσαρας, ἐδεόμην αὐτοῦ ἐφόδιά μοι δοῦναι. Restituo ego ἑκατὸν Δαρεικοὺς, et contra interpretis sententiam qui *centum Caricos* vertit, *Daricos centum* interpretor. Ita hic apud auctorem nostrum Δαρικοὺς potius le-

[1] Ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας] Sic Dionysius in Dinarcho inter ejus ἰδιωτικοὺς γνησίους primum recenset, κατὰ Προξένου βλάβης, ὃν αὐτὸς εἶπε ὑπὲρ αὑτοῦ. Porro quæ sit ῥητορικὴ γραφὴ, vide Harpocr. Suidas in Δημάδης, οὗτος κατέλυσε τὰ δικαστήρια καὶ τοὺς ῥητορικοὺς ἀγῶνας. VA.

gerem quam *Δαρεικὸς*, quia solent ut plurimum voces eodem casu in quo apud oratores leguntur, ab auctore nostro referri. *Δαρεικοὺς* dixit Lysias, ita etiam repetiisse debuit Harpocration. Sed Lysia sanato de auctore nostro cogitemus. Legebatur hic sub finem ante edit. nostram, *λέγουσι δέ τινες δύνασθαι τὸν Δαρεικὸν ἀργυρᾶς δραχμὰς ὀκτὼ* [m], *ὡς τοὺς πέντε Δαρεικοὺς δύνασθαι μνᾶν ἀργυρίου*. nos reposuimus *ἀργυρᾶς δραχμὰς εἴκοσι*, mina enim centum drachmis constabat. Atqui quinque Darici explent minam, ergo quilibet illorum viginti drachmis æquivalebit. Sine dubio ex *κ* impuri notarii *η* fecerant, qui error postea originem dedit mendis omnibus quæ hinc effluxere. Quod autem hic ait Harpocration *Δαρεικὸν* idem valere quod numisma illud quod Attici *χρυσοῦν* vocant, verissimum est, valet enim *χρυσοῦς* duas drachmas auri, quælibet auri drachma decem argenteas drachmas valet, ergo *χρυσοῦς* viginti drachmas argenteas valebit, unde *πέντε χρυσοῖ* minam argenteam constituent, ut *πέντε Δαρεικοί*. Hesych. *χρυσοῦς*. *Πολέμαρχός φησι δύνασθαι τὸν χρυσοῦν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς δραχμὰς δύο, τὴν δὲ τοῦ χρυσοῦ δραχμὴν νομίσματος ἀργυρίου δραχμὰς δέκα, μνᾶν δὲ λέγεσθαι τοὺς πέντε χρυσοῦς*. MA.

84, 3. *Δαρείου*] De Darii hujus aureo nomismate Herodotus lib. 4 sub finem. VA.

84, 8. *εἰς Δατητῶν αἵρεσιν* judicium est *communi dividundo*. Ita concipiebatur hæc actio, non *τὸ εἰς Δατητῶν αἵρεσιν*, quomodo infra *εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν*, actio *ad exhibendum*. *Δατητὴς* est arbiter pro socio, ut loquitur lex pro socio 38. D. pro socio, quasi *διαιτητής*. Sed vereor ne Romanorum actio communi dividundo latius pateat quam actio *εἰς Δατητῶν αἵρεσιν* Atticorum. Hanc enim inter socios tantum competiisse patet ex verbis auctoris nostri: illam vero ex multis Pandectarum locis, ut ex l. 34. pro socio D. et toto tit. communi dividundo, inter cohæredes etiam reddi solitam constat. MA.

84, 13. ΔΑΤΟΣ] Zenobius *Δάτος ἀγαθῶν. πόλεως ὄνομα, ἣν ἀπῴκισαν Θάσιοι. ἐφ' ᾗ καὶ παροιμία ἐλέχθη, Δάτος ἀγαθῶν, ὡς οὔσης καλλίστης· ἔστι δὲ καὶ χρύσεα μέταλλα καὶ ἐστὶν εὐδαίμων*. Dicitur et *Θάσος ἀγαθῶν*, teste Zenobio ac Suida. Strabo lib. 7 circa Strymonium sinum, *Datum urbs est ferax fructuum et auri et materiæ. ἀφ' οὗ καὶ παροιμία Δάτον ἀγαθὸν* (f. *ἀγαθῶν*) *ὡς καὶ ἀγαθῶν*

[m] *Ἀργυρᾶς δραχμὰς ὀκτὼ*] Apud Schol. Comici in *Ἐκκλησιαζ*. 598. ubi hæc ad verbum leguntur, scriptum est diserte, *δραχμὰς ἀργυρίου εἴκοσι*. Item apud eundem v. 659. eadem *αὐτολεξεὶ* leguntur, quæ Harpocr. dixit in *αἰκίας*. VA.

ἀγαθῶδες. Scylax in Thracia. Δάτον, inquit, πόλις Ἑλληνὶς, ἣν ᾤκισε Καλλίστρατος Ἀθηναῖος. De hoc Callistrato idem ait Isocrates ἐν συμμαχικῷ. Vide et Herodotum 9, 75. De auri metallis in Thaso loquitur Plutarch. in Cimonis vita. VA.

84, 17. In v. Δατὸς satis commode editum fuit a viris doctis Μετωνομάσθη μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν, Φιλίππου τοῦ Μακεδόνων βασ. sed dubito an ex fide antiquorum codicum. Nam certe MS. Mediceus habet Μετωνομάσθησαν: quam numeri mutationem forsan non intelligentes ita correxerunt, quum ea clare nos deducat ad veram et integram scripturam, quam fuisse hanc opinor, Μετωνομάσθησαν μέντοι ἡ πόλις τῶν Δατηνῶν Φίλιπποι, Φιλίππου τῶν (nam et sic MS.) Μακεδόνων βασ. Quid enim magis inconcinnum, quam indicare appellationem urbis mutatam fuisse, et quomodo ea mutata fuerit, subticere? Videndus autem de hac re Appianus. GR.

85,5, Δεῖγμα] Xenoph. Hell. 5. [1, 21.] p. 320. Lysiæ locum servavit Dionys. Hal. vol. 2. p. 277, 9. προσπλεῦσαι τῷ Δείγματι τοῦ Πειραιῶς, καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι τὰ χρήματα. Polyæn. 6, 2. p. 550. Aristoph. Eq. v. 975. et schol. HEMST.

85, 9. Λυσίας] ἐν τῷ κατὰ Τίσιδος. Verba refert Dionysius Halic. in libro de Demosth. gravitate: οὐ δυναμένου δὲ βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ δεῖγμα ἐν κλίνῃ. Erant et in aliis urbibus digmata, ut Rhodi. Sic enim Polybius 5, [88, 8.] ἔστησαν ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων δείγματι. et Æneas Poliorc. cap. 30 digma generaliter usurpat pro cujusvis emporii certo quodam loco. VA.

85, 13. Διῃτῶντο] Supple αἱ κανηφόροι. Pausanias Atticis p. 19. Itaque lege τὰς ἑαυτῶν. VA.

86, 2. δῆλον ἅπασιν] Præfixa particula οὐ, lego, οὐ δῆλον ἅπασιν. Cætera quæ adjungit, conferenda cum iis quæ a Zenodoto, Suida et Hesychio, scribuntur, et videndus Erasmus in proverbio, Lupi decas. Quod autem ad Isocratis locum attinet, is exstat in illa oratione, p. 169. Cæterum sequendo quam habemus lectionem, ὅ τι ποτὲ τοῦτ' ἔστι δῆλον ἅπασιν, intelligendum erit, notum esse quidem omnibus verbi hujus usum, sed non item hujus usus originem, verum ab Eratosthene eam declarari. Alioqui videri posset scribendum, οὐ δῆλον ἅπασι. tunc autem ὅ τι ποτὲ τοῦτ' ἐστὶ dicendum esset significare, Unde data sit isti vocabulo hæc significatio. Sed aliter loquuturus fuisse videtur, si hoc dicere voluisset. STEPH.

86, 6. Ἄνυτόν φησι] Singularis de hoc locus est apud Plut. in Coriol. c. 14.: Ἀθήνησι δὲ λέγεται πρῶτος ἀργύριον δοῦναι δικασταῖς

Ἄνυτος ὁ Ἀνθεμίωνος προδοσίας περὶ Πύλου κρινόμενος ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἤδη τελευτῶσιν. Corrigendus Pollux 8, 121. leg. *ἥρως*, non *ἥρας*, et *συνδεκαζ.* non *δικ.* VA.

86, 8. Abactis et expulsis triginta Tyrannis, sine interregno aut *ἀναρχίᾳ* ulla, creatos fuisse Decemviros [n] qui Reipublicæ Atheniensis administrationem haberent fidem faciunt veterum monumenta. Xenophon lib. 2. rerum Græcarum duobus locis. Isocrates in exceptione adversus Callimachum, cum ait *ἦρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα, οἱ μετὰ τοὺς Τριάκοντα καταστάντες.* Lysias in oratione de Diogenis hæreditate, *Μόλπις ὁ τῶν ἐν Πειραιεῖ, οἱ δ' ἄρα μετὰ τοὺς Τριάκοντα* [o] *δέκα ἄρχοντες ἦρχον ἐν Πειραιεῖ.* Unus erat ex illis decem magistratibus Molpis, ut Rhinon, de quo ad vocem *Ῥίνων* infra diligentius disputabimus. Vocabantur autem *οἱ δέκα* omnes simul, at separati et divisi quilibet *δεκαδοῦχος*. Justinus 5, 1. *His vocibus tantum promotum est, ut reversus in urbem exercitus triginta Tyrannos emigrare in Eleusina juberet, substitutis decem qui Rempublicam gererent, qui nihil exemplo prioris dominationis territi eamdem viam crudelitatis aggressi sunt.* Ælianus lib. 5. *ποικίλης* cap. 13. *Ἀριστοκρατίᾳ δὲ ἐχρήσαντο μέχρι τῶν τετρακοσίων, εἶτα ὕστερον δέκα τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως. τελευταῖον δὲ ἐγένετο ἀναρχία περὶ τὴν τῶν Τριά-*

[n] Decemviros] Diodorus Siculus lib. 14, et Cornelius Nepos in Thrasybulo decem prætores appellat. VA.

[o] *Οἱ δ' ἄρα μετὰ τοὺς τριάκοντα*] Lege *μετὰ τῶν τριάκοντα.* Hæc videntur esse Harpocrationis verba, non ipsius Lysiæ. Vide Harpocrat. in *Μόλπις*, ubi hæc leguntur. Quare interpretationem Harpocr. non probo: potius enim Lysias intellexit *τοὺς δέκα τοὺς ἐν Πειραιεῖ*, de quibus ad Xenophont. lib. 2 notamus multa. At illi *δέκα μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες* non imperarunt in Piræeo. qui enim possent? cum Piræeus eo tempore, quo creati sunt, ab exulibus teneretur, ut clare docet Xenophon, et Isocrates in exceptione adversus Callimachum, et Justinus. Postquam vero e Piræeo exules in urbem reversi sunt, visum est injuriarum memoriam omnem abolere, perlatoque eo decreto viginti viros elegere, quibus resp. mandata est, donec leges ferrentur, ut scribit Andocides *περὶ τῶν μυστηρίων* p. 11 in fine. Quod si in Andoc. decem scriberetur, eos esse putarem, qui post 30 tyrannorum fugam creati sunt; inter quos fuit Phidon, qui ex 30 tyrannis unus fuerat, solusque cum Eratosthene collega a populo non erat e civitate pulsus: itemque Hippocles et Epichares quidam Lamprensis, ut refert Lysias *ἐν τῷ κατ' Ἐρατοσθένους* p. 121, ubi de eorum improbitate et perfidia paria, quæ et Justinus scribit. Inter eos etiam fuit Rhinon teste Isocrate. Nam Molpis quidem meo judicio ex iis non fuit. Expulsi autem esse videntur *οἱ δεκαδοῦχοι* post reditum Thrasybuli et sociorum e Piræeo in urbem, atque eorum loco creati viginti magistratus teste Andocide, de quibus Pollux 8, 112. ubi lege a capite, *οἱ εἴκοσι. τούτους εἵλοντο μετὰ τῶν* (leg. *τοὺς*) *τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητῶν* (leg. *ἐπιμελητὰς*) *ἀριστίνδην ἐπιλεξάμενοι.* At Postellus et Sigonius et Meursius lib. 2 Attic. lect. cap. 5 ad *γυναικοκόσμους* ea Pollucis verba retulere perperam. VA.

κοντα κατάστασιν. Quæ verba ideo a nobis allata sunt, ut ea interpretemur in gratiam magni Scaligeri, qui in animadversion. ad Euseb. Chron. numero 1333. ingenue fassus est, hæc ipsa se nunquam intelligere potuisse, et auctorem hunc Romanum arguamus προχρονισμοῦ, a quo nulla ratione defendi potest, qui error forte menti divini illius viri tantas pepererat nebulas, ut in his nihil unquam videre potuerit. Falsissimum est et absurdissimum decem illos magistratus quos τοὺς δέκα vocabant, ante triginta Tyrannos constituere velle, quod nos docere videtur Ælianus in relatis verbis, cum immediate post quadringentos, decem illos magistratus electos fuisse qui Rempublicam gubernarent, et post illos tandem interregnum circa triginta Tyrannorum constitutionem accidisse refert. Atqui triginta Tyranni, et interregnum quod circa regni principium accidit, ante decem illos magistratus constituenda sunt, ut patet ex infinitis auctorum emunctæ naris et probæ fidei locis. Quis igitur adeo mentis inops erit et a sensu communi alienus, qui non videat manifestum esse in verbis Æliani prochronismum? Hoc posito, studiosos omnes monemus, caveant ne cum Scaligero[p] hos δέκα ἄρχοντας confundant cum ἐννέα aliis, de quibus Eusebius numero 1333. Æliani decem magistratus Olympiad. 94. anno secundo creati fuere. Eusebii novem magistratus Olympiade 24. unde vides quantum inter se distent οἱ δέκα, et ἐννέα ἄρχοντες, non tantum enim numero, sed et longo temporis intervallo dissiti inter se sunt. Miror magnum virum in his sui oblitum. Præterea ἐννέα ἀρχόντων quilibet vel πολέμαρχος, vel ἐπώνυμος, vel βασιλεὺς, vel Θεσμοθέτης vocabatur, nam sex Thesmothetæ erant: at decem illorum magistratuum unusquisque δεκαδοῦχος. MA.

86, 10. περὶ τῶν κατὰ τὴν κατάλυσιν] Videtur scribendum, περὶ δὲ τῶν κατὰ κατάλυσιν. Immo nec κατὰ satis placet, verum malim μετά. Quinetiam in principio hujus observationis, non δέκα, sed οἱ δέκα (pro eo quod Latini dicerent Decem viri) scriptum ab Harpocratione fuisse verisimile est: quum omnino requiratur articulus, (ut etiam legimus circa principium illius παραγραφῆς

p Caveant ne cum Scaligero hos δέκα ἄρχοντας confundant] Sed Scaliger eo loco nequaquam eos confundit, sed tantum ait, se hunc Æliani locum non intelligere; nam IX tantum erant Athen. magistratus, non X. Ex his verbis nemo conficere potest, hos duos magistratus ab eo confusos. Fallitur autem ipse Maussacus, qui Æliani locum de illis X intelligit, qui post 30 tyrannos creati sunt. Ait enim Ælianus: ὕστερον δέκα τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον, quod de X illis dici non potest, qui ne uno quidem anno integro præfuerunt, ut supra ostendimus. Igitur in Æliano legendum est ἐννέα. VA.

adversus Callimachum, ἦρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα, οἱ μετὰ τοὺς τριάκοντα καταστάντες) ac verisimile sit, quum hunc autor præfixisset, a quopiam fuisse sublatum, quod ordinem alphabeticum interrumperet. At in Panath. ubi non δέκα simpliciter, sed δέκα μόνους ἄνδρας dixit, merito articulum omisit. Fortasse autem pro δεκαδοῦχος suspicetur quispiam scribendum δεκάδαρχος. De qua suspicione vide quæ dicentur in observatione proxime sequente nominis δεκαδαρχία. STEPH. Egregie MS. legit μετὰ τὴν κατάλυσιν, ut loquuntur et Isocrates et Lysias apud Maussacum, et omnino universi, et noster in v. Θίμβρων, unde sic edere non dubitavi. GR.

86, 14. Vide quæ dicemus ad vocem Τετραρχία. MA.

86, 14. ΔΕΚΑΔΑΡΧΙ'Α. Ἰσοκράτης] Ἐν πανηγυρικῷ p. 123. alludit p. 121. δεκαρχίας vocat Xenophon 3, [4, 2.] Ἑλλην. p. 290. Isocr. in Philipp. p. 198. Suidas δεκαρχίας habet. Sed Etymol. δεκαδαρχ. VA.

86, 19. Ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Φιλιππικῶν] Sexta Philippica est, si Olynthiacas tres et orationem de pace Philippicas appellas, ut debent meo quidem judicio. Sic in Ἡγήσιππος orationem de Haloneso septimam vocat Philippicam eadem ratione. Et in σύμβολα et in βουχέτα. Intelligit enim eum locum. Ἐπὶ δὲ Ἀμβρακίαν στρατεύεται. τὰς δ' ἐν Κασσωπίᾳ (apud Justinum 8, 3. *Cappadocia* pro *Cassopia* corrupte scribitur) τρεῖς πόλεις, Πανδοσίαν καὶ Βουχέταν καὶ Ἐλάτειαν (Ἐλάτρειαν legit Harpocratio. Dexippus apud Eusebium de Philippo Cassandri filio ἐν Ἐλάτρῳ. Porphyrius ἐν Ἐλατείᾳ) Ἠλείων ἀποικίας κατακαύσας τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις βιασάμενος παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ (*beaufrere.* Hunc locum in voce Ἀλέξανδρος Harpocratio intelligit laudans septimam Philippicam, εἰ γνήσιος ὁ λόγος inquit. Et hujus Alexandri uxor erat Cleopatra Philippi filia teste Æschine p. 83. Livius Cleopatram vocat. Is est, qui in Italia mortuus. Aristoteles apud Ammonium. Erat autem Neoptolemi filius teste Pausania Atticis) τῷ ἑαυτοῦ δουλεύειν. Et in voce ἱερὰν τριήρη quartam Philippicam citat, quæ revera quarta est, si tres Olynthiacas pro Philippicis numeres: sed prima hodie inscribitur, in qua hæc verba leguntur. Et in Μάστειρα laudatur octava Philippica, quæ est περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. Octava, si Olynthiacas tres et eam de pace numeres. Et sic in ἔθνος laudat nonam Philippicam. Tamen Olynthiacas citat Priscianus lib. 18. VA.

86, 20. τετραρχίαν] Nisi forte τετραρχίαν in τετραρχίας mutandum quis censet. Scripsisse porro Harpocrationem δεκαδαρχίαι,

non δεκαδαρχία, existimo, initio hujus suæ observationis. Sic certe apud Isocratem in oratione ad Philippum pluralem numerum habemus p. 101. διὰ τὰς δεκαδαρχίας ἐπὶ Λακεδαιμονίων. Nec dubito quin Harpocration locum hunc significare voluerit, atque adeo hujus etiam ipsius orationis nomen addiderit: qui omissus a librario fuerit. Quod vero attinet ad illum Panathenaici locum, in quo scribit Isocratem quodammodo vocabulum illud δεκαδαρχίας ἐξηγήσασθαι, id est exposuisse, pulcherrimam ejus emendationem una eademque opera nobis suppeditat. Quum enim non in hac mea tantum editione sed in aliis quoque scriptum sit, ἀλλὰ δέκα μόνους ἄνδρας ἑκάστης πόλεως ἐποίησαν, quis hærere hic non cogatur? At ecce, jam hærere desinemus, quum κυρίους genitivo illi adjiciendum ex isto lexicographo didicerimus. Ne hoc quidem omittendum, apud Suidam legi δεκάρχαι, non δεκαδάρχαι: et ἀναλόγως ibidem scriptum esse δεκαρχίας, non δεκαδαρχίας. (Simul autem animadvertendum, scriptum esse apud eum καταστάθείσας ἐν ταῖς πόλεσι.) Atqui δεκαδάρχαι iidem et δεκάδαρχοι dicuntur. Adeo ut suspectum cuipiam esse possit illud δεκαδοῦχος, quod in præcedente Harpocrationis observatione legitur: etiamsi apud Suidam eadem scriptura exstet. Respondendum fuerit alioqui, dictum esse δεκαδοῦχος tanquam δεκάδα ἔχων, ea forma qua alia quædam ex verbo ἔχω composita. STEPH.

87, 1. Virgines olim ante nuptias, cum decimum annum attigerant, Dianæ Munychiæ aut Brauroniæ sacra facere solitas docuerat Lysias in oratione pro Phrynichi filia, si tamen ea legitima esset, et Didymus Grammaticus in libro quem confecerat περὶ τοῦ ἀρκτεύειν καὶ δεκατεύειν. Unde ἄρκτοι vocabuntur, ἀρκτεύειν enim, ut δεκατεύειν, dicebantur cum Dianæ illi Brauroniæ aut Munychiæ tenui crocotula amictæ peragebant sacra. Ita eas vocaverat Euripides Hypsipyle et Aristophanes Lemniis. hodie in Lysistrata 646 ita legitur,

Καταχέουσα κροκωτὸν ἄρκτος ἢ Βραυρωνίοις.

ἄρκτος ibi virgo est ἀρκτευομένη Dianæ, quæ alias δεκέτις apposite vocabatur, unde forte legendum in verbis auctoris nostri sub finem ἐπειδὴ αἱ δεκέτιδες ἤρκτευον, non ut hodie excusum est δεκατίδες, non enim δεκάτις ἄρκτος dicitur, sed δεκέτις. Aristoph. Lysist. 644.

Εἶτα ἀλετρὶς ἢ δεκέτις.

Quasi δεκαέτις, quia οὔτε πρεσβύτεραι δέκα ἐτῶν, οὔτε ἐλάττους πέντε sacra illa peragebant. Hesychius: ἔλεγον δὲ καὶ ἀρκτεύειν

δεκατεύειν, ἐπεὶ ἔπρασσον αὐτὸ αἱ παρθένοι περὶ τὸν δεκαετῆ χρόνον οὖσαι. Sed de his plura alias. Historiam narrat Suidas quæ huic mori *τοῦ ἀρκτεύειν καὶ δεκατεύειν τὰς παρθένους* originem primam dedisse videtur. Tu illum consule in *ἀρκτεύειν* et *δεκατεύειν.* MA.

87, 4. *Δημοσθένους δ' ἐν τῷ κατὰ Μέδοντος*] Hæc oratio Demosthenis laudatur a Polluce 8, 53. hodie non extat. VA.

87, 7. *Περὶ τῆς Φρυνίχου*] *Ὑπὲρ τῆς Φρυνίχου.* VA.

87, 9. MS. habet *τὰς δεκάτας τῶν περιγινομένων τοῖς ἱεροῖς καθιεροῦν,* non *τοῖς θεοῖς*: an intelligit decimas proventuum ex sacris agris omnino adolendas esse diis, non in templa, non in sacerdotes impendendas? GR.

87, 10. *Δεκατίδες*] *δεκι.* VA.

87, 12. Non ausus fui sequi postremum editorem et interpretem, qui exhibuit *ὅτι δὲ ἦν τέλος ἡ δεκάτη,* ut videtur, ex Polluce, quum et Aldus et Maussacus et Meursius lib. 3. Attic. lection. 2 et MS. Mediceus legant *τελώνιον,* quo notantur non modo vectigal fuisse decimam, sed tale, quod soleret conductoribus et mancipibus vendi et elocari, ut illi simul integrum solverent reipublicæ, et rursus inde per partes colligendo lucrarentur, ut in *Μετοικίῳ* infra agnoscit *τελώνην.* GR.

87, 14. *Περὶ τῶν τελῶν*] Scrib. *ἀτελειῶν.* Ea est oratio *πρὸς Λεπτίνην,* quæ tota est de immunitatibus, unde et in argumento sic inscribitur, *ὑπόθεσις Λιβανίου τοῦ περὶ ἀτελείας πρὸς Λεπτίνην λόγου.* In ea autem oratione legitur locus ille, quem intellexit Harpocratio. *Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, οἳ Βυζάντιον παραδόντες Θρασυβούλῳ κυρίους ὑμᾶς ἐποίησαν τοῦ Ἑλλησπόντου, ὥστε τὴν δεκάτην ἀποδόσθαι, καὶ χρημάτων εὐπορήσαντας, Λακεδαιμονίους ἀναγκάσαι τοιαύτην, οἵαν ὑμῖν ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην.* VA.

87, 15. *Ὁ αὐτὸς τῷ δεκατευτῇ*] Demosthenes *κατ' Ἀριστοκράτους* ad calcem. VA.

87, 17. *Δεκελεικὸς, Πελοποννησιακὸς πόλεμος*] Utitur sic Demosthenes pro corona et *ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει.* VA.

88, 4. *Βασιλεύς*] *στρατηγὸς* leg. VA.

88, 9. Male erat excusum in prioribus editionibus uno verbo *ἐννιόβῃ.* Nos distinximus *ἐν Νιόβῃ,* id est in Niobe: fabulam enim quæ inscribebatur *Νιόβη,* Sophoclem composuisse docet etiam Athen. lib. 4. MA.

88, 9. *Τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Νιόβῃ*] Sophocles *σακοδερμιστὴς* dixerat in ea fabula, quod Aristarchus explicat *ὄφιν σάκος ἔχων.* Didymus vero *σκώληκα.* Sed Hesychius explicat *χαλκοῦν ἔχων δέρμα,*

ὡσεὶ ἔλεγε χαλκιδερμιστής. τὰ γὰρ σάκη ἐπίχαλκα λέγει. Sic legendus est locus Hesychii. MA.

88, 12. Laudantur hic Milesiaca Aristidis, quorum etiam meminit Ovid. Trist. 2, 413.

Junxit Aristides Milesia crimina[q] *secum*
Pulsus Aristides nec tamen urbe sua est.

Plutarchus in M. Crasso c. 32. εἰσήνεγκεν ἀκόλαστα βιβλία τῶν Ἀριστείδου Μιλησιακῶν. Vide apud illum integrum locum, ubi de Milesiis et eorum lascivia multa. Adi et ad Appianum, qui de Aristidis Milesiacis verba fecit. Porro Milesiaca illa Aristidis nihil præter jocos, lascivias, aut oblectationes continebant: hoc enim nomen ipsum arguere videtur, unde Apuleius in Metamorph. sermone Milesio fabulas se scripturum pollicetur, id est intemperanti, festivo et jucundo. Milesiæ siquidem hujus argumenti fabulæ. Sisennæ Milesiarum libros undecim laudat Charisius. Claudii Albini Imperatoris Milesias Julius Capitolinus in Albino: *Milesias nonnulli ejus esse dicunt, quarum fama non ignobilis habetur.* Ita Jamblichi ἐρωτικὰ de Sinonis et Rhodanes amoribus Μιλησιακὰ vulgo appellant docti. Hegesippus Milesiacorum primo, Aristoteles, et varii Milesiacorum scriptores a Parthenio laudantur cap. 14. et 16. sed non ludicra aut fabulosa scripta illa fuisse, autumare licet eo quod potius rerum a Milesiis gestarum seriam et diligentem rerum narrationem continerent. Contrarium tamen arguunt quæ de Antheo et Laodice illis capitibus referuntur, nihil enim illic est, quod non sit fabularum involucris intermixtum et intertextum. MA.

88, 13. δευσοποιὸς] Bonum tinctorem promittit hic infans: nam, ut credo, fascias concacaverat. Apud Æschylum παιδὸς σπαργάνων φαιδρύντρια, quæ fascias inquinatas eluebat, Poll. 7, 40. Arnob. 2. p. 70. proluvie linerent et madidarent se sua. Βάμμα Κυζικηνικὸν Etymol. p. 187, 24. HEMST.

88, 13. In v. Δευσοποιὸς legitur ex mutatione, ut opinor, Maussaci ἔμμονον καὶ ἀνέκπλυτον, quale et H. Stephanus ex Polluce notavit, quum Aldus dedisset ἀνέκλυτον, quod etiam retinet MS. Mediceus. Unde dubito magisne probari mereatur sen-

[q] *Junxit Aristides Milesia crimina*] Hoc opus vertit Sisenna, teste Ovidio eo loco. *Vertit Aristidem Sisenna, nec obfuit illi historiæ turpes inseruisse jocos.* Fuit enim facetiis deditus, ut ait Cicero in Bruto. Sisenna in Milesiacis laudatur a Sosipatro Charisio lib. 2. Instit. Grammat. non semel. Sisenna Milesiarum 13. *nisi cominus excidisset: quanti dantur? tanti, inquit Olympias; simul hæc dicens savium dedit, ut scilicet subsonaret quanti pretii.* VA.

tentia Maussaci, an retinenda potius vulgata, quum non utique de eluendo agatur, et vere δυσέκνιπτος intelligatur, sed de quocunque modo obsolescendi et evanescendi: an denique scribendum ἀνέκλουτον, quod certe idem est, et nulla mutatio. Etiam MS. habebat Πλάτων διασαφεῖ ἐν δεκάτῳ πολιτείας, non πέμπτῳ. GR.

88, 17. Ita restituit hos versus e Συντρόφοις Diphili princeps eruditorum Isaacus Casaubonus cap. 4. lib. 13. animadvers. in Athen. MA.

89, 4. Hæc a nobis de novo data sunt ex Codice Fed. Morelli. MA. [Leguntur jam in Ald., sed ante Δηλιασταί.]

89, 5. Δηλιασταί] Polemo apud Athen. p. 234. F. ἐν τοῖς κύρβεσι τοῖς περὶ τῶν Δηλιαστῶν. HEMST. Philochorus in Tetrapoli apud Schol. Sophoclis in Œdip. Colon. 1047. ὅταν δὲ σημεῖα γένηται παραδεδομένα ἐν τοῖς ἱεροῖς, τότε ἀποστέλλουσι τὴν θεωρίαν οἱ ἐκ τοῦ γένους πύθιαι δὲ καὶ δηλιάδες ὁπότερα ἂν καθήκῃ αὐτοῖς. Leg. Πυθαισταί τε καὶ Δηλιασταί. Qui sint πυθαισταὶ, docet Strabo p. 404. vel lege πυθιάδα καὶ δηλιάδα. Sic Strabo p. 422. Aristides in Panath. p. 21. VA.

89, 5. Lycurgi hæc oratio ita inscribi debet κατὰ Μενεσαίχμου, ut patet ex infinitis hujus operis locis. Male apud Suidam voce Λυκοῦργος est κατὰ Μενέχμου: pejus etiam apud Pollucem lib. 7. cap. 31. Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Μενεσέμνου. Utrobique legendum Μενεσαίχμου. MA.

89, 7. De Demarchis infra agemus forte, si ferat occasio, voce Ναύκραροι. Adverte tantum hic nos inscriptionem dramatis Aristophanici restituisse, legebatur ante Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις, repositum est ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. Non repetam quæ de hoc dramate magnus Casaubonus cap. 20. lib. 4. animadvers. in Athen. nos docuit, nec convasabo quæ de hoc loquendi modo σκηνὰς καταλαμβάνειν, et θέαν καταλαμβάνειν, in lib. emendat. annotavit Paulus Leopardus, vir accuratissimus et diligentissimus. Hoc tantum dicam, maxime notanda esse hæc verba auctoris nostri, ὅτι δὲ ἠνεχυρίαζον οἱ Δήμαρχοι δηλοῖ Ἀριστοφάνης (quidam exarati manu ἠνεχύραζον habent, quod idem ferme est), nam jus oppignerandi quæ ad Rempublicam pertinerent eos magistratus habuisse pauci sunt qui sciant. Nos de his diligentius in lectionibus, ut et de multis aliis quæ procedente opere prætermittere cogemur, ob temporis angustias quibus premimur, et notarum brevitatem cui nos adstrinximus. MA.

89, 7. ΔΗΜΑΡΧΟΣ] Dem. π. Λεωχ. [p. 1091.] συναγαγὼν τινὰς

τῶν Ὀτρυνέων ὀλίγους καὶ τὸν δήμαρχον πείθει, ἐπειδὰν ἀνοιχθῇ τὸ γραμματεῖον, ἐγγράψαι αὐτόν. Quæ deinde proxime sequuntur ascripsi ad διαδόσεις. VA.

89, 10. Ψῆφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν] τὴν ψῆφον διδόναι τοῖς δημόταις dicit Demosthenes ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει, scilicet πρὸς τὰς διαψηφίσεις: et cum ait Eubulidem dedisse suffragia, δήμαρχον fuisse satis indicat. Certe ejus pater δήμαρχος fuerat. ἀλλὰ μὴν καὶ διαψηφίσεις ἐξ ἀνάγκης ἐγένοντο τοῖς δημόταις ὀμόσασι καθ' ἱερῶν, ὅτ' ἀπώλετο αὐτοῖς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον δημαρχοῦντος τοῦ Ἀντιφίλου τοῦ πατρὸς τοῦ Εὐβουλίδου, καί τινας ἀπήλασαν αὐτῶν (s. δημοτῶν.) Et in fine, δημαρχῶν ὁ Εὐβουλίδου πατὴρ, ὥσπερ εἶπον, Ἀντίφιλος τεχνάζει βουλόμενος παρά τινων λαβεῖν ἀργύριον, καὶ ἔφη τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἀπολωλέναι, ὥστε ἔπεισε διαψηφίσασθαι τοὺς Ἀλιμουσίους περὶ αὐτῶν, καὶ κατηγορῶν, δέκα τῶν πολιτῶν ἐξέβαλεν, οὓς ἅπαντας πλὴν ἑνὸς κατεδέξατο τὸ δικαστήριον. Erat enim ab his τῶν δήμων ἀποψηφίσεσι provocatio ad judicem, ἔφεσις, quomodo inscribitur oratio, Demosthenis πρὸς Πολυκλέα. καὶ τοὺς δημάρχους καταλόγους ποιεῖσθαι τῶν δημοτῶν καὶ ἀποφέρεσθαι ναύτας. De eo jurejurando vid. Æschines in Timarch. 20. et Demosth. contra Eubulidem in fine, εἰ δὲ δεῖ τὴν δημαρχίαν λέγειν, δι' ἣν ὠργίζοντό μοί τινες, ἐν ᾗ διάφορος ἐγενόμην εἰσπράττων ὀφείλοντας πολλοὺς αὐτῶν μισθώσεις τεμενῶν καὶ ἕτερα, ἃ τῶν κοινῶν διηρπάκεισαν. VA.

89, 15. Discrimen constituunt ventosi Grammatici inter δημόκοινον, δημόσιον, δήμιον et βασανιστήν. Pollux δημόκοινον vult esse eum qui præerat ὀρύγματι, vel qui ἐν ὀρύγματι puniebat sontes, ὄρυγμα enim locus erat Athenis, in quo κακοῦργοι ἐκολάζοντο, ut loquitur auctor noster, qui hic δημόκοινον vult esse δημόσιον βασανιστὴν, quo sensu accipitur apud Isocrat. ἐν τραπεζιτικῷ, et apud Antiphontem ἐν κατηγορίᾳ φαρμακίας κατὰ τῆς μητρυιᾶς, quo loco ait τῷ γὰρ δημοκοίνῳ τροχισθεῖσα παρεδόθη. Ibi enim δημοκοίνῳ est δημοσίῳ βασανιστῇ. Δημόκοινος etiam aliquando πόρνον significat teste Hesychio, ut δημόσιον pars illa fœminarum quæ nominari non debet, ex Antipatro, ob quam causam forte scorta et meretrices δήμιαι dictæ fuere, nisi dicamus sic dictas quod prope portas urbis publicas manerent. Δημόσιος proprie publicus tortor est, quem Galli vocant *le bourreau*. Dio Chrysost. edit. ultimæ p. 348. ἀλλ' οὐκ ἂν ὑμεῖς (ἄνδρες Ῥόδιοι) τοιοῦτον οὐδὲν ὑπεμείνατε, παρ' οἷς νόμος ἐστὶ τὸν δημόσιον μηδέποτε εἰσελθεῖν τὴν πόλιν, quod valde observandum censeo, nam hic δημόσιος publicus tortor est, quem lex Rhodiorum non sinebat in civita-

tem ingredi. βασανιστὴς, βασανίσας, βασανίζειν et βάσανοι forsan alio pertinent, nam non de tormentis dicuntur tantum, sed et de judiciis et probationibus. Vide supra voces βάσανος et βασανίσας. Aliud significat δήμιος ex Herodiano, is siquidem qui ad mortem ducit, δήμιος est. Consule quæ ad hanc vocem notavit eruditissimus Pet. Nunnesius in notis ad Phrynich. Eclog. et Herod. excerp. MA.

89, 15. Ἰσοκράτης—σχεδὸν ἐξηγήσατο τοὔνομα] Hoc ideo puto dici quod præcedat, μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα καὶ στρεβλοῦν. perinde videlicet ac si δημόκοινος esset ὁ μαστιγῶν καὶ στρεβλῶν. STEPH.

89, 20. Servorum alii publici, alii privati. Publicorum (qui et vulgares dicuntur, et publica eorum ministeria ex Labeone), alii Civitatum et Provinciarum, alii Municipiorum, alii Collegiorum, Decuriarum, Fisci, Societatum, Fanorum, Curiarum, et tandem corporum, de quibus omnibus leges 25. de Acquirenda hæreditate, et 10. de in jus vocando D. Varro lib. 4. de Lingua Latina, et Terentius sæpissime loquuti sunt. Publici servi civitatum illi sunt, qui Athenarum, aut Romæ servi dicuntur, licet peculiariter hi servi populi Romani vocarentur, ad distinctionem illorum qui ad civitates pertinebant. In jure ut apud Ulpian. in regulis. tit. 20. Servus publicus populi Romani (sic enim legendum monuit magnus interpres) dicitur ad discrimen servorum qui privatorum aut civitatum erant, quod illa verba, *Parte dimidia faciendi testamenti habet jus*, apertissime docent, nam hoc privilegio utebatur servus publicus populi Romani, ut parte dimidia testamentum condere posset, quod nulli servo licitum erat, nec publico civitatum, nec privato. Non tantum autem servos publicos civitates habebant, sed et provinciæ, ut Gallia. Vetus inscriptio: *Dis manib. Attico* III. *provinciarum Galliarum servo. C. Licinius Januarius, etc.* Erant igitur hi omnes servi publici δημόσιοι ab Atticis dicti, ut hic animadvertit Harpocration ex Demosthene et Æschine. Calonem Glossæ veteres δοῦλον δημόσιον esse volunt, unde quicumque publico cuidam ministerio addictus erat, servus publicus censebatur, quales viatores, lictores, scribæ, limocincti, sacrorum curatores, calatores, his enim potissimum ministeriis addicebantur servi publici ære publico empti ad hoc, vel ut publicam pecuniam a debitoribus exigerent, l. 19. de compensat. vel custodias adservarent, teste Plinio lib. 10. epist. 70. vel ut aliquando civibus privatim servirent, nempe ut stipularentur pro his qui per se propter ætatem stipulari non

poterant, *quod in rem suam esset*, nec per liberum hominem. l. 3. in fine. D. postliminio reversis, l. non aliter. D. de adoptionibus. l. 2. rem pupilli salvam fore. Vide omnino Ulpianum in Olynth. 2. Demosth. quo loci vocem hanc δημόσιος interpretatur. Vide et clarissimum Cujacium in paratit. ad Cod. l. 7. tit. 9. MA. Ulpianus ad Olynth. 2. δούλους εἶχον δημοσίους οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ αἰχμαλώτων ποιήσαντες, καὶ ἐδίδασκον τούτους γράμματα, καὶ ἐξέπεμπον αὐτοὺς ἐν τοῖς πολέμοις μετὰ τῶν ταμιῶν καὶ τῶν στρατηγῶν, ἵνα ἀπογράφοιεν τὰ ἀναλισκόμενα. οὐκ ἀκαίρως δὲ τοῦτο ἐποίουν, ἀλλ' ἵνα διὰ τοῦ δύνασθαι τούτους τύπτειν ὡς δούλους, ἔχωσι μανθάνειν τὸ ἀληθές. αἰσχρὸν γὰρ ἐνομίζετο παρ' Ἀθηναίοις ἐλευθέρους τύπτειν. Hi ταμίαι una cum Imp. mittebantur, et in reddendis rationibus, cum Imperator rationes reddebat, interrogabantur, ut est in ea contra Timotheum initio. Aristoph. in Vespis v. 956. ἄκουσον ὦ δαιμόνι' ἐμοῦ τῶν μαρτύρων, ἀνάβηθι τυρόκνηστι καὶ λέξον μέγα, σὺ γὰρ ταμιεύουσα ἔτυχες. ubi jocatur Comicus argute, et ἐχαρακτήρισε τὰς ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἀρχόντων ἀπολογίας, ut ait Schol. Hi vero ταμίαι longe differunt a ταμίαις τῆς θεοῦ, id est, Palladis, de quibus Pollux et Harpocr. De servis publicis Etymologus ex lexico Rhetorico, δημόσιος ὁ τῆς πόλεως δοῦλος, ὃς ὑπηρετεῖ τοῖς δικαστηρίοις καὶ τοῖς κοινοῖς ἔργοις. ἐκ τοῦ ῥητορικοῦ. VA.

90, 3. Differentiam horum sacrorum pete ab Hesychio. MA.

90, 6. Vocem hanc δημοτευόμενος ex manuscripto Cod. Fed. Morelli addidimus, ut et quæ sequuntur Δημοφάνης, ὄνομα κύριον, quæ desiderabantur plane in omnibus excusis. Demophanes hic, ut opinor, ille est, contra quem oraverat Isæus, adversus eum enim et adversus Elpagoram orationem habuisse rhetorem illum testatur auctor noster multis in locis hujus operis. sed aliquando perverse pro Δημοφάνους excusum inveniebatur Δημοσθένους, ut infra voce διαμεμετρημένη ἡμέρα. MA.

90, 10. In v. Διαγορεύων legitur in MS. ἰδίως κέχρηται διαγορεύειν ἀντὶ τοῦ διάφορα και σὺ τ. α. λέγειν: et deinde τὸ διαγορεύειν τῷ συναγορεύειν, ὥσπερ καὶ τὸ inversa vice verborum. Sed ut notam bonitatis, qua censeri exemplar istud MStum debet, habeas certissimam, in eo mox legebatur plene τὸ συμπολιτεύεσθαι τῷ διαπολιτεύεσθαι, quas postremas voces quum omisisset Aldus, Viri docti in Gœsiano codice adscripsissent ἀντιπολιτεύεσθαι, Maussacus in suis MStis etiam non advertisset, Valesius ex ingenio apposuit, postremus editor uncis inclusa inseruit contextui, nunc plane vindicata demum sunt auctori suo. GR.

90, 12. Τὸ *συναγορεύειν*] *γρ. τῷ συναγορ.* Suidas in *συμφωνεῖν*, et quæ notavi ad Ammonium in v. *διαπολιτεύεσθαι*. VA.

90, 13. Τὸ *συμπολιτεύεσθαι*] *τῷ διαπολιτεύεσθαι*. VA.

90, 15. ΔΙΆΓΡΑΜΜΑ] Sic omnino usurpavit eam vocem Dem. *κατ' Εὐέργου* [p. 1150.]. *ἀπῄτουν αὐτὸν τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν.* Et post: *δεομένων τούτων ἁπάντων καὶ ἱκετευόντων καί τινα οὐ προσπεμπόντων, καὶ τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν ἀποδιδόντων.* Theophemus enim erat *τριήραρχος*, et inter classes relatus, armamenta nautica reip. debebat. Item in ea *περὶ συμμοριῶν* [p. 183.], ait, *τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὰ νῦν ὀφειλόμενα τῶν σκευῶν ἐπὶ τὰς τριήρεις τιμήσαντας, ἅπαντα ἐκ τοῦ διαγράμματος νεῖμαι κελεύω.* Pollux 3, 109. VA.

91, 4. *Διαγραφή*] Suidas, *ἀγράφου μετάλλου δίκη· οἱ τὰ ἀργυρεῖα μέταλλα ἐργαζόμενοι, ὅπου βούλοιντο καινοῦ ἔργου ἄρξασθαι, φανερὸν ἐποιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ ἀπεγράφοντο τοῦ τελεῖν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν καὶ τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου. Εἴ τις οὖν ἐδόκει λάθρα ἐργάζεσθαι μέταλλον, τὸν μὴ ἀπογραψάμενον ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι καὶ ἐλέγχειν.* VA.

91, 7. ΔΙΑΓΡΑ'ΨΑΣΘΑΙ] Sic usurpat Dem. *πρὸς Λεπτίνην* [p. 501.]. *τί γὰρ εἵνεκα τούτου βελτίων ἐσθ' ὁ νόμος, εἴ τις ἢ τετελεύτηκε τῶν γραψαμένων, πρὶν εἰσελθεῖν, ἢ πεισθεὶς ὑπὸ σοῦ, διεγράψατο, ἢ καὶ ὅλως ὑπὸ σοῦ παρεσκευάσθη*, subornatus est. VA.

91, 9. ΔΙΑΔΟ'ΣΕΙΣ] Artemidorus lib. 2. cap. 31. *ἐπιδόσεις δὲ δημοσίας ἐπιδιδόναι.* Et mox: *εὐφημοῦνται οἱ τὰς ἐπιδόσεις διαδιδόντες. διαδοῦναι* pro *distribuere* ait Demosth. *πρὸς Τιμόθεον*, initio non semel. Hinc Diadotæ *qui annonam distribuebant ministri.* leg. 25. Cod. Theod. de erogat. milit. ann. et Dem. *πρὸς Λεωχάρην. καὶ μετὰ ταῦτα ἧκε Παναθηναίων ὄντων τῶν μεγάλων τῇ διαδόσει πρὸς τὸ θεωρικὸν, sub distributionem theatralis pecuniæ. καὶ ἐπειδὴ οἱ ἄλλοι δημόται ἐλάμβανον, ἠξίου καὶ αὐτῷ δίδοσθαι καὶ ἐγγραφῆναι εἰς τὸ γραμματεῖον ἐπὶ τὸ τοῦ Ἀρχιάδου ὄνομα.* Aristides Panathen. p. 6. VA.

91, 11. *Δημοσθένης κατὰ Ἀφόβου*] In prima contra Aphobum. *κατὰ διακοσίας δὲ καὶ τριακοσίας ὁμοῦ τι τάλαντον διακεχρημένον. Ducenæ porro et tricenæ drachmæ pluribus aliis datæ simul talentum fere conficiunt.* Volfius. VA.

91, 13. Antiphon oratione secunda de veritate voce *διάστασις* usus est pro *διακόσμησις*. i. e. pro ordine et dispositione. Hoc certum est: cur igitur in alia oratione *περὶ μεταστάσεως*, *διαστῆσαι* dixerit pro *διαταράξαι*, id est conturbasse, mirum profecto

videri debet. Nam ejusdem vocis plane contrarius sensus, et omnino contraria interpretatio hinc elicitur: quod vel ex eo valde notatu dignum videri debet. Sciendum vero Codicem Vaticanum hic pro διαστῆσαι habere διασεῖσαι, quod minus rectum est, aliam enim lectionem confirmat Suidas. Porro Menandri fragmentum, quod hic ab auctore subjungitur, neque cœlum, neque terram tangit, et lacerum ac mancum undiquaque est. Primo pedibus non stat suis Iambus, nec quid sibi velit portentum hoc vocis χηραιβοῶν, ullus sanæ mentis intelliget. Membranæ χηβοβῶν habent, vel πηραβοῶν. Conjiciebamus nos χηβοβοῶν illud nomen esse debere populi cujusdam Attici, et quia inauditum videbatur hoc portentum vocabuli, restituere tentabamus Περραιβαίων, sed omnia illa futilia tandem visa sunt, sublestæ fidei, et in metri leges peccantia. Tandem audacter et confidenter acquievimus conjecturæ, quæ nobis suborta est, dum operæ ipsæ procederent. restituimus igitur:

Μένανδρος Χήρᾳ,
βοῶν ποιείτω τὴν πόλιν διαστατῶν.

Menandrum Χήραν, id est viduam, composuisse ex Athenæo, Stobæo et aliis didici. Sed jam non occurrit commodum locus quo id confirmare valeam. Sufficiat hæc indicasse, et locum hunc obscurissimum a tenebris vindicasse, ne mutata quidem syllaba. MA.

91, 15. Ordo alphabeticus hic a nobis servatus est, itaque omnia in nativum ordinem sunt restituta. MA. [Glossarum ordo apud Maussacum hic est, διαγράψασθαι. διαγράψαντος. διαδόσεις. διακεχρημένον. διάθεσις. διαιτηταί. διαστῆσαι. διάληξις. διὰ μέσου τείχους. διαμεμετρημένη ἡμέρα. διάμετρον. διαμαρτυρία. διασκευάσασθαι. διασείστους. διαχειροτονία. διαψήφισις. διδάσκαλος.]

91, 15. ΔΙΑΓΡΑ'ΨΑΝΤΟΣ] Sic contra Theocrinem initio. ἕως λαβὼν ἀργύριον οὗτος Theocrines εἴασε (supple τὴν φάσιν, quod *prævaricari* est.) διαγραφόντων καὶ καλούντων (optime in MS. Aug. εἴασε διαγραφῆναι καλούντων) εἰς ἀνάκρισιν τῶν ἀρχόντων. Et Demosthenes κατ' Ὀλυμπιοδώρου. διέγραψεν ὁ ἄρχων (cujus erat cognitio) Πυθόδοτος κατὰ τὸν νόμον τὸν τουτουὶ Ὀλυμπιοδώρου ἀμφισβήτησιν. Aristoph. Νεφέλαις, ὁπότε γράφοιτο τὴν δίκην ὁ γραμματεύς. Et mox, διαγέγραπταί μοι δίκη. Schol. κατέξυσται. ἀνῄρηται ἀπὸ τῆς τοῦ γραμματέως δέλτου, ὅπου αἱ δίκαι ἀνεγράφοντο καὶ αἱ εἰσαγωγαὶ τῶν δικῶν. VA. Huc pertinet Hesychii locus in παραγράψαι. Contrarium ἀργύριον διὰ χειρὸς διδόναι apud Schol. Aristoph. ad Av. vs. 1655. HEMST.

91, 18. διάθεσις] Quamvis rarus sit hic verbi διατίθεσθαι usus, non tamen Isocrati peculiaris: sicut nec is activæ vocis usus quem habet apud eum adverbio juncta, p. 64 et 65. Nam illic legimus, εἶτα οὐκ αἰσχύνονται τὰς μὲν ἑαυτῶν πόλεις οὕτως ἀνόμως διαθέντες, τῆς δ' ἡμετέρας ἀδίκως κατηγοροῦντες. id est, quum suas civitates tot injuriis contra leges affecerint. At vero pag. sequente, οὓς ἡμεῖς οὕτω διέθεμεν, ὥστε μὴ μόνον παύσασθαι στρατείας ἐφ' ἡμᾶς ποιουμένους. Id est, Quos ita tractavimus. Vel, Quos in eum statum redegimus. Non enim assentiri possum interpreti, vertenti, Quos ita compescuimus. Libuit autem, facta mentione illius usus vocis passivæ, et de hoc activæ usu istud annotare, præsertim quum Isocrati multo sit magis quam aliis vetustis scriptoribus familiaris. Sed addam alium paulum diversum ex Panath. p. 262. ibi enim dicens, καὶ διατιθέντας οὕτω πρὸς ἡμᾶς, intelligit, Qui hunc illis erga nos affectum indunt. sive Qui eos sic affectos erga nos reddunt. vel animatos. STEPH.

91, 18. Διάθεσις] Vocem Διάθεσις quum sic egregie manifesteque ex Isocrate doceat Harpocration ἀντὶ τῆς πράσεως usurpatam fuisse Græcis, nequeo me continere ab nobili alio exemplo pessime huc usque intellecto producendo; quo certissima hæc significatio demonstratur. Is locus est in fragmentis Scymni Chii ab Cl. Theod. Rycquio nuper editis p. 376, ubi versiculi leguntur ὁ Τύρας ποταμὸς Βαθύς τε ὢν εὐβόταvος ἐστὶ ταῖς νομαῖς Τῶν ἰχθύων διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων. Hos interpretatur L. Holstenius: *amnis Tyras Profundus herbidusque alendis piscibus, Situque mercatoribus percommodo.* Quod cum legerem, hærebam in illo herbido fluvio et quidem alendis piscibus, quum nescirem herbas etiam fluviorum ad hanc rem requiri: hærebam in situ illo Tyræ, qui describi deberet ab situ mercatoribus percommodo, magis scilicet, quam reliqui fluvii in eodem tractu et litore. Sic prave διάθεσιν spectabat Holstenius et νομὰς, quum Scymnus intellexerit *amnis Tyras Profundus herbidusque pecudum pascuis Et piscium mercatui dans copiam.* Nam et videtur scripsisse Τῶν τ' ἰχθύων. An vero Phrynichus in Tragœdis (nam perperam vertunt: *Tragœdiis*) dixerit τῇ διαθέσει τῶν ἐπῶν, ut ibi notaverit διοίκησιν, et ut nuper verterunt *ipsa carminum dispositione*, licet dubitare, quum longe alio sensu usurpet Diodorus Siculus lib. 15. cap. 7. Διονύσιος εἰς τὴν Ὀλυμπιακὴν πανήγυριν ἐξαπέστειλε τοὺς εὐφωνοτάτους τῶν ὑποκριτῶν, διαθησομένους ἐν τοῖς ὄχλοις μετ' ᾠδῆς τὰ ποιήματα, ubi certe ipsam exhibendi et modulandi rationem notat. GR. Cum his omnino conferri debent quæ leguntur in

Accession. Ulp. ex Lut. Cod. p. 1151. Plutarch. vol. 1. p. 821. D. p. 79, E. Poll. 3, 124. Porph. de Abst. p. 145, 26. ex Plutarchi vol. 1. p. 44. E. HEMST. Ita *dispositio* et *disponere* dicunt Latini. Ulpianus in l. hæres. §. proinde. D. de judiciis. *Et si merces vendidit certo loci, vel disposuit, vel comparavit.* Ubi disponere ferme idem est quod vendere. Ulpianus ad Olynth. 2. διαθέσθαι per πωλῆσαι interpretatur, et sane optima ratione, disponere enim merces, est eas venum exponere, quod quid aliud sit quam vendere non video. Unde διάθεσις eleganter apud oratores aliquando πρᾶσιν significat. Verba Ulpiani [ad p. 22, 27.] hæc sunt: διαθέσθαι, πωλῆσαι. ἡ λέξις καὶ παρ' Ἰσοκράτει ἐν τῷ Βουσίριδι, ὅταν λέγει τὴν διάθεσιν. Eumdem hunc locum attigit auctor noster. MA.

91, 19. Διεθέμεθα] Artemidor. lib. 1. cap. 33. et Xenophon 4, [8, 24.] Ἑλλην. p. 309. Demosth. c. Phormion. initio. ἐπειδὰν διάθηται τὰ φορτία ἐφ' ἑτέρας νεὼς, ἔφη ἐκπλεύσεσθαι. Et in Olynth. 2. [p. 22.] οὐθ' ὅσ' ἂν πορίσωσιν οὕτως, ὅπως ἂν δύνωνται, ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι, κεκλεισμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον, quæ Volfius vertit, *Neque etiam quæ sic quæsita tenent, suo arbitratu collocare possunt.* Pessime. Verto: *neque ea, quæ lucrati sunt, quomodocunque potuerunt, distrahere valentes.* ἔχοντες *ayans le moyen.* Supra dixit ἐώμενοι. Omnino sic intelligendus est hic locus, et sic Ulpianus explicavit, quem vide. Laertius in Zenone p. 437, ubi male interpres. Isocrates p. 95. VA.

92, 1. Male disjuncta erat hæc vox διαθέσθαι a superioribus. MA.

92, 5. Ab hac voce διάληξις usque ad illam διδάσκαλος confusiones omnes sustulimus et ordinem alphabeticum sequuti sumus. Præcedentes editiones omnia hæc inordinata retinuerant, ita ut suum nulla ferme ex his vocibus locum haberet. MA.

92, 6. Ἀντιφῶν ἐν τῷ κατὰ Φιλίνου] Hujus Philini meminit Antiphon in oratione ὑπὲρ τοῦ χορευτοῦ p. 128. VA.

92, 9. Βορείου καὶ τοῦ Νοτίου] Utriusque meminit Æschines περὶ παραπρ. p. 50. τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ βόρειον Andocides περὶ εἰρήνης, p. 13, itemque τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ νότιον memorat; at τὸ τεῖχος διὰ μέσου videtur mihi nil aliud esse, quam τὸ μακρὸν τεῖχος, quæ et μακρὰ τείχη et σκέλη dicuntur ab antiquis auctoribus, duo scil. brachia, quibus oppidum ipsum conjunctum erat cum portu Piræeo. cujus rei testis est certissimus Dio Chrysost. orat. 6. de tyrannide. καίτοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν

'Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν πρὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄστεος. οἰκεῖσθαι γὰρ πάλαι καὶ ταῦτα ξύμπαντα, ὥστε τὸ ἥμισυ ἔχειν 'Ἀθήνας Βαβυλῶνος. Locus illustris. Apparet ergo, cur τὸ διὰ μέσου τεῖχος dictum sit. erat enim medius is murus inter oppidum et portum. Quare errat more solito Meursius lib. 3. Attic. lect. Erant autem hæc brachia longit. 90 stadiorum, teste Dione Chrysost. orat. 25. de genio. VA. Locus Platonis in Gorgia est, p. 331 E. ubi Socrates dicit: Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. Ὑπὸ τὸ βόρειον τεῖχος de Rep. 4. p. 644. D.—In his autem muris graviter errat Græv. ad Flor. 3. 5. n. 10. et Vales. ad h. l. fallitur. Alterum τῶν μακρῶν τειχῶν brachium australe tantum τὸ διὰ μέσου τεῖχος appellatur, quippe quod medium esset inter τὸ σκέλος βόρειον, sive brachium septentrionale et Phalaricum murum: hinc Thucyd. 2, 13. cum dixisset: τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ μ' σταδίων, addit, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο, id est, quorum boreale brachium custodiebatur: interius enim σκέλος ad septentrionem Phalerico muro tectum hoc præsidio non indigebat. Interpres Thucydidis mentem non cepit. Harpocration igitur rectissime τὸ νότιον τεῖχος interpretatur. Nec quicquam Valesium juvat Dion Chrys. is enim τὰ διὰ μέσου τείχη intelligit muros et longos et Phalericum, qui inter astu et Piræum interjacebant. Diverso autem tempore sunt exstructa τὰ τῶν μακρῶν τειχῶν σκέλη. Prius quidem τὸ βόρειον τεῖχος, utpote magis necessarium, quo transitus ex astu in Piræum esset tutus et hoc munimento vallatus: deinde τὸ νότιον vel τὸ διὰ μέσου τεῖχος. Docent Æsch. περὶ παραπρ. p. 51, 17 et 27. Andoc. de Pac. p. 24, 5 et 22. Verbis tam parum distantibus, ut quin alter ab altero desumserit, dubitari nequeat.—Themistocles, inquit Dion, auctor fuit Atheniensibus, τὸν Πειραιᾶ τειχίσαι πλειόνων ἢ ἐννενήκοντα σταδίων: hæc de brachiis μακρῶν τειχῶν male intellexit Valesius, quorum ibi nulla fit mentio. Obhæsit etiam in Dionis loco Meurs. Pir. c. 1. HEMST.

92, 11. ΔΙΑΧΕΙΡΟΤΟΝΙ'Α] Vide in 'Επιψηφίζων et ad Xenoph. Demosth. κατὰ Νεαίρας initio, καὶ ἐξήνεγκε προβούλευμα εἰς τὸν δῆμον, λέγων διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον, εἴτε δοκῇ τὰ περιόντα χρήματα τῆς διοικήσεως στρατιωτικὰ εἶναι εἴτε θεωρικά. Et κατ' Εὐέργου [p. 1152], καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλή, πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη (τὸν Θεόφημον) ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον. Fiebat autem διαχειροτονία hoc modo; cum duæ sententiæ coram populo propositæ erant,

præco jussu τοῦ ἐπιστάτου clamabat ἀράτω τὰς χεῖρας, ὅτῳ ταῦτα δοκεῖ, ut notat Schol. Æschyli in Supplicibus, 621. Xenoph. lib. 1. in fine, Æschines p. 16. 20. Xenoph. p. 231. VA.

92, 13. Nihil aliud est διαμεμετρημένη ἡμέρα quam κλεψύδρα uno verbo, ad quam magnæ lites et causæ olim agitabantur. Dividebatur autem in tres partes aqua illa fluens, una actori, alia reo, tertia judicibus præbebatur: unde cum actoris vel rei pars effluxerat. clamare solebant *effluxit aqua*, vel lictor qui prope adstabat, oratorem percutiebat virga, quasi eum moneret de elapso temporis spatio, quod ei datum fuerat ad orandum, nec ultra progredi poterat, sed cogebatur locum cedere adversario. Hinc vas illud in quo aqua reponebatur ad effluendum, et tempus metiendum, apposite ἀνάγκη dictum fuit. Hesych. ἀνάγκη[r]. ἡ δικαστικὴ κλεψύδρα. Pollux 8, 17. ἔνιοι δ' οἴονται καὶ ἀνάγκην σκεῦος εἶναι δικαστικὸν εἰπόντος Ἀριστοφάνους,

> οὐκ ἴῃ λαβὼν θύραζε τὰ ψηφίσματα
> καὶ τὴν ἀνάγκην ἐς κόρακας ἐντευθενί;

Anance hic vas est quod Clepsydram alias vocabant, Anancæum forte Plauto in Rudente. Nec est quod quis dicat ἀνάγκην potius fuisse ex Platone in Theæt. scriptum aut tabulas quasdam, in quibus actionis formula continebatur, a qua digredi non licebat actori, per adversarium. Nam ἀνάγκη apud Platonem semper necessitatem simpliciter importat, et in Theæt. et aliis dialogis: et proprie subscriptio illa, vel tabulæ quæ actionis formulam continebant a qua non licebat recedere, nec latius divagari, ὑπογραφὴ, vel ἀντωμοσία, vocabantur, ex eodem Platone, quod litigaturi aut dicturi quasi quodam juramento se obstringerent. Sit igitur illud verum appositissime et maxime ad rem clepsydram illam fluentem ad quam antiquitus orabant, dictam fuisse ἀνάγκην, quod simulac definitum temporis spatium elapsum erat, cogeretur actor vel reus tacere et adversario cedere locum. Nec est ignorandum maximas tantum lites et causas ad clepsydram, aut, ut loqueretur auctor noster, πρὸς μεμετρημένην ἡμέραν agitatas fuisse. In minoribus judiciis nulla aquæ mensura

[r] ἀνάγκη] Demosth. πρὸς Μακάρτατον initio. καὶ ἐπειδὴ ἦγεν ὁ ἄρχων εἰς τὸ δικαστήριον, καὶ ἔδει ἀγωνίζεσθαι, τά τε ἄλλα ἦν αὐτοῖς παρεσκευασμένα εἰς τὸν ἀγῶνα, καὶ τὸ ὕδωρ, πρὸς ὃ ἔδει ἀγωνίζεσθαι, τετραπλάσιον ἡμῶν ἔλαβον. ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῷ ἄρχοντι ἀμφορέα ἑκάστῳ ἐγχέαι τῶν ἀμφισβητούντων καὶ τρεῖς χόας τῷ ὑστέρῳ λόγῳ: id est, *mihi*, qui pro Philomache uxore mea orabam. pessime Volfius: *necesse enim judices habebat prætor*. Nam si hoc necesse fuit, cur se in eo circumventum queritur maritus Philomachæ, et indignitatem atque ambitum adversariorum objicit? VA.

utebantur, nec tam religiosi erant temporis observatores. Et ita forte intelligenda quæ hic ab auctore nostro dicuntur, *σκεπτέον τὸ παρ' Ἰσαίῳ ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους* (male erat *Δημοσθένους*) *πῶς* (melius habet Suidas *ὅς*) *μεμετρημένης τῆς ἡμέρας*[s], *ὁτὲ μὲν φασὶ* (Suidas rectius *φησὶ*) *χωρὶς ὕδατος γίνεσθαι τοὺς ἀγῶνας, ὁτὲ δὲ πρὸς ὕδωρ.* Si exstaret illa Isæi oratio, conaremur forsan ex ejus verbis quandam sententiam elicere, et dubium quod hic movere videtur Harpocration, dissolvere, sed quid aliud possumus ab omnibus præsidiis destituti, et collectaneis nostris tantum adjuti, in his tenebris, quam hæc acutioribus, et qui majori otio quam nos potiuntur, discutienda relinquere? Meminerit tamen quisquis ille erit qui in hoc laborabit, hinc intelligenda esse quæ infra ad vocem *κακώσεως* in fine ex Cod. Fed. Morelli addidimus, *ἦν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος.* Deerant hæc in aliis editionibus. Codex bonæ notæ Fed. Morelli ea agnovit ut legitima, ut certe sunt, nam causarum vel actionum aliæ erant quas ad aquæ mensuram sive *κλεψύδραν* introducebant, aliæ vero quæ sine aqua intentabantur. *δίκη κακώσεως* sine aqua erat, hoc est, cum quis agebat *κακώσεως δίκῃ*, non *πρὸς μεμετρημένην ἡμέραν* agebat. Hæc mens Harpocrationis et forsan hinc aliquid lucis quæ ex Isæo relata fuere acceptura sunt, si hæc attentius considerare velimus. MA.

92, 15. Πρὸς δὴ τοῦτο] *ἐν τούτῳ γάρ.* Suidas in *ποσειδεὼν* et in *διαμεμετρ. ὡς δὴ τούτῳ.* Scaliger lib. 1. Isag. Can. p. 56. in Tabula Mensium Atticorum inter *ποσειδεῶνος* festa refert *ὕδωρ διαμετρούμενον* magno errore, quasi hic *ἀγῶνες* essent ludicra. VA.

93, 8. ΔΙΆΜΕΤΡΟΝ] Sic Diametrum accipe leg. ult. Cod. Th. de Navic. Hesychius. *διάμετρος, τὸ διδόμενον εἰς ἀπουσίας λόγον τοῖς τοὺς σιτικοὺς καρποὺς μετροῦσι. ἀπουσία* est *damnum, perte.* Glossæ *intertrimentum.* Intelligo, cum cumulum (Auctarium Festo) dabant, nec ruplo æquabant. *διάμετρον* Plutarch. in Demetrio pro *dimenso* seu *annona militari* usurpat. Filio enim indignanti tot milites incassum interfici in obsidione Thebarum,

[s] *μεμετρημένης τῆς ἡμέρας*] Xenoph. lib. 1. Ἑλλ. in fine: *κρινέσθωσαν οἱ ἄνδρες καθ' ἕνα ἕκαστον διῃρημένης τῆς ἡμέρας τριῶν μερῶν, ἑνὸς μὲν, ἐν ᾧ ξυλλέγεσθαι ἡμᾶς δεῖ καὶ διαψηφίζεσθαι, ἐάν τε ἀδικεῖν δοκῶσι, ἐάν τε μή· ἑτέρου δὲ, ἐν ᾧ κατηγορῆσαι, ἑτέρου δὲ ἐν ᾧ ἀπολογήσασθαι.* Ecce *διαμεμετρημένη ἡμέρα*, nec tamen *πρὸς ὕδωρ* hoc judicium habitum est. Fere omnes causæ ad clepsydram orabantur. Isocrates *περὶ ἀντιδόσ.* Demosth. in *πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει*, et in *κατὰ Κόνωνος ὕβρεως.* Lysias *κατὰ Παγκλέωνος.* Isocrates *πρὸς Καλλίμαχον παραγραφῆς.* Isæus in *κληρικοῖς* passim. VA.

respondisse ait Demetrium: *σὺ δὲ τί δυσχεραίνεις ἢ διάμετρον ὀφείλεις τοῖς ἀποθνήσκουσι.* VA.

93, 10. ΔΙΑΣΚΕΥΑΣΑΣΘΑΙ] Demosthenes *ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν* [p. 845]. *ἀλλὰ διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν. re familiari distracta.* VA.

93, 12. ΔΙΑΣΕΙΣΤΟΥΣ] *κύβους* seu *ἀστραγάλους* intellige, de quibus Pollux. Æschines contra Timarchum. VA.

93, 15. ΔΙΑΨΗΦΙΣΙΣ] Suidas in *ἔκλειψις*. Ibi solenne jusjurandum præstabant *δημόται, ψηφιεῖσθαι γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ καὶ οὔτε χάριτος ἕνεκα οὔτε ἔχθρας*, ut testatur Demosth. contra Eubulidem in fine, ubi eum accusat delevisse hæc ex jurejurando. Jurabant autem hostiis cæsis. Vide supra in *δήμαρχος*. Quod si *ἐν διαψηφίσει* reus insons erat judicatus, dispuncta erat causa. Æschin. p. 77. Aliud præterea significat *διαψήφισις* apud Lysiam, in *Ἐρατοσθένους* p. 119. in fine, disquisitio scilicet atque suffragium, quo præjudicabat Senatus aut populus, utrum is, qui postulabatur, cædis v. g. ut in ea Lysiæ oratione, aut alterius criminis, reus esse videatur, quod *διαψηφίζεσθαι* vocat Xenophon lib. 1. *Ἑλλην.* in calce non semel. et 2, [3, 50.] ubi de Theramene. Fiebat autem hæc *διαψήφισις*, de qua loquimur, pari modo, quo illa, quam Harpocratio memorat. Locabantur duæ hydriæ, clamabatque præco ad populum aut senatum: *cuicunque videtur reus culpa haud vacare, in hanc hydriam calculum ferat. cui videtur culpa vacare, in hanc.* quod docet diserte Xenoph. lib. 1. in fine [c. 7, 34]. Quod si pluribus visum esset reum jure delatum esse, non statim dispuncta erat causa, sed dies dabatur, quo accusator peroraret, reus causam diceret. Judices deinde jurati sententiam pronunciabant. Xenophon ibidem. Hanc *διαψήφισιν* intellexit Cicero 1. de oratore, de Socrate: *ergo ille quoque damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent an absolverent; sed etiam illis quas iterum legibus ferre debebant.* Sigonius eodem refert locum Æschinis p. 77. male. VA.

94, 1. ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΙΑ *καὶ* ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΕΙΝ] Demosth. *κατὰ Κτησιφ.* initio simpliciter usurpat pro *fraudis atque injustitiæ testes vocare. ἀλλὰ βοᾶν καὶ διαμαρτύρεσθαι καὶ δηλοῦν τουτοισί.* Et post: *ἐγὼ μὲν γὰρ προὔλεγον καὶ διεμαρτυρόμην.* Utitur eodem sensu Æschines *κατὰ Κτησιφ.* Demosth. *κατ' Εὐέργου.* VA.

94, 1. In v. *Διαμαρτυρία*, quum Aldus manca et truncata edidisset verba *εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον ἢ οὐκ εἰσαγώγιμος*, fere eodem tempore et Maussacus edidit et Andr. Schottus

in Observationibus I, 14. supplevit ex Suida *εἰσαχθῆναι τὴν δίκην εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξῆν τῷ βουλομένῳ διαμαρτυρῆσαι, ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη ἢ οὐκ εἰσαγ.* Nescio an sufficiat. Sufficit equidem ad sensum; de manu Harpocrationis aliter testatur MS. Mediceus, qui et illa integre exhibens, præterea scribebat *ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη εἰς τὸ δικαστήριον ἢ οὐκ* etc. quod ego certe verum opinor. GR.

94, 2. Quæ hic de novo accessere deerant in excusis omnibus: optime exarati, et maxime ille, quo usi sumus beneficio Fed. Morelli, post vocem *δικαστήριον*, habuit *ἐξῆν τῷ βουλομένῳ διαμαρτυρῆσαι ὡς εἰσαγώγιμός ἐστιν ἡ δίκη.* Suidas eadem etiam repetiit. MA.

94, 7. *Ἐγίνετο*] Singularis in eam rem locus est Isæi p. 48. *καὶ ἐλάχομεν τὸ μέρος ἕκαστος. μελλόντων δ' ὑμῶν ἀντόμνυσθαι διεμαρτύρησε Λεωχάρης οὑτοσὶ μὴ ἐπ. εἶναι τὸν κλ. ἡμῖν. ἐπισκηψαμένων δ' ἡμῶν, ἡ μὲν λῆξις τοῦ κλήρου διεγράφη, ἡ δὲ τῶν ψευδομαρτυριῶν δίκη εἰσῄει.* Idem in oratione de Pyrrhi hæreditate p. 35. Pollux 8, 33. *ἐπίσκηψις δὲ εἴ τις τὴν διαμαρτυρίαν ὡς ψευδῆ αἰτιῷτο.* Uterque vero, tam reus quam actor, dicitur *διαμαρτυρεῖν*, ut apud Isæum p. 52. vers. 20. Lysias p. 158. Isocrates adversus Callimachum p. 736 et 738, quod interpres non cepit. VA.

95, 1. *Διαμαρτυρεῖν οὐσίαν*] F. *διαμαρτυρεῖν ἀποστασίου.* VA.

95, 3. *Ταῖς τοῦ ἀποστασίου*] Leg. *Ταῖς τοῦ ἀπροστ.* VA.

95, 5. *Δείναρχος*] Dinarchi orationem sic concipit Dionysius Halicarn. *διαμαρτυρία ὡς οὐδὲ εἰσὶν ἐπίδικοι αἱ Ἀριστοφῶντος θυγατέρες.* Alteram vero orationem ita inscriptam fuisse testis est *κατὰ Ἡδύπης ἀποστασίου*, sed ex Harpocr. hoc loco legendum *Ἡδύλης*. VA.

95, 7. *Μὴ ἐπίδικον*] *διαμαρτυρία* creberrime occurrit apud Demosth. *πρὸς Λεωχάρην περὶ Ἀρχιάδου κλήρου*, ubi et formulam retulerat, sed deest. addit, *οὐκοῦν δήπου διαμεμαρτύρηκεν οὑτοσὶ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὸν κλῆρον τὸν Ἀρχιάδου ὄντων αὐτῷ παίδων γνησίων κυρίως κατὰ τὸν θεσμόν.* Vide et corrige Pollucem 8, 33. Isæus p. 35 et 39. et 48. et 50. initio. VA.

95, 10. Quæ de arbitris erudite hic tractat Harpocration pessime subjecta erant voci *διαμαρτυρία.* Nos primi quæ ab hac voce *διαιτηταῖς* in præcedentibus editionibus legebantur usque ad hæc verba *Ἀθηναίων πολιτείᾳ* distinximus, et ante vocem ipsam *διαμαρτυρία* reposuimus vocabulum *Διαιτηταὶ* in plurativo singulari. Cæterum de arbitris plura in lectionibus nostris, ubi

quæ de iisdem ab auctore nostro hic dicuntur censura Critica examinavimus. MA.

95, 10. ΔΙΑΙΤΗΤΑΙ'. Δ. ἐν τῷ κ. Μειδίου] [p. 542, 5.] τὴν μὲν δίαιταν ἀντιλαχὼν οὐκ ὤμοσεν, ἀλλ' εἴασε καθ' ἑαυτοῦ κυρίαν γενέσθαι καὶ ἀνώμοτος ἀπηνέχθη (πρὸς τοὺς δικαστὰς supple.) βουλόμενος δὲ τὸ μέλλον λαθεῖν (Midias supple) φυλάξας τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῶν διαιτητῶν τὴν τοῦ θαργηλιῶνος ἢ τοῦ σκιροφοριῶνος γινομένην, εἰς ἣν ὁ μὲν ἦλθε τῶν διαιτητῶν, ὁ δ' οὐκ ἦλθε. Ibi Ulpianus: ἦσαν οἱ διαιτηταὶ τέσσαρες καὶ τεσσαράκοντα καθ' ἑκάστην φυλήν. οὗτοι δὲ ἐν τῷ σκιροφοριῶνι τὰς εὐθύνας ἐδίδοσαν. Ultimo mense anni, tumque novi creabantur judices et arbitri. Plato 6. Legum p. 765. De Arbitris est singularis locus Demosth. κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου initio: ἡ μὲν γὰρ δίαιτα ἐν Ἡλιαίᾳ ἦν, οἱ γὰρ τὴν Οἰνηΐδα καὶ τὴν Ἐρεχθηΐδα διαιτῶντες ἐνταῦθα κάθηνται. in Heliæa, in Heliastico foro. VA.

95, 10. In v. Διαιτηταὶ quæ dicuntur, concludit auctor λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Ἀριστοτέλης, Ἀθηναίων πολιτείᾳ, ut quidem edidit Maussacus post Aldum, et sic quoque hæc editio: sed quæ posterior antecessit, delevit distinctionem. Male dicam an bene? Certe edi oportuit Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολ. ut est clare in MS. quum semper fere addat præpositionem, ut mox in Διαμεμετρημένη, ubi addunt pronomen τῇ, quod non est in MS. GR.

95, 13. Κλήρῳ] Demosthenes contra Aphobum ψευδομαρτυριῶν in fine: τούτους μὲν ἀφῆκεν ἀκούσας αὐτῶν, ὅτι εἰ μεθ' ὅρκου ταῦτα διαιτήσουσι, καταγνώσονται τὴν ἐπιτροπήν. Volfius, *Se eum tutelæ damnaturos:* an potius ἐπιτροπὴ pro δίαιτα hic sumitur teste Polluce, ἐπὶ τὸν κληρωτὸν δὲ διαιτητὴν ἐλθών, etc. Duplex fuit genus διαιτητῶν: alterum κληρωτῶν, de quibus hic Harpocr. et Pollux, alteri erant homines privati et communes amici, de quibus Demosth. in Neæram initio et alibi. VA.

95, 13. Ἐπιστρεψάντων] ἐπιτρεψάντων. Ulpianus in Midianam, ad illa verba [p. 542, 2], πρὸς τὸ τῶν ἀρχόντων οἴκημα, notat, ἔδει γὰρ τὴν διαιτηθεῖσαν δίκην ὑπογραφῆναι ὑπὸ τῶν ἀρχόντων. VA.

95, 17. Εἰς καδίσκους καὶ σημηνάμενοι] ἐχίνους vocat Pollux. Dem. κατ' Εὐέργου [p. 1143]. ἐπειδὴ τοίνυν σοι τότε οὐ παρῆν ἡ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ἐχῖνοι πρότερον ἐσημάνθησαν. De arbitris loquitur. Et in oratione πρὸς Βοιωτὸν περὶ ὀνόματος [p. 999]. καὶ εἰ μισθὸς ἐπορίσθη τοῖς δικασταῖς, εἰσῆγον ἄν με δηλονότι, ταῦτα δ' εἰ μὴ σεσημασμένων ἤδη συνέβη τῶν ἐχίνων, κἂν μάρτυρας ὑμῖν παρεσχόμην. VA.

96, 3. *διαστατῶν*] Versum Menandri ita concipe: *Βοῶν ποιείτω τὴν πόλιν διάστατον.* MA. *διάστατον.* VA.

96, 4. Si pleniorem horum verborum enarrationem desideres, adi ad cap. 7. l. 6. animadvers. in Athen. in quo multa de didascalis, didascaliis, et didascalicis, eorumque auctoribus, non tantum eruditionis profundæ, sed et inquisitionis remotæ prodidit columen illud litterarum Isaacus Casaubonus, Galliæ nostræ clarum jubar. Adde etiam quæ nuper adnotavit vir comptissimi ingenii, et non vulgaris eruditionis Josias Mercerus ad Nonium Marcel. cap. de honestis et nove vet. dictis voce *redhostit.* MA.

96, 4. ΔΙΔΑ´ΣΚΑΛΟΣ] Demosth. contra Midian. *καὶ τὸν διδάσκαλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διέφθειρε τοῦ χοροῦ, καὶ εἰ μὴ Τηλεφάνης ὁ αὐλητὴς ἀνδρῶν βέλτιστος περὶ ἐμὲ τότε ἐγένετο, καὶ τὸ πρᾶγμα αἰσθόμενος τὸν ἄνθρωπον ἀπελάσας αὐτὸς συγκροτεῖν καὶ διδάσκειν ᾤετο δεῖν τὸν χορὸν, οὐδ' ἂν ἠγωνίσμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἀδίδακτος ἂν εἰσῆλθεν ὁ χορός.* Et longe post: *Σαννίων ἔστι δήπου τις ὁ τοὺς τραγικοὺς χοροὺς διδάσκων, οὗτος ἀστρατείας ἑάλω καὶ κέχρηται συμφορᾷ.* VA.

96, 6. *Πεντακλέα*] Hodie legitur *Παντακλέα.* An is est, quem Aristoph. in *Βατράχ.* 1067. notat ignaviæ, et *σκαιότατον* vocat; cujus etiam meminit Eupolis *ἐν Χρυσογένει. Παντακλέης σκαιός.* Scholiastes ad eum locum Ranarum: *διαβάλλει τὸν Παντακλέα ὡς ἀμαθῆ ἐν τῷ ὁπλίζεσθαι,* qui prius galeam capiti circumdabat, quam cristam imposuisset galeæ. In Etymolog. post *τραγῳδιῶν* additur *καὶ τοὺς μουσικούς.* VA.

96, 7. *Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις*] Suidas in *ὄνου σκιὰ* laudat Aristotelem *ἐν διδασκαλίαις,* qui in eo opere dixerit aliquod drama ita inscriptum fuisse. VA.

96, 12. *Ἐγγυηθεῖσα*] *διεγγυηθεῖσα.* Vide supra in *ἀφαίρεσις.* Utitur et Dionysius 10, 8. et 11, 30. et Polybius 17, 9, 13. Isocrates in Trapezit. p. 713. VA.

96, 14. Non tantum de circuitoribus aut *συμπεριπόλοις,* qui tympano probabant, an vigiles et qui excubias pro custodia civitatum agebant, dormirent, *κωδωνίζειν* dicitur, ut hic videtur indicare Harpocration ex Euripide in Palamede, quod etiam Demetrius quidam docuerat, aut de his qui *μαχίμους ὄρτυγας* probabant tympani sono ex Aristarcho, sed et de equorum probatoribus, qui tympano etiam eos *οὕτω ἐδοκίμαζον εἰ ψοφώδεις* [*ψοφοδεεῖς.* VA.] *εἶεν, ἢ εἰ θόρυβον ὑπομένειν δύνωνται, μή πω ἐν πολέμῳ εἰς κίνδυνον ὑπ' αὐτῶν ἐμβληθεῖεν,* et de vasculis *σαθροῖς,*

quia ea *διακρούοντες* probabant, debilia enim et detrita vasa propulsando probare solebant, et de numismatis. Aptius et convenientius de equis et vasculis, ut me docuit Græcus Magister apud Aristoph. in Ranis, reliquæ enim metaphoræ perfunctoriæ sunt et inelegantes, licet una aut altera illarum ab auctore nostro probata fuerit. Igitur quod est in equis et vasis *κωδωνίζειν*, idem est in venalitiis uti lapide Gagate, nam hoc incenso antiquitus utebantur ad explorandam venalitiorum valetudinem. Testis Apuleius in Apologia: *Quod si magnum putarem caducum dejicere, quid opus carmine fuit? cum incensus Gagates lapis (ut apud Physicos lego) pulchre et facile hunc morbum exploret, cujus odore etiam in venalitiis vulgo sanitatem aut morbum venalium experiuntur.* *δοκιμάζειν, ἐξετάζειν* experiri et explorare est. Vide Nicand. Ther. et ejus interpretem. MA. Aristoph. in Avibus v. 842. *φύλακας κατάστησαι, τὸ πῦρ ἔγκρυπτ' ἀεί, κωδωνοφορῶν περίτρεχε, καὶ κάθευδ' ἐκεῖ.* Schol. *οἱ περίπολοι τὰς φυλακὰς περισκοποῦντες ἐρχόμενοι ἐπὶ τοὺς φύλακας κώδωνας εἶχον, καὶ διὰ τούτων ἐψόφουν πειράζοντες τὸν καθεύδοντα, καὶ ἵνα οἱ φυλάττοντες ἀντιφθέγγωνται. μήποτε δὲ παρακωμῳδεῖ τὸν* Εὐριπίδην, Παλαμήδην *οὐ πρὸ πολλοῦ δεδιδαγμένον.* Quæ huc mirifice faciunt. Item Aristoph. in Avibus v. 1158. *οὐ νῦν ἅπαντ' ἐκεῖνα πεπύλωται πύλαις, καὶ βεβαλάνωται, καὶ φυλάττεται κύκλῳ, ἐφοδεύεται, κωδωνοφορεῖται πανταχῇ, φυλακαὶ καθεστήκασι καὶ φρυκτωρίαι ἐν τοῖσι πύργοις.* Porro Euripideæ fabulæ Palamedis luculentum fragmentum est apud Stobæum serm. 211.

> *Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον*
> *Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τιθεὶς*
> *Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι·*
> *Ὥστ' οὐ παρόντα, ποντίας ὑπὲρ πλακὸς*
> *Τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς,*
> *Παισί τ' ἀποθνήσκοντα γραμμάτων μέτρον*
> *Γράψαντας εἰπεῖν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι,*
> *Ἃ δ' εἰς ἔριν πίπτουσιν ἀνθρώποις κακὰ*
> *Δέλτος διαιρεῖ, κοὐκ ἐᾷ ψευδῆ λέγειν.*

In quibus versibus illa *ποντίας ὑπὲρ πλακὸς* eo spectant, quod Palamedes fingitur a tragicis per tabulas scriptas et in mare projectas Nauplio significasse omnia, quæ vellet, cum secundus ventus tabulas ad Nauplium deferret, ut memorat Schol. Aristoph. et Suidas. Sane Plinius in 7 tradit, signi dationem, tesseras et vigilias Palamedem invenisse bello Trojano. *κώδωνες* autem non sunt tympana, sed tintinnabula, ut in historia Jovis

Tonantis apud Dionem et Suetonium Augusto. In descriptione pompæ triumphalis apud Zonaram tomo 2 ex Dione: *καὶ κώδων ἀπήρτητο καὶ μάστιξ τοῦ ἅρματος.* Mox: *τοὺς γὰρ ἐπί τινι ἀτοπήματι καταδικασθέντας θανεῖν νενόμιστο κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζουσιν αὐτοῖς ἐγχριπτόμενος μιάσματος ἀναπίμπληται.* Inter instrumenta carnificis tintinnabula Plautus memorat. *Extra portam Metiam currendum est prius. Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis.* Parthenius Erotic. cap. 7 ex Phania Eresio: *προσέταξεν αὐτῷ Ἱπποκρῖνος ἀπό τινος ἐρυμνοῦ χωρίου, ὃ μάλιστα ἐφρουρεῖτο ὑπὸ τοῦ τῶν Ἡρακλεωτῶν τυράννου, τὸν κώδωνα κατακομίσαι.* VA.

96, 19. Fors fuat legendum Τηλεκλείδης ἐν τοῖς Πρυτανεῦσι, non enim Πρυτανεῖον, sed Πρυτάνεις fabulam composuisse Teleclidem Comicum auctores sunt Pollux lib. 7. cap. 3. Athenæus lib. 9 et 11, et Suidas in Τηλεκλείδης. MA. Πρυτάνεσι. VA.

97, 1. Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ] Scholia Aristophanis in Ranis ad illa v. 1545. *καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων,* ait, *σκαρισμοῖς, λεπτολογίαις, σκιαγραφίαις. σκαριφεύειν γὰρ τὸ τοὺς ζωγράφους ὑποτυπῶσαι πρῶτον τοὺς γραφομένους καὶ σκαριφήσασθαι τὸ ἐπισ.* etc. ut Harpocratio. VA.

97, 1—3. Apud Suidam eadem leguntur: nisi quod ipse Isocratis locus non affertur: sed hæc verba, *οὕτως* Ἰσοκράτης, sequitur, *σκαριφήσασθαι ἐστὶ τὸ ἐπισεσυρμ.* etc. Non abs re autem quis in hac Harpocrationis observatione quædam miretur: primum, unde sint illæ duæ voces *περὶ ἐγγύης,* quas verbo *διεσκαριφησάμεθα* præfigit: deinde, quomodo exponat verbo *διελύσαμεν,* quum hoc ipsum ab Isocrate verbum subjungatur: (apud eum enim legimus, illa in oratione, p. 142. *οὐδένα χρόνον τὰς εὐτυχίας κατασχεῖν ἠδυνήθημεν, ἀλλὰ ταχέως διεσκαριφησάμεθα καὶ διελύσαμεν αὐτάς.*) postremo, quomodo cum præcedentibus cohæreant ista quæ Aristophanis (*voluit* Isocratis) locum sequuntur, *σκαριφήσασθαι γὰρ ἐστὶ τὸ ἐπισεσυρμ.* etc. Cujus enim rei rationem hic particula *γὰρ* reddit, quum alia sit omnino expositio, ac minime cum præcedente conveniens? Sed duo sunt eorum quæ proposui in quibus nos aliquantum Suidas juvat. Ac primum ad hanc posteriorem expositionem quod attinet, apud eum vocula *γὰρ* illi non adhibetur, sed legitur, *σκαριφήσασθαι ἐστὶ τὸ ἐπισ.* ut antea dixi. Nec dubito quin omissa fuerit particula disjunctiva ante verbum *σκαριφήσασθαι,* et Harpocr. scriptum reliquerit *ἢ σκαριφ.* ut ea uti mos est quum diversa expositio proponitur. Alioqui dicitur etiam, *κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους,* vel ali-

quid tale. Præterea videmus Harpocrationis lectionem, in iis quæ profert tanquam ex Isocrate, et minime tamen cum nostris conveniunt (nisi et in alio hujus orationis loco ita verbo διεσκαριφησάμεθα utitur) a Suida non confirmari. Quod si quis eum ipsum esse locum sibi persuadet, sed ab hoc lexicographo aliud quam περὶ ἐγγύης scriptum fuisse, manet interim illa dubitatio quam movi primam, quomodo illud vocabulum διεσκαριφησάμεθα exponatur voce διελύσαμεν, quæ ab ipso Isocrate cum altera illa velut copulatur. Ac mihi certe fit verisimile illum non verbo διελύσαμεν, sed aliquo alio usum esse. Aliud autem aptius in mentem mihi non venit quam διερρίψαμεν. Cæterum alia quædam hoc de verbo (quo nullum in toto Isocratis opere magis aliis inusitatum esse arbitror) in meo Thesauro Græcæ linguæ legere poteris. STEPH.

97, 10. In v. Διϊπόλια leguntur hæc verba ἑορτή τις ἦν Ἀθήνησι, tanquam tempore Harpocrationis fuissent resecrata et abolita, ut nonnullæ dignitates, sic et sacra vetusta; quod non solet ostendere in aliis festis. Sed ab MS. Mediceo aberat verbum ἦν, ut videtur, summo jure. GR.

97, 8. ΔΙΗ^ΡΞΑ] Sic Dio in fragmentis libri 53. Pollux 8, 83. VA.

98, 1. Περὶ στρατιώτου] ὑπέρ. Vide p. 112. ἔτι πλείονας καὶ νόμους καὶ ἄλλας δικαιώσεις παρασχήσομαι. Thucydidis locus est in libro 8. οὔτε εἰ ὑπωπτεύοντο, δικαίωσις ἐγίνετο, ἀλλ' ἡσυχίαν εἶχεν ὁ δῆμος. Ubi Schol. ἀντὶ τοῦ κόλασις ἢ εἰς δίκην ἀπαγωγὴ ἤτοι κρίσις. Cicero 7 in Verrem, ἐδικαιώθησαν *inquit, hoc est, ut Siculi loquuntur, supplicio affecti ac necati sunt.* Plura Leopardus lib. 5. cap. 9, qui Harpocrat. nunquam legerat. Porro Isocrates in Archid. p. 329. δικαιώματα dicit pro δικαιολογίας. Artemidorus lib. 5. cap. 11. Ἔδοξέ τις φεύγων γραφὴν ἀδικημάτων, τὰ γράμματα καὶ τὰ δικαιώματα ἀπολωλέναι. VA.

98, 7. Διοικεῖν] γρ. διοικιεῖν. Suidas. Demosth. ἐν τῷ περὶ εἰρήνης. τὴν δὲ Θηβαίων πόλιν διοικιεῖν. Et ἐν τῷ περὶ παραπρ. οὓς ἀναγκάζονται τρέφειν διῳκισμένοι κατὰ κώμας, καὶ παρῃρημένοι τὰ ὅπλα (Φωκεῖς) Isocrates in Philipp. p. 178. Eo sensu Plutarch. in Camillo ἐνιστάμενος νόμῳ διοικίζοντι τὴν πόλιν. Et mox τὸν περὶ τοῦ διοικισμοῦ νόμον vocat. Demosthenes in Philipp. 1. p. 20. τὰς πολιτείας διασπᾶν pro eodem dicit. Demosth. ὑπὲρ τῶν Μεγαλοπολιτῶν in fine. οἶμαι τοίνυν ἔγωγε κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι δεῖν, ὅτι μὴ προσδεξαμένων μὲν ὑμῶν τοὺς Μεγαλοπολίτας, ἐὰν μὲν ἀναιρεθῶσιν καὶ διοικισθῶσιν ἰσχυροῖς Λακεδαιμονίοις εὐθὺς ἐστὶν εἶναι. Dicitur etiam ἐξοικίζειν, ut quidam Pythagoricus apud

Stobæum, et *ἐξοικιζόμενος* fabula Menandri apud Stobæum serm. 175. VA. In v. *Διοικεῖν* fit citatio *Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς*, quum MStus habeat *ἐν ε^ω Φιλιππικῶν*, hoc est, *πέμπτῳ*: ut mox in voce *Διοπτεύων* non habet MS. *Δημοσθένης ἐν τῷ εἰς τὴν Λακρίτου*, ubi viri docti in libro Gœsiano notaverant *πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν*, (et istud *πρὸς* venerat quoque sub calamum Valesio) sed *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Λακρίτου*, quæ procul dubio sunt ipsa Harpocrationis, ut patet ex v. *Μένδη*. GR.

98, 7. *διοικεῖν*] Scr. *διοικιεῖν*. Sic *τοὺς Φωκέας μετοικίζειν εἰς κώμας* dixit Diod. Sic. 16. p. 542. A. *μετοικίζειν* Ælianus habet apud Suid. in *Βραγχίδαι*. Vid. *Μαντινέων διοικισμός* Plut. Pelop. p. 288. C. male legitur *μετῴκησεν* in Schol. Apoll. Rh. ad 1, 1212. Idem ad 1218. pro eo posuit *μετέστησεν εἰς Πελοπόννησον*. Dionysius Hal. in Hist. Rom. hoc verbum posuit de Patrum plebisque dissidiis, p. 354, 39. p. 388, 43. *μετῴκισεν ἅπαντα* Plut. Philop. p. 365. E. Liban. vol. 1. p. 109. C. Schol. Apoll. Rh. ad 1, 91. *μετοικίζειν καὶ ἀνοικίζειν πάλιν* Strab. 13. p. 889. C. Libanii locum, Decl. 16. p. 462. A. non intellexit Interpres: *ἀνοικισμὸς Βιθάλβης* Steph. in *Ἑλληνόπολις*. Male vertit Berkelius *migrationem*. *διῴκισεν τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους* Athen. p. 234. B. ex Posidonio. (Translate usurpavit) Philo Jud. p. 976. D. *ὑφαιρεῖ καὶ διοικίζει*, quod versio satis indicat interpretem non intellexisse: cf. p. 463. E. 731. E. (Sic *ἐπεὶ δὲ διῳκίσθησαν οἱ βίοι* Synes. p. 258. B.) HEMST.

98, 9. ΔΙΟΠΤΕΥ'ΩΝ] *διοπτεύων τὴν ναῦν* ait Demosth. hinc *ἀδίοπος ἀφύλακτος* teste Suida. *δίοποι γὰρ ἐλέγοντο οἱ τῆς νεὼς φύλακες*. In Glossis Hippocratis a Galeno scriptis *δίοπτος*. Sed Ælius Dionysius in lexico, *δίοπος*, ait, *ὁ ναυφύλαξ ὡς ἐπισκοπῶν αὐτὴν καὶ ἐφορῶν, ἀπὸ τοῦ ὄπτω*. Eustath. Iliad. *β*. VA.

98, 9. Εἰς] *πρός*. VA.

98, 9. Vox *δίοπος* sine judicio divulsa erat a præcedente *διοπτεύων*, nam a *διοπτεύειν δίοπος* dixere, quasi *νηὸς ἐπιμελητής*. Attica vox hæc est quam retulerat Aristophanes *ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι*. usus Æschylus in Sisypho, Eurip. in Hippolyto. Consulendus Erotianus. Alii Græci *δίοπον* vocabant *ἐπίπλουν*. MA.

98, 12. *Διότιμος*] *Διότιμος ὁ Στρομβίχου* Thucyd. 1. c. 45. idem videtur quem memorat 8. c. 15. ut ex filio Strombichide, cui ab avo nomen, liquet. Diversus apud Strab. p. 81. B. HEMST.

98, 12. ΔΙΟ'ΤΙΜΟΣ] Hujus meminit Demosth. pro Corona p. 116. [p. 264.] VA.

98, 13. *Διόφαντος*] Dem. *περὶ παραπρ.* in calce: *πολλοὶ μὲν γὰρ*

παρ' ὑμῖν ἐπὶ καιρῶν γεγόνασιν ἰσχυροί· Καλλίστρατος ἐκεῖνος. αὖθις Ἀριστοφῶν, Διόφαντος, τούτων ἕτεροι πρότερον. ἀλλὰ ποῦ τούτων ἕκαστος ἐπρώτευεν; ἐν τῷ δήμῳ· ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις οὐδείς. VA.

99, 1. Male cohærebat vox *δοκιμασθεὶς* cum voce *διωμοσία.* Nos primi terminos posuimus in istis agris. MA.

99, 1. *Δοκιμασθείς*] Sic Dem. in 1 contra Aphobum [p. 814]. *κἀκείνῳ* (Therippidæ) *μὲν ἔδωκεν ἐκ τῶν ἐμῶν ἑβδομήκοντα μνᾶς καρπώσασθαι, ἕως ἂν ἐγὼ ἀνὴρ εἶναι δοκιμασθείην.* Et post: *οἱ δέ μοι δοκιμασθέντι παρέδοσαν*, tutores scilicet. Et in oratione *ὑπὲρ Φορμίωνος. δοκιμασθέντος Πασικλέους.* Et supra, *ἡνίκα Πασικλῆς ἀνὴρ γεγονὼς ἐκομίζετο τὸν λόγον τῆς ἐπιτροπῆς.* Sic et Lysias *κατὰ Διογείτονος* p. 193. Isocrates Areopag. p. 290. Sic *ἀνὴρ* sumitur ab Isæo p. 58. Isocrates Panath. p. 472. Vide omnino quæ notavi ad Arist. de Rep. Athen. Lysias in prœmio cujusdam orationis, quod refert Dionysius in Isæo: *οὐχ ἱκανόν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῖς ἐπιτρόποις ὅσα πράγματα διὰ τὴν ἐπιτροπὴν ἔχουσι, ἀλλὰ καὶ διασώζοντες τὰς τῶν φίλων οὐσίας συκοφαντοῦνται ὑπὸ τῶν ὀρφανῶν πολλοί, ὅπερ κἀμοὶ νῦν συμβέβηκεν· ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, καταλειφθεὶς ἐπίτροπος τῶν Ἱπποκράτους χρημάτων καὶ διαχειρίσας ὀρθῶς καὶ δικαίως τὴν οὐσίαν, καὶ παραδοὺς τοῖς υἱοῖς δοκιμασθεῖσι τὰ χρήματα, ὧν ἐπίτροπος κατελείφθην, συκοφαντοῦμαι νῦν ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως.* Xenophon in Rep. Athen. [3, 4.] *πρὸς δὲ τούτοις ἀρχὰς δοκιμάσαι καὶ διαδικάσαι καὶ ὀρφανοὺς δοκιμάσαι.* Isocrat. Areop. p. 290. *εἰς ἄνδρας δοκιμασθεῖεν* dicit. et in Panathen. p. 272. et de bigis p. 694. VA.

99, 3. *Ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει*] Ita in oratione contra Eubulidem loquitur Demosth. *ἔτι τοίνυν ἀρχὰς ἔλαχε καὶ ἦρξε δοκιμασθείς.* VA.

99, 3. *Ἐλέγετο δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πολιτευομένων*] Et senatores probabantur. Sic Dem. contra Neæram initio, *λαγχάνει βουλεύειν Ἀπολλόδωρος, δοκιμασθεὶς δὲ καὶ ὀμόσας τὸν νόμιμον ὅρκον.* VA.

99, 8. *Οἱ στρατηγοί*] Unde *ἀποδοκιμάζειν τὸν χειροτονηθέντα στρατηγὸν* dixit Lysias *κατ' Ἀγοράτου* p. 126. De hac *στρατ. δοκιμασίᾳ* Lysias p. 138 sub finem. VA.

99, 12. Cave ne hæc ad donationem simplicem, aut traditionem traducas. *δόσις* apud rhetores vulgo quidem et communiter munus vel donationem significat. At proprie tabulas testamenti quibus quis instituitur hæres. Ita ut *διαθήκη* et *δόσις* nihil differant. Isæus *ἐν κληρικοῖς λόγοις*, qui nobis supersunt, conjunctive semper *διαθέσθαι καὶ δοῦναι* dixit, et *κατὰ δόσιν καὶ κατὰ δια-*

θήκην succedere, quæ semper opponuntur successioni *κατὰ γένος* [t]. Hæc ab intestato erat, altera ex testamento. Proprie igitur *δόσις* apud rhetores tabulæ testamenti sunt, in quibus quis quæ sua sunt, alteri dat *διὰ τῶν ἀρχόντων*, (nam in textu sic legendum *ὅταν τις τὰ αὑτοῦ διδῷ τινι διὰ τῶν ἀρχόντων*). Magistratus non alia de causa interveniebat, quam vel ut testamenti tabulas solveret et infringeret, vel eas confirmaret et stabiliret præsentia sua, ad majorem enim cautelam obituri convocandum eum curabant, ut *δόσεις*, vel *δωρεὰς*, quas ante mortem faciebant, confirmarent. Hoc didici ex orat. Isæi de Cleonymi hæreditate. In qua nominatim refertur Cleonymum testatorem ante mortem magistratus vocandos curasse, ad confirmandas et stabiliendas tabulas testamenti, *διαθήκας* [u], *δόσεις*, *δωρεὰς*, quibus, quæ sua erant, neglectis et præteritis parentibus et agnatis, extraneis dabat. Imo ex ea oratione colligo *Ἀστυνόμον* vocari solitum fuisse ad *δόσεων* confirmationes, *πρὸς δὲ τούτοις* (ait Isæus) *ὡς Ποσείδιππον ἔπεμψεν ἐπὶ τοῦ Ἀστυνόμου, οὗτος δὲ οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ εἰσεκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἐλθόντα ἐπὶ τὴν θύραν Ἀρχωνίδην ἀπέπεμψεν*. Rursus agens de convocatione Magistratuum ad confirmandas *δόσεις· ἰσχυρίζονται γὰρ ταῖς διαθήκαις λέγοντες, ὡς Κλεώνυμος μετεπέμπετο τὴν ἀρχὴν, οὐ λῦσαι βουλόμενος αὐτὰς, ἀλλ' ἐπανορθῶσαι καὶ βεβαιῶσαι σφίσιν αὐτοῖς τὴν δωρεάν*. Nihil spissum et

[t] *Κατὰ γένος*] Sic in orat. *περὶ Ἀστυφίλου κλήρου* p. 68, et *κατ' ἀγχιστείαν* p. 47. Dionysius Hal. lib. 4. c. 34. *καὶ τὰ μὲν ὅταν τι πάθωσιν οἱ κύριοι, τοὺς κατὰ γένος ἢ κατὰ διαθήκην διαδόχους προσήκει λαμβάνειν*. Isocrates in Æginet. p. 764. *ἡ μὲν κατὰ γένος ἀμφισβητοῦσα*. Sed p. 775. *τοῖς κατὰ δόσιν ἀμφισβητοῦσι*. et 777. VA.

[u] *Διαθήκας*] Ita in argumento Isæanæ orationis *περὶ τοῦ Νικοστράτου κλήρου. φάσκοντα κληρονόμον εἶναι αὐτοῦ κατὰ δόσιν, ὅ ἐστι κατὰ διαθήκας*. Et Isæus in ea oratione p. 43. *οἱ κατὰ τὴν δόσιν τοῦ Νικοστράτου ἀμφισβητοῦντες*. Et infra: *κατὰ δόσιν προσεποιήσαντο τῶν Νικοστράτου*. Rursus infra: *ἑαυτῷ δὲ κατὰ δόσιν παρακατέβαλε*. Mox: *ὅστις κατὰ δόσιν χρημάτων ἀμφισβητῶν*. Vide testamentum Epicuri apud Laërtium p. 717, ubi has donationes in metroo recondi fuisse solitas testatur majoris securitatis causa, ut Romani in templis testamenta sua condebant, credebantque custodiæ templorum, quod de Antonio dicitur. Ut autem coram prætore hujusmodi donationes ac testamenta fiebant, sic etiam coram prætore revocabantur, si donatorem testatoremque facti postea pœnituisset. Naturale enim est, ut unumquodque eo modo dissolvatur, quo contractum est, ut in Jure dicitur: idque fiebat, quo solennior esset aut donatio aut revocatio; quam in rem insignis est Isæi locus *περὶ Φιλοκτήμονος κλήρου* p. 54. Neque vero donationes solum ac testamenta interventu magistratuum fiebant, sed et venditiones emptionesque, et manumissiones, et fœnebris pecuniæ dationes, et cæteræ obligationes interventu magistratuum fieri solebant apud Græcos, quo scilicet solemniores essent ac firmiores ejusmodi contractus, in quibus magistratus aut civitas testis intervenisset, idque usitatum fuisse apud Rhodios docet Dio in Rhodiaca p. 326, qui locus est insignis. *Διὰ τῆς πόλεως*, et *διὰ τῶν τῆς πόλεως γραμμάτων* Dio dicit, quod Attici dicebant *διὰ τῆς ἀρχῆς*. VA.

frequens magis in orationibus ejusdem rhetoris quam magistratuum illæ convocationes, de quibus semper agit cum de controversiis hæreditatum inter successores κατὰ γένος, et hæredes κατὰ δόσιν, δωρεὰν ἢ διαθήκην tractat. Audi eum in orat. de Pyrrhi hæredit. ἀλλὰ καὶ ἠμφισβήτησεν ἂν τοῦ κλήρου, καὶ διεμαρτύρησε, καὶ εἰσήγγελεν ἂν πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ ἄλλο εἴτι ἦν ἰσχυρότερον τούτων ἅπαντα ἂν διεπράξατο. Merito igitur dixit Harpocration ὅταν τις τὰ αὑτοῦ διδῷ τινι διὰ τῶν ἀρχόντων, quia ad majorem cautelam et tabularum confirmationem ac ratihabitionem magistratus convocari solebat. Sed de his plura dicturi sumus in observationibus nostris ad orationes rhetorum quæ supersunt, maxime ad illas Isæi in quibus de Cleonymi et Pyrrhi hæreditatibus agitur. MA.

99, 14. Δρακοντίδης] De hoc notavi ad fragmenta Aristot. de Rep. Athen. Ejus meminit Libanius in legatione ad Julianum p. 160. Lysias in oratione contra Eratosthenem p. 123. VA.

100, 1. Δρογγίλου scribendum est, vel melius Δρογγίλων, ut quidam Codices habent. Suidas Δρογγύλου scribit, et cum nostro Thraciæ locum esse asseverat. Stephanus contra Δρόγγιλον habet, et Thessaliæ, non Thraciæ locum esse contendit, ex Theopompi Philippic. rerum nono. Sed hæc non tanti sunt ut diutius in eis immorari debeamus. MA.

100, 2. Male hodie apud Æschinem orat. de falsa legatione, (hanc enim laudare voluit cum de hac voce δρομοκήρυκες egit auctor noster) legitur δημοκήρυκες. Verba Æschinis ita habent, οἱ δὲ Φαλαίκου τῶν Φωκέων Τυράννου δημοκήρυκες. Harpocration melius δρομοκήρυκες alias ἡμεροδρόμοι dicti, vel οἱ ἀγγελιαφόροι Dioni. Hunc errorem jamdiu deprehendit eruditissimus Lambinus in commentariis ad Æmil. Probum. MA. Æneas Poliorcet. cap. 22. initio: περὶ δὲ τὸ στρατήγιον σκηνοῦν καὶ διατελεῖν ἀεὶ τὸν σαλπιγκτὴν καὶ τοὺς δρομοκήρυκας, ἵν' ἐάν τι δέῃ σημῆναι ἢ παραγγεῖλαι, ἐξ ἑτοίμου ὑπάρχωσι. Et cap. eod. in fine: ὁ δὲ στρατηγὸς τὸ ἐμφανιζόμενον αὐτῷ τοῖς ἄλλοις φύλαξι δηλούτω σάλπιγγι ἢ τοῖς δρομοκήρυξι. Non probo quod ait Harpocr. δρομ. esse ἡμεροδρ. Livius 31, 24. hemerodromos ait esse speculatores p. 576. Fallitur. hos enim ἡμεροσκόπους Græci vocant. Æneas c. 6. ubi ἡμεροσκοπεῖα speculæ. Sic Polyænus 5, 26. et Eudocimo: Εὐδόκιμος ὁρῶν τοὺς στρατιώτας στασιάζοντας, καταπαῦσαι τὴν στάσιν οὐ δυνάμενος, ἤδη δὲ καὶ ἐπ' ἀλλήλους ὁρμώντων, δρομοκήρυξι προσέταττε κηρύττειν, ὡς ἥκοιεν οἱ πολέμιοι διαρπασόμενοι τὸν χάρακα. Locus illustris, qui explicat munus τῶν δρομοκηρύκων. Pollux 3, 148.

παρὰ δὲ Αἰσχίνῃ τῷ ῥήτορι δρομοκήρυκες. Zonaras tomo 2 pro tabellariis p. 31 et 88. VA.

100, 3. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας] ἀντὶ δὲ τοῦ τὴν Εὔβοιαν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ἡμῖν παραδοθῆναι ὁρμητήρια ἐφ' ἡμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προσκατασκευάζεται καὶ Γεραστῷ (l. Γεραιστῷ) καὶ Μεγάροις ἐπιβουλεύων διατελεῖ, ἀντὶ δὲ τοῦ τὸν Ὠρωπὸν ὑμῖν ἀποδοθῆναι, περὶ Δρύμου καὶ τῆς πρὸς Πανάκτῳ χώρας μεθ' ὅπλων ἐξερχόμεθα. VA.

100, 4. Aristotelis δικαιώματα laudat etiam Diogenes Laërtius. MA. Et Ammonius voce νῆες. ubi δικαιώματα πολέμων recte legitur[x], male Casaubonus ad Laërtium legit πόλεων ex Eustathio, cum Eustathius ex Ammonio emendandus potius fuerit. δικαιώματα πολέμων sunt jura bellorum. In eo libro princeps Philosophorum de justis bellis disserebat, ob quas causas indici soleant, quibus legibus bellum geratur. Bellum enim suas leges suaque jura habet certa, unde justum bellum et justi hostes dicuntur, postquam legitime a legatis indictum est bellum, rebus prius repetitis. Alioqui non jam bellum, sed latrocinium dicitur ab autoribus. Græce ληστρικὴ ἔφοδος. Causæ autem, propter quas bellum indicitur, ut plurimum sunt arcessitæ bellandi occasiones et conquisiti prætextus, quæ eleganter δικαιώματα πολέμων Aristoteles appellat, ut ex eo fragmento, quod profert Ammonius, satis apparet. Illud enim fragmentum totum est be bello, quod Alexander Molossus in Italia gessit, de quo Livius. Livius lib. 5 p. 152. *Sunt et belli sicut pacis jura,* (quæ Livii verba imitatus est Plutarchus in Camillo eandem narrans historiam, χαλεπὸν μέν ἐστι πόλεμος καὶ διὰ πολλῆς ἀδικίας καὶ βιαίων περαινόμενος ἔργων, εἰσὶ δὲ καὶ πολέμων ὅμως τινὲς νόμοι.) *justeque ea non minus quam fortiter didicimus gerere.* De jure autem belli, et justis causis bellorum gerendorum præclare M. Tullius in 1 de Officiis. Idem lib. 31, 29. *cum justo enim et legitimo hoste res gerebatur, adversus quem et totum jus feciale et multa jura communia.* Plutarchus in Catone Cens. et in quæst. Rom. 39. *ideo adhibitum sacramentum militare; ante enim quam miles sacramentum dixisset, nefas ei fuit ferire hostem.* Præter Cicer. et Plutarch. citatos Diodorus lib. 12. Livius lib. 4. et 8. VA.

100, 5. In v. Δρύμος hæc habentur ut Aristotelis verba Ἔπειτα Δρυμὸν ἂν Ἀττικὸν, καὶ ἕτερον Βοιώτιον. Sed præclare MS. ἐν,

[x] De hoc Mauss. ipse monuerat in Append. ad Plut. "Post *Laertius* adde, et Ammonius voce νῆες, Δικαιώματα τῶν πολέμων, de quibus alias agemus."

quod ideo non fui cunctatus in contextum recipere, non tantum ex perpetua Græcorum ista copulatione *τῶν ἑνὸς καὶ ἑτέρου*, qua utitur etiam Harpocration in v. *παράστασις*, sed vel maxime, quia Harpocration ideo post Demosthenem citat quoque Aristotelis hæc verba, ut inde doceat genus quoque in ista appellatione mutatum: quæ quum sit sententia Harpocrationis, in vulgata depravatione prorsus exstinguitur hæc ejus significatio. GR.

100, 6. Nulla est civitas nec oppidum qua in Epiro, qua in Thracia, qua in Lycia, quæ vocata fuerit *Δρίσων*. Civitas Thraciæ de qua loquutus est Demosthenes in orat. contra Aristocratem, vere dicta est *Δρῦς*, ut et alia quæ in continente. Hoc nos aperte docent Stephanus et Suidas. Ita igitur nos restituimus contra fidem exemplarium, et omnium excusorum. Sed præterea nec illud prætermittendum duximus, in Vaticano Codice pro *Θεόπομπος ἐν εἰκοστῇ πέμπτῃ* exaratum esse *εἰκοστῇ ϛ'*. id est 26. lib. MA.

100, 6. *Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους*] [p. 664.] ubi ait Iphicratem generum Cotys regis pro eo contra suos cives Athenienses pugnavisse, cumque eum liberasset, peteretque insuper Cotys, ut castella, quæ Atheniensium erant, oppugnaret, Iphicrates jure id facere posse negavit. Offensus Cotys Charidemum Oritam ducem mercede conduxit, ejusque opera Atheniensium castella cepit, *καὶ εἰς τοῦτο κατέστησε τὸν Ἰφικράτην ἀπορίας, ὥστε εἰσελθόντα εἰς Ἄντισσαν οἰκεῖν, καὶ πάλιν εἰς Δρῦν*, cum Athenas redire nec honestum sibi nec tutum esse existimaret. Polyænus 2, 22. de Ischolao, *Ἰσχόλαος ὑπὸ Χαβρίου πολιορκούμενος ἐν Δρυΐ, μέλλοντος προσαγαγεῖν τοὺς κριούς*. Scylax in Thracia, *κατὰ ταῦτα ἐμπόρια ἐν τῇ ἠπείρῳ, Δρὺς, Ζώνη*. VA.

100, 10. Quidam Codices *Ἰσοκράτης* habent, alii vero *Ἱπποκράτης*, ut excusi omnes. Ego mallem *Ἰσοκράτης*, quamvis certus non sim utrum Isocrates hac voce usus sit. Nam si verum est Hippocratem eam usurpasse, *δυσήνιος* non *δυσάνιος* scribendum erat. Erotianus *δυσήνιος. δυσθύμως καὶ δυσκόλως τὰς ἀνίας φερούσης*. Ita etiam Galenus in Glossis. Certe Antiphontem *δυσάνιος* dixisse luculentus testis est Suidas; potuit ergo et idem usurpare Isocrates. MA.

100, 13. Sextum *τραγῳδουμένων* Asclepiadis inveni etiam laudatum apud Suidam voce *ῥησίαρχος*, sed ejus verba integra non sunt. Ita scribe cum nobis: *ῥησίαρχος. ὃς ἐρέει τὰ θέσφατα παρ' Ἐπιχάρμῳ, ἤτοι παρὰ τὴν ῥῆσιν εἴρηκεν, ἢ ὡς Ἀσκληπιάδης ἐν ἕκτῳ*

τραγῳδουμένων, ἄριστον αὐτὸν γεγονέναι ἀλήθειαν εἰπών. ἐγένετο δὲ καὶ ἕτερος. Mutuatus est hæc Suidas ab Hesychio. MA.

100, 13. In v. Δυσαύλης, quod vidit et notavit Meursius 6. Attic. lect. cap. 19. non βαβοῖ legendum, sed βαυβοῖ, id probe confirmat MS. Mediceus; qui etiam Δήμητρα recte habet, non Δήμητραν. Quin etiam in eo legebatur Παλαίφατος δ' ἐννάτῃ Τρωικῶν. GR.

101, 1. Νίσαν] Νῆσσαν habet Suidas in voce Νῆσσαν ὄνομα κύριον. Δυσαύλης ὄνομα συνῴκησε τῇ Βαβοῖ, καὶ ἔσχε παῖδας Πρῶτόν τε καὶ Νῆσσαν. In Δυσαύλης autem Νῆσαν habet. VA.

101, 5. Δωριεὺς, ὄνομα παγκρατιαστοῦ] Meursius in lect. Atticis. VA.

101, 10. 'Αποφευγέναι] ἀποπεφ. VA.

102, 3. Ut δωροξενία ita et uno verbo δωρογραφὴ dici potest, at omnes Harpocrationis Codices distincte δώρων γραφὴ habuere, quam lectionem nos retinuimus. MA. Fallitur. δώρων enim ea γραφὴ dicitur, teste Polluce 8, 40. 42. 88, Dinarcho p. 95, contra Aristogitonem. VA.

102, 11. 'Εν τῷ κατὰ τῶν 'Ρητόρων νόμου] Scrib. ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου. Sic enim Theon Sophista in progymnasm. καὶ παρὰ Λυσίᾳ, inquit, ἐν τῷ πρὸς Διοκλέα ὑπὲρ τοῦ κατὰ τῶν ῥητόρων νόμου. Lex enim erat Athenis, ut cum quis novam legem ferret, qua vetus abrogaretur, pro veteri lege quidam publice constitutus diceret. VA.

102, 14. In v. 'Εβδομευομένου scribit Harpocration τὰς ἑβδομάδας καὶ τὰς δεκάτας, et has postremas aliquot locis confirmat, imo etiam ipse auctor rursus infra in v. 'Ενδεκάζοντας, ut dubium non sit eos ita vocavisse: sed tamen MS. Mediceus legit τὰς δεκάδας, quas certe potuit auctor hic adhibere maluisse æque ut ἑβδομάδας. GR.

103, 2. Μνημονικὸν est hoc ἁμάρτημα Harpocrationis, non enim in nono de historia animalium, sed in septimo cap. 12. ita loquutus est Aristoteles: τὰ πλεῖστα δ' ἀναιρεῖται πρὸ τῆς ἑβδόμης, διὸ καὶ τὰ ὀνόματα τότε τίθενται, ὡς πιστεύοντες ἤδη τῇ σωτηρίᾳ. Hæc fuit opinio summi illius Philosophi, ut pueris olim nomina imponere solitos veteres crediderit septimo die, quem ἑβδόμην vocabant, unde ἑβδομεύεσθαι celebrare diem septimum, quo nomen imponebatur. Ejusdem sententiæ fuit Lysias rhetor, qui in illa oratione contra Eteoclem de pecunia, nisi spuria ea sit, die septimo imposita pueris fuisse nomina ab antiquis retulerat.

Sed aliam plane opinionem amplexi sunt quidam alii rhetores et auctores non parvi nominis. Decimo enim die celebrata fuisse puerorum nominalia ex eorum testimoniis probari potest. Isæus multis in locis, maxime in orat. de Pyrrhi hæreditate p. 41. edit. Henric. Steph. *Φίλην ὄνομα εἶναι ἐγράψατο τῇ γυναικὶ, οἱ δὲ τοῦ Πύρρου θεῖοι ἐν τῇ δεκάτῃ φάσκοντες παραγενέσθαι, τὸ τῆς τήθης ὄνομα Κλειταρέτην τὸν πατέρα ἐμαρτύρησαν θέσθαι αὐτῇ.* Vide integram orationem, nam elegantissima est, et hanc opinionem valde confirmat. Comicus in Avibus 494. *ἐς δεκάτην γάρ ποτε παιδαρίου κληθεὶς*, id est ad celebrationem diei decimæ. Vetus enarrator ad illa consulendus, qui etiam verba Aristotelis attigit. Euripides *ἐν Αἰγεῖ* apud illum:

Τίς σε μᾶτερ ἐν δεκάτᾳ τόκον ὠνόμασεν.

Quod fragmentum ego ex Clement. Alexandrin. stromat. 6. ita ampliavi.

Ποίαν σε φῶμεν γαῖαν ἐκλελοιπότα
πολυξενοῦσθαι; γῆ δὲ τίς, πάτρας θ' ὅρος;
τίς ἔσθ' ὁ φύσας; τοῦ κεκήρυξαι πατρός;
τίς σε μήτηρ ἐν δεκάτῃ τόκον ὠνόμασεν;

[Iambum hunc rectius ita perficias cum Josepho Scaligero, *τί σ' ὠνόμαζεν τῇ δεκάτῃ μήτηρ τόκον;* Non memineramus eum in conjectaneis ad Varronem hæc restituisse, cum hæc scriberemus. Nam quod de Euripide ait Ægeonem tragœdiam composuisse et ex ea versum illum ab Schol. Comici adduci, falsissimum est. Imo Ægeus illic et apud Suidam laudatur in voce *δεκατεύειν*, *Εὐριπίδης Αἰγεῖ.* Contra Harpocration in *Πάνακτος*, *Αἰγίδι* habet, sed nos monuimus illic forte restituendum *Αἰγεῖ*. *Ex Addendis.*] Demosthenes orat. adversus Bœotum, *ἀλλὰ καὶ τὴν δεκάτην ἐμοὶ ποιῶν τοὔνομα τοῦτο ἔθετο.* Unde *ποιῆσαι* et *ἑστιᾶσαι δεκάτην*, de quibus omnino consule Suidam. Sed cave ne cum illo hæc cum voce *δεκατεύειν* confundas. Multa viri docti de lustrico die, de nominalibus, amphidromiis, et *δεκάτης καὶ ἑβδόμης* celebratione. Nullus adhuc quod sciam distincte separavit lustricum diem ab amphidromiis, et amphidromia a nominalibus, imo hos omnes ritus indiscriminatim fere quilibet doctus confudit sine ratione. MA. Et rursus Demosth. in eadem oratione: *ἐτόλμα τοίνυν πρὸς τῷ διαιτητῇ πρᾶγμα ἀναιδέστατον λέγειν, ὡς ὁ πατὴρ αὐτοῦ δεκάτην ἐποίησεν ὥσπερ ἐμοῦ. καὶ τοὔνομα τοῦτο ἔθετο αὐτῷ.* et in oratione contra eundem Bœotum de materna dote, *φησὶ τὸν πατέρα μου δεκάτην ὑπὲρ αὐτοῦ ἑστιᾶσαι.* Et Eubulus *'Αγκυλίωνι* apud Athenæum lib. 15. p. 668.

Εἶεν γυναῖκες νῦν ὅμως τὴν νύχθ' ὅλην
Ἐν τῇ δεκάτῃ τοῦ παιδίου χορεύσετε.

Aristoph. in Avibus v. 923.

Οὐκ ἄρτι θύω τὴν δεκάτην αὐτῆς ἐγὼ
Καὶ τοὔνομ' ὥσπερ παιδίῳ νῦν δὴ θέμην.

Proclus quoque in Timæum Platonis, καὶ τοῖς τεθνηκόσιν ἔνατα ποιοῦσι, καὶ τοῖς γεννωμένοις ὁμοίως τὰ ὀνόματα τίθενταί τινες ἐν τῇ ἐνάτῃ. VA.

103, 5. Hæc habet auctor noster ex Athenæo lib. 5[y]. Dipnosoph. in quo sæpius, ut et in aliis, auctores hi Callixenus in libris de Alexandria et Daimachus Platæensis in lib. de India laudantur. Ceterum ἐγγυθήκη Atticorum priscorum incitega est veterum Romanorum, ut jam pridem animadvertit Scaliger ad Festum. Inde in Glossis ἐγγυθήκη *inceteria* voce leviter detorta ab incitega. Auctores non ita antiqui incitegam vocarunt repositorium, ut Plin. lib. 18. Petronius, Ulpianus in l. 19. §. 10. D. de auro et argento legato: *Sed cui vasa sint legata: non solum ea continentur quæ aliquid in se recipiant edendi bibendique causa paratum, sed et quæ aliquid sustineant, et ideo scutellas vel promulsidaria contineri, repositoria quoque continebuntur.* Javolenus Jurisconsultus in l. 100. D. de legat. 3. vasa illa vel machinas ligneas quibus amphoræ sustinentur, βάσεις vocare videtur. MA.

103, 11. Ἐπὶ τοῦ καθέζεσθαι] Etymolog. ἀντὶ τοῦ συγκαθίσαι rectius. Idem ἐδώλια habet, non ἐδωλίαι. addit, ἐδωλιάσαι ἐστὶ τὸ οἱονεὶ συνθεῖναι ἔκ τινων ξύλων ἁπλῶς πρὸς τόπον τινὰ συντεθέντων, τὸ δ' ἰκριῶσαι τὰς ἐκ μακρῶν ξύλων συντιθεμένας στέγας ὑπὸ στέγαις ἑτέραις. ἑκατέροις δὲ αὐτῶν ἐχρήσαντο οἱ ῥήτορες. Male hæc verba ad vocem ἑδωδὴ apponuntur, pejus etiam ἐδωδητάσαι scribitur. Eadem habet Suidas. VA.

103, 15. Τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν etc.] Verba sunt Demosth. contra Aristocr. Sic Juvenal. Sat. 3, 100. *Natio Comœda.* Suidas in βαλαντιοτόμος (ex Eunapio, εἴτε βαλαντιοτόμος εἴη καὶ δοῦλος) χρημάτων τε μεγάλων ἐωνημένοι ἤγοντο μοιχοί, πόρνοι, τοιχώρυχοι, βαλαντιοτόμοι, ἀνδραποδισταί, καὶ τὰ τοιαῦτα ἔθνη. In Harpocr. lege ex Suida, καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους. εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο τί πονηρότατον νομίζετε etc. In fine δουλεύωσι. Meursius 3 Attic. Lect. VA.

[y] Athenæo lib. 5. Dipnosoph.] p. 210, sed Daimachi locus non citatur ab Athenæo. Athenæus lib. 4. p. 183. Μεγασθένης δὲ ἐν τῇ β' τῶν Ἰνδικῶν τοῖς Ἰνδοῖς φησὶν ἐν τῷ δείπνῳ παρατίθεσθαι ἑκάστῳ τράπεζαν. ταύτην δ' εἶναι ὁμοίαν ταῖς ἐγγυθήκαις. VA.

103, 17. Ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν φησίν] Et pro Ctesiph. p. 158. πολλοὶ πολλὰ καὶ δεινὰ πεπόνθασιν οὐ μόνον κατ' ἄνδρα, ἀλλὰ καὶ πόλεις ὅλαι καὶ ἔθνη. Sic apud Marcianum eum, qui Epitomen Artemidori confecit, πόλεις et ἔθνη semper distinguuntur. ἔθνη sunt *populi*, nam Cor. Tacitus 60 *Galliæ populos* dicit, i. e. ἔθνη. Livius lib. 42. p. 810. *omnes non gentes modo Græciæ, sed civitates etiam.* VA.

104, 1. Ἔχει etc.] Adde locum ex Demosthene, οὐχὶ τὰς πόλεις καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν ἀφήρηται, καὶ τετραδαρχίας etc. quæ adduxi infra ad τετραρχία. VA.

104, 5. Isocratis de Lacedæmoniis verba in illa oratione sunt, τῇ αὐτῶν πόλει τοὺς ὁμόρους εἱλωτεύειν ἀναγκάζουσι. Sed εἱλωτεύειν non exponerem simpliciter δουλεύειν, cum Harpocratione, verum δουλεύειν ὥσπερ εἵλωτα. et illo in loco, δουλεύειν ὥσπερ εἵλωτας, vel, ὥσπερ εἵλωτας ὄντας. sive, δουλεύειν εἱλωτικὸν τινὰ τρόπον. aut etiam, δουλεύειν εἱλωτικῶς, si hoc uti adverbio liceret. Latine autem dici posset, Heloticam quandam servitutem servire. Valde autem duram hanc fuisse, ex alio ejusdem oratoris loco discimus. Cæterum hyperbole quadam utens, eos e servis dominos suos a nonnullis Græcis factos scribit, p. 64. STEPH.

104, 10. Εἰσαγγελιῶν] Demosth. περὶ παραπρ. καὶ εἴγε τι τῶν προσηκόντων ἐγίνετο, ἐν εἰσαγγελίᾳ πάλαι ἂν ἦν. νῦν δὲ διὰ τὴν ὑμετέραν πρᾳότητα καὶ εὐήθειαν εὐθύνας δίδωσι, καὶ ταύτας ὁπηνίκα βούλεται. Et post: ἴστε δήπου πάλιν, ὅτε εἰσήγγειλεν Ὑπερίδης Φιλοκράτην, ὅτι παρελθὼν ἐγὼ δυσχεραίνειν ἔφην ἕν τι τῶν τῆς εἰσαγγελίας, εἰ μόνος Φιλοκράτης τοσούτων καὶ τοιούτων ἀδικημάτων αἴτιος γέγονεν, οἱ δ' ἐννέα τῶν πρέσβεων μηδενός. Hæ εἰσαγγελίαι fiebant ἐν κυρίᾳ ἐκκλησίᾳ a quolibet Atheniensi. Pollux 8, 95. Plura idem 8, 51. Fiebant etiam εἰσαγγελίαι in senatu, teste Isocrate περὶ ἀντιδόσεως in fine, et in orat. de bigis initio. Demosth. pro corona 87. De secunda delationis specie in causis maletractationis Pollux l. c. Demosthenes enim in orat. de Cherroneso p. 38. καὶ λέγουσιν οἱ νόμοι ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας εἰσαγγέλλειν. VA.

104, 10. Ἀναβολήν] Dilationem in judicio, quæ fit ex consensu litigantium, de qua vide in Pandectis. Usurpat Demosthenes κατὰ Ὀλυμπιοδώρου. Sic ἀναβάλλειν usurpat Dem. κατ' Εὐέργου *nonseant.* VA.

104, 21. Περὶ τοῦ αὐτοῦ κλήρου] Lego Ἀγνίου. Locus est p. 78, ubi γραφὴν pro εἰσαγγελίᾳ κακώσεως τοῦ παιδὸς ὀρφανοῦ sumit sæpe et p. 79. VA.

105, 1. Veteres Attici, quam Jurisconsulti [z] nostri in Pandectis actionem *ad exhibendum* vocant, *εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν* dixere. Auctores Basilicorum *ἀποκαταστατικὴν* [a] *ἀγωγὴν* aliquando, ut in l. 18. D. ad exhibendum, aliquando *παραστατικὴν*, quod verbis sit exhibitoria, effectu vero plane restitutoria l. 9. §. quantum D. ad exhibendum l. 3. §. si mecum. l. §. idem Julianus, et §. ult. l. 7. §. item municipes et sequent. cod. tit. Adverte vero ad ea quæ ex Aristotele refert Harpocration, competiisse hanc actionem *πρὸς τὸν Ἄρχοντα*, eamque introduxisse in judicium *τὸν ἀνακρίνοντα*, nam nemo quod sciam hoc adhuc animadvertit. In lectionibus nostris serio hac examinabimus, ut et varios oratorum locos, in quibus hactenus hæsit aqua. MA.

105, 1. Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν] Dem. [p. 1239.] *πρὸς Κάλλιππον. ὅτι ἐγὼ μάρτυρας ἔχων ἠξίουν ἐμφανῆ καταστῆσαι τὰ χρήματα, ἢ τὸν κεκομισμένον*, supple *τὰ χρήματα*. In ea autem *π. Νικόστρατον* de mancipiis Arethusii [p. 1251.], *καὶ ἐγγράφει τῷ δημοσίῳ ἀπόκληρον ἐξ ἐμφανῶν καταστάσεως ἐπιβολὴν ἑξακοσίας καὶ ι δραχμὰς διὰ Λυκίδου τοῦ μυλωθροῦ ποιησάμενος τὴν δίκην.* Pro *ἀπόκληρον* lego *ἀπρόσκλητον* ex MS. August. Optime. Sequitur enim mox, *ἀπρόσκλητόν μου δέκα δραχμῶν δίκην καταδικασάμενος ὡς ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ κλητῆρας ἐπιγραψάμενος.* Idem *κατὰ Διονυσοδώρου βλάβης* initio. *ὑμῖν δὲ τοῖς Ἀθήνησι δανείσασιν οὐδέπω καὶ νῦν οὐδὲ τὰ χρήματα ἀποδίδωσιν, οὔτε τὸ ἐνέχυρον καθίστησιν εἰς τὸ ἐμφανές, nec pignus exhibet, τὴν ναῦν* scilicet *τὴν ὑποκειμένην ἡμῖν*, ut mox ait, et supra dixerat, *ὥστε δανεισάμενος παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῇ νηὶ τρισχιλίας δραχμάς.* Volfius vertit, *ad navem.* male. Verte *oppignerata nave ter mille drachmas a nobis mutuatus esset sub usuris.* Infra, *ἔλεγον ὅτι βούλονται δανείσασθαι ἐπὶ τῇ νηί.* Sic Isocrates in Trapezitico p. 724, quod nec Volfius cepit. Artemidorus cap. 23. lib. 2. *πολλὰ γὰρ πορίσας τὰ χρέα ἀπέτισε τοῖς δανεισταῖς τοῖς ἔχουσιν ὑποθήκην τὴν ναῦν.* Philostratus p. 599. Demosthenes adversus Phormionem p. 591. *τοῖς δανεισταῖς οὐ παρασχόντα τὰς ὑποθήκας.* VA.

105, 3. Τὸν ἄρχοντα] Demosthenes in eadem contra Dionysodorum pro eodem dixit in fine ter et amplius, *παρασχεῖν τὰ ὑποκείμενα ἐμφανῆ καὶ ἀνέπαφα*, et *παρέχειν ἐμφανῆ τὴν ναῦν.* Sed et in eum, apud quem quid deposueris, hæc actio competit teste

[z] Jurisconsulti] Plinius in lib. 5. ep. ad Tranquillum. VA.

[a] Ἀποκαταστατικήν] Alio sensu *ἀποκαταστῆσαι* usurpat Laërtius de Xenocrate redempto a Demetrio Phalereo, qui eum in pristinam libertatem restituit. VA.

Isæo p. 54. quod not. ubi et Prætoris cognitionem fuisse ait. Sic et Isæus ἐν τῷ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς. τριηραρχοῦντος γάρ μου ἐπὶ Κηφισοδώρου (infra δότου) ἄρχοντος καὶ λόγου ἀπαγγελθέντος πρὸς τοὺς ἰδίους, ὡς ἄρα τετελευτηκὼς εἴην ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, οὔσης μοι παρακαταθήκης παρ' Εὐμαθεῖ τούτῳ, μεταπεμψάμενος τούς οἰκείους τε καὶ φίλους τοὺς ἐμοὺς Εὐμαθὴς ἐνεφάνισεν τὰ χρήματα, ἃ ἦν μοι παρ' αὐτῷ. Dionysius in Isæo. ὡς ἐν τῇ λύσει τῇ πρὸς Ἀριστογείτονα καὶ Ἄρχιππον εὑρίσκεται πεποιηκώς, ἐν ᾗ κλήρου τις ἀμφισβητῶν ἀδελφὸς ὢν τοῦ τελευτήσαντος προσκαλεῖται τὸν ἔχοντα τ' ἀφανῆ χρήματα εἰς ἐμφανῆ κατάστασιν. (Lego ἐν τῇ λέξει vel potius κλήσει.) ὁ δὲ τοῦ κλήρου κρατῶν παραγράφεται τὴν κλῆσιν δεδόσθαι λέγων ἑαυτῷ τὰ χρήματα κατὰ διαθήκας. Tum videntur fuisse διαιτητῶν ἄρχοντες. Demosth. in Midiam, καταλαμβάνει τοὺς ἄρχοντας ἐξιόντας καὶ τὸν Στράτωνα διαιτητῶν ἀπιόντα. Et postea in testimonio testium. ἐπιστάμεθα Μειδίαν, πείθοντα τόν τε Στράτωνα τὸν διαιτητὴν καὶ ὑμᾶς ὄντας ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἄρχοντας. etc. Possunt tamen esse ἐννέα ἄρχοντες. VA.

105, 4. Τὸν ἀνακρίνοντα] Ὁ ἀνακρίνων est prætor, qui cognoscit, antequam causa in judicium introducatur, sive quis alius magistratus, penes quem est jurisdictio seu ἡγεμονία τοῦ δικαστηρίου. At vero ἀνακρινόμενος est actor qui causam conjicit apud magistratum, priusquam in judicium introducatur. Demosth. πρὸς Νικόστρατον. εἰ ἀνακρινοίμην κατὰ τῶν οἰκείων τῶν ἀδικούντων με, τὰς δίκας, ἃς εἰλήχειν αὐτοῖς. Et mox: ἀνακεκριμένου γὰρ ἤδη μου κατ' αὐτοῦ τὴν τῆς ψευδοκλ. γραφήν. VA.

105, 7. ΕΙ'ΣΕΠΟ'ΔΙΖΟΝ] Lego ἐγεισιπόδιζον. ἀντὶ τοῦ ὕφαινον τοὺς γεισίποδας τοῦ etc. Vide supra in γεῖσσον. est autem γεῖσος *suggrunda* Chrysost. homil. 11. ad pop. Antioch. p. 148. supercilia oculorum comparat γείσῳ. VA.

105, 8. πρὸς ὀργεῶνα] Jam sæpius diximus vere inscribi debere hanc orationem Isæi πρὸς ὀργεῶνας. MA.

105, 10. Ἥρωνος] Forte Κίρωνος. in ea enim oratione p. 64, 65 initio legitur εἰσελθὼν δὲ εἴσω (pro εἰς ἕω) κομίζειν οἷος ἦν. id est, *postridie diluculo*, (sic enim lex jubebat) *efferre paratus eram*. VA.

105, 11. ΕΙ'ΣΦΡΗ'ΣΕΙΝ] Demosth. ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χερρον. καὶ τούτους εἰσφρήσεσθαι μᾶλλον, ἢ ἐκείνῳ παραδώσειν τὴν πόλιν, cui contrarium ἐκφρησθέντων, i. e. ἐκβληθέντων. Suidas. VA.

105, 11. Codex Vaticanus habet Δημοσθένης ἐν ἢ Φιλιππικῶν. MA.

105, 13. 'ΕΚΑΛΙ'ΣΤΡΟΥΝ] Non legitur ea vox in vulgatis. Forte ubi legitur de ancillis, *ἐν τῷ πύργῳ γὰρ ἦσαν οὗπερ διαιτῶνται*, leg. *ἐκαλίστρουν*. VA. Solus Hesychius nos monuit *καλιστρεῖν*, vel *καλλιστρεῖν* significare *καλεῖν*, hoc est vocare. Harpocration explicationem non affert, hoc tantum ait, vocem hanc Ionicam esse, eaque usos esse Demosthenem et Dinarchum, quem etiam externa usurpasse vocabula vult. Ergo hi duo oratores Demosthenes et Dinarchus non semper Attice loquuti sunt, nam Ionicæ voces externæ sunt Atticis, ut ex verbis auctoris nostri recte colligitur. MA. Intelligit ergo hunc locum, qui in ea oratione legitur: *ἀκούσαντες δ' οἱ θεράποντες τῶν γειτόνων τῆς κραυγῆς καὶ ὁρῶντες τὴν οἰκίαν πορθουμένην τὴν ἐμὴν, οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τεγῶν τῶν ἑαυτῶν ἐκάλουν τοὺς παριόντας. οἱ δὲ καὶ εἰς τὴν ἑτέραν ὁδὸν ἐλθόντες καὶ ἰδόντες Ἀγνόφιλον παριόντα ἐκέλευσαν παραγενέσθαι.* Harpocration legit *ἐκαλίστρουν*, non *ἐκάλουν*. Etymologus in *ἐλαστρῶ*. *ὡς ἀπὸ τοῦ βοῶ βοάζω, βοαστὴς, βοαστρῶ καὶ βωστρῶ, καὶ καλῶ, καλίζω, καλιστὴς, καλιστρῶ, οὕτω ἐλῶ, ἐλάζω, ἐλαστὴς, ἐλαστρῶ.* Eustathius Ἰλ. σ. p. 1161. VA.

105, 14. Τάχ' ἂν εἴη Δείναρχος] *γρ. τάχ' ἂν εἴη Δεινάρχου.* Supple *ὁ λόγος κατ' Εὐέργου.* Dinarchum peregrinis usum esse vocabulis docet Libanius in Argumento orationis *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν.* VA.

105, 15. 'ΕΚΑ'ΤΗΣ ΝΗ'ΣΟΣ] *Σῆμος ἐν β' Δηλιάδος, ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης, φησὶ, νήσῳ τῇ Ἴριδι θύουσι Δήλιοι τοὺς βασυνίας καλουμένους πλακοῦντας. ἐστὶ δὲ ἑφθὸν πύρινον σταῖς σὺν μέλιτι, καὶ τὰ καλούμενα κόκκωρα, ἰσχὰς, καὶ κάρυα τρία.* Athenæus 14. p. 645. Aliæ sunt *αἱ ἑκατὸν νῆσοι* in Asia, de quibus Herodotus 1, 151. et Strabo et Diodorus Siculus 13, 77. VA.

106, 1. Φανόδημος] Lege *Φανόδικος*. HEMST. Recte et eodem modo correxit G. Voss. de Hist. Gr. p. 399. fine. Phanodici sane *Δηλιακὰ* citantur a Schol. ad Apoll. Rh. 1. vs. 211. et 419. Cf. Voss. l. l. p. 400. GEEL.

106, 1. Ψαμμητίχην] *ψαμίτην* Suidas in *ψαμίτη*, at in *Ἑκάτης*, *ψαμμίτην*. VA.

106, 5. Ὁ τοῦ Ἀμφίονος] Forte *ὁ γοῦν Ἀπολλώνιος* etc. Infra in *πυανέψια*. Vel sane *Λυσιμαχίδης ὁ τοῦ Ἀμφίονος*. De quo in v. *Μαιμακτ.* VA.

106, 6. *Ἑκάτομνος* restituimus, ut optime est infra voce *ἐπίσταθμος* et *Ἰδριεύς*. Vide Isocrat. in Panegyrico. MA.

106, 6. 'ΕΚΑ'ΤΟΜΝΟΣ] Ecatomnum Cariæ dynastam memorat

Diodorus lib. 14 in fine, quem Artaxerxes adversus Euagoram Cyprium arma movere jussit. De Idrieo Arrianus de gestis Alexandri [1, 23, 7.] VA.

106, 7. De templis, altaribus, domibus ἑκατομπέδοις, et de numeri centenarii relligione in sacris, multa viri docti jamdiu observarunt, nec ullus est cui non sit jam dictus ille Hylas. l. 9. Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος scripsimus, quia ita appellabantur auctores illi, qui τὰ περὶ Ἀθηνῶν συγγράμματα descripserant. (Sic enim restituendam puto epigraphem operis quod composuerant, hic et infra vocibus ἑρμαῖ et Κεραμεικός.) MA.

106, 9. Μέγεθος] ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς. Etym. VA.

107, 1. Ἔκδεια] Demosth. contra Zenothemin in fine. ὁ μὲν διὰ σοῦ τὴν γεγονυῖαν ἔνδειαν οὐκ ἀποδώσειν ἡμῖν οἴεται. Et c. Apaturium. [p. 895.] ἵνα εἴ τις ἔνδεια γίγνοιτο, τὰ ἐλλείποντα ἐκ τῶν παίδων εἴη. Leg. ἔκδεια. Suidas ἔκδεια ἡ κεχρεωστημένη λοιπάς. ἔκδεια γάρ ἐστι τὸ μέρος καταβαλεῖν, ὧν ὀφείλει τις. ἔνδεια δὲ τὸ μηδὲν ὅλως καταβαλεῖν. Priscianus lib. 18. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πασικλέους. Thucydides 1, 99. ὅτι αἰτίαι ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποστάσεων τοῖς Ἀθηναίοις καὶ μέγισται αἱ τῶν φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι. Sic legitur apud Constantinum in Excerptis περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας. Philo in Legat. ad Caium p. 796. εἰ γὰρ ἀφορία παντελὴς ἐπέσχε τὴν Ἰουδαίαν, οὐκ ἦσαν αἱ πλησιόχωροι τοσαῦται ἱκαναὶ χορηγεῖν τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τὴν μιᾶς ἔκδειαν ἀναπληρῶσαι. VA.

107, 3. Ex membranis hæc addidimus: Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος, et vocem λαβόντα, quæ hic desiderabatur. Quæ vero hic laudatur quinta Philippica oratio de pace est, quam vir doctissimus, Andreas Schottus cum Dionys. Halicarnass. sextam fecit, in his quæ nuper ad Demosth. emisit. Nos e contra ex hoc auctoris nostri loco et aliis quamplurimis quintam esse asserimus, in quam etiam sententiam pedibus ivit eruditissimus Lambinus. MA.

107, 8. Δικάσασθαι] δικάζεσθαι Etymol. VA.

107, 10. ἜΚΔΟΣΙΣ] Dem. ἐν τῷ πρὸς Κάλλιππον. ἐκεῖνος γὰρ τετταράκοντα μνᾶς ἔκδοσιν ἐκδοὺς εἰς Θρᾴκην Μεγακλείδῃ τῷ Ἐλευσινίῳ. Mox: βουλόμενος τὴν ἔκδοσιν κομίσασθαι. Isocrates in Areopagit. p. 239 eodem sensu. ἀλλ' ὁμοίως ἐθάρρουν περὶ τῶν ἔξω διδομένων ὥσπερ περὶ τῶν ἔνδον ἀποκειμένων. Sic ἔνδον usurpat Isæus p. 79 et Lysias p. 146. 148. VA.

107, 13. Αἰσχίνης ἐν τῇ περὶ τῆς παραπρεσβείας ἀπολογίᾳ] καὶ ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου 12 et 17. ἐν πόλει ἐκκλήτῳ. Et περὶ παραπρ. 38. Quid autem sit πόλις ἔκκλητος, notavi ad calcem Xenoph. p. 280.

Etymolog. *ἔκκλητος πόλις, ἣν ἂν ἐκκαλῆταί τις εἰς τὸ κρίνεσθαι δηλονότι τὴν πρώτην οὐ στέργων κρίσιν, ὡς πρὸς ἔχθραν κρίνασαν ἢ πρὸς χάριν. ἐξῆν δὲ τοῖς μὲν ξένοις ἐκκαλεῖσθαι πόλιν ἄλλην, τοῖς δὲ πολίταις οὐκέτι. καὶ δικαστήριον ἔκκλητον λέγουσι.* Hesychius, *ἔκκλητοι δίκαι αἱ ἐπὶ ξένοις λεγόμεναι καὶ οὐκ ἐν τῇ πόλει.* VA.

108, 3. 'ΕΚΛΩ'ΖΕΤΕ. *Δημοσθένης κατὰ Μειδίου*] In ea oratione non legi illud verbum; forte in fine, ubi legitur *ἐκροτεῖθ' ὅτι προὐβαλόμην αὐτὸν ἐν τῷ δήμῳ*, Harpocrat. legerat *ἐκλώζετε*. Eadem habet Eustath. in 'Οδ. δ. p. 1504, additque, *καὶ ἔστιν ἕτερον συριγμοῦ ὁ κλωγμὸς, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ περικλώζεσθαι καὶ περισυρίττεσθαι.* VA.

108, 4. *ἠκροῶντο*] Membranæ habent *ἤκουον*, quam lectionem confirmat etiam Suidas. MA.

108, 8. *Δημοσθένης τε ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου*] Et *ἐν τῷ πρὸς Λακρίτου παραγρ. πρὸς τοῖς δ' ἐξεμαρτύρησεν Εὐφίλητος.* Volfius: *præter hos testati sunt ex aliis audisse se eadem Euphiletus* etc. VA.

108, 10. 'ΕΚ ΠΕΡΙΟΥΣΙ'ΑΣ] Julianus in Misopogone. *οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας, ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὕβρισεν, οὗτος ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησε.* VA.

108, 16. 'ΕΚΠΟΛΕΜΩ͂ΣΑΙ] Eo sensu usurpat Dionysius lib. 2. c. 17. *καὶ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ καὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα πραγμάτων ἐκπεπολεμωμένων.* id est, *εἰς πόλεμον καθεστώτων.* *bella moverent.* Et lib. 3 initio. *ἐκπολεμῶσαι τὰς πόλεις ἔγνω πρὸς ἀλλήλας.* VA.

108, 19. Quidam Codices *ἐκ προσαγωγῆς* habent ut Suidas, et *οἰχομένων* pro *οὐχ ἡμένων*. Porro a voce hac *ἐκ προσαγωγῆς* usque ad illam *ἐπακτροκέλης*, immanis erat luxatio paginarum: imo omnia fere confusa inter se erant nullo servato ordine. Nos manuscriptorum seriem secuti sumus, et omnia in ordinem antiquum et pristinum coegimus, ut apparebit primo intuitu. MA.

108, 20. '*Ημένων*] *ἡνωμένων.* VA.

108, 21. *Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους*] In fine: *εἶθ' ἂν ὁρᾶτε ἐκ προσαγωγῆς ὄνθ' ὑμῖν φίλον, καὶ ὅπως ἂν ὑμᾶς δύνασθαι νομίσῃ, οὕτω πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας ἔχοντα.* VA.

109, 1. 'ΕΚΦΥΛΛΟΦΟΡΗ͂ΣΑΙ] Vid. Æschines contra Timarchum p. 20. Etymol. *εἴ ποτέ τις τῶν πολιτῶν ἀδικεῖν ἐδόκει καὶ ἀνάξιος εἶναι τοῦ συνεδρίου τῶν πεντακοσίων, ἐσκόπει περὶ αὐτοῦ ἡ βουλὴ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βουλεύειν, ἀλλ' ἐλασθῆναι τοῦ συνεδρίου. ἀντὶ δὲ* etc. *ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ, καὶ ἐλέγετο ἀπὸ τούτου ἐκφυλλοφορῆσαι. μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι κακουργοῦντα Ξενότιμον τὸν ὑπηρέτην ἐν τοῖς κυάμοις, οὕτως ἡ τῶν φύλλων ἐπενοήθη. ἐξῆν*

μέν τοι ἐν τῷ δικαστηρίῳ καταδέχεσθαι τοὺς ἐκφυλλοφορηθέντας, ὥς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. Hujus Xenotimi meminit Isocr. contra Callimach. 736. VA.

109, 5. 'ΕΛΑΙΟΥΣ] *Δημοσθένης κατ' Ἀριστοκράτους.* Livius lib. 31, 16. p. 573. Est et Epiri oppidum *Elæus* teste Ptolemæo. VA.

109, 6. 'ΕΛΑ'ΤΡΕΙΑ] Stephan. *Ἐλάτεια, ἔστι καὶ Θεσπρωτίας, ἣν καὶ Ἐλάτρειάν φασι διὰ τοῦ ρ.* Strabo lib. 7. p. 324. VA.

109, 6. 'ΕΛΑ'ΤΕΙΑ] *Ἐλάτρεια*: ita hic scribendum esse, docent sequentia: *τοῦ δὲ ῥήτορος πάλιν* etc. *τάδε*: difficultatem enim movet ex diversa utriusque loci scriptura. HEMST.

109, 8. Melius mea quidem sententia scriberetur per χ *Βούχετα*, ut supra eadem voce, si vera sit etymologia quæ illic allata est, Buchetam nimirum sic dictam quod Themis *ἐπὶ βοὸς ὀχουμένη* in illam venisset. MA.

110, 13. Facit pro Harpocrationis expositione locus hic qui eadem in oratione legitur p. 244, *μάλιστα μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἄν τις δυνηθείη κατιδεῖν ὅσῳ μετριώτερον καὶ πραότερον ἡμεῖς τῶν πραγμάτων ἐπεμελήθημεν.* Nam illi superlativo *ἐλαφροτάτους*, quod exponit *πραοτάτους*, vides eodem modo subjungi *μετριωτάτους*, quo hic comparativo *μετριώτερον* subjungitur *πραότερον*. (neque enim in hujusmodi copulationibus ratio ordinis semper habetur) ac fieri potest ut in illa expositione ad locum hunc respexerit. Quum autem dicit *κατὰ τὸ ἐναντίον τῷ βαρυτάτους* et *φορτικωτάτους*, respicit ad eas voces quæ eo in loco præcedunt istas: et tamen non omnino easdem affert quas ibi legimus. Nam ita scriptum habemus totum locum, *τὰς μὲν τῶν ἄλλων ἀηδίας καὶ βαρύτητας εὐκόλως καὶ ῥᾳδίως φέροντας, σφᾶς δ' αὐτοὺς ἐλαφροτάτους καὶ μετριωτάτους τοῖς συνοῦσι παρέχοντας.* Apud Suidam paulo aliter quam apud Harpocrat. scriptum est, *ἐν ἐπαίνῳ λέγουσι τὸ ὄνομα οἱ παλαιοί, ἀντὶ τοῦ πραοτάτους, κατὰ τὸ ἐναντίον τοῦ βαρυτάτου καὶ φορτικωτάτου.* Istud igitur colligendum hinc est, Harpocrationem et Suidam (nisi potius Harpocrationis tantum mentio facienda est, quum Suidam ex illo mutuatum esse vix quisquam neget) hunc quidem in voce *φορτικωτάτους*, illum autem in vocabulo *φορτικωτάτου*, ad illud *ἀηδίας* respexisse: perinde ac si *ἡ ἀηδία* et *τὸ φορτικὸν*, aut etiam *τὸ φορτικώτατον*, idem sonarent. Verum, quamvis paulo ante *ἐλαφροτάτους*, sicut et *μετριωτάτους*, scripserim in illo Isocratis loco, tanquam et in hac mea editione ita legeretur, nunc contra fateor, in ea, sicut in Aldina et aliis, *ἐλαφροτέρους* male scriptum esse, ac *ἐλαφροτάτους* ex isto Harpocrationis loco reponendum esse: etiamsi, vel eo tacente, ali-

quem hanc emendationem sibi permittere potuisse existimem. STEPH.

110, 3. 'Ελεόθρεπτον] Apium in palustribus provenit. Hinc Artemidor. lib. 5 cap. 8 *cum quidam, ait, Nemea vicisse se et coronatum esse somniasset, lisque ei esset de agro, in quo palus erat ingens, causam obtinuit eo, quod apio Nemeonicæ coronentur.* VA.

110, 4. ὅπερ ἐστὶν ἐκτὸς ξύλινον] Corruptum: pro ἐκτὸς scribe ἕρκος. In Suida tantum ὅπερ ἐστὶ ξύλινον: aut potius ὅπερ ἐστὶ κορμὸς ξύλινος. HEMST.

110, 12. Σωτήρ] Διὸς σωτῆρος meminit Lysias κατ' Εὐάνδρου δοκιμασίας p. 165. De ara Jovis Eleutherii vide Plutarch. in Aristide. Erat autem in foro, teste Xenoph. in Œconom. [7, 1.] p. 487. Strabo lib. 9. p. 396. ædem Jovis Soteris cum porticibus in Piræeo fuisse ait. VA.

110, 14. 'Εδίδοτο ἆθλον] Videri potest deesse hic quippiam. Nam quid præmii loco daretur, non dicit. Sed Aristides ἐν 'Ελευσινίῳ nos id docet. ἀγῶνα πρῶτον γενέσθαι γυμνικὸν ἐν 'Ελευσῖνι τῆς 'Αττικῆς, καὶ τὸ ἆθλον εἶναι τοῦ καρποῦ τοῦ φανέντος, πειρωμένων τῶν ἀνθρώπων, ὅσον εἰς ἰσχὺν ἐκ τῆς ἡμέρου τροφῆς ἐπέδοσαν. Idem in Panath. p. 6. VA.

111, 4. "ΕΛΙΞΟΣ] Meminit ejus ut proditoris una cum cæteris Græciæ proditoribus Demosthenes pro corona. Ex ejus majoribus fuisse videtur is Helixus Megarensis, cujus meminit Xenophon 1 [3, 15.] 'Ελλην. p. 256. VA.

111, 5. De Hellanodicis vide diligenter quæ in animadvers. ad Euseb. Chron. [numero Eusebii 1241. VA.] J. Scaliger observavit. MA. Scaliger affert hos versus Tzetzis in Chil. 12, 368. ἦσαν ἑλλανοδίκαι δὲ ἐκ τῶν 'Αμφικτυόνων, οἱ Αἰτωλοὶ δὲ μάλιστα καὶ σὺν αὐτοῖς 'Ηλεῖοι. De Ætolis deinde subjicit caussas ex Scholiaste Pindari. Scaliger ait falli Tzetzem, cum Amphictyones Pythiorum, non Olymp. arbitri fuerint. Sed respondeo ἀμφικτύονας hic generaliter accipi a Tzetze pro conterminis ac finitimis populis. Porro Hellanodicas decem fuisse Philostratus lib. 3 de vita Apollonii cap. 9. καὶ τοὺς ἑλλανοδίκας, οὓς προΐστανται 'Ηλεῖοι τῶν 'Ολυμπίων δέκα ὄντας, κλήρῳ ξυγχωροῦντες τὴν αἵρεσιν. Libro autem 6 cap. 5 qui ætate provectior esset, eum primum inter Hellanodicas ait fuisse, primumque incessisse. Adde Pausaniam 5. c. 9. Etymolog. 'Ελλανοδίκαι ἄρχοντες 'Ηλεῖοι διέποντες τὸν ἀγῶνα τὸν 'Ολυμπιακόν. ἐκλήθησαν δὲ, ὅτι παρὰ τοῖς "Ελλησιν ἐδίκαζον τοῖς τε ἀθληταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγωνισταῖς. ἐκαθίζοντο γὰρ ἐν τῷ ἀγῶνι πορφυρίδα περιβεβλημένοι. ἦσαν οὗτοι τὸ μὲν πάλαι θ',

εἶτα δύο καὶ τὸ τελευταῖον η'. Argumentum porro orationis Hyperidis ad Eleos pro Callippo refert Plutarchus in Hyperide: ἐπέμφθη δὲ καὶ πρὸς Ἠλείους ἀπολογησόμενος ὑπὲρ Καλλίππου τοῦ ἀθλητοῦ ἔχοντος αἰτίαν φθεῖραι τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐνίκησε. Et Pausanias Eliac. lego autem hic, Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστράτου. Sic Apsines in cap. περὶ τελικῶν· κινήσει δὲ ἔλεον κἂν ὑποδεικνύωμεν τὸ πάθος τὸ συμβεβηκὸς περί τινας τῶν οἰκείων τοῦ κρινομένου ἢ τοῦ τεθνεῶτος, ὡς Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀρχεστράτου ἐπέξεισι. λέγει γάρ που τὰ συμβεβηκότα τῇ τοῦ Ὀνείδου μητρί. καὶ ὁ Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Ἀχιλλείδου τὸ πάθος τὸ τῇ ἀδελφῇ συμβὰν αὐτοῦ. λέγει γὰρ ὡς ἀκρατὴς λύπης γενηθεῖσα αὐτὴν ἀπέκτεινε. VA.

111, 8. Ἀριστόδημος ὁ Ἠλεῖος] Hic idem sine dubio, quem testem citat Schol. Pind. ad Ol. 10. 55. 83. Post 108. Olympiadem vixisse, patet, si cum his conferatur Pausan. 10. p. 397. vs. 22. HEMST.

111, 14. ἘΜΒΕΒΛΗΜΈΝΑ—Δημοσθένης ἐν τῷ—ἐμβολάδας] Eustathius Ὀδ. α p. 1405. ὅσα ἐνῆν φυτὰ ἀκροδρύων γενναῖα ἐμβεβλημένα, καὶ τὰς ἀναδενδράδας ἐξέκοψε, καὶ φυτευτήρια ἐλαιῶν περιστοίχων κατέκλασεν οὕτω δεινῶς, ὡς οὐδ' ἂν οἱ πολέμιοι διαθεῖεν. Ubi male Volfius vertit: *et plantaria olearum obiens ita confregit.* περίστοιχοι ἐλαῖαι sunt *in orbem digestæ oleæ.* Pollux 1, 241. πάντα τὰ ἐμφυτευόμενα ἥμερα τοῖς ἀγρίοις ἐμβλήματα λέγεται. Apud Athenæum 14. i. p. 653. ἐπεμβολάδας legitur, *quæ inoculato surculo satæ.* VA.

111, 15. Hic pro Ἀριστοτέλης habent quidam Codices Ἀριστοφάνης, quam lectionem etiam agnoscit Suidas. MA.

111, 17. ἜΜΒΙΟΣ] τὰ δένδρα ἐμβιώσεσθαι, Philostr. Her. p. 675. Icon. 1. p. 798. vs. 30. Alio transtulit Synes. de Prov. p. 149. D. p. 128. A. παμπάλαιον ἱστορίαν ἔμβιον. Ep. 145. p. 282. D. Ælian. V. H. 13, 1. p. 785. de Anim. 10, 16. Plut. vol. 2. p. 640. D. Hic autem ipse locus, ab Harpocratione laudatus, Aristoteli obversatus est, de Phys. aud. 2. p. 25. vs. 14. HEMST. Etymol. ἔμβιον τὸ στερρόν τε καὶ πρέμνον. ἔμβιοί τε αἱ ῥίζαι αἱ εἰς βάθος διϊκνούμεναι καὶ ἐμβεβηκυῖαι. Et paulo post: ἔμβιος καλεῖται ἡ σηπεδὼν τοῦ ξύλου· ἡ δὲ σηπεδὼν ἡ ποιότης ἐστὶν ἐν αὐτῷ, καὶ εἰ μὲν εὖ ἔχει, τοῦ ἐκφῦσαι αἰτία γίνεται, εἰ δὲ κακῶς, τοῦ κατασαπῆναι. VA.

111, 19. Μὴ δ' ἀποθάνοι] Theophrastus lib. 1. de causis cap. 2. καὶ ὅταν ἐμβιώσωσι, μεταφυτεύουσι, de virgis palmarum tenerrimis. VA.

112, 2. Qui menstruas has actiones introducebant ἐπαγωγεῖς dicebantur. Pollux lib. 8. cap. 18. MA.

112, 2. ἜΜΜΗΝΟΙ ΔΙ'ΚΑΙ, αἵ τε ἐμπορικαί] Dem. seu potius Hegesippus ἐν τῷ περὶ Ἁλοννήσου [p. 79.]. καὶ ἐμπορικαὶ δίκαι οὐκ ἦσαν ὥσπερ νῦν ἀκριβεῖς αἱ κατὰ μῆνα ποιοῦσαι μηδὲν δεῖσθαι συμβόλων τοὺς τοσοῦτον ἀλλήλων ἀπέχοντας. Vide Pollucem. Dem. πρὸς Ἀπατούριον [p. 900.]. αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἔμμηνοι εἰσὶν ἀπὸ τοῦ βοηδρομιῶνος μέχρι τοῦ μουνυχιῶνος, ἵνα παραχρῆμα τῶν δικαίων τυχόντες ἀνάγωνται. Male *semestres* Volfius vertit. Esset enim ἔκμηνον, quo utitur Polybius legat. 67. Suidas in ἔκμην. Idem Suidas recte ἔμμηνα κατὰ μῆνα. VA.

112, 7. ἜΜΠΟΥΣΑ] Scholiastes Comici emendandus est, qui ad Ranas v. 294. sic notat. ἔμπουσα φάντασμα δαιμονιῶδες ὑπὸ Ἑκάτης ἐπιπεμπόμενον καὶ φαινόμενον τοῖς δυστυχοῦσι (lege στοιχοῦσι, id est, viantibus) ὃ δοκεῖ πολλὰς μορφὰς ἀλλάσσειν. Et mox: δοκεῖ δὲ ταῖς μεσημβρίαις φαντάζεσθαι, ὅταν τοῖς κατοιχομένοις ἐναγίζουσιν. ἔνιοι δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Ἑκάτῃ, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν ταγηνισταῖς, Χθονίας Ἑκάτης etc. εἶτα ἐπιφέρει· τί καλεῖς τὴν ἔμπουσαν. Idem error apud Suidam in ἔμπουσα et Etymologum. Philostrat. lib. 2. cap. 2. ἐπορεύοντο γὰρ ἐν σελήνῃ λαμπρᾷ, φάσμα δὲ αὐτοῖς ἐμπούσης ἐνέπεσε τοδὶ γινομένη καὶ τοδὶ αὖ καὶ τὸ οὐδὲν εἶναι. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ξυνῆκε. Idem lib. 4. cap. 8. has Empusas ab aliis λαμίας et μορμολυκίας dici ait, et carnis humanæ appetentes esse. Artemidorus 2, 37. Ἑκάτην ἰδεῖν τριπρόσωπον ἑστῶσαν ἐπὶ βάσεως, ἀποδημίας σημαίνει. ἐνοδία γὰρ ἡ θεὸς καλεῖται. μονοπρόσωπον δὲ ἰδεῖν πονηρόν. κινουμένη δὲ ἡ θεὸς καὶ συναντῶσα, κατὰ σχῆμα καὶ τὰς ὄψεις καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς κρατούμενα, σημαίνει τὰ ἀποτελέσματα. Mox de iis plura dicere ait nefas esse profanis. VA.

112, 7. In v. Ἔμπουσα retinui, quod priores editiones, quod MS. Mediceus, quod ipsa antiquitas adeo bene per Valesium illustrata exigunt et stabiliunt, nempe ὅπερ στοιχοῦσιν ἐφαίνετο: ita miror, cur contra tot documenta ausus fuerit nuperus editor id mutare in δυστυχοῦσιν. nisi speciosum sibi jure existimavit adhærere Meursio lib. 3. Attic. lect. cap. 17. Sed Meursii eruditio nimis persæpe incumbit et ultra securitatis justæ modum acquiescit collationibus similium locorum. Non Suidæ codices et pauci et parum antiqui, non Etymologici auctoritas tanta esse potest, ut mutetur per ea Harpocration, nisi in locis palam perditis. Certe Empusam non infelices modo videbant, sed peregrinantes in agris circa meridiem. GR.

112, 10. *Δημοσθένης κατ' Ἀριστογείτονος*] In 1 initio: *τί ποτ' ἐστι τὸ αἴτιον καὶ τὸ ποιοῦν τὴν βουλὴν συλλέγεσθαι, τὸν δῆμον εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀναβαίνειν, τὰ δικαστήρια πληροῦσθαι, τὰς ἕνας ἀρχὰς ταῖς νέαις ἑκούσας ὑπεξιέναι; decedere.* Hinc ergo *ἕνη καὶ νέα* dicta est dies. VA.

112, 12. ἘΝΔΕΙΞΙΣ] Scholium ad illa Josephi de Christo: *καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων*, sic habet: *ὅτι ἔνδειξίς ἐστι κατηγορίας ὄνομα κατὰ πλειόνων μὲν λαμβανομένη, μάλιστα δὲ κατὰ τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ καὶ πολιτεύεσθαι μελλόντων.* In MS. Peiresciano. VA.

112, 16. ἘΝΔΕΚΑ'ΖΟΝΤΑΣ—*Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνου*] *οὐ γὰρ ὀλιγάκις ἑωράκατ' αὐτοὺς ἐπὶ μὲν τοῦ δικαστηρίου καὶ τοῦ βήματος ἐχθροὺς εἶναι φάσκοντας ἀλλήλοις, ἰδίᾳ δὲ ταῦτα πράττοντας καὶ μετέχοντας τῶν λημμάτων· καί ποτε μὲν λοιδορουμένους καὶ πλύνοντας αὐτοὺς τἀπόρρητα, μικρὸν δὲ διαλείποντας, τοῖς αὐτοῖς τούτοις συνενδεκατίζοντας καὶ τῶν αὐτῶν ἱερῶν κοινωνοῦντας.* VA.

112, 18. ἘΝ ΔΙΟΜΕΙ'ΟΙΣ ἩΡΑ'ΚΛΕΙΟΝ] Malim *Ἡράκλεια*, festum Herculi sacrum, propterea quod sequitur *τῆς ἐν Διομείοις ἑορτῆς*. Vid. *Ἡράκλεια· τὸ Διομέων Ἡράκλειον*, ubi *ἀθροίζονται οἱ τὰ γέλοια λέγοντες*, Athen. 6. p. 260. HEMST.

113, 1. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου*] Lysias in orat. *δημοσίων ἀδικημ.* p. 142. Locus vero Demosthenis allegatus sic habet: *πότερα γὰρ ἂν οἴεσθε ῥᾷον εἶναι τῷ πατρὶ δημευθέντων τῶν Ἀντιμάχου, ἐνεπισκήψασθαι ἐν τῇ οὐσίᾳ τῇ ἐκείνου ἐνοφειλόμενον αὐτῷ τοῦτο τὸ ἀργύριον, εἴπερ Ἀντιμάχῳ ἐδάνεισεν.* Et mox: *καὶ μὴν ἐνεπισκηψάμενός γε οὔτ' ἂν παρακαταβολῆς ἠπόρησεν, οὔτ' ἂν ἠπιστήθη ὑφ' ὑμῶν. πάντες γὰρ ἴστε τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν οὐ τῶν δημοσίων ἀδίκως ἐπιθυμοῦντα.* Volfius: *Enimvero si postulasset, non defuisset, unde ex sponso ageret.* Male. Vide in *παρακαταβολή*. Rectius Suidas. *ἐνεπισκήψασθαι καὶ ἐγγύην καταβαλεῖν. καταδικασθέντων τινων δημεύεσθαι τὰς οὐσίας, εἰ λέγοιεν τινὲς, ὡς εἴησαν δανεισταὶ τῶν δημευομένων, ἀπογράφεσθαι τούτους ἐκέλευον, πότε καὶ πόσον ἀργύριον ἐδάνεισαν, ὅπερ ἐλέγετο ἐνεπισκήψ. εἰ μέντοι γε παρίστων ἐγγυητὰς τοῦ μὴ ἂν διαψεύσασθαι περὶ τοῦ δανείσματος οἱ δανείσαντες, τοῦτο ἐγγύην καταβαλεῖν ἔλεγον.* Eadem Etymol. nisi quod *ἐνεπίσκημμα* et *ἐγγύης καταβολὴν* habet additque, *ἐξῆν δὲ τῇ γυναικὶ πρῶτον τὴν ὀφειλομένην προῖκα ζητεῖν, καὶ τῷ δανειστῇ τὸ ὄφλημα ἀποδεικνύντες, ὃ ἔλεγον, ἀπελάμβανον τὰ ὀφειλόμενα. ἐκαλεῖτο οὖν τοῦτο ἐνεπίσκημμα.* VA.

113, 8. ἘΝΕΣΚΕΥΑΣΜΕ'ΝΗΝ—*Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν*] Non legitur id verbum in ea oratione, sed nimirum trans-

positio hic facta est, et ad sequentem vocem hæc sunt rejicienda. VA.

113, 10. 'ENETIMATO] Adde post hanc vocem: *Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν*. Quæ superiori voci perperam ascripta sunt. In ea enim sic legitur: *πῶς οὖν οὐδὲν ἔλαττον ἔχειν φήσει τις, εἰ τούτῳ μὲν ἐν ταῖς τετταράκοντα μναῖς ἀπετιμᾶτο* (MS. Aug. *ἐτιμᾶτο* recte) *τὰ χρυσία καὶ τὰ ἱμάτια τῶν χιλίων, ἐμοὶ δὲ αἱ δέκα μναὶ χωρὶς προσαπεδίδοντο*. Et mox in responsione: *ὥστε εἰκότως ἐν ταῖς μ μναῖς ἀπετιμᾶτο* (optime in MS. Aug. *ἐνετιμᾶτο*, ut supra legendum est) *ταῦθ' ἅπερ ἀποτετίκει τῷ Λεωκράτει*. In aliis MSS. legitur *ἐναπετιμᾶτο* pessime. *'Εντιμᾶσθαι* ergo dicuntur species, ut vestis, aurea vasa seu ornamenta, quæ æstimantur, et pro dote traduntur viro, æstimata tanti ac tanti, puta duum talentum. Præter Harpocr. Pollux lib. 3. cap. 12. initio, *ἐντιμήσασθαί ἐστιν ὅταν τις προῖκα διδοὺς, τιμήσηταί τι ὁπόσου δεῖ*. Nec aliud videtur esse *ἐναπετίμησεν*. Dem. *πρὸς Νικόστρατον* [p. 1253.]. *τὸν δὲ Μάνην δανείσας ἀργύριον 'Αρχεπόλιδι τῷ Πειραιεῖ. ἐπειδὴ οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτὸ ἀποδοῦναι ὁ 'Αρχέπολις οὔτε τὸν τόκον οὔτε τὸ ἀρχαῖον ἅπαν, ἐναπετίμησεν αὐτῷ*. *Manem vero* famulum *mutua pecunia Archepolidi data, cum Archepolis nec sortem neque usuras reddere posset, in æstimationem accepit* Arethusius, *a pris en payement*. Cum vero res æstimatæ in dotem dantur, maritus earum periculum præstare tenetur, Leg. 10. de jure dotium, et toto titulo res dicuntur, quæ *εἴδη* Harpocratio vocat, id est *species*, et sic recte dicuntur. Nam ICti species semper auro et argento ac pecuniæ plerumque opponunt. Priscianus lib. 18. Demosth. *ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν περὶ προικός*. VA.

113, 10. *'Απετιμᾶτο*] *ἐναπετιμᾶτο*. VA.

113, 11. *ὅταν μὲν γὰρ πρός τι*] Sic Harpocrationem intelligo: si quis res ad pecuniæ pretium redactes et æstimatus accipiat, is *ἀποτιμᾶσθαι* dicitur; quemadmodum maritus vestem uxoris et ornamenta cætera, quæ in dotis summam computantur; sed qui pecuniæ debitæ partem in aliis speciebus, existimatione pacta, convento recipit, dicitur *ἐντιμᾶσθαι*: velut si quis a talenti debitore, ut quinquaginta minæ expungantur, agrum aut domum, aut servis aut supellectilem pretiosam aliasve species in solutum accipiat. HEMST.

113, 12. *ἀποτιμᾶσθαι*] *ἐναποτιμᾶσθαι*. VA.

113, 2. *αὐτὴν*] *'Αθηνᾶν* post *αὐτὴν* interponit codex Med. Sed sine dubio legendum est *'Αθηναῖοι*. Vid. Plut. Demetr. p. 893. D. Perpendendus est schol. Pindari locus ad Nem. 3, 4.

ubi ex Philochoro tradit, plebis scito statuisse Athenienses τὸν Δημητριῶνα μῆνα ὅλον ἱερομηνίαν λέγεσθαι. Nullus hoc nomine mensis inter Atticos, nisi unum aliquem sic appellari jusserint in Demetrii gratiam. HEMST.

114, 2. Δημητριάδα] Scholiastes Aristoph. in Nubes 1129: ταύτην (τὴν τριακάδα) καὶ Δημητριάδα προσηγόρευσαν. Vulgo δημιτριάδας legitur. VA.

114, 6. 'ΕΝΘΡΥΠΤΑ'] *Intrita.* Glossæ, ἐνθρύπτης *intritio.* Apud Cornelium Celsum *Intrita ex vino, ex posca, ex aqua*, est panis intritus in vinum, etc. Phædrus, *Intrito cibo plenam lagenam posuit.* Glossæ *intritum* ἐμβροχή. Hesychius ἔντριτον, ἔμβρεκτον explicat. Hæc Salmasius in Vopiscum in Aureliano p. 394, ubi arguit Hesychium, qui a Gallis ἔμβρεκτον dici ait. Sed Γαλάται in Hesychio sunt *Asiani Galatæ.* Embractum Baianum Apicio lib. 9. Terentius, *tute intrivisti, tibimet exedendum est.* Donatus ad moretum seu alliatum moretarium refert, male, ut ait Salmasius. Imo recte. Apud Phædrum existimo esse *Intritum cibum* quem consummatum vocamus. Apud Hesychium ἔντριτον τὸ Διονυσίου ἔμβρωμα. forte ἔντριπτον τὸ Διονύσου βρῶμα. Baccho enim id intritum ex vino offerebant; *une souppe trempée en vin.* Ἔμβρωμα vox usitata apud Eustathium. Julianus in orat. contra imperitos canes p. 360. σάρκες γὰρ εἰσὶν οὐδὲν ἧττον, κἂν μυριάκις αὐτὰς ἑψήσῃ, κἂν ὑποτρίμμασι μυρίοις τις αὐτὰς καρυκεύσῃ. Idem in orat. ad Heraclium p. 420. ὑποτρίμματα pro *scitamentis* usurpat. Hesychius ζαρτὸς ζωμὸς τριπτός. *Tucetum* Latini dicunt. Apuleius Milesia ult. *insuper fluctus libant intritum lacte confectum.* Athenæus lib. 7. ex Erasistrato in Opsartytico ait ὑπόσφαγμα idem esse quod ὑπότριμμα, quod fit e carnibus coctis et sanguine et caseo et lacte et cumino et sale et silphio. Dalechampius ὑπότριμμα *intritum* vertit, ut et Cornarius apud Artemidorum cap. 74. lib. 1. Hipponax σηπίας ὑπόσφαγμα. *Sepiæ intritum* explicat Athenæus. Idem lib. 9. initio refert versus Antiphanis in Parasito, θρυμματὶς τεταραγμένη. Nicander in Alexipharmacis 234.

Ἄλλο τε δὲ στρούθεια
Πολλάκι δὴ σφύρῃσιν ἅλις ἐναολλέα κόψας
Ὕδασιν ἐμβρέξαιο. Et mox:
Τῷ μέν τ' εὐβρεχέος ἀψινθίου ἄλγος ἀρήξει.
Εὔστυφον πόμα κεῖνο νεοτρίπτῳ ὑπὸ γλεύκει.

Scholiastes: κελεύει οὖν ἐν γλεύκει βρέχειν ἀψινθίου. τοῦτ' ἔστι

μετὰ γλεύκους τὸν τοῦ ἀψινθίου ζωμόν. Infra Nicander 320. *ὄξει δ' ἐμπίσαιο*, Schol. *τουτέστι βρέξον.* Item 368. *ποτῷ ἐγκνήεο ῥίζας.* Schol. *τουτέστι ἔντριπτε.* VA.

115, 3. 'ΕΝ ΠΑΡΑΒΥ'ΣΤΩΙ] Sic Demosth. *κατὰ Τιμοκράτους* usurpat non longe ab initio, pro quo proxime infra dicit *λάθρα.* VA. Vide infra *παράβυστον.* MA.

115, 5. 'ΕΝΣΗΜΑΙΝΟ'ΜΕΝΟΣ—'Ισοκράτης] Utitur Demosthenes in 2 contra Aphobum. Isocratis locus est in Philipp. initio 172. Utitur et in orat. contra Lochitem in fine. Sic Appianus lib. 2. Civilium in fine de Antonio, *ἀνεγίνωσκε τῷ μὲν προσώπῳ σοβαρῷ καὶ σκυθρωπῷ, τῇ φωνῇ δ' ἐνσημαινόμενος ἕκαστα καὶ ἐφιστάμενος, οἷς μάλιστα αὐτὸν ἐν τῷ ψηφίσματι ἐξεθείαζον.* Utitur et Xenoph. lib. 8. Κυρουπ. sub initium. VA.

115, 7. 'ΕΝ ΦΡΕΑ'ΤΤΟΙ] Photius in lexico habet: 'Ες Φρεάτου. VA. Judicium hoc sive tribunal vere dicebatur *ἐν Φρεάττοι*, ut excudendum curavimus. male et mendose omnino præcedentes editiones *ἐν Φρεάτου* habebant. Sic infra voce 'Εφέται pro et *ἐν Φρεάτοις* restituendum *ἐν Φρεάττοι*, male enim habet etiam Suidas *ἐν Φρέατι.* Corruptissimum est hoc judicii nomen apud omnes ferme auctores classicos. Quæ vero hic de eo referuntur ab Harpocratione, mendis infinitis scatebant, quæ ad unum detersa fuere. MA. 'Εν Φρεάτοι habet Helladius Besantinous, quem vide de 4 judiciorum et fororum Athenis differentia: et Ælianum lib. 5. *ἐν Φρεατοῖ* habet Etymolog. item *ἐν ἕκτῳ καὶ δεκάτῳ νόμων.* VA.

116, 7. Χρυσάσπιδας] P. 67. *ὅτι τὰς χρυσᾶς ἀσπίδας ἀνέθεμεν πρὸς τὸν καινὸν νεὼν πρὶν ἐξειργάσθαι.* Harpocrationem legisse apparet *πρὶν ἐξαράσασθαι*, rectius. Solebant autem Athenienses aureos clypeos in Apollinis Delphici templo consecrare. Plutarch. in Demetrio et Pausanias in Phocicis. *ἐξαρᾶσθαι* ergo est dedicare. *τελειοῦσθαι* dicit Athanasius in Apologia p. 682. *ἐπειδὰν δὲ καὶ περὶ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κατειρήκασιν, ὡς δὴ συνάξεως ἐκεῖ γενομένης, πρὶν αὐτὴν τελειωθῆναι.* male Interpres *absolvere.* quanquam non male. Sic enim p. 684 et 685. VA.

116, 8. *πρὸς τὸν καινὸν νεών. ἐξαράσασθαί ἐστι τὸ ἐκτελέσαι*] Legendum videtur *τὸν κ. ν. πρὶν ἐξαράσασθαι· ἔστι δὲ τὸ ἐκτ.* utique debet addi illa vox, cujus caussa locus Æschinis est prolatus. HEMST.

116, 11. 'ΕΞΕΓΓΥ'ΗΣΙΣ] Demosth. *περὶ παραπρ.* de captivis Halensibus, *ἔνιοι δὲ τῶν ἑαλωκότων, οἵπερ ἦσαν ἐξηγγυημένοι, ἀπιστοῦντες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μὴ δυνήσεσθαι μετὰ ταῦτα πεῖσαι τὸν Φί-*

λιπποι, ἑαυτοὺς ἔφασαν βούλεσθαι λύσασθαι καὶ μηδεμίαν τούτου Φιλίππῳ χάριν ἔχειν. Ita Andocides p. 8. VA.

116, 12. Ἀριστοκράτους] γρ. Τιμοκράτους. Demosth. enim in ea oratione ἐξεγγύησιν usurpat. κατὰ τὸν τούτου νόμον μὴ εἶναι διεγγύησιν αὐτοῖς, μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεγγυᾶν μηδένα. Et paulo post: τηνικαῦτα ποιεῖν τὴν ἐξεγγύησιν. *per vades liberationem proponere*, Volfius. Isæus alio sensu ἐξεγγύην dixit p. 46. Lysias p. 158. VA.

117, 2. Ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος] In fine, οὐδενὸς πώποτε ἐξητάσθης κατήγορος, οὐδ' ἀγανακτῶν ὤφθης, quæ verba repetit in ea contra Timocratem Androtionis socium et συνθιασώτην, versus finem. Sic Dionysius Halic. lib. 2. c. 10. μετὰ τῶν ἐναντίων ἐξετάζεσθαι. *Inter inimicos censeri* vertit Gelenius recte, quem injuria Sylburgius reprehendit. Sic enim et lib. 9. c. 31. εἰ δὲ μετὰ πάντων τε ἐξηταζόμην. Et lib. 4. c. 36. VA.

117, 4. Σκίρωνος] Lege Κίρωνος. Extat in ea oratione p. 66. in fine. VA. Legendum περὶ Κίρωνος κλήρου, ut supra voce εἰς ἕω, ubi male etiam ἥρωνος est. exstat adhuc hæc oratio. At qui ab oratoribus ἐξηγητὴς, vel ἐξηγηταὶ dicuntur, Jurisconsulti nostri sunt. Ita Plato in Euthyphrone. MA. Non probo, licet Suidas, ἐξηγηταὶ, dicat, οἱ τοὺς νόμους τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑποδεικνύοντες καὶ διδάσκοντες περὶ τοῦ ἀδικήματος, οὗ ἕκαστος γράφεται. At nunquam eo sensu usurpatur ea vox apud Ath. sed tantum de Interpretibus religionum accipitur, ut notavi ad leges Atticas. Rectius Suidas ex alio meliore Grammatico subdit: ἐξηγηταὶ τρεῖς γίνονται πυθόχρηστοι, οἷς μέλλει (lege μέλει) καθαίρειν τοὺς ἄγει τινὶ ἐνισχηθέντας, καὶ οἱ ἐξηγούμενοι τὰ πάτρια. Νομιζόμενα autem lego hic apud Harpocr. Idem error apud Suidam. Locus Platonis est initio Euthyphronis. ἐξηγηταὶ proprie sunt, qui patrias consuetudines et instituta demonstrant, ubi nullæ scriptæ ea de re leges sunt. Plato 8 Leg. p. 845. Lycurgus contra Lycophronem: οὐ γὰρ ὅσων τοὺς γεγραμμένους, δι' ὧν ἡ δημοκρατία σώζεται, παραβαίνειν, ἑτέρων δὲ μοχθηρῶν ἐξηγητὴν ἐπῶν καὶ νομοθέτην γενόμενον ἀτιμώρητον ἀφεῖναι. Suidas in μοχθηρία. Andocides p. 15. Pollux lib. 8. cap. 10. ἀνίστατο δὲ τὰ δικαστήρια, εἰ γένοιτο διοσημεῖα. ἐξηγηταὶ δὲ ἐκαλοῦντο οἱ τὰ περὶ τῶν διοσημείων καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν δικάζοντες. Sic Hesychius. Sic usurpat Plato 6 de Legibus p. 759 et lib. 9 passim. Eorum usus præcipue in procurationibus et expiationibus et lustrationibus homicidarum et cæteris piaculis. Hinc ἐξηγητικοὶ libri Rituales dicuntur. Clidemus ἐξηγητικὸν scripsisse dicitur ab Athenæo lib. 9 in fine, ubi et locus ex eo libro adducitur, περὶ ἐναγισμῶν

de parentalibus. Anticlides quoque ἐξηγητικὸν scripserat teste Athen. 11. p. 473, qui liber erat de religionibus, ut ex fragmento quod profert Athenæus, conjicere licet: docet enim eo loci Anticlides, quo modo Jovis Ctesii sigilla constituenda sint. Apud Plut. in Nicia c. 23. Αὐτοκλείδης male exaratur: ἄλλως τε καὶ τῶν περὶ ἥλιον καὶ σελήνην (supple ἐπικρύψεων) ἐπὶ γ' ἡμέρας ἐποιοῦντο τὴν φυλακήν, ὡς Ἀντικλείδης διέγραψεν ἐν τοῖς ἐξηγητικοῖς. Proclus in Hesiodi Dies p. 178. VA.

117, 5. ἔστι δὲ καὶ τὰ] Lege ἔτι δὲ καὶ τὰ etc. Minus, ut puto, recte Kuhn. ad Poll. 3, 102. n. 26. HEMST.

117, 5. ὀνομαζόμενα] νομιζόμενα. VA.

117, 9. ἘΞΟΡΧΗΣΆΜΕΝΟΣ] ὁ πατὴρ ὁ σὸς ᾤχετο αὐτόθεν (ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου) αὐταῖς πέδαις ἐξορχησάμενος Διονυσίων τῇ πομπῇ. Ibi Ulpianus: κακῶς τῇ πομπῇ καὶ τῇ πανηγύρει χρησάμενος. ἔθους γὰρ ὄντος ἀνίεσθαι τότε διὰ τὴν ἑορτὴν καὶ πάλιν ἐμβάλλεσθαι, διὰ τὸν δρασμὸν ἐνύβρισε τοῖς Διονυσίοις. Plutarchus πρὸς Κολώτην. Livius 5. c. 13. p. 144, ubi de lectisternio, quod primum Romæ factum est: *Vinctis quoque dempta per eos dies vincula. Religioni deinde fuisse, quibus eam opem dii tulissent, vinciri.* Ἐξορχήσασθαι autem fere pro insultare et contemnere ac deridere: sic Athanasius in 2 contra Arianos sæpe. Arrianus lib. 3. cap. 21. σὺ δ' ἐξαγγέλλεις τὰ μυστήρια καὶ ἐξορχῇ παρὰ καιρὸν, παρὰ τόπον. VA.

117, 14. Græci ἐξούλης δίκην, Romani interdicta *unde vi*, et de *vi armata* habebant. Porro quæ hic laudatur Dinarchi oratio sic inscribi debet ἡ Κροκωνιδῶν διαδικασία. legendum ergo ἐν τῇ. MA. Etymol. ἐξούλης. ὄνομα δίκης. οἱ δίκην νικήσαντες, ὥστε ἀπολαβεῖν χώραν ἢ οἰκίαν, ἔπειτα ἐμβατεύειν κωλυόμενοι ἢ ἐμβατεύσαντες ἐξελαυνόμενοι δίκην εἰσάγουσι πρὸς τοὺς ἐξελαύνοντας ἢ οὐκ ἐῶντας ἐμβατεύειν. VA.

117, 17. Τῷ δημοσίῳ] Andocides in oratione de mysteriis p. 11. VA.

118, 10. Μόνος] Μόνων. VA.

118, 12. Ἐξωμοσία ... Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρ.] Ubi Æschinem, quem populus legatum creaverat, excusasse ab eo munere se dicit, cum morbum in causa esse fingeret. Vide Æschinem περὶ παραπρ. p. 41, ex quo loco discimus ejurare aliquod ministerium licuisse per alterum, id est, per interpositam personam. Quod confirmat Schol. Comici ad illud ἐν Ἐκκλησιαζ. v. 1018. ἐξωμοσία δ' οὐκ ἔστιν. Notæ. Ἐξωμοσία ἔνορκος παραίτησις δι' εὔλογον αἰτίαν. ἐξωμοσία, ὅταν τις φάσκῃ ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἢ ὑπὲρ

ἑτέρου ἐγκαλούμενος μὴ δεῖν εἰσάγεσθαι δίκην, εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐκ εἰσαγώγιμος ἡ δίκη. εἰ δοκεῖ κατὰ λόγον ἀξιοῦν, ἐδίδοτο αὐτῷ ἐξωμοσίᾳ χρῆσθαι, καὶ οὕτως διεγράφετο ἡ δίκη. καὶ ἐξωμόσατο ἀπηγόρευσε. καὶ ἐξομόσασθαι πρᾶξίν τινα διὰ νόσον ἢ πρόφασιν ἑτέραν. Vide Pollucem. VA.

118, 17. Αἰσχίνης κατὰ Τιμάρχου] Et Demosth. contra Androtionem, ὅτι καὶ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ἔσθ' ὑμῖν ἐπαγγελία. Ubi et χιλίας δραχμὰς, siquis causa caderet, mulctam fuisse accusatori propositam testis est. VA.

119, 3. Valde nova nec vera hæc ἐπακτοῦ ὅρκου expositio non immerito lectori videatur, quum vix ullus inveniri possit qui in dubium vocandum putet an ἐπακτὸς ὅρκος sit qui ab alio defertur. Neque tamen negari potest quin Harpocrationis menti assentiatur mea interpretatio. nam αὑτῷ recte a me scribi, non αὐτῷ, ut sit pro ἑαυτῷ, ostendit Suidas, quum apud eum legatur ἑαυτῷ: et hujus expositionis totius verba sint apud eum ista, ὃν ἄν τις αὐτὸς ἑκὼν ἑαυτῷ ἐπάγηται. τουτέστιν αἱρεῖται. Illa autem, ὃν ἄν τις αἱρῆται (nam ita scribendum est, sicut præcedit ἐπάγηται) vel ὃν τις αἱρεῖται, una voce reddo Spontaneus. quum et Voluntarius reddi (ut opinor) queat. Recte autem apud eundem Suidam corrigitur illa expositio hac proxime sequente, ἄλλοι δὲ τοὐναντίον, ὁ ἀλλαχόθεν ἐπιφερόμενος, ἀλλ' οὐκ αὐθαίρετος. Quibus verbis subjungitur mentio illorum trium generum jurisjurandi. Sed quod ad posteriorem hanc ἐπακτοῦ ὅρκου expositionem attinet (quam et ego multo meliorem, immo solam bonam esse judico) jam apud eundem lexicographum præcesserat, antequam περὶ τοῦ αὐθαιρέτου intelligi debere diceretur. Hæc enim ibi præcedunt, Ἐπακτὸς ὅρκος, ὁ μὴ αὐθαίρετος, ἀλλ' ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει. Jam vero et ipse Isocratis locus, sive Apolloniatæ, sive alius (ut antea dictum fuit) qui tempore Dionysii Halicarnassei vixit, ad amplectendam posteriorem hanc ἐξήγησιν, rejiciendam priorem (quod pace Harpocrationis, magni alioqui viri, dictum sit) compellere nos videtur. Ibi enim ita eum monet, jusjurandum epactum admitte, duabus de causis: vel ut te ipsum turpi crimine liberes, vel ut amicos e periculis eripias. Nam hic observandum est dici προσδέχου, id est admitte: atqui quomodo quis jusjurandum spontaneum, non autem ab alio delatum, admittere diceretur? Illud vero διὰ δύο προφάσεις libenter aliter interpretarer, quam duabus de causis: quum hæc verba respondeant potius Græcis istis, διὰ δύο αἰτίας: et quæ subjunguntur illis verbis διὰ δύο προφάσεις, non tam sint duæ causæ

propter quas jusjurandum admitti debet, quam duæ res quæ quum accidunt, præ aliis ad jusjurandum admittendum impellere debent. In illis porro Harpocrationis quæ sequuntur verbis, ubi de tribus jurisjurandi generibus loquitur, desidero verbum ad quod illud *εἶναι* referri possit. Præterea vereor ne aliud quam ἁπλοῦν ipse scripserit. In sequenti autem et ultima hujus observationis periodo lego *τῷ προτεινομένῳ*, sive *τοῖς προτεινομένοις*, pro *τὸν προτεινόμενον*, ut ostendere vel mea hujus loci interpretatio potest. STEPH.

119, 4. Hæc opinio Harpocrationis. Aliter sentit Dionysius Halicarnass. *ἐν μεθόδῳ προσφωνηματικῶν*. Illic enim parænesses ad Demonicum Isocrati cuidam amico suo et Echecratis tribuuntur. Porro de Isocrate Apolloniate consule Suidam in Ἰσοκράτης et Θεοδέκτης. infra etiam voce *παράκλησις* laudatur simpliciter Isocrates *ἐν παραινέσεσι*. Sed de his jam accurate dixerunt eruditissimi viri, Muretus in lib. 1. Emendat. cap. 1. et Henricus Stephanus Diatrib. 2. ad Isocrat. Orat. Quæ autem hic afferuntur jurisjurandi species tres, *ἐπώμοτος* (sic enim legi debet, non *ἀπώμοτος*), *κατώμοτος* et *ἐπακτὸς* non conveniunt tribus aliis quas vulgo afferunt Jurisconsulti nostri ex Triboniano, nimirum judiciali jurijurando, voluntario et necessario. Causas differentiæ et paritatis, si quæ sint, in lectionibus afferemus: urget enim nos temporis brevitas. MA.

119, 7. Ἐπώμοτος] Longe ab Harpocr. dissentit Suidas, Hesychius, et quem ad verbum exscribit Zenobius in proverbiis, Pollux 4, 30: *ὁρκίσαι*, inquit, *δὲ καὶ ὅρκους ἐπαγαγεῖν, δοῦναι, λαβεῖν, ἀπολαβεῖν*. *Κατώμοτος* videtur fuisse species jurisjurandi per nomen deorum. Sic Aristoph. Ἐκκλησιαζ. *ἀνὴρ ὢν τῷ θεῷ κατώμοσας*, v. 158. Et alibi legitur sic, *κατὰ τῶν ἱερῶν τῶν τελείων ὀμνύναι*. Ἀπομόσασθαι est dejerare apud Andocidem p. 16. Suidas in *νὴ τὴν ἱερὰν κεφαλήν*. *τὸ νή κατωμοτικόν ἐστιν ἐπίρρημα, τουτέστι μεθ' ὅρκου βεβαιωτικόν. ὥσπερ τὸ μά ἀπωμοτικὸν μεθ' ὅρκου ἀρνητικόν*. Idem ait in *μά*. Non assentior Harpocrationi in iis, quæ de *ἐπακτῷ ὅρκῳ* dicit. Nam Isocratis verba aliud suadent, *ὅρκον ἐπακτὸν προσδέχου διὰ δύο προφάσεις, ἢ σαυτὸν αἰτίας αἰσχρᾶς ἀπολύων, ἢ φίλους ἐκ μεγάλων κινδύνων διασώζων*. id est: *jusjurandum delatum omnino suscipe in duobus casibus:* quod quidem jusjurandum JCti exactum appellant seu delatum, D. de jurejur. Græci *διδόναι ὅρκον* dicunt. Antiphanes apud Stob. *λόγ*. 112. *ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ μαίνεται*. Hesychius: *ἐπακτὸς ὅρκος, ἐφ' ὃν ἕτερος ἄγει, οὐκ αὐθαίρετος*: quæ ad verbum leguntur in

Zenobii adagiis. In Harpocr. τὸν προτεινόμενον, supple ὅρκον. Hoc est, quod Latini dicunt *verbis conceptis jurare*. Gellius, *Censor*, inquit, *agebat de uxoribus solenne jusjurandum. Verba ita erant concepta: et tu ex animi tui sententia uxorem habes*. Festus in præjurationes. Notavi ad Livium lib. 3. Livius lib. 7 initio: *super lectum stans ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset verba, jurarst se patris ejus accusandi causa concilium plebis nunquam habiturum, se eum extemplo transfixurum minatur. Pavidus tribunus etc. adjurat in quæ adactus est verba*. Æschylus in Eumenid. v. 429. ἀλλ' ὅρκον οὐ δέξαιτ' ἂν, οὐ δοῦναι θέλει. Aristoteles 1 Rhet. in fine. Glossarium *abnutivum*, ἀπωμοτικόν. *Adnutivum* κατωμοτικόν. Jusjurandum itaque apud Græcos, si Grammaticis credimus, duplex omnino fuit, voluntarium et involuntarium; ἑκούσιος καὶ ἐπακτός. ἑκούσιος in duas species subdividitur, ἀπωμοτικὸν et κατωμ. abnutivum et adnutivum, seu affirmativum et negativum. Etymol. Ἐπακτὸς etc. ut Harpocr. αἱρεῖται. ἄλλοι δὲ τοὐναντίον, ὁ ἀλλαχόθεν ἐπιφερόμενος, ἀλλ' οὐκ αὐθαίρετος. εἰσὶ δὲ ὅρκου. etc. ut Harpocr. Jurisjurandi delati exemplum insigne est apud Euripidem in Medea, ubi Medea Ægeo ait: ὄμνυ πέδον γῆς etc. Eustathius Ἰλ. α. p. 92, et Suidas: ἀπωμοτικὸν μὲν τὸ μὰ (τὸν Δία), κατωμοτικὸν δὲ τὸ νή. Seneca in procemio lib. 3 controvers. *Jura, sed ego jusjurandum dabo. Jura per patris cineres, qui inconditi sunt*. Mox: *deferre et facere conditionem* dicit. Chrysostomus homilia 16. ὅρκον ἐπαναγαγεῖν dicit, juramentum deferre. VA.

119, 7. ἐπώμοτος] ἀπώμοτος, ut suadent quæ notavit Valesius. Sic etiam in edd. Ald. et Mauss. recte legitur: miror Gronovium, qui errantem Blancardum sequi maluit. Vid. Kuster. ad Suid. in voc. ubi cum ἐπώμοτος vulgo legeretur, e MSS. Par. restitutum est ἀπώμ. HEMST.

119, 10. ἘΠΑΚΤΡΟΚΈΛΗΣ] Eustath. in Οδ. ε. p. 1539. VA.

119, 16. Ἐπαναφορά] Hippodamus Pythagoræus in lib. de Rep. apud Stobæum serm. 141. τοῦ βουλευτικοῦ μέρος τὸ μέν ἐστι πρόεδρον, τὸ δὲ ἀρχοντικὸν, τὸ δὲ κοινοβουλευτικόν· πρόεδρον μὲν τὸ προσυνεδρεῦον καὶ τὸ προβουλευόμενον περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ ὕστερον ἐπαναφέρον ἐπὶ τὰν βουλάν. Utitur et Polybius p. 808. VA. Nominativos et accusativos Grammatici sæpius solent explicare per infinitivos, ut hic ἐπαναφορὰ per ἀναφέρειν, et supra ἀναφορὰ et ἀποφοράν. MA.

119, 19. Legebatur hic ἐν δὲ τῷ πρὸ in aliis editionibus. Codex Vaticanus manifeste habuit ἐν δὲ τῷ ἑτρῳ. Nos restituimus

ἑτέρῳ, hic enim sensus: in oratione pro Ctesiphonte usus est Demosthenes voce ἐπαιρόμενος pro ἐπανατεινόμενος. At in alia, (nondum incidi in illam orationem, de qua loqui voluit hic Harpocration, nam deest hic tantum nomen illius contra quem habita fuit,) in diversa significatione eandem vocem ἐπαιρόμενος usurpavit, cum dixerit, ἢ κερδέειν δι' ἀπειρίαν ἐπαιρομένους, quæ verba si forte occurrant inter legendum, facile restitui potest integra epigraphe orationis Demosthenicæ, cujus prima verba ita concepta sunt, πρὸς etc. VA.

119, 19. Ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ] Πρὸς Ἄφοβον ψευδομαρτυριῶν. οἶδ' οὖν ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσαιτε τοὺς ψευδομαρτυροῦντας ἢ κέρδεσι δι' ἀπορίαν ἐπαιρομένους, ἢ καὶ δι' ἑταιρίαν ἢ καὶ δι' ἔχθραν τῶν ἀντιδίκων ἐθέλειν ἄν τι τοιοῦτον ποιῆσαι. Sic et Lysias p. 154. ὑπὸ κέρδους ἐπαρθῆναι. Et Isocrates in Paneg. p. 123, et Thucydides lib. 3. p. 195. VA.

120, 6. Προέκρινε] Lege προσέκρινε, id est *addixit, adjudicavit*. Verba Demosth. attuli in legibus Atticis. Προσδικάζειν dicit Dionysius 11. c. 51. 52. At ἐπιδικάζεσθαι usurpat Andocides p. 16. Idem error in Suida et Etym. VA. Leg. προσέκρινε. Ita recte Vales. Idem vitium in Aristoph. Schol. ad Eq. vs. 612. ubi προκρίνειν δίκην. HEMST.

120, 8. Nemini magis nota sua domus quam notus est omnibus doctis mos ille hastas efferendi et vertendi in funere. Servius optime ad illa Virgil. (*Et versis Arcades armis*) *lugentum more*, inquit, *mucronem hastæ, non cuspidem contra terram tenentes*. Stat. Thebaid. 6.

—versis ducunt insignibus ipsi
Grajugenæ reges—.

At vero Ister qui hic citatur, non in collectione vocum Atticarum (ut existimavere quidam eruditi viri) laudatur, sed in collectione rerum Atticarum, id est historiæ Atticæ libris. Quomodo Androtion et ejusdem historiæ innumeri alii auctores, quorum meminit hoc opere Harpocration. Quod nobis tacentibus, aperiunt satis quæ hic de Procride et Cephalo ex ejus libris referuntur. MA.

120, 8. Προσαγορεύειν] Pollux lib. 8. cap. 7. δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ ἐπὶ τῶν βιαίως ἀποθανόντων ἐπεφέρετο. καὶ αἱ προθέσεις δὲ διὰ τοῦτο ἐγίγνοντο, ὡς ὡρᾶτο ὁ νεκρὸς, μή τι βιαίως πέπονθε. Ibidem quid sit προαγόρευσις declarat, unde apud Harpocrationem lego προαγορεύειν. εἴργοντο δὲ, ait Pollux, ἱερῶν καὶ ἀγορᾶς οἱ ἐν κατηγορίᾳ φόνων ἄχρι κρίσεως, καὶ τοῦτο προαγόρευσις ἐκαλεῖτο. Vide Har-

pocr. in ἐφορία, Isocratem in Panegyr. p. 143. Idem error apud Suidam et Etymol. VA.

120, 8. In recensione vocum Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι non convenit MS. Mediceo cum hac vulgatarum editionum scriptura. Nam is legit ἐπὶ τῶν μνημάτων, quod verius videri docent sequentia ἐπὶ τοῦ τάφου, præsertim quum etiam postea sequatur Ἐφορία, ἡ ἐπὶ τῶν ὅρων γινομένη προαγόρευσις, etsi infra et glossam proferat ἐπὶ Θρασύλλῳ, et exponat ἐπὶ τῷ Θρασύλλου μνήματι. Sed et alia varietate scribit ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι in v. Λουτροφόρος. GR.

120, 12. Παρακαταθέμενον] Lege παρακαθήμενον. VA.

120, 15. Ἀντὶ τοῦ ἐνεκάλεσε] Pollux lib. 8. cap. 6. ἐπίσκηψις δὲ, εἴτις τὴν διαμαρτυρίαν ὡς ψευδῆ αἰτιῷτο. Demosth. contra Aphobum 3. [p. 846.] οὐδ' ἥτινι τούτων τῶν ψευδομαρτυριῶν ἐπεσκήψατο. VA.

120, 16. Τὸ σπάνιον] Raro in eo significatu legi hanc vocem ait Harpocration. Usurpat tamen eo sensu Pollux lib. 8. cap. 10. initio: φόνου δὲ ἐξῆν ἐπεξιέναι μέχρις ἀνεψιῶν, καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ προσεπερωτᾶν, τίς προσήκων ἐστὶ τῷ τεθνεῶτι, κἂν οἰκέτης ᾖ, ἐπισκήπτει καὶ συγκεχώρηται. Antiphon hanc legem memorat ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου. εἴπερ γὰρ καὶ μαρτυρεῖν ἔξεστι δούλῳ κατὰ τοῦ ἐλευθέρου τὸν φόνον, καὶ τῷ δεσπότῃ, ἂν δοκεῖ, ἐπεξελθεῖν ὑπὲρ τοῦ δούλου. Apud Antiph. vero nil frequentius occurrit hac voce ἐπισκήπτειν. Isæus apud Pollucem lib. 8. cap. 6. Ἰσαῖος δὲ καὶ τὸ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν εἰς ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι ἔφη. εἰς ἄρειον πάγον αὐτῷ ἐπέσκημμαι. Sic loquitur Plato lib. 9 de Legibus p. 871. ubi pessime vertit Interpres, et Lysias ἐν τῇ πρὸς Σίμωνα ἀπολογίᾳ περὶ τραύματος ἐκ προνοίας p. 99. Etymol. post ἐνετείλατο habet ἢ προεφασίσατο. ἔστι καὶ ἐπισκηψάμενον ἐπιβαρήσαντα, καὶ ἐπισκήψασθαι τὸ ἐπιβαρῆσαι καὶ ἐπισημειώσασθαι. Cætera ut hic. Heliodorus lib. 2 Æthiop. ἀλλ' ὦ γλυκεῖα, πρόσφθεγξαι τὰ τελευταῖα καὶ εἰωθότα, ἐπίσκηψον εἴ τι καὶ κατὰ μικρὸν ἐμπνεῖς. id est *manda*, ut Latini dicunt. Suetonius in Vespasiano cap. 6. ibi Casaubonus. Apollodorus lib. 2. p. 85. VA.

120, 16. κατὰ τὸ σπάνιον] An καίτοι σπάνιον vel σπανίως? Etymol. p. 355, 36. σπανιάκις δὲ· is cum hoc loco conferendus est. HEMST.

121, 1. Ἐξορκίζω] Sic Demosth. κατ' Ἀφόβου δευτέρῳ. Æschines κατὰ Κτησιφ. p. 72. *conjurer*. VA.

121, 3. ἘΠΙΒΆΤΗΣ] Eustathius Ὀδ. β. p. 1447. Ἀττικοὶ δὲ

τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι κωπηλάτας ἐπικώπους λέγοντες, ἐπιβάτας καλοῦσι τοὺς μαχητάς. Eadem habet Scholiastes anonymus. VA.

121, 6. E Babyloniis Comici allatum fragmentum ita restituimus, non servata tamen lege metri: *Εὖγε ἐξεκολύμβησεν ἐπιβάτης ὡς ἐξοίσων ἐπίγυον.* Explicatur infra hæc vox *ἐπίγυον*, laudaturque idem Comicus *ἐν Ὁλκάσιν*. *ἐπιβάτης* et *ἐπίγυον* pertinent ad rem nauticam. MA.

121, 6. *Εὖγε ἐξεκολύμβησεν ἐπιβάτης, ὡς ἐξοίσων ἐπίγυον*] Sic Lysias p. 106. VA.

121, 8. ἘΠΙΒΛΗ῀ΤΑΣ] Eustathius in Ἰλ. ω. p. 1358. *ἐπιβλὴς ἐστὶ ξύλον συνέχον ἐπικεκλεισμένας τὰς θύρας ἐν τῷ ἀπὸ τοίχου εἰς τοῖχον.* VA.

121, 13. *τῇ Πανδώρᾳ*] Pandora fuit Erechthei filia, cujus meminit Suidas in *παρθένοι*, et in *προτόνιον*, ubi ait *ἱματίδιον ὃ ἱέρεια ἀμφιέννυται. ἐπιτίθεται δὲ ἀπὸ τῆς ἱερείας τῷ σφάττοντι. προτόνιον δὲ ἐκλήθη, ὅτι πρώτη Πανδώρα μετὰ τῶν ἀδελφῶν κατεσκεύασε τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἐκ τῶν ἐρίων ἐσθῆτα.* VA.

122, 1. Adde omnino Suidam in *ἐπιβολή*. Ubi post multa quæ huc non pertinent, ait, *ὅτι ἡ ὁριζομένη ζημία τοῖς ἁλοῦσιν ἐξημαρτηκέναι περὶ ὀρφανοὺς ἐπιτρόποις, ἢ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν τὰ δημόσια μὴ καλῶς διοικησάντων, ἢ τοῖς κατέχουσι τὰ ἀλλότρια, καὶ μὴ εἰς ἐμφανὲς καθιστᾶσιν, ἣν οἱ ἄρχοντες ζημίαν ὁρίζουσιν, ἐπιβολὴ καλεῖται, καὶ τὸ ῥῆμα ἐπιβάλλειν*, Scholia Comici in Vespis v. 766. *Ἐπιβολὴν δὲ ἐπιτίμιον, ζημίαν, παρὰ τὸ ἐπιβάλλειν. ἄλλως. ἣν οἱ ἄρχοντες ζημίαν ὁρίζουσι τοῖς ἁλοῦσιν ἐξημαρτηκέναι περὶ ὀρφανοὺς ἐπιτρόποις ἢ καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν τὰ δημόσια μὴ καλῶς διοικησάντων, ἢ τοῖς κατέχουσι τὰ ἀλλότρια καὶ μὴ εἰς τὸ ἐμφανὲς καθιστᾶσι, ἐπιβολὴ καλεῖται, καὶ τὸ ῥῆμα ἐπιβάλλειν.* VA.

122, 2. *Νικομαχίδου*] Scribe *Νικομάχου*. Exstat hæc oratio *κατὰ Νικομάχου γραμματέως εὐθυνῶν κατηγορία.* Palmerius eum esse Nicomachum censet, quem nominavit Aristoph. in Ran. vs. 1554[b]. *Κύνος* et *Κυνίδης* heros Etymol. in *Κυνίδαι· Σωκλῆς, Σωκλείδης*, Schol. ad Pind. Nem. 6. 30. Euripides filius *Μνησάρχου*

[b] Hanc emendationem postea minus necessariam judicasse videtur Hemsterhusius, in Anim. ad Luc. vol. 1. p. 157. ubi de permutatione primitivorum et patronymicorum nominum in eadem persona agit. Quæ illic annotavit, ex observatt. ad Harpocr. profecta sunt, e quibus ea desumsi, quæ nondum occupata essent. Cf. Kuhn. ad Ælian. V. H. 2. 32. Wessel. ad Diod. Sic. vol. 1. p. 709. et ad Simson. Chr. p. 743. Casaub. ad Athen. v. 18. Ad locum Diogenis L. ab H. laudatum adde Eundem 4. 14. ubi variatur in lectione vocis *Λυσιμάχου* et *Λυσιμαχίδου*. Vid. ibi Casaub. et Menag. GEEL.

et Μνησαρχίδου. Suid. in Εὐριπίδης, Hesych. in Φιλομηδιάδης. Olymp. 80. Athenis Archon Φασικλείδης (Lege Φρασικλ.) teste Diod. Sic. 9. p. 282. A. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Φρασικλέους habet Dion. Hal. A. R. 10 initio. Theocr. Id. 4. 21. et Schol. Lys. p. 154, 27. ἐπ' Εὐβούλου ἄρχοντος· in aliis Εὐβουλίδης. Suid. in Μανεχμ. et Πρωταγ. Cf. Kust. n. 8. Theocriti Schol. ad Id. 7, 21. Βίας Τευτάμου vel Τευταμίδου Diog. L. 1, 82. Hoc quum ignoraret Meursius, Lysimachum in Lysimachidem mutavit, A. L. 4, 31. Θέσπιος et Θεσπιάδης Pausan. 9. p. 761, 11. Διοσκουριδῶν videri potest vitiose scriptum pro Διοσκούρων apud Ptol. in Phot. Bibl. p. 253, 22. HEMST.

122, 3. Ἐπιγνώμονας] Demosthenes πρὸς Πανταίνετον, κἂν μὲν ᾖ ταῦτ' ἀληθῆ, τὴν δίκην ἀτίμητον ὀφλεῖν αὐτῷ, ἐὰν δὲ ψευδῆ, τὸν βασανιστὴν Μνησικλέα ἐπιγνώμονα εἶναι τῆς τιμῆς τοῦ παιδός. *ut quæsitor Mnesides æstimaret, quanti esset servus, de quo quæstio habita fuisset.* Sic et Plato de Legibus 8. p. 846, et lib. 9. p. 867. Antiphon διαγνώμονας dicit p. 110. VA.

122, 5. Hæc amplius habuit Codex Fed. Morelli, quæ nos in lectionibus magna diligentia explicabimus ut elegantia novæ hujus lectionis omnibus ex æquo pateat. MA. Cujus in editione legitur, Ἐπιγραφεῖς, οἱ τὰ δημόσια ἐπιγράφοντες, ὁπότε δεήσειεν ἀργύριον εἰσφέρειν εἰς τὸ δημόσιον τοὺς ἀστοὺς ἢ τοὺς μετοίκους, οἱ ταῦτα διαγράφοντες ἐπιγραφεῖς ἐκαλοῦντο, ἐπιγραφέας ἤτοι τοὺς καθεστηκότας ἐπὶ τῷ γράφειν ἑκάστῳ, ὅσον εἰσφέρειν ὀφείλουσιν εἰς τὸ δημόσιον· καὶ ἐπιγραφομένῳ, τῷ βεβαιοῦντι, καὶ τῷ οἰκείῳ ποιουμένῳ. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς εἰσφορᾶς.

122, 5. Ἐπιγραφέων πέρι vide Pollucem 8, 103. Sed et Demosthenes, ni fallor, eorum meminit in eo contra Euergum. Vide in διαγραφεύς. Isocrates in Trapezitico, πρὸς δὲ τούτοις εἰσφορᾶς ἡμῖν προσταχθείσης, καὶ ἑτέρων ἐπιγραφῶν γενομένων, ἐγὼ πλεῖστον εἰσήνεγκα τῶν ξένων αὐτός τε καὶ οἱ ἐμοί. καὶ ἐμαυτῷ μὲν ἐπεγραψάμην εἰσφορὰν μεγίστην, ὑπὲρ δὲ Πασίωνος ἐδεόμην τῶν συνεπιγραφέων, λέγων ὅτι τοῖς ἐμοῖς τυγχάνει χρήμασι χρώμενος. Lysias p. 148. ἀπογραφέντος. Lege ἐπιγραφέντος. Quæ hic Harpocr. dicit, ea apud Suidam quoque leguntur, sed non ut hic confuse et simul, ἐπιγραφομένῳ, ἰδιοπεποιημένῳ, οἰκειουμένῳ. Mox: ἐπιγράφων ἀντὶ τοῦ βεβαιῶν. Ex illo Isocratis loco colligo μετοίκους tributa et illationes solvisse. Isocrat. ib. p. 727. ἀπεγράψατο μὲν ἐν τοῖς τιμήμασι τοῦ τον ὡς δοῦλον μετὰ τῶν οἰκετῶν τῶν ἄλλων. Leg. ἐπεγράψ. Isæus p. 61. VA.

122, 8. Ἐπίγυα] ἐπίγεια mallem, ut ἀπόγεια. Subauditur utro-

bique σχοινία. Schol. Homeri Ἰλ. α, 476. παρὰ πρυμνήσια explicat παρὰ τὰ ἀπόγεια σχοινία. VA.

122, 11. ἘΠΙ'ΠΕΜΠΤΟΝ] Xenophon περὶ πόρων [3, 9.] p. 538 et p. 539. ἐπίτριτον de usuris usurpat, quibus convenit τὸ ἐπί. At in Musica ἐπίτριτος dicitur numerus, qui alterum numerum continet totum, et præterea tertiam ejus partem, ut 4 ad 3. Nicomachus in theolog. Arith. cap. de enneade. VA.

122, 16. In v. Ἐπιδιατίθεσθαι ab MSto citatur Lysias ἐν τῷ πρὸς Θεοπειθῆ ἐπιτροπῆς λόγῳ, non ἐπιλόγῳ: et forsan illud ἐπὶ nimis sæpe hic iteratum dedit causam isti epilogo. Ibidem vix intelligo voces ὥστε εἰ ἡ πρᾶξις γένοιτο explicari posse *confecto negotio*, ut faciunt. Certe in MS. verbum γένοιτο nullum apparet. An fuit ὡς τελεῖ ἡ πρᾶξις *ut causa finitur?* In sequenti perioche idem habebat ἐὰν ἑκκαίδεκα ἔτη γένωνται, non γινόμενοι, quod tolerari nequit. GR.

123, 9. ἘΠΙ' ΔΙΕΤΕ'Σ ἩΒΗ͂ΣΑΙ, Δημοσθένης] Meminit Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφ. p. 67. προελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε, Δελφῶν ὅσοι ἐπὶ διετὲς ἡβῶσι καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους ἥκειν ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἔχοντας ἅμας καὶ δικέλλας πρὸς τὸ θυτεῖον ἐκεῖ καλούμενον. Ridiculum esset capere hæc de pueris 16 annos natis. Ælius Dionysius ait Atticos accentu gravi afficere hujusmodi nomina διέτης, τριέτης, etc.: prorsus ut εὐεργέτης teste Eustathio Ἰλ. β. Sic Hesiod. in 2 Op. [698.] dixit, ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβῴη, πέμπτῳ δὲ γαμείτω. id est, *mulier autem annos 4 post pubertatem transegerit: quinto demum nubat.* Pubertas autem in feminis anno 14 incipit, ut notat Proclus ibidem, et Pollux 1, 57. ubi lege προσαριθμουμένων τῶν δ'. Ab anno igitur 18 dicebantur Ephebi: usque ad illum ætatis annum παῖδες, ut testatur Dio Chrys. p. 272. VA.

123, 10. Non video energiam verborum Græcorum, nisi legas ἀντὶ τοῦ εἶναι ἑκκαίδεκα ἐτῶν γενόμενοι. corrupte, ut ego quidem conjicio, omnes libri et manu exarati Codices ἐὰν retinuere. Quod autem deinde subjungitur Athenis olim Epheborum ætatem per duos annos durasse a decimooctavo scilicet ad vigesimum, adeo verum est, ut tanto etiam tempore περίπολοι essent, quod quo pacto potuerit ignorare Harpocration, certe mirum videri debet. Sed tota lis illic dirimitur. MA.

123, 11. Ἀλλ' οἱ Ἔφηβοι] Reprehendit Didymum; idem enim est, ac si diceret, ἀλλ' ὦ Δίδυμε, quomodo Græci loquuntur scriptores, cum aliquos reprehendunt. Harpocrationis sententiam confirmat Pollux 1, 57. ἐπιδιετὲς δὲ ἡβάσκων ὁ ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη, *qui ante biennium excessit ex Ephebis.* Sic lego. At Censorinus cap.

14. de tertia autem ætate adulescentulorum tres gradus esse factos in Græcia, priusquam ad viros perveniatur, quod vocent annorum 14 παῖδα, μελλέφηβον autem 15, dein 16 ἔφηβον, tum 17 ἐξέφηβον. Hesychius ἔξηβον. Vide Ammonium in γέρων. VA.

123, 15. Ὃς κελεύει] Supple ἀπὸ κοινοῦ, νόμος. VA.

123, 16. Ἄπαιδας] γρ. παῖδας, ex Isæo in oratione περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου p. 73. VA.

123, 18. Quantum nota sunt et perspicua quæ viri doctissimi Carolus Sigonius in lib. de Repub. Athen. et Guilel. Budæus in comment. linguæ Græcæ de discrimine harum vocum ἐπίδικος, ἐπίκληρος, ἐπίπροικος, et ἐπικληρῖτις attulerunt, tantum incognita sunt quæ de eisdem quidam ex veteribus prodiderunt [c]. ἐπίκληρον enim apud Atticos fuisse pauperem virginem, et ad incitas redactam (ut loqueretur Plautus) quam proprie θῆσσαν vocabant, nullibi dictum, si excipias auctorem hunc nostrum, qui infra voce θῆτες ex Demosthene et Possidippo Comico docet ita se rem habere. Et vero quis unquam mortalium divinare potuit quid sibi vellet vetus Comici enarrator ad Vespas 581, cum retulit quosdam antiquorum ἐπίκληρον vocasse ἐπιπταματίδα καὶ πατροῦχον? Primus hæc Florens Christianus, vir utriusque linguæ callentissimus, exagitavit, sed tempus et operam lusit; fassus est enim in notis ad illud drama, se neque quid Comici scholiastes vellet capere, nec etiam quid Cæl. Rhodig. cum ἐπίκληρον asserit fuisse dictam Mandam. Ad primum probabilia tantum afferam, ad secundum vera docebo. Non solus est enarrator vetus qui docuit ἐπίκληρον dictam ἐπιπταματίδα. idem repetiit bonorum et malorum consarcinator Suidas, imo quod mirere magis Grammaticorum κριτικώτατος Hesych. quid simile nos docet, cum ait ἐπιματίδα, ἐπίκληρον, quo in loco vereor ne potius legendum sit ἐπιπαματίδα, nam ordo alphabeticus hoc omnino requirit. Sed quamvis ita legeretur, non minus incerti essemus de derivatione hujus portentosi vocabuli, cujus proprietatem et etymologiam acutioribus et diligentioribus Grammaticis disquirendam et delineandam relinquimus, ut de voce Μάνδα quædam subjungamus. Cæl.

[c] Ἐπίκληρον enim apud Atticos fuisse pauperem virginem] Non hoc vult Harpocr. neque Demosth. nam ἐπίκληρος dicitur virgo, cui neque pater, neque frater germanus, neque avus paternus erat superstes, ut ad titulum περὶ ἐπικλήρων notavi. Ex his feminis aliæ necessario erant inter θῆσσας, aliæ inter ditiores familias, τὰς λειτουργούσας οἰκίας, ut vocat Demosthenes πρὸς Φαίνιππον: nam mariti, utpote κύριοι, pro feminis ἐλειτούργουν, ut docet Isæus, p. 57. initio. πατροῦχον παρθένον vocat Herodotus 6, 57. VA.

Rhodig. illaudato auctore, ut sæpius solet, ἐπίκληρον dictam fuisse etiam μάνδαν καὶ πατροῦχον refert, quæ vox μάνδα diu habuit exercitum magnum illum virum Florent. Christian. nos uno verbo monemus diffusæ virum illum lectionis hoc habere ex Eustath. qui p. 674. edit. Roman. nominatim asserit Atticos virgines illas, quas nos vulgo vocamus *des heritieres*, qualis illa Virgilii Lavinia virgo[d], dotalis dicta, ἐπικλήρους vocasse, alios vero Græcos μάνδας καὶ πατρούχους. MA.

124, 9. Ἐπίκληρον ἐπικληρῖτιν] Pollux 3, 33. VA. In v. Ἐπίδικος in fine dicitur Ὁ δὲ Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον τὴν ἐπίκληρον, ἐπικληρῖτιν κέκληκεν. Cur autem id attexuerit Harpocration, nequaquam causam dixero. Sunt enim prorsus supervacua. Et quæso cur singulatim de Isæo sic observabit, ut aliquid annotandum; qui jam generaliter præmisit ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἐπικληρῖτις. Præcessit autem ἐπίκληρος. Ergo si id obtinet, ut eadem utroque modo dicatur, quid mirum si et ab Isæo fuerit isto modo appellata. Nec ignosco Meursio, dum libro 5. Attic. lect. cap. 2. maluit hæc verba citare, ut auctoris nomen magis spectaret, quam ipsa quæ dicuntur. Considera igitur præstantissimi codicis Medicei scripturam, quæ est ἐπικλήρετον, quod vocabulum ne quidem notum est. GR.

124, 11. Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ] Imo in ea oratione Demosthenis id non legitur; sed in ea Æschinis contra Timarchum p. 18. Sed et in Demosth. πρὸς Πανταίνετον id legitur in formula accusationis Pantæneti. καταστήσας Ἀντιγένην τὸν ἑαυτοῦ οἰκέτην εἰς τὸ ἐργαστήριον τὸ ἐμὸν τὸ ἐπὶ Θρασύλλου, κύριον τῶν ἐμῶν. Volfius, *in officina mea quæ est ad Thrasyllum*. Intelligit officinam metallicam: nam argenti fodinas ibi fuisse docet Æschines. Ibidem, Ἀμφιτροπῆσιν ἐργαστήρια δύο ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ἓν μὲν ἐν αὐλῶνι, ἕτερον δὲ ἐπὶ Θρασύλλῳ. Sic Philostratus in Herode Attico: ἀνέθηκε δὲ Ἡρώδης Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἐπὶ Ῥηγίλλῃ θέατρον. VA.

124, 14. ἘΠΙΘΈΤΟΥΣ ἙΟΡΤΆΣ, Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ, τὰς μὴ πατρίους] Hesychius ἐπιθέατα τὰ πάτρια ἱερὰ παρ' Ἀθηναίοις. Lege τὰ μὴ π. Festus in *peregrina sacra* docet, quæ ita dicantur a Romanis. Cicero 2, 15. de Leg. *Novos vero deos et in his colendis nocturnas pervigilationes, sic Aristophanes facetissimus Poëta veteris*

[d] Lavinia virgo, dotalis dicta, ἐπικλήρους] Ἐπίκληρος ea Lavinia dicitur a Dionysio 1, 64. ἐπικλήρου τῆς Λαβινίας γενομένης μετὰ τὸν Λατίνου θάνατον. Sic et Joannina unica Belisarii filia ἐπίκληρος dicitur a Procopio in ἀνεκδότοις p. 24. VA.

comœdiæ vexat, ut apud eum Sabazius et alii quidam Dii peregrini judicati e civitate ejiciantur. Locus Isocratis est p. 288. Hesychius in θεοὶ et ἀγάλματα. Suidas in ὦ νῦν. VA. Locus Isocratis p. 145 exstat, οὐδὲ τὰς μὲν ἐπιθέτους ἑορτὰς, αἷς ἑστίασίς τις προσείη, μεγαλοπρεπῶς ἦγον, ἐν δὲ τοῖς ἁγιωτάτοις τῶν ἱερῶν ἀπὸ μισθωμάτων ἔθυον. Ubi tamen interpres peregrinas ferias vertit, non adjectitias, aut adscititias, vel advectitias, vel adventitias: quorum unoquoque, ac præsertim illorum priorum, vim vocabuli et originem ostendisset. Cæterum ad expositionem Harpocrationis quod attinet, in qua, inter cætera, τὰς μὴ πατρίους esse dicit, sciendum est, apud Isocratem, proxime præcedere, τὰς πατρίους θυσίας ἐξέλειπον. ita enim scribendum est, non ἐξέλιπον. STEPH.

124, 15. παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπίθετά τινα] Lege παρ' Ἀττικοῖς καὶ ἐπίθετα ἱερά. Firmat Hesych. in v. ἐπιθέατα (leg. ἐπίθετα.) Eundem vide in Λάμιον. Sic ἐξουσία ἐπίθετος. Plut. Cleom. p. 809. A. paulo aliter Theoph. H. Pl. 9, 9. p. 179, 18. et 45. ἐπίθετος τιμὴ Dion Chrys. p. 657. C. πολλὰ δόγματα καὶ κρίσεις ἐπιθέτους. Plut. vol. 2. p. 493. C. σχέσεις φυσικαὶ καὶ ἐπίθετοι Arrian. Epict. 4, 8. p. 409. 2, 14. p. 206. ἐπίθετος κόσμος Strabo 11. p. 803. A. 2. p. 182. A. Diod. Sic. 19. p. 323, 32. Themist. p. 249. D. HEMST.

124, 18. Ut Græci dicunt ἐπιτίθημι ἐπιστολήν τινι, *do alicui epistolam quam reddat alteri*, sic Latinis est simile verbum *attribuere*, ut patet ex Varrone lib. 1. de lingua Latina in fine et Livio lib. 1. MA. Livius p. 533. *Legatis propere, priusquam res vulgaretur, remissis, in Africam literas dat ad Regem.* Et p. 798. *Motus his senatus literas Lyciis ad Rhodios dedit.* Vetus autor apud Suidam: ἐξ εὐθείας. ἐπιστολὴν δὲ ἐξ εὐθείας πρὸς αὐτὸν ἐπιθεῖναι ἐνάρκησα. Idem in ἐπιθέντες· οἱ δὲ πέμπουσιν τὸν ἰατρὸν ἐπιθέντες γράμματα πρὸς τὸν τελώνην. Et in ἐπιτίθημι. VA.

125, 3. De voce hac ἐπικεκηρυχέναι Paulus Leopardus, vir profundæ et altæ eruditionis, in lib. emendat. jamdiu egit, et corruptissimum apud Ammonium Grammat. locum, ubi de Diagora Melio mentio, sanavit. Addimus ad ea nos serenissimæ Reipub. Venetæ proceres et magnates hodie tale quippiam adversus nebulones illos et facinorosos homines, quos lingua vernacula vocant *gli banditi* observandum præcipere. Hi enim prædonum, qui sociorum amputata capita Reipub. offerre possunt, magna donantur argenti copia, in libertatem asseruntur, omnibusque absolvuntur criminibus, quibus erant nexi et obnoxii. Quod divinum inventum puniendorum quocumque locorum fuerint scelestorum hominum Sixto V. Pontifici Maximo debent. MA.

125, 3. 'ΕΠΙΚΕΚΗΡΥΧΕ'ΝΑΙ] Exemplum hujus *ἐπικηρύξεως* extat apud Herodotum lib. 7. c. 213. Dionysius Halic. *ἐπικηρύττειν* usurpat pro eo, quod *proscribere* Latini dicunt, lib. 8. c. 80. *τῶν ἐπικηρυχθέντων ὑπὸ Σύλλα πατέρων*. Sed hoc præconis voce fiebat; proscriptio autem in tabula, unde stilus proscriptionis dicitur. Demosth. *ἐν τῷ περὶ παραπρεσβ. καὶ διὰ ταῦτα τοὺς Θηβαίους τὰ χρήματα αὐτῷ* Philippo *ἐπικεκηρυχέναι*. Ad quem locum sine dubio hæc commentatur Harpocratio. Et multo post: *ὡς ἐπικεκηρύχθαι χρήματα αὐτῷ ἐν Θήβαις*. Pollux lib. 4. cap. 12. *ἐπικηρύττειν χρήματά τινι καὶ ἀντεπικηρύττειν*. Quod interpres male, ut cætera, sic vertit: *alicui bona per præconem addicere et abnegare*. Lysias *κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας* p. 104. *καὶ μὴ οὓς μὲν ἔχετε ἀδικοῦντας ἀφίετε, τοὺς δὲ φεύγοντας ζητεῖτε συλλαμβάνειν ἐπικηρύττοντες τάλαντον ἀργυρίου δώσειν τῷ ἀπάγοντι ἢ ἀποκτείναντι*. Loquitur de Diagora Melio, de quo supra proxime dixerat, *οὗτος Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος* etc. quem locum non protulit Leopardus lib. 10. Thucyd. lib. 8. *τῶν δὲ διαφυγόντων θάνατον διαγνόντες ἐπανεῖπον ἀργύριον τῷ ἀποκτείναντι*. Nymphodorus in Asiæ paraplo: *ὃς ἀφελόμενος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν λαμβάνει παρὰ τῶν Χίων τὰ ἐπικηρυχθέντα χρήματα* apud Athenæum 6. p. 265. VA.

125, 10. Quod proprie per *ἐπὶ κόρρης* exprimunt oratores nostri, vulgares Græci per *ἐπὶ γνάθου καὶ ῥάπισμα*, quod Galli proprie dicunt *un soufflet sur la jouë*, id Atticistæ per *κατὰ κόρρης* enunciant, ut Lucianus, unde apud Psellum de dæmonibus pro *κατακόρως* restituendum *κατὰ κόρρης* ex elegantissima conjectura præstantissimi Gauminii, cujus beneficio auctorem illum non hactenus Græce excusum habemus, et brevi Eumathii de Hysmenii et Hysmenes amoribus libros habituri sumus, magno quo pollet ingenii acumine versos et notis eruditissimis illustratos. De Philino autem oratore qui hic laudatur, infra voce *θεωρικὰ* agemus. adverte tantum morem laudandi veteres auctores inusitatum, cum minus certi erant cujusnam essent tractatus vel opera, quæ in medium adducebant, duos adjiciebant auctores, quorum alteri Critici quidam, alteri vero alii eadem opera assignabant, nunquam enim in vendicandis fœtibus legitimis et assignandis libris plures quam duo controversiam movebant. Ut hic Hyperides et Philinus in oratione contra Dorotheum laudantur, quia sine dubio dubitabatur an illa oratio ad Hyperidem, an ad Philinum pertineret. Ita supra laudati sunt Menecles, aut Callistratus *ἐν τοῖς περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασι*, quia *συγγράμματα* illa semel Menecli, alias vero Callistrato tribui solebant.

Infra voce *ὀρνιθευτὴς* Plato aut Cantharus *ἐν Συμμαχίᾳ* citantur, quia drama illud *Συμμαχία* a quibusdam Criticis Platoni, ab aliis vero Cantharo assignabatur. MA.

125, 10. 'ΕΠΙ' ΚΟ'ΡΡΗΣ] Eustath. in 'Ιλ. ν. p. 947. *κατὰ κόρρης καὶ ἐπὶ κόρρης δὲ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον πληγὴ τυχὸν ἢ ῥάπισμα λέγεται τὸ εἰς σιαγόνα καὶ κρόταφον. κόρρην δέ φησι καὶ κόρσην Ἀττικοὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν σὺν τῷ αὐχένι λέγουσι· διὸ καὶ προπηλακισμὸς ἰσχυρός φασι τὸ ἐπὶ κόρρης καὶ μείζων τοῦ κονδύλου.* VA.

125, 17. Tres nobis hic commemorat Harpocration Epicrates, sed quæ de primo tantum retulit attingemus, ne cogamur repetere quæ jam in variis lectionum nostrarum capitibus peregimus. Ait igitur ex Isæo, quemdam Athenis fuisse Epicratem demagogum, Ephorum cognominatum, habent enim præcedentes editiones *ὁ καὶ Ἔφορος ἐπικαλούμενος*, sed nos ex duabus vocibus *καὶ Ἔφορος* fecimus elegantissime, ni fallimur, *Σακεσφόρος*. Suidas quidem et Etymologus priorem lectionem confirmant, et *Ἔφορος* cum auctore nostro legunt. At, quod præfiscine dictum sit, nemo adhuc vidit corruptos esse omnes hos auctores. Cur enim Ephorus cognominatus fuisset Epicrates, et ob quam causam? Hic, credo, obmutescent veterum monumenta, præterea vox *Ἔφορος* proprie ad Lacedæmonios pertinet, loquimur autem nos hic de Atheniensibus. Sine ulla igitur dubitatione hic legendum nobiscum *Σακεσφόρος*. Vocatus autem ita fuit Epicrates a magna quam alebat barba, ob quam a Comicis traducebatur et irridebatur. Plato Comicus,

Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε[e].

Comicus in Concionantibus 71.

κἄγωγε Ἐπικράτους οὐκ ὀλίγῳ καλλίονα.

Ad quæ vetus enarrator erudite: *οὗτος εἰς δασύτητα ἐκωμῳδεῖτο. ἦν δὲ ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς οὗτος μέγα πώγωνα ἔχων, ἐπεκαλεῖτο Σακεσφόρος.* Ex quibus quis non videt apud illos omnes auctores pro *Ἔφορος* legendum *Σακεσφόρος*! Certe Suidam magis miror hoc mendum retinuisse, quod integra enarratoris Aristophanici verba habeat, et maxime vocem illam *Σακεσφόρος*. sed mirari desino, cum eum in collectione sua nihil nisi adventitium, et hinc inde decerptum, sine delectu complecti cottidie deprehendo. Verum ne emansores simus, imo potius multos parietes de una

[e] *Ἄναξ ὑπήνης Ἐπίκρατες σακεσφόρε*] Hic versus legitur apud Schol. Comici, loco proxime infra laudato. Suidas in *πώγων* ad illum versum Comici verba Scholiastæ refert, et in *Ἐπικράτης*. Ejusdem Epicratis Sacesphori mentio fit in epistolis Socraticis ep. 13. VA.

fidelia dealbare possimus, Plutarchum ab insigni mendo, quod absurdissimum in ejus Pelopida sensum hactenus peperit, in gratiam studiosorum liberabimus. Nullus interpres, nullus qui gravissimum hunc auctorem legit (legunt autem non pauci) adhuc animadvertit stupiditatem et stoliditatem quæ versatur in verbis quæ leguntur in Pelopida, et tamen nullus ex antiquis auctor est, qui crebrius teratur manibus. Illic c. 30. ita est: *ἀλλ' ἔοικεν οὐχ ἡ δωροδοκία*[f] *μάλιστα παροξῦναι τοὺς Ἀθηναίους. Ἐπικράτους γοῦν ποτὲ τοῦ σκευοφόρου μήτε ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ Βασιλέως*, etc. Interpres Latinus *lixa*, Gallicus *portefaix* vertunt, ita ut hominem nihili et infimæ gentis, lixæ officio fungentem, demagogum crearint Athenienses, et ad regem Persarum legatum miserint, quo quid ridiculum magis et a sensu communi remotius excogitari possit, non video. Ego repono fidenter *Ἐπικράτους ποτὲ Σακεσφόρου*, id est *barbam ferentis et hirsuti*. *σάκος* enim pro barba eleganter dicitur. Unde in epigrammate Hegesand. adversus Grammaticos grandioribus vocabulis constante *σακογενειοτρόφοι* dicuntur a barba[g] et genarum pilis eminentioribus, *manticobarbicolæ*, ut eruditissime vertit magnus Scaliger. Aristophanes Conc. 498. *ἀλλ' ἐπείγου ἅπασα καὶ μίσει σάκον πρὸς ταῖν γνάθοιν ἔχουσα.* Schol. *σάκον τὸν πώγωνα*

[f] *Ἀλλ' ἔοικεν οὐχ ἡ δωροδοκία*] Miror autem id dici a Plutarcho, cum Demosthenes *περὶ παραπρ.* ad finem, hunc Epicratem una cum cæteris legatis capite damnatum esse scribat ab Ath. *ἐπειδὴ παρὰ τὰ γράμματά φησιν ἐπρέσβευσαν ἐκεῖνοι καὶ τὸ ψήφισμα, καὶ τοῦτ' ἔστι τῶν ἐγκλημάτων τὸ πρῶτον.* Secundum caput, *καὶ ἠλέγχθησάν τινες αὐτῶν ἐν τῇ βουλῇ οὐ τἀληθῆ ἀπαγγέλλοντες, καὶ καταψευδόμενοι τῶν συμμάχων, καὶ δῶρα λαμβάνοντες.* Postea addit: *ὑπομενεῖτε τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ δήμου καὶ τὸν ἐκ Πειραιῶς Ἐπικράτην ἐκπεσεῖν καὶ κολασθῆναι*: urbe pulsum esse. Extat oratio Lysiæ *κατὰ Ἐπικράτους καὶ τῶν συμπρεσβευτῶν*, ipseque de altero Epicrate loquitur. Persicam ejus legationem memorat Plutarch. in Hyperide. *δόξας δὲ κεκοινωνηκέναι τῶν Περσικῶν χρημάτων Ἐφιάλτῃ.* Pausanias p. 70. Plato Comicus *ἐν πρέσβεσι. κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμήσιος παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα δωροδοκήματα, ὀξύβαφα χρυσᾶ, καὶ πινακίσκους ἀργυροῦς.* Refert Athenæus lib. 6. p. 229. Idem p. 251. *Ἐπικράτης δ' ὁ Ἀθηναῖος πρὸς βασιλέα πρεσβεύσας, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, καὶ πολλὰ δῶρα παρ' ἐκείνου λαβὼν, οὐκ ᾐσχύνετο κολακεύων οὕτως φανερῶς τὸν βασιλέα, ὥστε εἰπεῖν δεῖν κατ' ἐνιαυτὸν οὐκ ἐννέα ἄρχοντας, ἀλλ' ἐννέα πρέσβεις αἱρεῖσθαι πρὸς τὸν βασιλέα. θαυμάζω δ' ἔγωγε τῶν Ἀθηναίων, πῶς τοῦτον μὲν ἄκριτον εἴασαν, Δημάδην δὲ ι' ταλάντοις ἐζημίωσαν, ὅτι θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον. καὶ Εὐαγόραν δὲ ἀπέκτειναν, ὅτι πρεσβεύων ὡς βασιλέα προσεκύνησεν αὐτόν.* lege *Τιμαγόραν* ex Plutarcho et Xenophonte et Athenæo ipso. VA.

[g] A barba et genarum pilis eminentioribus] Male ergo Scaliger vertit, *σάκος manticam* reddens, quasi *σάκκος* legeretur, quod postea in appendice ad has notas animadvertit Maussacus. VA. Ibi Mauss. "Post eminentioribus adde, *barbagenicolæ*, non ut male vertit Scaliger *manticobarbicolæ*, quia *σάκος* hic barbam significat, non manticam."

λέγει. Igitur Ἐπικράτους σακεσφόρου eleganter dicetur, et non turbato historiæ sensu. Nec est quod quis vim facere debeat in adverbio ποτὲ, nam non cum voce σακεσφόρου, sed cum reliquis est conjungendum. MA.

126, 1. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας] ἀνὴρ, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, σπουδαῖος καὶ πολλὰ χρήσιμος τῇ πόλει καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς καταγαγόντων τὸν δῆμον, καὶ ἄλλως δημοτικός. VA.

126, 3. Χαλκοῦν] γρ. χαλκοῦς ἐστάθη, *ærea statua donatus est.* Sic Græci loqui amant. Dem. π. τῆς συντάξεως· [p. 172.] ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα τὸν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν στρατηγήσαντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον ἐν Μαραθῶνι καὶ πολλοὺς ἄλλους μὰ Δί᾽ οὐ χαλκοῦς ἵστασαν οὐδ᾽ ὑπερηγάπων. Latinus poëta, *Aureus esto*, dixit. Eadem porro verba leguntur etiam in oratione contra Aristocr. sub finem. Suidas ταλάντων χ′ habet. VA.

126, 8. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος] Sic etiam Demosthenes est locutus contra Theocrinem [p. 1331.] καὶ τὴν μὲν ἀρχὴν, ἣν ἐκεῖνος ἄρχων ἐτελεύτησεν, ἱεροποιὸς ὢν, παρὰ τοὺς νόμους ἦρχεν οὔτος οὔτε λαβὼν οὔτ᾽ ἐπιλαχών. Xenophon 342. [Mem. 3,9,10.] VA.

126, 14. ἘΠΙΜΕΛΗΤΗ͂Σ ΤΩ͂Ν ΜΥΣΤΗΡΙΏΝ] Alii erant ἐπιμεληταὶ in Panathenaicis ac Dionysiis, unus in unaquaque tribu, de quibus Demosth. in Philipp. 1. et initio Midianæ, καὶ κατηγοροῦντος τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς etc. Et post: ἠνώχλησεν Midias ἢ προβαλλόμενος (Volfius, *lacessens*, male. Verte, *sese ipsis ingerens et offerens*) καὶ κελεύων ἑαυτὸν εἰς τὰ Διονύσια χειροτονεῖν ἐπιμελητὴν (Regem autem curare mysteria docet Lysias κατ᾽ Ἀνδοκίδου ἀσεβείας p. 102.) De his ἐπιμεληταῖς loquitur Antiphon in orat. ὑπὲρ τοῦ χορευτοῦ p. 128, ubi cum συλλέγειν τὴν φυλὴν dicit, intelligo τὸν χορὸν, ut supra dixit idem Antipho. Hi curatores ludorum dici possunt. Ludos enim duntaxat curabant, nil præterea. Unde apparet error Sigonii lib. 4. de rep. Ath. cap. 2, qui omnem curam tribuum eos habuisse scribit. Suidas, ἐπιμεληταὶ ἐχειροτονοῦντο τῶν χορῶν, ὡς μὴ ἀτακτεῖν τοὺς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις. Pollux 8, 84. de Archonte. VA.

127, 1. ἘΠΙΜΕΛΗΤΗ͂Σ ἘΜΠΟΡΙΟΥ͂] Demosthenes κατὰ Θεοκρίνου initio: ταύτην μὲν τὴν φάσιν ἔδωκε μὲν οὑτοσὶ προσκαλεσάμενος τὸν Μίκωνα, ἔλαβε δὲ ὁ γραμματεὺς ὁ τῶν τοῦ ἐμπορίου ἐπιμελητῶν Εὐθύφημος. ἐξέκειτο δὲ πολὺν χρόνον ἔμπροσθεν τοῦ συνεδρίου ἡ φάσις. Συνέδριον intellige τῶν ἀρχόντων ex sequentibus. Et post: κάλει δὲ καὶ τοὺς τοῦ ἐμπορίου ἐπιμελητὰς καὶ αὐτὸν τὸν Μίκωνα, οὗ ἔφηνε τὸ πλοῖον, *cujus ratem indicavit.* Dinarchus contra Ἀριστογ.

p. 95. ὃ τ' ἐμπορίου ἐπιμελητὴς λαχὼν ἀπεδοκιμάσθη ὑπὸ τῶν τότε δικαζόντων, ἄρχειν τὴν αὐτὴν ἀρχήν. Inter ψευδεπιγράφους δημοσίους τοῦ Δεινάρχου λόγους ab Halic. Dionysio recensetur iste, εἰ μία ἐμπορίου ἐπὶ μελέτῃ περὶ τῶν κατηγορηθέντων ἀπολογία. Lege εἰ μία ἐμπορίου ἐπιμελητῇ. Adde inscriptionem 6 Marmorum Arundell. VA.

127, 6. 'ΕΠΙΜΗΝΙ'Α] De ἐπιμήνοις Hesychius: ἐπίμηνοι οἱ ἱεροποιοί. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις ἐπιμηνία ἡ κατὰ μῆνα τῇ νουμηνίᾳ συντελουμένη. Athenæus lib. 6. p. 234. Ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου, γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου. λέγεται δὲ ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας τῶν παρασίτων οὕτως. τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. οἱ δὲ παράσιτοι ἕνα τὸν ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ πάτρια. ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν, εἰσαγέτω καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον. De Parasitorum Herculis collegio plura ibi Athenæus ex Philochoro in Tetrapoli. Diodorus Sinopensis in Epiclero: τὸν Ἡρακλέα τιμῶσα λαμπρῶς ἡ πόλις, ἐν ἅπασι τοῖς δήμοις θυσίας ποιουμένη, εἰς τὰς θυσίας ταύτας παρασίτους τῷ θεῷ οὐ πώποτ' ἀπεκλήρωσεν, οὐδὲ παρέλαβεν εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ κατέλεγεν ἐκ τῶν πολιτῶν δώδεκ' ἄνδρας ἐπιμελῶς ἐκλεξαμένη, τοὺς ἐκ δυνατῶν γεγονότας, ἔχοντας οὐσίας, καλῶς βεβιωκότας. VA.

127, 16. Δημοφῶν] Scholiastes vetus in Panathenaicum Aristidis: διϊπετὲς παλλάδιον λέγει τὸ ἀπὸ Τροίας. ὁ γὰρ Δημοφῶν (male Δημόφιλος vulgo) παρὰ Διομήδους ἁρπάσας εἰς τὴν πόλιν ἤγαγεν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Σωκράτους πρὸς Πολυκράτην λόγῳ. VA.

127, 17. Hæc addidimus ex Cod. Fed. Morelli. Ἀγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκην τὸν ἁρπάσαντα ἀναιρεῖ, quæ a Suidæ collectione etiam non absunt. MA.

127, 17. Ἀγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκην τὸν ἁρπάσαντα ἀναιρεῖ] Emendo: τοῦ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεράναντος κρίσιν αὐτὸς ὑποσχεῖ. VA.

128, 3. Παρὰ τὸ ἀμφοτέρων] διὰ τὸ παρ' ἀμφοτ. ex Eustathio Ὀδ. α. p. 1419, et Suida ex Pausania. VA.

128, 6. Laudantur Δαιταλεῖς Aristophanis hic et supra voce Ἀλίπεδον et in θῆτες infra. Male nos in ἀλίπεδον putavimus cum interpretibus Δαιταλεῖς convivas esse. Imo potius Atticæ populus hic est, de quo nominatim Galenus in præfat. Hippocrat. Lexici et Schol. Comici ad Nubes. Eruditissimus Nunnesius in notis ad Phrynich. eclog. p. 13. multum sudavit in explicanda epigraphe hujus fabulæ. Sed magnus Casaubonus cap. 32. lib. 3.

animadvers. in Athen. paucis totam rem jam expediverat. Tu illum vide. MA.

128, 7. Τοὐπίπεμπτον] Supple τῶν ψήφων. Etymologus, τοὐπίπεμπτον. οἱ γὰρ μὴ καταλαβόντες τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων ἄτιμοι ἦσαν. οὕτως Ἀριστοφάνης. VA.

128, 10. Ἀκάμαντι] Casaubonus cap. 4. lib. 7. animadvers. in Athen. Ἀθάμαντι conjicit hic legendum, quod spernendum non est. Sæpius enim laudatum invenies Sophoclem in Athamante quam Acamante. Sed hic non de Priamo aut Priami filiis agitur. Alia sunt majoris momenti quæ prætermittere nefas esse duximus, dum de Sophoclis fabulis agimus. In absolutissimo illo syllabo, in quo vir ille nunquam satis laudatus complexus est omnia Sophoclis dramata, unum aut alterum omissum est, quod deperire noluimus, ne quid in perfectissimo illo opere desiderari videretur. In litera K puto addendum drama quod vocabatur Κυρίαι[h]. Hoc ex Hesychio didici in voce ἀποστίβης et ζεύγλας. In litera X. nullum relatum est, invenimus nos tamen eum Χρύσην composuisse. Testis Ammonius voce βωμὸς, si quæ adhuc supersunt oppido paucæ sunt. Unum tantum superest quod mihi facere visum est ad illustrationem fabul. Sophoclis: corruptam nimirum unius ex illis exstare epigraphem apud Stephani mutilatorem. In voce enim Κράνεια ita legitur, ὥς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος. Hinc viri dicti nobis Larissæum Sophoclem fecerunt, atqui illic legendum Λαρισσαίοις ex nostra restitutione, id est, ut ait Sophocles in fabula dicta Λαρισσαῖοι[i]. Nullus igitur

[h] Sed legendum ibi Σκύριαι: quam fabulam laudat Plutarchus in tract. quomodo dignoscendus ab adulatore sit amicus: sit dicta, ut ex Plutarcho eo loco docemur, a Scyriis seu Scyriadibus, ut Sidonius ait, puellis, inter quas latuit Achilles, et ab Ulysse tandem deprehensus est. Vidit hoc in Appendice sua Maussacus, qui verba sua "In litera K—in litera X" deleri postulat, atque horum loco adscribi: *In litera ξ, in cujus laterculo nullum relatum est, adscribe ξοανηφόροι. Schol. Æschyli ad Septem-theban. εἴρηται δὲ καὶ ἐν ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, 84, ubi et ratio tituli indicatur satis.* Addo ego etiam κωφοὺς fabulam scriptam esse a Sophocle, ut refert Scholiastes Nicandri in Theriacis, ubi ait in ea fabula Sophoclis referri, quemadmodum olim homines a Jove juventutis, ἀγηρασίας, poculum cum accepissent, id asino ad vehendum imposuere; at ille siti pressus cum ad fontem deflexisset, quem serpens servabat, id poculum pro haurienda aqua dedit, unde serpentes senectutis exuvias quotannis exuunt. VA.

[i] Sophocles in fabula dicta Λαρισσαῖοι] Σοφοκλῆς ἐν Λαρισσαίοις laudatur ab Hesychio in voce ὡς: in qua quidem voce ac in sequenti Orion, Hesychius breviatorum scelestas manus effugit, cum in reliquis vocibus fœde truncatus ac mutilatus fuerit. Sophocles in Larissæis laudatur etiam a Stobæo 279, et ab Athenæo, ut notat Casaubonus. Quare nil hic novum affert Maussacus, nisi loci Stephani emendationem. VA.

Sophocles Larissæus, ut hactenus crediderant omnes. Atque hæc mihi post literarum principem de Sophoclis fabulis dicenda videbantur. MA.

128, 13. Ἤτοι τοιοῦτον] ἤ τι τοιοῦτ. VA.

128, 16. Locus Isocratis est in ipso Panathenaici principio, καὶ τοὺς ἀκούοντας ἐπισημαίνεσθαι καὶ θορυβεῖν ἀναγκαζουσῶν. Ubi observa etiam θορυβεῖν eadem de re dictum. Nisi forte ἐπιθορυβεῖν potius scripsisse existimandus est, quod sæpe hujusmodi locis adhibetur. Verum et simplex θορυβεῖν hac de re dictum in alio ejusdem orationis loco legitur: et quidem ab ipso Isocrate explicatum. Nam hæc sunt ejus verba, circa finem ejusdem orationis. p. videlicet 288, habemus, ταῦτ' εἰπόντος αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρόντας ἀξιώσαντος ἀποφήνασθαι περὶ ὧν παρεκλήθησαν, οὐκ ἐθορύβησαν· (ὃ ποιεῖν εἰώθασι πᾶσι τοῖς χαριέντως διειλεγμένοις) ἀλλ' ἀνεβόησαν, ὡς ὑπερβαλλόντως εἰρηκότος. STEPH.

129, 6. In v. Ἐπίσκοπος vix scio an se Harpocration in vulgatis editionibus agnoscat. Nam certe Harpocrationis non est, ut sic suis verbis singula eadem præmittat, quæ mox perinde clare ex citato loco alicujus scriptoris erat lector intellecturus, ut est illa comparatio Harmostarum cum Episcopis. Sed etiam ut Harpocration nunc dicat Harmostas esse, qui mittebantur in civitates subjectas singula inspecturi; qui in ipsa illa voce eos exposuit ἄρχοντας ἐκπεμπομένους, parum videtur credibile, et est inconcinnum. Ut rem scias, pro omni illa vocabulorum turba οἱ παρ' Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκέψασθαι τὰ παρ' ἑκάστοις πεμπόμενοι, ἐπίσκοποι καὶ φύλακες ἐκαλοῦντο, οὓς οἱ Λάκωνες Ἁρμοστὰς ἔλεγον, non alia pro Harpocrationeis agnoscit elegans ille et fidus codex Mediceus, quam hæc ἐοίκασιν ἐκπέμπεσθαί τινες ὑπὸ Ἀθηναίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἐπισκεπτόμενοι τὰ παρ' ἑκάστοις, quæ sunt sane aurea, nisi forsan in prima voce aberravit scribentis manus, quum vellet edere εἰώθασιν, efferentis ἐοίκασιν. Idem quoque exhibebat κατὰ Λαισποδίου, ut docte in ea voce disserit Valesius, non Λαισποδίου. GR.

129, 7. Λαισπουδίου] γρ. Λαισποδίου. Ita Thucydides. Aristoph. in Av. 1568, Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν. (Lege λαισποδιάζει τὴν φύσιν. Sic enim Suidas λαισποδιάσθαι τὴν φ. velandarum varicum gratia, Quintilianus lib. 11 p. 690.) Schol. ὅτι τὴν κνήμην εἶχε σαπρὰν Λαισποδίας, καὶ μέχρι τῶν κάτω περιεβάλλετο, καὶ οἱ βάρβαροι δὲ τὰ σκέλη περιβέβληνται. Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται. μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Εὔπολις ἐν δήμοις. ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας (hinc corrige

locum Eunapii in Libanio, quem in Excerptis notavi) *αὐταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι. τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαί φησι Θουκυδίδης ἐν τῇ ή. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φρύνιχος ἐν κωμασταῖς ὡς πολεμικοῦ γεγονότος. Φιλύριος* (f. *Φιλύλλιος*) *δὲ ἐν ταῖς Πλυντηρίαις ὡς φιλοδίκου. ἔχει δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰτίας, ὥς φησι Στράτων* (lege *Στράττις*) *ἐν Κινησίᾳ. διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Παιᾶσι. Δημήτριος δὲ καὶ πάντες τὸν Ἰξίονα λέγουσιν ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσιν ὡς γλῶσσαν ἐξηγεῖσθαι* (lego *ἐξηγεῖται*, et supra, *ὃν πάντες Ἰξίονα λ.* Fuit enim hic Demetrius cognominatus Ixion teste Laërtio in Demetrio) *ὅτι Λαισποδίας ἐστὶν ὁ ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια, ὥστε καὶ κτήνη σποδεῖν.* Sic derivabat hoc nomen Demetrius. Vide Hesychium in *Λαισποδίας.* Dixerat prius Aristoph. *οὗτος τί δρᾷς; ἐπ' ἀριστερὰ οὕτως ἀμπέχῃ. οὐ μεταβαλεῖς θοἰμάτιον εἰς τὰ ἐπιδεξιά.* Loquitur Neptunus Triballo Deo. VA.

129, 9. Præter Politica quæ a Diogene Laërtio et ab auctore nostro supra voce *Ἀσπασία* laudantur, Theophrastum alia Politica quæ dicta fuere *πρὸς τοὺς καιροὺς* composuisse patet ex hoc eximio loco. Parthenius in Eroticis cap. 18. de Neæra, quam de ea historiam refert ex lib. Theophrasti primo Politicor. *πρὸς τοὺς καιροὺς* depromptam esse asseverat. Inscriptio cap. ita habet: *ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν ᾱ τῶν πρὸς καιρούς.* Rursus cap. 9. de Polycrite in epigraphe, *γράφει περὶ αὐτῆς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ ια πρὸς τοὺς καιρούς* [k]. Sed vereor ne potius legendum sit ᾱ, quia ex Diogene Laërtio certum est eum quatuor tantum libros Politicorum *πρὸς τοὺς καιροὺς* cómposuisse et *περὶ καιρῶν* duos. [Auctor est Lamprias Plutarchi filius in libello sive potius indice quem fecit librorum paternorum, eumdem Plutarchum librum composuisse qui ita inscribebatur, *περὶ Θεοφράστου πρὸς τοὺς καιρούς.* Male illi qui restituere tentant *πρὸς Θεόφραστον περὶ τοῦ καιροῦ,* nam hic est sensus Lampriæ, Plutarchum librum scripsisse de Theophrasti libro inscripto *πρὸς τοὺς καιρούς.* nihil verius. MA. in Append. ad Plut.] Certe apud Suidam voce *ἀρχὴ σκυρία* restituendum est pro *Θεόφραστος ἐν πρώτοις καιροῖς*, vel *ἐν τοῖς πρὸς τοὺς καιρούς*, vel *ἐν τοῖς περὶ καιρῶν*, nam *πρώτους καιροὺς* com-

[k] *Πρὸς τοὺς καιρούς*] Lamprias in indice librorum patris sui Plutarchi recenset hunc, qui injuria temporis periit, *περὶ Θεοφράστου πρὸς τοὺς καιρούς.* Male hi, qui substituunt *πρὸς Θεόφραστον περὶ τοῦ καιροῦ.* Equidem *πρὸς Θεόφραστον* malim, id est, *adversus Theophrastum.* vel potius *κατὰ*, nisi forte *ὑπέρ.* At Theophrastum in secundo *περὶ καιρῶν* laudat Suidas in *Κυψελιδῶν*, et ex eo opere elegans fragmentum profert. VA.

posuisse Theophrastum nullus unquam veterum testatus est. Præterea *πρῶτοι χρόνοι* dicendum fuisset, non *πρῶτοι καιροί*. Hunc errorem nullus ante nos deprehendit. MA. Libros Politicorum *πρὸς τοὺς καιρούς*, i. e. de administratione reip. quæ pro temporum ratione mutatur. Sic *πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς καιροὺς* dicunt Græci, quod Latine est *servire tempori*. Sic Strab. 13 p. 623. de Philetæro, *ἀπέστησε τὸ χωρίον, καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς ἐπολιτεύετο*. Hoc Theophr. opus intellexit Cicero 5, 5. de finibus his verbis: *omnium fere civitatum non Græciæ solum, sed etiam Barbariæ ab Aristotele mores, instituta, disciplinas; a Theophrasto leges etiam cognovimus. Quumque uterque eorum docuisset, qualem in rep. principem esse conveniret, pluribus etiam cum scripsisset, qui esset optimus reip. status, hoc amplius Theophrastus, quæ essent in rep. inclinationes rerum et momenta temporum, quibus esset moderandum, utcunque res postularet.* Dionysius Halic. lib. 5 hist. c. 73. ubi de Æsymnetis: *οἱ γὰρ Αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ' Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας, ἱστορεῖ Θεόφραστος, αἱρετοί τινες ἦσαν τύραννοι. ᾑροῦντο δὲ αὐτοὺς κατὰ καιροὺς αἱ πόλεις οὔτε εἰς ἀόριστον χρόνον οὔτε συνεχῶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς καιρούς, ὁπότε δόξειε συμφέρειν καὶ εἰς πόσον χρόνον.* Polybius p. 797. *ἵνα βλέποντες πρὸς τοὺς καιροὺς βουλεύωνται.* Suidas in *δεξιὸς* de Theramene *καθομιλῶν πρὸς τοὺς καιρούς.* Et Lucianus. Dio lib. 48 p. 374. *τοὺς αὐτοὺς ποτὲ μὲν ἐχθρούς, ποτὲ δὲ ἐπιτηδείους σφίσι πρὸς τοὺς καιροὺς ἡγουμένων.* Græci etiam dicunt pro eodem *πρὸς τὴν ὑπόθεσιν.* Sic Plutarchus in Aristidis vita sub finem, *καθόλου δὲ Θεόφραστος* (in libro *πρὸς τοὺς καιρούς*, ut puto) *φησὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον περὶ τὰ οἰκεῖα καὶ τοὺς πολίτας ἄκρως ὄντα δίκαιον ἐν τοῖς κοινοῖς πολλὰ πρᾶξαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς πατρίδος, ὡς συχνῆς ἀδικίας δεομένην.* VA.

129, 13. ἘΠΙΣΤΆΤΗΣ] Suidas, *ἐπιστάτης. τῶν πρυτάνεων εἷς ὁ λαχὼν ἐπιστάτης ἐλέγετο. δὶς δὲ τὸν αὐτὸν ἐπιστατῆσαι οὐκ ἐξῆν. φυλάσσει δὲ τοῦ ἱεροῦ τὰς κλεῖς, ἐν ᾧ τὰ δημόσια χρήματα, ἔτι μὴν* (*τὰ γράμματα* addit Telephus) *καὶ τὴν δημοσίαν σφραγῖδα. ἐπειδὰν δὲ οἱ πρυτάνεις συναγάγωσι τὴν βουλήν, ἢ τὸν δῆμον, ὁ ἐπιστάτης κληροῖ προέδρους ἐννέα* (*τῆς πόλεως* Telephus addit) *ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης ἕνα, πλὴν τῆς πρυτανευούσης, καὶ πάλιν ἐκ τῶν ἐννέα τούτων ἐπιστάτην ἕνα κληροῖ καὶ τὸ πρᾶγμα παραδίδωσι. αὐτὸς δὲ εἰσάγει τὴν δίκην, καὶ ἐπιμελεῖται κατὰ νόμον πάντα γενέσθαι, καὶ μηδὲν παραλειφθῆναι πρὸς τὸ διδαχθῆναι τοὺς δικαστάς.* Quæ omnia sunt ex lexico Telephi Pergameni transscripta teste Eustathio in lib. *ρ*

Odysseæ, p. 1827. Γίνεται γάρ φησιν ἐπιστάτης Ἀθήνησιν ἐκ τῶν πρυτανέων εἷς, ὃς ἐπιστατεῖ νύκτα καὶ ἡμέραν μίαν· καὶ πλείω χρόνον οὐκ ἔξεστιν οὐδὲ δὶς τὸν αὐτὸν γενέσθαι. VA.

130, 1. ὃς οὐδὲν ἕτερον ἦν] Scribo ὃ οὐδὲν ἕτερον ἦν, vel potius ἐστί. At vero apud Suidam mendosus etiam legitur hic locus, ita videlicet, ὃς οὐδὲν ὕστερον ἦν ἢ κατὰ σατραπείαν Καρίας κύριος. Hæc autem verba ita reddi posse existimo, per Satrapeian (nisi quis malit Satrapeiæ jure) dominus Cariæ. Vel, Cariæ dominus, utpote satrapa. Interpres hoc loco vertit, Cariæ præses. Legitur autem in alio ejus orationis loco, p. 65. καὶ προστάττων ἃ χρὴ ποιεῖν ἑκάστους, καὶ μονονοὺκ (ita enim potius scribendum quam disjuncte μόνον οὐκ) ἐπιστάθμους ἐν ταῖς πόλεσι καθιστάς. ubi idem interpres præfectos reddit. Non dubium est tamen quin eadem utrobique hujus vocabuli esse interpretatio debeat. et hic de rege Persarum agitur, ἐπιστάθμους in Græca non secus quam in Asia sua constituente. STEPH.

130, 3. ʼΕΠΙΤΕΛΕΟΥΝ, etc.] Quæ ante sacrificium offerebantur, dicebantur τὰ προτέλεια, ut docent Grammatici. Athen. 9. p. 375. ex Agathocle Cyziceno ait suem a Cretensibus sacram haberi, quod Jovi adhuc infanti mammam præbuisse credatur. Πραίσιοι δὲ καὶ ἱερὰ ῥέζουσιν ὗι, καὶ αὐτὴ προτελὴς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται. Latinis *præcidaneæ hostiæ* dicuntur. Ἐπιτελεώματα ergo sunt succidaneæ hostiæ. Vide Gellium lib. 4. cap. 6. In excerptis θεολογουμένων τῆς ἀριθμητικῆς, in capite de ternario. τρὶς δὲ καὶ σπένδουσι καὶ τρὶς ἐπιθύουσιν οἱ τελειωθῆναι τὰς ἑαυτῶν εὐχὰς αἰτοῦντες. VA. ἐπιτελὲς καὶ ἐπιτελέωμα Etymolog. p. 365, 47. Censura κορυφή τις τιμῆς ἁπάσης καὶ πολιτελείας ἁπάσης ἐπιτελείωσις. Plut. Cat. Maj. p. 345 A. Hesych. in ἐπιτελέωμα, additque ἐπιτελεῶσαι, ὅπερ νῦν ἀφιερῶσαι λέγομεν. ἂν μέν τι ἐπιτελὲς εἴη ἐσόμενον Dio Cass. 41. p. 174. D. cui contrarium, ἂν δὲ ἀτέλεστον ᾖ. HEMST.

130, 9. In v. Ἐπιτιμηταί habes hæc ut Harpocrationea, οἱ μὲν τὸ πρῶτον τιμώμενοί τι, τιμηταὶ ἐκαλοῦντο. Quæ quum ita producant viri docti, an fieri potest, ut sine vitio his subnectantur ista? οἱ δὲ τοῖς ἑξῆς ἔτεσι τὰ αὐτὰ τιμώμενοι, ἐπιτιμηταί. An non æque commode dixisset ταυτὸ vel τοῦτο? quænam illa sunt, quæ vocat τὰ αὐτά? vides igitur ex fide agere librum Mediceum, dum ignorat voculam τι, quæ deleri debet. GR.

130, 12. Χωρίων] Χωρίον. VA.

130, 16. ʼΕΠΙΤΡΟΠΗ`... Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀφόβου πρώτῳ] Et Dem. ἐν τῷ ὑπὲρ Φορμίωνος. ἐπιτρέψας δὲ τῷ τῆς ἑαυτοῦ γυναι-

κὸς πατρὶ καὶ τῷ συγκηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ etc. Et statim, *λάβε μοι τὴν γνῶσιν* (*τῶν διαιτητῶν* scilicet) *τὴν γενομένην ἐν ἀκροπόλει*. Supra *εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐλθὼν* dixerat. Nam mos erat arbitros in templis Deorum fere arbitria pronunciare, ut notavi in oratione adversus Neæram. Prima verba non sunt Harpocrationis, sed ex Suida huc translata. Apud Suidam *προχειριζόμενος* legitur. et hoc inter Polybiana fragmenta retulit Casaubonus. *Ἐπιτροπὴ* est *deditio*. Polyb. 697 et alibi. Spectat ad historiam, quæ apud Livium p. 780. VA.

131, 9. ἘΠΙΧΆΡΗΣ] Alius est Epichares Atheniensis, cujus meminit idem contra Theocrinem in fine. Alius item Atheniensis improbus civis, quem perstringit Andocides *περὶ μυστηρ.* p. 13. VA.

131, 11. ἘΠΙΧΕΙΡΟΤΟΝΊΑ] Isæus p. 54. In decreto Timocratis apud Demosth. contra Timocr. *εἶναι αὐτῷ ἢ ἄλλῳ ὑπὲρ ἐκείνου ἐγγυητὰς καταστῆσαι τοῦ ὀφλήματος, οὓς ἂν ὁ δῆμος χειροτονήσῃ, ἢ μὴν ἐκτίσειν τὸ ἀργύριον, ὃ ὦφλε. τοὺς δὲ προέδρους ἐπιχειροτονεῖν ἐπάναγκες, ὅταν τις καθεστάναι βούληται.* Supple *ἐγγυητάς*. Et infra: *ὁ δὲ* (*Τιμοκράτης*) *ἔγραψε τοῖς προέδροις ἐπάναγκες, ἐάν τις καθιστῇ, προσάγειν.* (*δέχεσθαι* infra ait) cui p. 473 *ἀποχειροτονεῖν* opponit de populo loquens. Populus ergo *ἐχειροτόνει* aut *ἀπεχειρ. τοὺς ἐγγυητάς*, i. e. *probabat* aut *improbabat*. Timocrates vero legem tulerat, ut omnino admitterentur. VA.

131, 13. Ἐπιψηφίζων] Nicias apud Thucyd. 6, 14. *καὶ ὦ πρύτανι, ταῦτα ἐπιψήφιζε.* Ibi Schol. *δευτέρας ψήφους τίθει.* Male; hoc enim est *ἀναψηφίζειν*, quo utitur ibidem Nicias. *εἰ ὀρρωδεῖς τὸ ἀναψηφίσαι.* Ἐπιψηφίζειν eodem sensu Herodotus lib. 8. c. 64. Æschines p. 38 et 40. et *κατὰ Κτησιφῶντος* initio, ubi *προέδρων* hoc munus fuisse innuit, et p. 62. et Dem. contra Androt. initio, *οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων ἐπιστάτης ἠρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν, ὅτῳ δοκεῖ δωρεᾶς ἀξίως ἡ βουλὴ βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μή. Διαχειροτονίαν sententiæ dicendæ jus dedisse*, vertit Volfius. Vide quæ not. ad Xenoph. et Dem. contra Timocratem versus finem. *ἡ πρόεδρος ταῦτ' ἐπεψήφισεν ἢ πρύτανις.* Suidas in *ψηφίσματα* citat ex veteri autore, *ξυνήρεσε δὲ τὰ τοιάδε, εἰ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τῷ δόγματι ἐπιψηφίσοιτο. ἀντὶ τοῦ ἀρέσθη.* Hippodamus de Rep. apud Stobæum 141. *ἀρχοντικὸν δὲ τὸ ἤτοι ἄρχον ἢ γεγεναμένον ἀρχόν. κοινοβουλευτικὸν δὲ τὸ ἄλλο πλᾶθος τὸ παραδεχόμενον τὸ προσυνεδρευόμενον καὶ ἐπιψαφιζόμενον καὶ ἐπικυροῦν τὰ ἐπὶ κρίσει.* Dionysius Hal. lib. 4. c. 40. In decreto Deliorum, quod legitur inter marmora Arundelliana, *ἐπεψήφισε.*

Male interpres, *sententias collegit.* Porro *ἐπιψηφίζειν* et *ἐπιχειροτονεῖν*, *διαψήφισις* et *διαχειροτονία*, hoc tantum distant, quo distat *χειροτονία* et *ψῆφος*; hæc manuum extensione fiebat, illa calculis. Hinc Teles de exilio apud Stobæum cap. 158. *παρευδοκιμεῖσθαι οὖν ὑπὸ τῶν τοιούτων (ἀνδρῶν) καὶ χειροτονίᾳ καὶ ψήφῳ, οὐκ ὄνειδος; οὐ σόν γε, ἀλλὰ τῶν τούτους χειροτονούντων καὶ ψηφοφορούντων. ἐπιτελεῖν* dicit Dionysius Halic. lib. 2. c. 14. et *ψῆφον ἐπιφέρειν.* Ultimus enim sententiam dicebat Rex proedrus, quo facto, *ὅ τι ἂν ἐδόκει τοῖς πλείοσι τοῦτο ἐνίκα*, ut ibidem ait Dionysius. Andocides p. 131. Laërtius in Zenone p. 441. VA.

132, 1. Male habebant præcedentes editiones *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος*, non enim Æschines, sed Demosthenes contra Androtionem oravit. Ita sæpissime in hoc opere peccatum est. MA. Ἐπιψηφίζειν dupliciter sumitur: primo, pro eo quod Latine dicitur, *sententias perrogare*, ut Livius lib. 29 p. 530. Suetonius Aug. cap. 35. sic *ἐπιψ.* sumit Dio lib. 54 p. 531, et 539. Et Attici. Plato in Gorgia p. 474, et Thucydides, ut notavi ad textum Harpocr. et Xenoph. 6 *ἀναβ.* initio. Secundo pro eo quod est *ratum facere, approbare.* VA.

132, 6. Ὃ *ἐπράττοντο*] Æschines *κατὰ Τιμάρχου* p. 26. Pollux 8, 39. VA. [Spectat hæc annotatio ad verba quæ Aldus ex Suida s. v. *ἐπωβελία* intulit, de quibus Gronovius:] Harpocrationi succurramus, cui plane has voces adeo insulsas subjicere non debuerant, unde eum vindicabit spero fides codicis Medicei, qui pro his nugis offert *ὅπερ ἐδίδοσαν οἱ διώκοντες τοῖς φεύγουσιν* (hoc primum nota, ut scias, in cujus commodum et lucrum cederent isti tot oboli, quod in illis nugatoriis ex Suida supprimitur) *εἰ μὴ ἕλοιεν.*

132, 7. Ὅτι *καθ' ἑκάστην*] Ita Pollux 9, 60. Suidas *ἐπωβελία. πολλῶν εἰς χρήματα συκοφαντούντων τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ ἀπράγμονας τῶν πολιτῶν καὶ μάλιστα τοῦτο πράττειν διαβαλλομένων τῶν περὶ τὸ ἐμπόριον συμβαλλόντων ἐπὶ ναυτικοῖς τόκοις, Ἀθηναῖοι ζημίαν ἔταξαν κατὰ τῶν ἐγκαλούντων ὀβολὸν ἐκτίνειν, εἰ μὴ καθ' ὧν ἐνεκάλουν, τούτους ἕλοιεν. ταύτην τὴν ζημίαν ἐπωβελίαν ὠνόμασαν.* Eadem Etymol. qui addit, *ἄλλως ἐπωβελία ἐστὶ ἐπιτίμιον τοῖς διώκουσί τινα χρηματικὴν δίκην. ἐλάμβανε δὲ τὴν ἐπωβελίαν ὁ φεύγων παρὰ τοῦ διώκοντος, εἰ τὴν δίκην ἀπέφευγε, λέγεται δὲ καὶ ὁ τόκος παρὰ τῷ Πλάτωνι νόμων ια'.* VA.

133, 1. ἘΠΩΝΥΜΟΙ] Schol. Aristoph. Av. 646. *ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν Πολέμων.* Ex hoc forte Po-

lemonis libro, quæ Suidas habet in Ἀζηνιεύς. Cf. Harpocr. in Ἀλόπη. HEMST.

133, 3. Προσαγορεύονται] Προαγορεύονται. Aliter Plato in Republ. lib. 6 in fine. VA.

133, 9. Δημοσθένης ἐν τῇ τοῦ Λυκ. παίδων ἐπιστολῇ] Scribe, Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ aut ὑπὲρ τῶν τοῦ Λυκ. Extat hæc inter Demosthenis epistolas tertia, in qua legitur, ἵνα οἷός τε ὦ, τά τε ὀφειλόμενα εἰσπράξας καὶ τοὺς φίλους ἐρανίσας τὰ πρὸς ὑμᾶς διοικεῖν. Notat ergo Harpocr. hanc insolitam τοῦ ἐρανίζειν significationem in Demosth. nam ἐρανίζειν proprie est ἔρανον εἰσφέρειν. Antiphon in τετραλ. ι orat. 2. p. 105. Laërtius in Arcesilao p. 279 aliique. ἐρανίζεσθαι autem *accipere* vetus autor apud Suidam in Γάϊος. VA.

133, 12. Facili mutatione sensum hic restituimus, quem nemo quantumvis exercitatus unquam deprehendisset, si vetus lectio retenta fuisset. ἀντευποιεῖ ἀποδοὺς legebatur. Nos disjunctis vocibus reposuimus ἀντὶ, εὐποιεῖ[1] ἀποδούς. Quæ verba glossematica sunt, et superiora τί δὲ εἰ ψευδομαρτυριῶν, quæ ad Demosthenem pertinent, interpretantur. Ait enim Harpocration Demosthenem ita loquutum esse ἀντὶ, εὐποιεῖ, etc. Si quid acutius et magis auctoris menti consonum proferre possint eruditi, proferant, per me licet. MA. Verba Demosth. leguntur non longe ab initio orationis contra Bœotum de nomine. Ibi ea quære. Porro ἔρανος munus quoddam fuit et onus. Schol. Aristoph. ad illa ex Acharn. 616.

Οἷς ὑπὲρ ἐράνου τε καὶ χρεῶν πρώην ποτὲ
Ἅπαντες, ἐξίστω, παρῄνουν οἱ φίλοι,

notat, ἔθος εἶχον τέλεσμά τι εἰς τὸ κοινὸν διδόναι, ὅπερ οἱ μὴ διδόντες καὶ ἄτιμοι ἐνομίζοντο, καὶ μετὰ βίας ἀπῃτοῦντο. Sic apud nos Eleemosyna, quæ publice ab omnibus exigitur civibus pro alimonia pauperum, vocari optime posset ἔρανος. Teles in lib. de comparatione divitiarum et virtutis apud Stobæum serm. 233. ἔτι πρὸς τούτοις ὃ μάλιστα τῇ πόλει προσιέναι δοκεῖ, τὸ δοῦναι χάριν, οὐχ ἁπλοῦν ἐστιν, ἀλλ' ἔχει συμφορὰς πλείονας. ἔστι μὲν οὐδὲ εὐπρεπὴς ἡ χάρις ἡ δι' ἀργυρίου δοθεῖσα, ἐράνῳ δ' ἔοικεν, id est, eleemosynæ. οἱ δ' ἄνευ χρημάτων ἀπ' εὐνοίας ἐπιδεικνύμενοι καὶ βοηθοῦντες ἐλευθέριον τὴν εὐεργεσίαν ἔχουσι (παρέχουσι forte) καὶ τοῖς τυγχάνουσι κεχαρισμένην. Duplex fuit ἔρανος, alter voluntarius, cum amicus

[1] Ἀντὶ, εὐποιεῖ] Ἀντευποιεῖ rectum est. Sic loquitur Isæus περὶ Ἀπολλοδώρου κλήρου, initio. VA.

amico, qui in calamitatem inciderat, sponte aliquantum pecuniæ erogabat erani titulo, i. e. ea lege, ut sibi quoque, si in calamitatem forte incideret, redderetur. Sic sumit Demosth. in epist. et Isocrates in Helena p. 414, et alii. Alter fuit onus quoddam sodalitii. Sic apud Antiochenos teste Libanio contra Florentium, ubi de cauponibus et dardanariis, *τούτοις οὐκ ἂν προσθείην τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς ἐπικουρίαν μηνὸς ἑκάστου γιγνομένην πολλάκις.* De qua etiam intellige Marcianum leg. 1 de Corporibus, sed permittitur tenuioribus stipem menstruam conferre, dum tantum semel in mense coëant. Junge epistolam Trajani lib. 10 epist. Plinii. Apud veteres olim Christianos menstrua die modicam unusquisque stipem pro arbitrio ac facultatibus suis conferebat egenis alendis, teste Tertull. in Apolog. cap. 39, eamque intelligit Libanius. *'Ερανάρχης* apud Artemidorum lib. 1 cap. 18 est, qui eranum seu symbolam colligit, et cap. 37, et lib. 2 cap. 38. Laërtius in Diogene p. 403. *ἐξ ἐράνου εὐωχίαν εἰσφέρειν* Chrysostomus dicit in Homil. 11 ad pop. Antioch. p. 153, id est, ex symbolis convivari, idque proprium esse docet tenuiorum, qui sodalitia *φρατρίας* inter se contraxerant. VA.

133, 14. 'ΕΡΑΝΙΣΤΗ'Σ] Unde *κοινὸν ἐρανιστῶν* Polluci lib. 8. cap. 13. Qui autem non solvebat eranum, is *ἐκλιπεῖν τὴν φορὰν* dicebatur. Pollux ibid. Libanus declam. 38. *οὐκ ηὐπόρησεν ἐρανιστῶν.* Aristides in Panathen. p. 6. b. de Herculis liberis, *καὶ τὴν προστασίαν, ἣν ἁπάντων ἀνθρώπων 'Ηρακλῆς ἔσχε, ταύτην αὐτὴ τοῖς ἐκείνου παισὶν ὥσπερ τινὰ ἐράνου φορὰν διεσώσατο.* Vide Salmasium in lib. de usuris cap. 3. p. 43. VA.

133, 16. Πρὸς 'Αριστοκράτην] Pollux 9, 57. VA.

133, 18. "ΕΡΓΑ ΝΕ'ΩΝ] Euripides in Menalippe apud Stob. 267. *παλαιὸς αἶνος. ἔργα μὲν νεωτέρων, βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.* Strabo 14. p. 639. et Etymologus in Πύγελα autor est Boëthium et ejus *συστρατιώτας* Tarso ejectos ab Alexandro *καταπειχογράψαι, ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, πορδαὶ δὲ γερόντων.* At ille adscribi jussit renidens, *βρονταὶ δὲ γερόντων.* VA.

133, 18. "Εργα νέων] Suid. in Νέοις. Similem sententiam habet Cornut. de Nat. Deor. c. 31. p. 222. Plut. vol. 2. p. 789. D. Eurip. apud Stob. p. 585. vs. 14. 22. Ion apud Sext. Emp. p. 294, 20. Strab. 14. p. 992. B. HEMST.

134, 4. 'ΕΡΓΙ'ΣΚΗ] *Ergessum* vocat Livius lib. 31. p. 577. Καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ 'Αλοννήσου. *Σέρριον τεῖχος καὶ 'Εργίσκη καὶ ἱερὸν ὄρος ἑάλω,* pacis tempore a Philippo. Demosth. *περὶ παραπρ. ἐν δὲ τούτῳ Δορίσκον, Θρᾴκην, τὰ ἐπὶ τειχῶν, ἱερὸν ὄρος,*

πάντα τὰ πράγματα ἐν εἰρήνῃ καὶ σπονδαῖς ἦρει καὶ διῳκεῖτο ὁ Φίλιππος. Ubi nota hoc *ἱερὸν ὄρος* esse in Thracia, a quo distingue alterum, quod ad Euxinum pontum porrigitur, ut monet Schol. Apollonii 2, 1017. VA.

134, 7. 'ΕΡΓΟΚΛΗ͂Σ] Demosth. *περὶ παραπρ.* ubi multos ab Atheniensibus capite damnatos ait esse, qui longe minus quam Æschines Reip. detrimenti attulerant: alios *ὅτι χρήματα πάμπολλα ὠφλήκασιν*, id est, *pecunia plurima esse multatos*, ut Ergophilum, Timomachum, Cephisodotum, et *τὸ παλαιόν ποτε* Ergoclem, Dionysium, aliosque multos, qui longe levius quam Æschines offenderant. De Cephisodoto vide Harpocrat. Is videtur esse Ergocles, contra quem Lysias orationem scripsit, quemque ob peculatum ab Atheniensibus damnatum esse dicit in oratione contra Philocratem. VA.

134, 8. 'ΕΡΓΟ'ΦΙΛΟΣ] Demosth. contra Aristocr. ejus meminit, itemque Aristoteles in Rhetoricis. VA.

134, 9. 'ΕΡΚΕΙ͂ΟΣ ΖΕΥ͂Σ] Philochorus lib. 9. apud Dionys. Halic. in Dinarcho: *κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκίου Διὸς τὴν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ κατέκειτο. πάτριον δέ ἐστι τοῖς Ἀθηναίοις κύνα μὴ ἀναβαίνειν εἰς ἀκρόπολιν*, quod refert etiam Plutarchus in quæst. Rom. Plato Euthyd. p. 302. *Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος οὐ καλεῖται. ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος καὶ Ἀθηνᾷ φρατρίᾳ.* Leg. *αὐλῇ* ex Suida et Etymol. VA.

134, 11. *Ἐν τῇ βουλῇ—τῆς πολιτείας*] Hinc Euxitheus apud Demosthenem contra Eubulidem probat se esse civem. *εἶτα Ἀπόλλωνος πατρῴου καὶ Διὸς Ἑρκίου γεννηταί, εἶτα οἷς ἥρια ταῦτα, εἶτα οἱ δημόται* testimonium mihi perhibent. Aristoph. *ἐν Δαναΐσι· μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκείου χύτρας, μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύνθη ποτέ.* Festus, *Herceus Jupiter intra conseptum domus cujusque colebatur, quem etiam deum penetralem appellabant.* Melius ergo in Harpocr. legetur *ἐν τῇ αὐλῇ*. Vide Pausaniam p. 51. Cicero 2, 27. de Nat. Deor. *Dii penates sive a penu ducto nomine sive ab eo quod penitus insident, ex quo etiam penetrales a poëtis vocantur.* Athenæus lib. 5. VA.

134, 14. *Τὴν ἐν Ἀθήνησι νομοθεσίαν*] *Τῆς ἐν Ἀθήνησι νομοθεσίας.* VA.

134, 15. *Ἑρμάς*] *Ἑρμά.* VA.

134, 16. *Παρὰ Ἀνακρέοντι*] Locus Anacreontis legitur apud Hesychium, *ἀσήμων ὑπὲρ ἑρμάτων φορεῦμαι.* Eustath. in *Ἰλ. ξ. Διονύσιος δὲ λέγει καὶ ὅτι ἕρμα λέγεται καὶ ἡ ἐν θαλάσσῃ πέτρα.* VA.

134, 18. Ἑρμαὶ, Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος] P. 75. τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν. VA.

135, 2. Ποικίλης] Erat hæc porticus ἐν τῇ ἀγορᾷ, ut innuit Æschines p. 76. Unde Ἑρμῆς ἀγοραῖος dicitur, qui erat ad Pœcilen teste Luciano in Jove Tragœdo, Hesychio in ἀγοραῖος, Plutarcho in Demosthene, Καλλιστράτου τοῦ Ἐμπέδου Ἀφιδναίου ῥήτορος δοκίμου καὶ ἀναθέντος τὸν βωμὸν τῷ Ἑρμῇ τῷ ἀγοραίῳ. Erat autem ex ære opus affabre factum, cujus formam statuarii omnes fabrique ærarii quotidie cera ac pice exprimebant, ut docet Lucianus eo loco. VA.

135, 3. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς] Locus defectus, quem ita supple: διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς ἐκεῖ Ἑρμᾶς ἀνακεῖσθαι, καὶ ὑπὸ etc. Vid. in Ἑρμῆς. Locus igitur Athenis Ἑρμαῖ dictus, quod multæ ibi statuæ Mercuriales essent collocatæ. Egregius Lysiæ locus, p. 166. vs. 36. et Athen. p. 167. F. Mnesim. apud Athen. 9. p. 402. F. Μάνη στεῖχ' εἰς ἀγορὰν πρὸς τοὺς Ἑρμᾶς, οὗ προσφοιτῶσ' οἱ φύλαρχοι. Plut. Cim. p. 482. E. Xenoph. Ἱππ. p. 560. vs. 11, 13. Porphyr. apud Theodor. E. Π. Θ. p. 175. vs. 17. HEMST.

135, 7. Ἀντ' εὐεργεσίης etc.] Hujus proverbii meminit Diogenianus, et contra ingratos usurpari ait. φασὶ δὲ αὐτὴν ὑπὸ Μέσωνος τοῦ Μεγαρέως πεποιῆσθαι. Meminit ejus adagii Libanius in orat. funebri in Juliam p. 285. VA.

135, 9. Hesychium hoc loco ab insigni mendo liberabimus, et auctori nostro aliquam lucem afferemus. Ait Mercurios quosdam fuisse Hipparchios, sic dictos ab Hipparcho Pisistrati filio, quorum meminisse testatur Harpocration veterem Comœdiam, et Platonem ἐν τῷ Ἱππάρχῳ (sic legendum supra voce ἀναθέσθαι, ubi male Ὑπάρχῳ est.) Sed quid Mercurii illi et ad quid? Hesych. hoc nos docet eruditissime, ita enim loquitur, Ἱππάρχειος, Ἑρμῆς, Ἱππάρχειοι Ἑρμαῖ, ἃς ἀνέστησεν Ἵππαρχος στήλας, ἐγγράψας εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, ἐξ ὧν ἔμελλον βελτίους οἱ ἀναγινώσκοντες γίνεσθαι. Lege ex nostra restitutione: Ἱππάρχειος Ἑρμῆς. Ἱππάρχειοι Ἑρμαῖ, ἃς ἀνέστησεν Ἵππαρχος στήλας ε̄, γράψας[m] εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, etc. Quinque igitur columnæ erant Mercurii illi ab Hipparcho erecti, in quibus versus elegiaci inscripti erant, ex

[m] ε̄, γράψας] Imo ἐγγράψας legendum est. nam quinque duntaxat columnas ab Hipparcho fuisse erectas falsum est, et diserte refellit Plato in Hipparcho sub finem. Ait enim fere per omnes Atticæ pagos hujusmodi columnas ab Hipparcho esse erectas, in quibus versus gnomicos inscripserat, quos ibi refert Plato, inter quos est ille: μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν, qui legitur etiam apud Stobæum; et alter, μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, μὴ φίλον ἐξαπάτα. VA.

quorum lectione meliores et doctiores evadere poterant οἱ ἀναγινώσκοντες, quod de nugis quas hodie in vulgus edunt Cercopitheci quidam et moriones, dici non potest. MA.

136, 1. Zopyros quosdam nobis commemorant Stephanus voce Ἀφροδισιὰς et Suidas in ψιθυριστής. An vero quid intersit inter hunc Zopyrum, cujus de fluminibus libros hic laudat Harpocration, et alios dubitari potest. Sed de his diligentius in notis ad Plutarchum de fluminibus. MA.

136, 3. In v. Ἑρμῆς quæ habet Harpocration, citantur ab Meursio lib. 1. Athen. Attic. cap. 5. sed desinit in verbis πρὸς τὸν πυλῶνα, ea quæ sequuntur τὸν Ἀττικὸν negligens, incertum casu an sponte, quod nullam ejus ita dicti auctoritatem apud scriptores alios reperiebat, ut patet tum ex capite omnium postremo ejus libri, tum ex Lection. Att. lib. 1. cap. 1. ubi dupla scriptione amavit recensere nomina portarum Atheniensium. Et tamen negari nequit prope fuisse portam, unde et sic cognominatus fuit, quam πύλην vocavit Pausanias in verbis illic ab Meursio citatis, ut Harpocration πυλῶνα appellavit. Admodum equidem generalis est illa porta Attica, quum sine dubio omnes aliæ non possent aliter nominari, etsi speciatim nominibus aliis distinctæ. An fuit illa porta, quæ in arcem ducebat? et scripserit forsan auctor τὸν ἀστυκὸν, quum constet unum introitum modo arcis fuisse, etsi πύλαι πέντε, ut dicitur in v. Προπύλαια. Etiam Mercurius ἐπ' Αἰγέως πύλαις non procul ab Delphinio colebatur, ut notum. GR.

136, 5. Ταῖς φυλαῖς] Mendum est. Vide infra in Πρὸς τῇ πυλίδι. VA.

136, 6. Τρίπρατος] Eustathius in Odyss. α. p. 1405. VA.

136, 7. Inter Hipponactis iambicos versus[a] hic legebatur,

εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.

Ex quo docebat Mysiæ illum τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ principem fuisse, regi Persarum subditum. Singulare est quod de eo refert Suidas in Ἀριστοτέλης. Obiisse scilicet magnum illum Philosophum epoto in Chalcide aconito, quod provocatus fuisset coram magistratibus, quos Εὐθύνας vocabant, eo quod in Her-

[a] Inter Hipponactis Iambicos versus etc.] At Hipponax longe ante Hermiam vixit auctore Plinio lib. 36. cap. 5. Hipponactis poetæ ætate, quem certum est 60 Olymp. vixisse. Diphilus autem comicus in Sappho Hipponactem ei æqualem ejusque amatorem et Anacreontem rivalem facit teste Athenæo lib. 13. Vixit autem Sappho Alyattis Lydi temporibus. Eusebius Olymp. 23. Hipponactem floruisse scribit. Proclus lib. 1. Chrestom. Darii vixisse temporibus prodit. VA.

miam hunc Eunuchum Παιᾶνα composuisset. Παιᾶνες illi sine dubio adinstar libellorum famosorum[o] erant, ut ex lib. Dipnosoph. Athen. argui facile potest. MA. Imo e contra Pæanes hymni erant proprie quos in honorem deorum canere solebant, et olim apud Græcos religioni habitum est in honorem cujusquam mortalium pæanem canere, unde accusatum referunt Aristotelem coram illis magistratibus, quos Εὐθύνας vocabant, quod in honorem Hermiæ Pæanem composuisset. Honor ille debitus tantum fuit diis deabusque; sed adulatores, ut docet Athenæus lib. 6. hoc genere laudum et honoris viros principes ornare cœperunt. Cæterum de Pæanum abusu habes etiam multa lib. 15. quem consules, adi et ad cap. 14. lib. 6. animadvers. Casauboni. MA. in Append. ad Plut.

136, 9. 'ΕΡΟΙΑ'ΔΑΙ] Demosthenes contra Næeram in testimonio Aëtæ Ciriadæ. *καὶ ἐγγυητὰς γενέσθαι ἑταίρας Στέφανον Εὐροιάδην. Γλαυκέτην Κηφισιέα, Ἀριστοκράτην Φαληρέα.* Scrib. Ἐροιάδην. et infra *μάρτυρες* Τιμόστρατος Κεφαλῆθεν, Ξάνθιππος Εὐριάδης. Lege Ἐροιάδης. Sic enim Hesychius, et Stephanus, Laërtius in Platone p. 211. VA.

136, 12. Κέδρου] Κόδρου. VA.

137, 3. Ἐσπαθᾶτο] Demosth. *διὰ ταῦτ' ἐσπαθᾶτο ταῦτα, καὶ διὰ ταῦτ' ἐδημηγορεῖτο.* VA.

137, 3. Ἐσπαθᾶτο ἤτοι ἐλέγετο] Hæc et sequentia [quæ vulgo post *λίαν σπαθᾷς* leguntur: de quibus diximus in annot.] spuria sunt. VA.

137, 3. Ex Cod. Fed. Morelli hæc suppleta fuere, *ἥτις συντίθησι τὰ ὑφαινόμενα.* M.

138, 3. Ita etiam sentiunt Etymologus, et Eustathius post vetustissimos Grammaticos, sed medicorum filii aliter, nolunt enim *ἐσχάρας* esse cava et profunda ulcera, sed crustas quæ fiunt in illis ulceribus. Viderint medici. MA. Plutarch. in M. Catone Censorio initio de Manio Curio, cui ad focum sedenti etc. *πρὸς ἐσχάρᾳ καθήμενον αὐτὸν εὑρόντες.* Porphyrius de antro

[o] Errat. Pæanes sunt, qui in honorem deorum componebantur: unde cum Aristoteles in honorem Hermiæ pæana composuisset, venit in capitis periculum. Diogenes Laërtius. Athenæus lib. 15. Pæana tamen in honorem clarorum hominum componi solitum esse refert Proclus ἐν χρηστομαθ. Hunc suum errorem animadvertit Maussacus in appendice. Quod autem Harpocratio dixit *τρίπρατος*, intellige *veterator.* Hesychius *παλίμβολος τρίπρατος.* et in Glossario veteri dicitur *veterator.* et leg. 36. ff. de ædilitio edicto, præcipiunt ædiles, ne veterator pro novicio veneat, qualem Eutropium eunuchum describit Claudianus. VA.

Nympharum in Odyssea, *τοῖς μὲν Ὀλυμπίοις θεοῖς ναούς τε καὶ ἕδη καὶ βωμοὺς ἱδρύσαντο, χθονίοις δὲ καὶ ἥρωσιν ἐσχάρας, ὑποχθονίοις δὲ βόθρους καὶ μέγαρα.* Aristoph. Schol. in Acharn. 888. *ἐσχάραν τὴν νῦν λεγομένην ἀρούλαν.* Vide Ammonium, Pausaniam p. 230, 125 Heliac. 5, 13, 8. *ἐσχάρα* proprie focus est, qui ab altari et ara differt. Varro apud Servium ecloga 5. p. 28, et p. 284. Stephanus in *βωμοὶ* hanc assignat differentiam, quod *βωμὸς* sit *οἰκοδομητὸς*, structilis, *ἐσχάρα* vero *σκαπτὴ*, id est fossilis, seu aggestitia. Plutarchus in Marcello *ἑλκόμενος πρὸς ἄλειμμα καὶ λουτρὸν ἐν ταῖς ἐσχάραις ἔγραφεν σχήματα τῶν γεωμετρ.* Sed nil novi hic significat. VA.

138, 4. ἘΣΧΑΤΙΆ] Cicero pro Cæcina. *Ejus autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt.* Aliud *ἐσχατιὰ* apud Æschin. in Timarch. 18 et 19. VA.

138, 7. ἙΤΑΙΡΕΊΑ—Ἀνδοκίδης ἐν τῇ περὶ τῶν Μυστηρίων ἀπολογίᾳ] P. 13. pro muliebri morbo. VA.

138, 9. ἘΤΕΟΒΟΥΤΆΔΑΙ] Similiter Ἐτεοκρῆτες dicti. Strabo lib. 10. et Diodorus. VA.

138, 10. Βούτου] Photius in lexico *ἀπὸ τῆς Βούτου γεγονότες. ἐκ δὲ τούτων* etc. VA.

138, 11. Τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς] Photius habet: *καθαρῶς δὲ ἦν Ἀττικὸν τὸ γένος καὶ γνήσιον. τὸ γὰρ ἐτεὸν τὸ ἀληθὲς δηλοῖ.* VA.

138, 13. Νομοθετήσας] Non Zaleucus, licet et ipse Locris leges tulerit et luscus fuerit, teste Æliano in lib. 13. *ποικ. ἱστορ.* cap. 24. et Heraclide in rep. Locrorum. Sed quidam Cases apud Locros, qui cum alter ei oculus fuisset effossus, legis autor fuisse dicitur, prodiisseque ex more in concionem laqueo cervici circumposito. Sic enim lex Zaleuci jubebat, cujus ipsa verba refert Stobæus cap. 145. VA.

139, 3. ΕΥ̓ΑΝΔΡΙΆ] Dionys. Hal. A. R. 1. p. 13, 16. p. 70, 21. Demon, apud Suid. in *Σαρδάνιος γέλως.* Antigon. Ep. ad Zenon. apud Diog. L. 7, 7. *Λῆμνον παισὶν ἐσανδροῦν* pro *ἀνδρῶν πληροῦν* dixit Apoll. Argon. 1, 874. *ἐπιδούσης αὐτοῖς τῆς χώρας πρὸς πλοῦτον καὶ εὐανδρίαν* Julian. Orat. 1. p. 34. D. et Spanh. Carcin. apud Anton. in Mel. p. 149, 26. Xenoph. Apomn. 3. p. 445, 32. Plut. vol. 1. p. 163. C. Strabo 14. p. 991. B. 16. p. 1093. C. 12. p. 837. *τὰ Κόμανα εὐανδρεῖ. εὐανδροῦσα πόλις* Athen. 13. p. 583. D. *εὐανδροῦσιν ῥώμην ἀνδρὸς* Cyrill. ap. Suid. in *σπάδων* HEMST. Artemidorus lib. 1. cap. 49. *ἰσχὺν καὶ εὐανδρείαν* conjungit, et alibi sæpe. Pindarus Nem. ode 2. *Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον εὐάνορες.* Herodianus lib. 2. in oratione Severi ad suos

milites: ὧν καὶ πλήθει σύμπαντες καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον ἐν ἀνδρείᾳ προὔχετε. Lege εὐανδρίᾳ, ut et Schottus conjecerat. Athenæus 13. p. 565. ἐπαινῶ δὲ καὶ αὐτὸ τὸ κάλλος. καὶ γὰρ ἐν ταῖς εὐανδρίαις τοὺς καλλίστους ἐκκρίνουσι, καὶ τούτους πρωτοφορεῖν ἐπιτρέπουσι. Forte πτορθοφορεῖν. Certe et senes ipsi qui venustissimi erant judicati in Panathenæis eligebantur, qui Minervæ thallophori essent. Xenophon in Symposio. VA.

139, 4. Ἀνδοκίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου] P. 32, sed locus corruptus est. Meminit Hesychius. εὐανδρίας ἀγών. εὐανδρία πλῆθος νέων. Xenophon 3. ἀπομν. initio, οὐδὲ εὐανδρία ἐν ἄλλῃ πόλει ὁμοία τῇ ἐνθάδε συνάγεται. Locum integrum ascribe p. 445. Plato p. 950. VA.

139, 6. ΕΥ'ΒΟΥΛΟΣ] Εὔβουλος Προβαλείσιος Dem. in Neæram. Εὔβουλος ὁ Σπινθάρου pago Προβαλήσιος dicitur a Plutarcho in Æschine. is omnino qui advocatus in causa παραπρ. pro Æschine ἀνέβη, ut ait Demosth. in fine illius orationis, populum scilicet precaturus, qui autoritate sua effecit, ne Æschines causa caderet, teste ibidem Plutarcho. Alter eodem tempore in Republ. versatus est Eubulus Anaphlystius. Sed hic altero antiquior est paululum, cujus meminit hic Harpocr. et Plutarchus ἐν πολιτικοῖς παραγγ. qui hunc ait tantum περὶ τὰς διοικήσεις i. *pecuniæ publicæ administrationem* πεπολιτεῦσθαι, et nunquam aliis in rebus sese immiscuisse. (Hoc προαίρεσις dicitur, secta, Demostheni pro Corona. εἶτα καὶ πολλῶν προαιρέσεων οὐσῶν τῆς πολιτείας, τὴν περὶ τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις εἱλόμην ἐγώ. τάξιν etiam vocat Demosth. ib. et in περὶ παραπρ. initio. Alius etiam fuit eo tempore Εὔβουλος Μνησιθέου Κύπριος (Κυθήριος forte.) apud Demosth. pro Corona p. 103, ubi pro ἄρχοντος Νεοκλέους alii libri Νικοκλ.) et cum Demosthene eum Ἀναφλύστιον vocat, de quo vide locum Theopompi apud Athenæum 4. ex 10 Philipp. ὁ δὲ Θεόπομπος ἐν τῇ ι τῶν Φιλ. Εὔβουλόν φησι τὸν δημαγωγὸν Ἀθήνησι ἄσωτον γενέσθαι his verbis: ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους καταμισθοφορῶν διατετέλεκε. Et Ulpianus in primam Olynth. cujus verba attuli in v. θεωρικά. Eubuli Probalesii filius fuit Spintharus avo cognominis. Σπίνθαρος ὁ Εὐβούλου Demosth. κατὰ Κόνωνος. Libanius declam. 16. εἰσῆλθον εἰς τὴν πολιτείαν μετ' Εὔβουλον καὶ Ἀριστοφῶντα ait Demosth. VA.

139, 13. ΕΥ'ΔΙΚΟΣ] Μέχρι τούτου Λασθένης φίλος ὠνομάζετο Φιλίππου, ἕως προὔδωκεν Ὄλυνθον, μέχρι τούτου Τιμόλαος, ἕως ἀπώλεσε Θήβας, μέχρι τούτου Εὔδικος καὶ Σῖμος οἱ Λαρισσαῖοι, ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν. VA.

139, 13. Add. Εὐημερία] Photius. Εὐημερίαν, τὴν εὐδαιμονίαν. Ἄλεξις Ὀλυνθίᾳ. Εὐημερία δέσποιναι καὶ μοῦσαι φίλαι. καὶ εὐημερήσαντο, Ὑπερίδης. VA.

139, 15. De Euenis vide omnino animadvers. Josephi Scaligeri in Chron. Euseb. MA. De Euenis ne verbulum quidem Scaliger in notis ad Eusebium dixit. Forte Lilium Gyraldum Maussacus voluit dicere. Tamen in prima parte Chronici Eusebii p. 44. legitur Εὔηνος ἐλεγείας ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης φυσικοὶ φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο, paulo ante Socratis ætatem; sed in Latina Hieronymi versione hæc omissa sunt. Fuit autem Euenus lascivi carminis poeta, ut docet Arrianus in disputationib. Epicteti lib. 4. cap. 9. ἀντὶ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος Ἀριστείδην γινώσκεις καὶ Εὔηνον. VA.

139, 16. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν] Hujus operis meminit præter Eusebium in Chronico, Dionysius Halicarn. lib. 1. c. 74. ὁ δὲ χρόνος οὗτος ἀναμετρηθεὶς ταῖς Ἐρατοσθένους χρονογραφίαις κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος πίπτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ὅτι δέ εἰσιν οἱ κανόνες ὑγιεῖς, οἷς Ἐρατοσθένης κέχρηται, καὶ πῶς ἄν τις ἀπευθύνοι τοὺς Ῥωμαίων χρόνους πρὸς τοὺς Ἑλληνικοὺς, ἐν ἑτέρῳ δεδήλωταί μοι. Affert Catonis Porcii sententiam, qui 432 annis post Ilii excidium conditam esse Romam scripserat, id secundum Eratosthenis canones coincidit anno primo septimæ Olymp. Ergo 408 annos ab Ilii excidio ad primam Olympiadem ponebat Eratosthenes. VA.

139, 19. Πλάτων] In Phædro et Euthyphrone et Apologia Socratis. Suidas in Φίλιστος. VA.

139, 20. Εὐηνιώτατα] Cui opponitur ἀφηνιάζειν. Arrianus lib. 4. cap. 7. ταῦτα τί κωλύει διαλαβόντα ζῆν κούφως καὶ εὐηνίως. VA.

140, 5. Fallitur Harpocration, non enim Hermippus docuerat orationem quæ habita est contra Phrynem, non ad Euthiam, sed ad Anaximenem[p] pertinere: imo Diodorus ὁ περιηγητής.

[p] Anaximenem] Hic est Anaximenes rhetor, de quo Plutarchus in x rhetorum vitis, ubi de Demosthene. Ibi enim de Archia loquens ait, ὃς παρέβαλεν Ἀναξιμένει τῷ ῥήτορι. Et Lucianus in dialogo, qui Herodotus seu Aëtion dicitur, ἅπερ ὕστερον κατανοήσαντες ἐπίτομόν τινα ταύτην ὁδὸν εἰς γνῶσιν, Ἱππίας ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος καὶ ἄλλοι συχνοί, λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο. Sed hunc eundem cum Lampsaceno facit Pausanias lib. 6. c. 18. ubi eum σοφιστὴν vocat, et οὐ μὴν οὐδὲ εἰπεῖν τις αὐτοσχεδίως Ἀναξιμένους πρότερός ἐστιν εὑρηκώς. Anaximenes rhetor quidam, qui ex tempore dicebat, memoratur a Plutarcho in apophthegm. in Antigono. Nota autem supra apud Plutarchum παρέβαλεν, quo utitur Diogenes in vita. VA.

Testis Athen. omni exceptione major 13. p. 591. Dipnosoph. *οὐκ ἀγνοῶ ὅτι τὸν ἐπιγραφόμενον κατ' αὐτῆς* (de Phryne loquens) *Εὐθίου λόγον Διόδωρος ὁ περιηγητὴς 'Αναξιμένους φησὶν εἶναι.* Quid igitur Hermippus de Euthia? eum amissa contra Phrynem causa, nunquam postea orasse. Athen. eodem libro, *διόπερ ὀργισθεὶς ὁ Εὐθίας, οὐκ ἔτι εἶπεν ἄλλην δίκην, ὥς φησιν Ἕρμιππος.* Si quæras causam ob quam Euthias ille sycophanta contra Phrynem oravit, adi ad Bacchidis epistolas apud Alciphronem, et statim Euthiæ nomen multis in locis corrige, *Εὐθείας* enim semper illic legitur pro *Εὐθίας*, et semel, ut opinor, *Εὐτυχίου* mendosissime pro *Εὐθίου*. Sed de his diligentius in lectionibus nostris. MA.

140, 3. *Εὐθείας*] Memoratur a Polluce lib. 10. cap. 24. *Λυσίου λόγος ὑπὲρ τῶν δημιοπράτων πρὸς Εὐθείαν.* *Εὐθίας* etiam inscribebatur dialogus Platonici teste Laërtio. Sed ad rem. De hoc Euthia locutus erat Hyperides in orat. pro Phryne. Syrianus et Sopater in commentario in Hermogenem de statibus p. 45. *Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης τῆς ἑταίρας ἐξισάζοντος αὐτῷ τοῦ, ὅτι καὶ Εὐθίας ὁ κατήγορος αὐτῆς ἔγνω αὐτὴν, ὥσπερ καὶ ὁ συνηγορῶν Ὑπερίδης, εὗρε μικρὰν διαφορὰν, τὸν μὲν ὅπως σωθήσεται, ἐκ παντὸς τρόπου ζητεῖν, τὸν δὲ ὅπως ἀπολέσειεν.* Meminit et Syrianus p. 169, ubi, *Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης τῆς ἑταίρας λόγῳ ἐλεεινολογίας τε πλήθει καὶ τῇ περιρρήξει τῆς αἰσθήτως* (leg. *ἐσθῆτος*) *διασώσας ἐκ τῆς Εὐθίου κατηγορίας τὴν ἄνθρωπον.* VA.

140, 13. Vide quæ dicemus ad voc. *σεμναὶ θεαί.* MA.

141, 1. ΕΥ'ΝΙ'ΔΑΙ] Hesychius: *Εὐνεῖδαι γένος ἀπὸ Εὐνήου κεκλημένον τοῦ 'Ιάσονος υἱοῦ. οἱ δὲ γένος τι 'Αθήνησι κιθαριστῶν.* Id nomen varie corruptum legitur. Apud Pollucem lib. 8, 103. *οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς ἐκ τοῦ Εὐοινείδων γένους.* Lege *Εὐνείδων.* Apud Athenæum 15. p. 698. *Κρατῖνος ἐν Εὐνοΐδαις* laudatur. Sed apud Ptolemæum Hephæstionis f. et Stobæum *λογ.* 170 rectius *Εὐνείδαις* legitur. Dicti enim sunt ab Euneo Iasonis et Hypsipyles filio, de quo Homerus *'Ιλ. κ* ad finem. et ita scribendum esse ait autor Etymol. cum sit *ἀπὸ τοῦ Εὐνέως.* Eustathius *'Οδυσσ. λ.* p. 1681. *Νείλεως οὐ γενικὴ Νείλεω, ὡς Μενέλεω. τούτου δὲ Νειλεῖδαι οἱ ἀπόγονοι, ὡς Εὐνεῖδαί φησιν οἱ τοῦ Εὔνεω.* Hæc ex Artigrapho seu *τεχνικῷ* citat Eustathius. Charisius lib. 1. *Græca nomina in us terminata, quæ aut crescunt,* (l. *concrescunt*) *aut per os efferuntur, hanc o literam in i mutant, ut Melampus, Melampodis, Eunus, Eunois; Euplus, Euplois.* Infra tamen ait, *quæ genitivo Græco aut crescunt aut per us efferuntur.* Photius in lexico, Εὐ-

νεῖδαι γένος Ἀθήνησι μουσικὸν ἀπὸ Εὔνεω τοῦ Ἰάσονος καὶ Ὑψιπύλης. VA.

141, 3. Ἱεραρχίας] Ἱερουργίας Suidas. VA.

141, 7. Ἀριγνώτη] De hac Suidas. Porphyrius eam Pythagoræ filiam a nonnullis dici memorat in lib. de vita Pythag. VA.

141, 7. Ἀριγνώτη] Sine dubio *ἐν τῷ περὶ τελετῶν*, quod ejus scriptum affert in *νεβρίζων*. Vid. Menag. Hist. mul. philos. n. 80. Meminit Arignotes, Pythagoræ filiæ, Porph. Vit. Pyth. §. 4. p. 7. et Suid. in Πυθαγόρας. Cl. Alex. Strom. 4. p. 522. D. et Pott. Suid. in Θεανώ, Ἀριγνώτη. HEMST.

141, 8. Εὖ, ῥῆμα] Εὔρημα. VA.

141, 9. De hac Antiphontis oratione infra agemus voce Πυριλαμπής. MA. Εὐόφθαλμος usurpatur ab Arist. in Εἰρήνῃ v. 616. Imo, ut inspecto libro didici, ibi *εὐπρόσωπος* legitur. Contrarium *ἐξόφθαλμος* usurpatur a Polybio lib. 1. p. 9. pro eo quod absurdum est ac minime speciosum: *ou il n'y a ny raison ny apparence.* ad quem locum Casaubonus adducit Arist. locum in 2 Polit. c. 8. *οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς τὸ νομοθετεῖν, ἀλλ' εὐόφθαλμον ἀκοῦσαι μόνον.* VA.

141, 10. In voce Φρυνώνδας de Eurybate a nobis agetur. MA.

141, 15. Παμφιλίας] Παμφυλίας. VA.

142, 5. Εὐρυσάκους τοῦ Αἴαντος] Et Tecmessæ Teleutantis Phrygii filiæ, ut canit Sophocles in Ajace Mastigoph. Ajax enim ex Lysidice Coroni filia Philium suscepit, ex Tecmessa autem captiva Eurysacem teste Isacio Tzetze in Lycophronem v. 53. Philæus autem et Eurysaces Athenas venerunt, sedemque ibi posuerunt. Eurysaces quidem Melitæ, in quo pago eidem postea mortuo templum, quod Εὐρυσάκειον vocant, constitutum est. Phylæus autem Braurone vixit. A Phylæo Phylaidarum familia propagata est, teste Plutarcho in Solonis Vita. VA.

142, 7. *εὐσύμβολος*] *δυσξύμβολος* et *εὐξύμβολος* Xenoph. Apomn. 2. p. 456, 16. 24. Plato de Leg. 6. p. 673. A. Simpl. in Arist. Phys. aud. fol. 1. b. *σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ τὸ εὐσύμβολον ἐν τοῖς συναλλάγμασι*, vs. 38. HEMST.

142, 7. ΕΥΣΥΜΒΟΛΟΣ etc....Ἀντιφῶν πολιτικῷ] Apud Philostratum lib. 1. de vita Apollonii cap. 20. *ὑπὲρ τοῦ εὐξυμβούλου ἴσως, καὶ τοῦ μὴ ἀηδὴς δοκεῖν.* Leg. *εὐξυμβόλου*. Sic lib. 2. cap. 14. *χρηστόν τε καὶ ξύμβουλον τοῖς ὑπηκόοις.* VA.

142, 11. Εὐώνυμοι] Sive *εὐωνυμεῖς*. Æschines *κατὰ Τιμάρχου* p. 13. Demosth. in Midiam, sub finem: *Διότιμον τὸν Εὐωνυμέα.* Stephanus tamen ipsum pagum Εὐώνυμον dici quoque ait: *λέγε-*

ται καὶ ὁ δῆμος Εὐώνυμος ab Euonymo Cephisi filio, seu Cœli et Terræ. VA.

142, 17. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Χρυσίππου] Ea oratio est, quæ πρὸς Φορμίωνα hodie inscribitur. Dicta est autem pro Chrysippo Atheniensi, ut est in oratione et argumento, et in MS. inscribitur ὑπὲρ Χρυ. πρὸς τὴν Φορμίωνος παραγραφὴν ὑπὲρ δανείου λόγος. VA.

143, 1. 'ΕΦΕ'ΤΑΙ] Helladius: 'Αρεοπαγῖται μὲν ἐκαλοῦντο οἱ τὸν ἑκούσιον φόνον κρίνοντες. οἱ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις κοινῶς ἐφέται. Suidas et Etymol. ἐφέται ἄνδρες ὑπὲρ ν' ἔτη γεγονότες καὶ ἄριστα βεβιωκέναι ὑπόληψιν ἔχοντες, οἳ τὰς φονικὰς καὶ ἐφ' αἵματος δίκας ἔκρινον. ἐκαλεῖτο δὲ αὐτῶν τὰ δικαστήρια ἐφετῶν. VA.

143, 3. Legendum est ἐν Φρεάττοι, ut supra docuimus. MA.

143, 3. 'Εν φρεάτοις] 'Εν φρεατοῖ Photius. VA.

143, 4. 'ΕΦ' 'ΙΕΡΟ'Ν] Dem. πρὸς Λεπτίνην. τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀντιγράφους ἐστήσαθ' ὑμεῖς τε κἀκεῖνος (Λεύκων) τὴν μὲν ἐν Βοσπόρῳ, τὴν δ' ἐν Πειραιεῖ, τὴν δ' ἐφ' ἱερῷ. Et iterum ἐν τῷ πρὸς Λακρίτου παραγραφήν. Locus Demosth. πρὸς Πολυκλέα περὶ τοῦ ἐπιτριηρ. est, καὶ τοῦ στρατηγοῦ ἅμα Τιμομάχου πλεῖν προστάξαντος ἐφ' ἱερὸν ἐπὶ τὴν παραπομπὴν τοῦ σίτου. Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Κατὰ τὸν Θρᾴκιον Βόσπορον καὶ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐν τοῖς δεξιοῖς τοῖς τῆς 'Ασίας μέρεσιν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ Βιθυνῶν, κεῖται χωρίον λεγόμενον 'Ιερὸν, ἐν ᾧ ναός ἐστι Διὸς οὐρίου, τοῦτο τὸ χωρίον ἀφετήριον τῶν εἰς τὸν πόντον πλεόντων. Polyb. l. 4. p. 307. Scholiastes Apollonii 2. v. 1015. Est et ἱερὸν ὄρος in Thracia, cujus meminit Xenophon Exped. Cyri 7, 1, [14.] et Demosth. in Philipp. 3. p. 46, et in orat. de Haloneso p. 33. VA. 'Εφ' ἱερὸν in Demosthene Petitus in L. A. absurde exposuit p. 408. Melius quidem Salmas. de Mod. Usur. p. 211. Sed neque ipse, quamquam Petitum haud injuria reprehendat, rem acu tetigit: omnium optime Palmer. Exerc. ad Demosth. p. 637. sq. quæ eadem aut saltem pleraque H. Valesium non præteriisse, ex notis ejus constat. Vid. præterea Philostr. de V. S. 1, p. 528, 5. Icon. p. 783, 13. Theodorit. H. E. 5. p. 233, 37. et Vales. Diod. Sic. 4. p. 292; 20. ibique Wessel. Taylor. Præf. Comm. de Deb. Diss. p. 6. HEMST.

143, 7. 'ΕΦΟΡΙ'Α] Etymol. magnum, ἀγορὰ ἐφορία. ἡ σύνοδος ἡ πρὸς τοῖς κοινοῖς ὅροις γινομένη τῶν ἀστυγειτόνων, οὗ οἱ ὅμοροι συνιόντες περὶ τῶν κοινῶν ἐβουλεύοντο. Aristides alio sensu in encomio Romæ, ἐνταῦθα τείχη τε προὐβάλεσθε καὶ πόλεις ἐφορίας. VA.

143, 10. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς] Olynth. 3. ἐφορμεῖν τοῖς ἑαυτοῦ καιροῖς. VA.

143, 11. 'ΕΧΙ'ΝΟΣ] Schol. Comici in Vespis ad illum versum 1428, ὁ ἐχῖνος οὖν ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρετο, notat, ἄγγος τι χαλκοῦν ἢ ἐκ κεράμου, εἰς ὃ καθιᾶσιν οἱ διαιτηταὶ τὰ γραμματεῖα τῶν μαρτυριῶν, ἅ τινες ἐπεμαρτύρησαν καὶ κατασημηνάμενοι μετὰ ταῦτα, εἰ ἐγκληθείη ἡ δίαιτα, τοῖς δικασταῖς ἐπεδίδουν. τοῦ δὲ ἄγγους τούτου καὶ Δημοσθένης μνημονεύουσι καὶ 'Αριστοτέλης. Porro ἐμπήκτης dicebatur minister publicus, qui tabellas a thesmophoro (f. thesmotheta) acceptas inculcabat, inducebatque in orificium cadi. Sic enim interpretor illud πήσσει εἰς τὴν κανονίδα, Hesychii in ἐμπήκτη. Etymolog. ἐμπήκτης ὁ θεσμοθέτης. Idem, 'Εχῖνος ἡ καδίσκος. ἀγγεῖά τινα τὰ μὲν ἐκ χαλκοῦ, τὰ δὲ ἐκ κεράμου, εἰς ἃ αἵ τε μαρτυρίαι καὶ αἱ προκλήσεις ἔγγραφοι ἐνεβάλλοντο ὑπὸ τῶν δικαζομένων, καὶ κατεσημαίνοντο, ἵνα μηδεὶς κακουργήσῃ τὰ ἐμβαλλόμενα. κανονίδα in Hesychio pessime explicuit Salmasius in Vopiscum p. 445. VA.

143, 14. Desiderabatur hic epigraphe dramatis Aristophanici, quam de novo dedimus ex Cod. Fed. Morelli. Danaidum autem Comici meminit Pollux lib. 10. cap. 4. et vetus ejus enarrator ad Plutum commentaria se edidisse ad eam fabulam testatus est. MA.

143, 15. Πέμπτῳ Φιλιππικῶν] γρ. ἐννάτῳ. Sic enim ibi de Philipp. οὐχὶ Θηβαίων 'Εχῖνον ἀφῄρηται. De qua multa Polybius lib. 9. Ulpianus. 'Εχῖνος πόλις Θηβαίων μὲν ἄποικος, πλησίον δὲ Θετταλίας, ἀπὸ 'Εχίνου ἑνὸς τῶν Σπαρτῶν. Marcianus Heracl. 'Εχῖνος οὗ πόλις ἐστὶ τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις 'Εχίονος. Vide quæ ibi notavi. Scylax in Maliensibus ponit. VA.

144, 2. Αὐτοῦ] 'Εαυτοῦ καὶ τῶν ἀδικημάτων κατασκεδάσας. VA.

144, 4. Κατέχει] γρ. καταχεῖ, seu καταχέει. Ulpianus ibidem. ἕωλα pro obsoletis usurpat Demosth. in Midiam, καὶ τἀδικήματα ἕωλα τὰ τούτων ὡς ὑμᾶς καὶ ψυχρὰ ἀφικνεῖται. Vide Etymol. VA.

144, 8. Ξενοφῶν ἐν ἕκτῃ] γρ. ἑβδόμῃ. Locus est p. 239. Hesychius ζιραὶ χιτῶνες ἀνάκωλοι. Glossæ: *Replica*, ἀνάκωλα. Eustathius 'Ιλ. λ. p. 837. VA.

144, 10. Male erat 'Αριστοτέλους. restituimus nos 'Αριστοτέλης, id est eximius et pictorum sui temporis facile princeps. MA.

144, 10. In v. Ζεῦξις non intelligo, quomodo tam enormem catachresin Maussacus et Valesius crediderint placuisse Harpocrationi, ut Aristotelem pictorum in grammatica hac expositione poneret pro eximio et principe, quum edit alter 'Αριστοτέλης τῶν

ζωγράφων, ubi Aldus dederat ἀριστοτέλους sine distinctione præcedente, nec aliter MStus; alter ex Photio, sæpe suum ὕψος ultra fas sectante, nescio quod simile prorsus huc affert. At viri docti longe aliter judicabant, qui in Gœsiano exemplari adnotaverunt legendum esse ἄριστος τῶν etc. Quod quidem longe propius ad Harpocrationis rationem accedere crediderim, nisi esset vox nimium truncata. Unde ego nunquam cunctatus fui, quin opinarer auctorem scripsisse ἀριστοτέχνης. GR.

144, 10. Ζεῦξις] Utitur hoc etiam loco Fr. Junius, p. 230, et rectius sibi videri testatur, si restituas ἄριστος τῶν; sed ad veram lectionem Photii locus, a Valesio citatus, fores aperuit. Ἀριστοτέλης κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, id est, κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζώγραφον: nimirum *scripsit, fuisse tradidit.* Solet hoc compendio scriptionis uti Harpocr. Vid. in Θέογνις, ubi male suppletur. Immo minori mutatione scribe: Ἀριστοτέλης τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων. Diog. L. 1. 89. Sic et λέγει vel δηλοῖ deest in Σκαφίον. Γεωφάνιον. Λύκειον.—Vocem ἀριστοτέχνης H. Steph. in Lex. Gregorii Nazianz. auctoritate munivit; sed is acceptum retulit Pindaro, qui Deum dixerat ἀριστοτέχναν πατέρα, ut docet Clem. Al. Strom. 5. p. 598. B. Vid. Theod. Cant. V. L. 1, 11. Hæc autem vox Dithyrambica ut Harpocrationi donetur [quod voluit J. Gronov. vid. ejus annot. GEEL.] prorsus absurdum est. Vid. Plut. Symp. p. 618. B. adv. Stoic. p. 1065. E. Hierocl. in Aur. Carm. Pyth. p. 14. ὁ κοσμοποιὸς καὶ ἀριστοτέχνης θεός. Observa ὁ ἀρχιτέχνας λόγος apud Epiph. adv. Hær. p. 517. A. Cyrill. contra Jul. 2. p. 67. D. Greg. Nyss. vol. 3. p. 431. D. Non dissimili modo Ἀρίσταρχος Ζεὺς apud Bacchyl. ut docet Apoll. Al. de Synt. 2. p. 188, 6. Simonidi tribuit Athen. p. 99. B. HEMST. Verba Pindari citarunt vel laudarunt Dion Chr. p. 217. D. et Plut. vol. 2. p. 550. A. et alii collati ab Heynio ad Pindari fr. inc. 19. p. 89. sq. et Wyttenbachio ad Plut. l. l. p. 24, qui convenit cum Intt. Hesychii in V. GEEL.

144, 10. Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως, Ἀριστοτέλης τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων] Photius: Ἀριστοτέλης κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφον. VA.

144, 16. Ἀδικοῦντας] Suidas et Etymol. habet καθισταμένη, πρὸς ἣν ἐμηνύοντο οἱ ὀφείλοντες χρήματα τῇ πόλει, καὶ μὴ ἀποδεδωκότες, præcipue peculatores, ut Demosth. ibi indicat. Sed et cæteri qui Remp. aliquo pacto violassent. Andocides περὶ τῶν μυστηρίων sæpe, quæ ipsa oratio est, quam Harpocratio hic περὶ ἐνδείξεως appellat. Delatus enim erat Andocides a Cephisio quodam, ὁ

ἐνδείξας ἐμὲ Κηφίσιος οὑτοσὶ p. 6. et per totam orationem. Sed alia est *περὶ τῆς ἐνδείξεως* ab ea, quam habemus *περὶ τῶν μυστηρίων*. Testis Plutarchus Andocide, *Δηλοῖ δὲ περὶ πάντων ἐν τοῖς λόγοις, οἷς συγγέγραφεν. οἱ μὲν γὰρ ἀπολογουμένου περὶ μυστηρίων εἰσὶν, οἱ δὲ καθόλου δεομένου* (lege *καθόδου*, ut ipse indicat Plutarchus eo loco.) *σώζεται δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ περὶ τῆς ἐνδείξεως λόγος καὶ ἀπολογία πρὸς Φαίακα καὶ περὶ τῆς εἰρήνης*. De his *ζητηταῖς* Lysias p. 154. VA.

144, 16. *Δημοσίᾳ*] *Δημόσια* Photius. VA.

145, 4. ʽΗΓΕΜΟΝΙ'Α] Hæc longe plenius et luculentius leguntur apud Suidam, ex alio rhetore depromta, post quæ Harpocrationis etiam locum exscripsit. Observa *ἡγεμονίαν ἔχειν* in re sacra. Polemus ap. schol. Soph. ad Œd. Col. 481. HEMST.

145, 6. *Αὐτόν*] *Αὐτῶν*. VA.

145, 6. *ʽΗγουμένη*] Sententias judicum numerabant. Isæus p. 48. VA.

145, 7. *Ὀρφανῶν*] Æschines contra Timarchum p. 26. Demosth. *ἐν τῷ πρὸς Λακρίτου παραγραφὴν* in fine, *ἀλλὰ τοῦ χρὴ δίκην λαβεῖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, περὶ τῶν ἐμπορικῶν συμβολαίων; παρὰ ποίᾳ ἀρχῇ; ἢ ἐν τίνι χρόνῳ; παρὰ τοῖς ἕνδεκα; ἀλλὰ τοιχωρύχους καὶ κλέπτας καὶ τοὺς ἄλλους κακούργους τοὺς ἐπὶ θανάτῳ οὗτοι εἰσάγουσιν. ἀλλὰ παρὰ τῷ ἄρχοντι; οὐκοῦν ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν καὶ τῶν τοκέων προστέτακται τῷ ἄρχοντι ἐπιμελεῖσθαι; ἀλλὰ νὴ Δία παρὰ τῷ βασιλεῖ; ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν γυμνασίαρχοι, οὐδὲ ἀσεβείας οὐδένα γραφόμεθα. ἀλλὰ ὁ πολέμαρχος εἰσάξει; ἀποστασίου γε καὶ ἀπροστασίου. οὐκοῦν ὑπόλοιπόν ἐστιν οἱ στρατηγοί. ἀλλὰ τοὺς τριηράρχους καθιστᾶσιν οὗτοι, εἰσάγοντες εἰς τὸ δικαστήριον, ἐμπορικὴν δὲ δίκην οὐδεμίαν ἂν εἰσάγουσι*. Ulpianus ad illa in exordio Midianæ, *καὶ κατηγορήσων, ἐπειδή τις εἰσάγει, πάρειμι ὡς ὁρᾶτε. μετὰ γὰρ*, inquit, *τὸ ἀποκληρωθῆναι τὸ δικαστήριον, ἐδίδοντο τοῖς θεσμοθέταις αἱ γραφαί. κἀκεῖνοι ἠρώτων λοιπὸν, βούλει κατηγορεῖν, ἢ μάρτυρας ἔχεις εἰς τὰς ἀποδείξεις ἑτοίμους; καὶ εἰ συνέφησεν, οὕτως ἤδη λοιπὸν εἰσήγετο. ἄρχοντες δὲ ἦσαν οἱ ἐν ἑκάστῳ δικαστηρίῳ τὰς κρίσεις εἰσάγοντες*. Supra dixerat *εἰσαγωγὴ γάρ ἐστιν Ἀθήνησιν ἀρχὴ τῶν τὰ ἐγκλήματα εἰσαγόντων*. Idem longe post: *ἔδει τὸν μέλλοντα κατηγορεῖν, εἰ πάντα ἕτοιμα ἔχει πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐρωτᾶσθαι, εἰ δὲ συνέφησεν ἐκεῖνος, ὅρκον ἀπῃτεῖτο λοιπὸν ὑπὲρ τοῦ ἐπεξελθεῖν. ὁ μὲν οὖν ὀμόσας εἰσήγετο· εἰ δὲ ᾔτησέ τινα χρόνον ὑπὲρ τοῦ ἐπισκέψασθαι, ἔμενεν ἡ γραφή. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ τοιοῦτον ὑπωμοσία*, qua se excusabat, et advocationem petebat. Lysias p. 166. *βασιλέα ἐπικλήρων καὶ ὀρφανῶν κύριον* vocat. VA.

145, 11. Ὕβρεως] Aristoph. in Vesp. v. 1408. *προσκαλοῦμαί σε, ὦ γέρων, ὕβρεως.* Et mox: *ὕβρις ἕως ἂν τὴν δίκην ἄρχων καλῇ.* VA.

145, 12. Ἡγεμὼν Συμμορίας] Demosth. *ἐν τῷ περὶ τῆς συντάξεως, καὶ πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε, νυνὶ δὲ πολιτεύετε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν* (supple *συμμορ.*) *καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ. καὶ οἱ βοηθησόμενοι μεθ' ἑκατέρων τριακόσιοι, οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους.* Quæ verba etiam in Olynth. 2 in fine leguntur. Verba Demosth. in orat. pro Corona p. 112. *πόσα χρήματα τοὺς ἡγεμόνας τῶν συμμοριῶν ἢ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους οἴεσθέ μοι διδόναι;* Demosth. contra Midiam. *ἡγεμὼν συμμορίας ὑμῖν ἐγενόμην ἐγὼ ἔτη δέκα.* Tunc autem erat Demosthenes 32 natus annos, ut ibi ait. Est etiam *ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ* apud Demosthenem in Midiam p. 393. VA.

146, 1. Ἡγίσιππος] Lege Ἡγήσιππος. MA.

146, 1. Δημοσθένους] Περὶ Ἁλοννήσου. Vide argumentum Libanii. VA.

146, 9. Aldus *ἦγε παρὰ τοῦ πειρ.* unde in libro Gœsiano adnotarant viri docti *ἦγε ἐπὶ τοῦ πειρ.* quum in codice MS. Mediceo desiderentur voces istæ omnes, ut hæream, pro supposititiis ne illa habeam, an varietate contemplandi aut ipsas aut me fatigem. Stephanus et Suidas scripserunt pro ingenio suo, et multa opinor apud eos esse, quæ displicerent nostro. Et potuisse aliquid scribi ab Harpocratione quod illi deseruerint, aut doctum nimis forsan videretur, etiam confiteri oportet. Certe igitur ad veterem Aldi editionem maxime convenit *ἡ Μεγάραδε Πειραιέως ἄκρα.* Sic vides non tantum ab Harpocratione designari quid sit, sed et quo situ locatum, et sic fors dederit, ut illustretur ita portus Piræeus, qui non modo utrinque promontorio tegebatur, quousque potuit docere Meursius in scripto cognomine, sed qui versus Sunium promontorio Alcimi appellatione notato tegebatur, versus Megara vero altero, cui Eetionea nomen erat. Vocabulum hoc *Μεγάραδε* et Stephano et Suidæ ignoratum fuisse nihil miror, quum et iste recensuerit *Μεγαρόθεν* et *Μεγαροῖ*, hoc omiserit; Suidas autem et multa alia in promptu non habuerit, et nonnisi primum ex his duobus nominaverit. Henr. Stephanus mentionem facit; unde eam petierit, indicare non dignatur. Mihi significavit Philostratus lib. 1 Sophistarum in Secundo. *τοιόσδε ὁ ἀνὴρ οὗτος. τέθαπται δὲ πρὸς τῇ Ἐλευσῖνι τῆς Μεγάραδε ὁδοῦ.* Aristænetus lib. 2. epist. 13, ubi Chelidonium scribit Philonidi, *Καίτοι με καθεύδουσαν ἀφεὶς Μεγάραδε προσέπτης.* GR.

146, 10. Hujus scripti meminit Suidas in Philochoro cum ait *πρὸς τὴν Δήμωνος Ἀτθίδα*. MA.

146, 11. *Θουκυδίδης ἐν ὀγδόῃ*] Thucyd. 8, 90. *χείλη γάρ ἐστι τοῦ Πειραιῶς ἡ Ἠετιωνία καὶ παρ' αὐτὴν ὁ ἔσπλους ἐστίν*. Meminit et Demosth. contra Theocrinem in fine, ubi eandem narrat historiam, quam Thucydides, apud quem lege χηλὴ ex Polluce 1, 102. et Suida, apud quem *χηλαὶ οἱ ἔμπροσθεν τοῦ πρὸς θάλασσαν τείχους προβεβλημένοι λίθοι διὰ τὴν τῶν κυμάτων βίαν, μὴ τὸ τεῖχος βλάπτοιτο. παρὰ τὸ ἐοικέναι χηλῇ βοός*. Mox *χηλαὶ λιμένων αἱ ἐξοχαί*. VA.

146, 15. In v. *Ἠκρωτηριασμένοι* quum exposuisset auctor *λελυμασμένοι*, pergens illustrare scribit: *οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι* etc. Sane sic potuit scripsisse Harpocration, vel Lysiæ exemplum in animo et memoria habens, quod citat in v. *Καρκίνος*. *Ἐλυμαίνοντο γάρ μου τὸν καρκίνον εἰσφοιτῶσαι αἱ κύνες*, sicut sine casu ipse adhibuit in v. *Ἀπομάττων*. Sed hic taceri non debet in MS. Mediceo legi *λυμαινόμενοί τισιν*. Itaque est in his eadem prorsus variatio, quæ legitur in præfatione Antiquitatum Josephi *λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν*, ubi Medicea membrana *τῇ ἀληθείᾳ*. GR.

147, 3. *Οἱ δὲ χίλιοι*] Dinarch. p. 92. Maximus Tyr. serm. 39. *οὐ γὰρ τῷ κυάμῳ λαχόντες δικασταὶ χίλιοι ταῦτα ἐξετάζουσι*. Mox, *τοιαῦτα ἐν Ἡλιαίᾳ εὐθύνεται*. Stephanus, *Ἡλιαία. ἔστι δὲ τὸ μέγα δικαστήριον τὸ ἐκ τῶν δ ἠλισμένον δικαστηρίων, ἐκ πεντακοσίων καὶ πεντήκοντα, καὶ διακοσίων καὶ ἑκατόν*. VA.

147, 13. ἩΜΙΟΛΙΑΣΜΟΎΣ] Isocrat. in Trapezit. p. 715. Latini *sescuplum* aut *sesquiplum* dicunt. Concilio Laodicensi can. 4. *περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἱερατικοὺς δανείζειν καὶ τόκους καὶ τὰς λεγομένας ἡμιολίας λαμβάνειν*. *Sescupla* vertit Fernandus in Breviatione Canonum. In Cod. Moguntin. *sescupla*, i. summam capitis et dimidium summæ. Marius Victorinus: *Hemiolia subsistit quæ est sesquipli ratio*. Hemiolium dicunt numerum qui tantundem habeat quantum alius et dimidium amplius, ut si compares tres et duo. VA.

148, 3. ἭΠΕΙΡΟΝ] Et ita sumitur *ἤπειρος* apud Herodotum lib. 4. c. 90. in inscriptione, quam Darius ad Tearum amnem posuit. Et apud Xenoph. lib. 3 initio. Et Demosth. *πρὸς Πολυκλέα περὶ ἐπιτριηρ.* initio, *ᾤχοντο ἀπολιπόντες τὴν ναῦν οἱ μὲν εἰς τὴν ἤπειρον στρατευσόμενοι, οἱ δ' εἰς τὰς τῶν Θασίων καὶ Μαρωνειτῶν ναῦς*. Antiphon p. 124 et Isocrates Panegyr. p. 93 continens Asiæ, et p. 123. *ἠπειρώτας* vocat Asiaticos regi Persarum obnoxios, et

in ea oratione passim, et Lysias in orat. pro Aristophane, p. 146. VA. Sic et ἠπειρώτας, eos quibus rex Persarum imperabat, appellantem audimus in Paneg. p. 73, τοῖς δ' ἠπειρώταις, οὐδ' ὅταν εὖ πάσχωσι, χάριν ἴσασιν. ubi interpres pro Epirotis, seu Epiri incolis, Asianos dixit. Ac eosdem certe τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας vocat Isocrates in Panath. 249, ubi etiam subaudiendum est βαρβάρους, sicut ex sequentibus apparet. Ita enim ibi scriptum est, οὐ μόνον πρὸς ἅπαντας τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα γένη πολλὰ τῶν βαρβάρων κινδυνεύων. Nam ex eo quod subjungit, πρὸς ἄλλα γένη πολλὰ τῶν βαρβάρων, se et Asianos omnes pro barbaris habere ostendit. Fortasse tamen objiciet quispiam necesse non esse ex sequentibus ibi subaudire βαρβάρους, quum vel Isocrate tacente, ex aliis ejus locis et aliorum etiam quibusdam, pro barbaris habitos constet. Eodem vero dicitur modo in Philipp. p. 84, εἰς τὴν Ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν. At in Panegyr. p. 44, dans idem consilium, dicit κοινῇ τοῖς βαρβάροις πολεμήσωμεν, quibus verbis præfixa sunt ista, παυσάμενοι τῆς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς φιλονεικίας. sicut illo altero in loco, hæc verba, εἰς τὴν Ἀσίαν τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν, præcedunt ista, πλὴν εἰ δόξειε ταῖς πόλεσι ταῖς μεγίσταις, διαλυσαμέναις τὰ πρὸς σφᾶς αὐτάς. Jam vero in eadem oratione Panegyrici, tanquam ex aliis idem consilium proponens, scribit p. quæ illam præcedit unde priorem locum sumpsit, ὡς χρή, διαλυσαμένους τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας ἐπὶ τὸν βάρβαρον τραπέσθαι. Ceterum in Panath. Europæ simul et Asiæ mentionem facit, Græcis, non minus quam barbaris, suam orbis partem tribuens, p. 242. καὶ τὴν Εὐρώπην κρείττω γίνεσθαι τῆς Ἀσίας. STEPH.

148, 7. Ταύτας] γρ. ταῦτα. Ἡράκλειον enim templum est Herculis. Duo in Attica fuere, alterum Marathone, alterum in Cynosargi, ut scribit Herodotus lib. 6. c. 116. meminit Ctesias. Livius 31, 24. Laërtius p. 211. Sed hoc loco Ἡράκλεια sunt Herculis festi dies, de quibus Demosth. pro Corona, et κατ' Αἰσχίνου περὶ παραπρ. Itaque ταύτας, quod sequitur, ferri potest supplendo ἑορτάς. Aristoph. in Ranis 663, ὁπόθ' Ἡράκλεια τὰ ἐν Διομείοις γίνεται. VA.

148, 9. ἩΡΑΙ͂ΟΝ ΤΕΙ͂ΧΟΣ] Herod. 4. c. 90. Ἡραίου πόλιος τῆς παρὰ Περίνθῳ. Demosth. Olynth. 3. VA. Heræus murus locus est in Thracia sic dictus, qui auctore Dionysio ἐν πέμπτῃ κτίσεων a Samiis ædificatus fuit. Hinc ego explicare soleo verba parœmiæ, quæ fraudi fuere doctissimo viro: Βάτα κάρας. ἐπὶ τῶν παχέων λέγεται τοῦτο. τινὲς οὖν ἐνόμισαν ἓν ὄνομα τοῦτο εἶναι, καὶ

ἐχρήσαντο τῇ παροιμίᾳ ἐπὶ τῶν παχέων. ἔστι δὲ υἱὸς ὁ Κάρας τοῦ Βάτα, ὡς ἐν τῷ Ἡραίῳ τῷ Σαμίῳ ἐπιγέγραπται. Doctissimus et piissimus Andreas Schottus nunquam potuit intelligere quid sibi vellet auctor hujus proverbii. Putavit enim Heræum Samium[q] auctoris proprium quoddam nomen esse, et (ut ego quidem conjicio ex ejus notis) Ἰσαίῳ voluit legendum pro Ἡραίῳ. Verus et legitimus horum verborum sensus derepente feriit nares nostras, dum hæc commentaremur. De nullo auctore loqui voluit quisquis ille sit qui hoc proverbium scripsit, imo de muro illo celebratissimo, qui Ἡραῖον τεῖχος vocabatur. Vides ex Harpocratione murum illum locum esse a Samiis exstructum, ideoque Ἡραῖον Σάμιον dictum. quid igitur amplius calcem calce teris? vox ἐπιγέγραπται, quæ in parœmiæ explicatione est, confirmat opinionem nostram, ex qua nescio quomodo non conjecerit vir ille probus, de nullo auctore hic posse loqui parœmiæ parentem, ἐπιγράφειν enim non de scriptoribus, sed de inscribentibus dici solet, unde ἐπιγράμματα *inscriptiones*, quæ ut plurimum marmoribus, lapidibus, et muris affigebantur et apponebantur. [Sed an hæc vera sint, faciunt ut addubitem verba Hesychii Grammatici eruditissimi, qui vult epigramma illud exstitisse in donario quod oblatum est in insula Samo templo Junonis, et ita conceptum fuisse. Βάττα Κάρας Σάμιος Ἥρῃ τήνδε θήρηναν (forte θηρίαν) ἔθηκε. Verba Hesychii ita habent: Βάττα Κάρας, ita legendum, δύο ταῦτα ὀνόματα. Ἐπιγέγραπται δὲ ἐπὶ ἀναθήματος ἐν Σάμῳ ἐν τῷ τῆς Ἥρας ἱερῷ οὕτω, ut jam a nobis relatum est. Hanc puto sententiam veram, non eam quæ a nobis per conjecturam primo allata est. MA. in Append. ad Plut.] De κτίσεων libris Dionysii vide quæ ad vocem Ἡφαιστία dicemus. MA. Τεῖχος hoc loco non est simpliciter murus, ut interpres accepit in fine hujus annotationis, sed castrum potius. Sic Σέρριον τεῖχος apud Demosthenem pro Corona: et quod Ἡραῖον τεῖχος hic dicitur, Herod. lib. 4. c. 90. dicitur πόλις παρὰ Περίνθῳ. Sic apud Xenophontem lib. 1. et 2, ubi de Alcibiade, τὰ τείχη sæpe sic usurpat, et Herodot. lib. 6. p. 344. Videtur proprie de Thraciæ locis id usurpari, teste Demosthene in Philipp. et περὶ παραπρ. Livius 31, 16. p. 573 Doriscon et Serrium *castella* vocat, id est τείχη. Et Scylax in Thraciæ situ. VA.

148, 12. ἩΡΙ'Α] Eandem vocem restitue Lycurgo adv. Leocr.

[q] Heræum Samium] Errat. Nos ad Hesychium explicamus Ἡραῖον templum Junonis Sami. Hunc suum errorem animadvertit ex Hesychio castigavitque Maussacus in Appendice. VA.

p. 163, 26. *ἐπὶ τοῖς ὁρίοις*, et in Inscr. ant. apud Spon. Miscell. Erud. Ant. S. 10. n. 27. p. 330. Pausan. 6. p. 504. Plut. Them. p. 116. D. Dinarch. in Demosth. p. 102, 41. *ἀμῦναι ἱεροῖς τε καὶ τάφοις καὶ πατρίδι*, Plato de Leg. 4. p. 818. E. Apud Schol. Arist. ad Vesp. 388. *τὸ τοῦ Λύκου ἱερὸν ἦν καὶ ἡρῷον*, an *ἠρίον*? *ἱερὰ πατρῷα καὶ τάφους*. Gorg. pro Palam. p. 189, 26. HEMST. Vid. Hemst. ad Luc. vol. 1. p. 518. ubi plura promisit. GEEL. Isæus *περὶ Ἀστυφίλου κλήρου* in fine, *τοὺς ἐχθίστους Ἀστυφίλου ἐπί τε τὰ μνήματα ἰέναι, καὶ ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἐκείνου ποιήσετε*. leg. *ἠρία*. Dinarchus contra Aristogit. *εἰ τὰ ἱερὰ πατρῷά ἐστιν*. Lege *ἠρία*, quod ex sequentibus manifesto probatur: *τοσοῦτον δ' ἀπολέλοιπε τοῦ πατρὸς μνῆμά τι ἔχειν, ὦ Ἀθηναῖοι, δεῖξαι, ὥστ' οὐδ' ἐν Ἐρετρίᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τελευτήσαντος ἐκεῖ τὰ νομιζόμενα ἐποίησεν αὐτῷ*. Demosth. contra Eubulidem. Dio Chrys. orat. 44. p. 509. *ᾗ ἡμεῖς ἱδρύσεσθε καὶ ἄγαλμα, καὶ ἱερόν*. Scribo *ἠρίον*. VA.

148, 12. In v. Ἠρία vulgo legitur *ὠνομάσθη δὲ παρὰ τὴν ἔραν*, et recte quidem, si imaginari nobis possumus hanc etymologiam vel ex sese natam vel ab se probatam nunc produci ab Harpocratione; Harpocratione, inquam, qui ne significationis quidem proprietatem ex sua persona in præcedentibus producendam judicavit, præponendo *φασὶ δέ τινες* Et certe hæc etymologia jam fuerat in mundo ante Harpocrationem. Ut censeas me jure dubitare, scito in MS. Mediceo legi *ὠνομάσθαι* præclarissima mutatione et manus Harpocrationeæ restitutione. GR.

149, 1. Non poterat locus hic diligentius sanari obmutescentibus Codicibus omnibus, sed fatendum est nos ab Ammonio Grammatico vel, ut alii volunt, Herennio Philone adjutos fuisse. En tibi ejus verba, ex quibus vitam verbis auctoris nostri restituimus: *αἰτῶ καὶ αἰτοῦμαι διαφέρει: τὸ μὲν γὰρ αἰτῶ ἐπὶ τοῦ ἅπαξ τι λαβεῖν καὶ μὴ ἀποδοῦναι, τὸ δὲ αἰτοῦμαι ἐπὶ τοῦ χρήσασθαι εἰς ἀπόδοσιν. Μένανδρος ἐν τῷ Ὕμνιδι·*

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶ οὐδὲ λωπάδ' αἰτοῦμαι[r].

Quis negabit veram hanc esse hujus corruptissimi loci restitutionem et veram Scazontis illius lectionem? MA.

[r] *Οὐδὲ λωπάδ' αἰτοῦμαι*] *Οὐ λοπάδ' αἰτούμενος* corrigit in Appendice Maussacus. Porro *χρῆσθαι* eleganter ait Harpocration: nam qui commodato quid accipiunt, usum duntaxat ejus habent; at qui mutuo accipiunt, eo etiam abuti possunt, unde *κατακεχρῆσθαι* dicitur qui mutuo accipit. Lysias p. 146. Legendum autem est: *οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος* ex Suida in *αἰτήσασθαι. τὸ χρήσασθαι. ἀνδρὸς* (leg. *Μένανδρος*) *τιτθῇ. ἣν ἄν τις ὑμῶν παιδίον ᾐτήσατο ἢ κέχρηκεν ἄνδρες γλυκύτατοι. Μένανδρος ὑμνιδι. οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν οὐδὲ λοπάδ' αἰτ.* Idem in *αἰτούμενος* sic legit, additque, *τὸ μὲν αἰτῶν εἰσαεὶ ἕξων, τὸ δὲ αἰτούμενος λαβὼν αὖθις ἀποδώσων*. VA.

149, 1. Δημοσθένης] Verba Dem. sunt: *ἔπειτα λαμβάνει παῖδα διάκονον ὑδρίαν χαλκῆν ἀποφέροντα ἀλλοτρίαν ᾐτημένην πολλοῦ ἀξίαν, commodato acceptam.* Utitur et Theophr. in charactere *τῆς ἀπιστίας*, et Lysias p. 174. initio, et 159 in fine. Sic enim lego. VA.

149, 3. *Αἰτῶ, οὐδὲ λωπάδ' αἰτοῦμαι*] *Αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος.* VA. Sic jam Maussacus in Append. ad Plut. de flum. "Iambus est non scazon versus ille Menandri,

οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν οὐδὲ λοπάδ' αἰτούμενος."

149, 5. Μύρρινα] Galenus lib. 9. de facult. simplic. Medic. Stephanus in *Λῆμνος* habet Μύριναν, et in Μύρινα. VA.

149, 6. Supra in voce Ἡραῖον male excusum est *ἐν πέμπτῃ κτίσεως*, debuit scribi *κτίσεων*[a]. Dionysius hic Chalcidensis quinque libros *κτίσεων* confecerat, quorum quintus illic laudatur. Marcianus Heracleota *ἐν περιηγήσει·*

Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος
Ἐφόρῳ τε καὶ τῷ τὰς κτίσεις εἰρηκότι
ἐν πέντε βιβλίοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ.

Eundem laudat Comici interpres ad Nubes, Etymologici auctor voce Προκόννησος, sed illic male est *κτήσεσιν* pro *κτίσεσιν*. Præterea inepte ab eo Atheniensis vocatur hic Dionysius, qui vere Chalcidensis erat, ut jam diu ante nos observavit Isaacus Casaubonus in addend. ad animadvers. in Athen. Multi autem fuere *κτίσεων* auctores, Hellanicus *ἐν κτίσεσι ἐθνῶν καὶ πόλεων* citatur ab Stephano voce Χαριμᾶται, ab Athen. lib. 10. Laudatur Clitophon quidam *ἐν ιγ̄ κτίσεων*, apud Plutarch. de fluminibus in Arari, de quo quando illic erimus diligenter agemus. *ἱερῶν κτίσεις* Heraclidis in Clementis protreptico commemorantur, in quibus omnibus operibus de originibus et conditoribus civitatum agebant auctores illi. Κτιστὰς enim Græci primos urbium conditores vocant. MA.

149, 7. ἨΙ"Ω N] Thucyd. *Ἠϊόνα τὸν ἐπὶ Στρυμόνι.* Ibi Schol. Thucyd. lib. 1. c. 98. scribit, *ὅτι δύο Ἠϊόνες εἰσὶν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἡ μὲν λιμὴν τῆς Ἀμφιπόλεως, περὶ ἧς νῦν λέγει* (sed et lib. 4. *Ἠϊόνα* ait Thucydides esse emporium 25 stad. distans ab Amphipoli.) *ἡ δ' ἄλλη πόλις. Λυκόφρων. τὸν μὲν γὰρ Ἠιὼν Στρυμόνος Βισαλτία.* VA.

150, 1. ΘΕ'ΜΕΝΟΣ—Δημοσθένης] Et Lycurgus *κατὰ Λεωκράτους* p. 137. Æneas in Poliorcet. p. 9. *πολλοὶ δὲ τῶν Χαλκιδέων*

[a] Κτίσεων] Latine, originum auctores. Sic in Justini prologis toties *origines urbium* dicuntur. Vide quæ in calce Salustii not. VA.

δι' ἀγνοίας ἀπόλλυνται. οἱ γὰρ ἐκφοβηθέντες ἐτίθεντο φέροντες τὰ ὅπλα πρὸς τοὺς πολεμίους ὡς πρὸς φίλους. Plato eo sensu *ὅπλων θέσεις* dixit. Lysias *κατὰ Φίλωνος* p. 175 in fine. Leopardus lib. 11. cap. 20. *θέμενος τὰ ὅπλα*, contrario sensu Xenophon lib. 2. *Ἑλλην.* p. 276 pro *ἀποθέμενος* et sic p. 277 et 783. Sic et Thucydides non semel. Ut lib. 4. interpres *ἀποθέμενος* explicat, eodemque libro p. 314. *ἔθεντο τὰ ὅπλα* pro *περιέθεντο*, ut schol. explicat. Et sic Herodotus p. 315. Sic Aristophanes Lysistrata v. 185. *Θὲς ἐς τὸ πρόσθεν ὑπτίαν τὴν ἀσπίδα*, ubi *colloca* significat *humi*. Libanius in Basilico. *οὕτω θαρρῶν τε τὰ ὅπλα ἐτίθετο*, *arma induebat*, *καὶ τὸ ταῖς ἐλπίσι τέλος σύμφωνον ἐκομίζετο.* Diodorus lib. 20. p. 770. *θεμένους τὰ ὅπλα παραδοῦναι σφᾶς αὐτούς. θέσθαι τὰ ὅπλα* pro *castra metari* usurpat Dionys. Halic. sicut et Xenophon. VA.

150, 1. ΘΕ'ΜΕΝΟΣ ΤΑ' "ΟΠΛΑ] Diversam hujus phraseos vim extricare conatus est Viger. ad Euseb. Præp. Ev. p. 707. Plut. Per. p. 157. E. Thucyd. 8.93. et Duker. n. 31.4. p. 264, 82. ubique eund. Duk. *τὸ ὑμετέρῳ στρατηγῷ ἐναντία θήσεσθαι ὅπλα*, Demosth. p. 727. D. Herodot. 5. p. 312, 48. Plato p. 645. B. Pausan. 4. p. 347. 25. HEMST.

150, 13. Theognis uterque poeta, unus elegiacus, alter tragicus, sed eorum alter adeo frigidus ut *Χιὼν* dictus fuerit. Suidas[t] *Θέογνις τραγῳδοποιητὴς πάνυ ψυχρὸς ἐτῶν λ.* Interpres frigidus valde frigide de frigido poeta: *Theognis poeta tragicus adeo frigidus ut nix diceretur* 30. *natus annos.* Scribimus nos apud Suidam *ἐκ τῶν* Τριάκοντα, vel *εἷς*, et vertimus *unus e triginta Tyrannis.* Quod adeo verum est, ut et ab Harpocratione confirmetur hoc loco, et Lysia nominatim in orat. contra Eratosthenem, et Xenophonte in 2. rerum Græcarum. Porro quæ hic sub finem de Theognide poeta epico afferuntur, corrupta omnino sunt, licet in præcedentibus editionibus nullum exstet corruptionis et lacunæ vestigium. Membranæ manifeste habent post versum illum Theognidis, *ἦλθον μὲν γάρ, ᾧ μὴ ἐπιστήσας*

[t] Suidas] Suidas sumpsit ex Scholiaste Aristoph. qui in Acharnensibus v. 11. ait: *Θέογνις δὲ οὗτος τραγῳδίας ποιητὴς πάνυ ψυχρὸς ἐκ τῶν τριάκοντα, ὃς καὶ Χίων ἐλέγετο.* Et alibi Aristophanes hominem frigidum poëtam perstringens ait, eo fabulam docente nivem de cœlo plurimam cecidisse. Hujus Theognidis versus laudantur ab Aristotele de nobilitate apud Stobæum serm. 218. *Θέογνις δ' ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας. ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοί, μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις. Laudant homines quidem nobilitatem, sed affinitatem divitum eligunt;* quos versus Stobæum serm. 234 Euripidi in Thyeste attribuit, et versum hunc præponit: *πλούτου δ' ἀπορρυέντος ἀσθενεῖς γάμοι.* VA.

Πλάτων[u]. Et a voce *Μεγάρων* usque ad *ποτὲ* aliquod instertitium, aliquam distantiam, quæ denotat quædam adhuc deesse, sed et præterea sensus et constructio sermonis hoc desiderare videtur. Magnus Scaliger integrum locum ex manuscripto Cod. restituit in animadvers. ad Euseb. Chron. p. 88. sed lacunam non supplevit. nos conjiciebamus reponendum, *ἀπὸ τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐληλυθέναι ποτὲ ἔφασκεν εἰς Σικελίαν.* Hoc voluit (nisi valde fallimur) Harpocration. Sed videant amplius acutiores et sicam ingenii distringant in his male affectis locis. Certissima autem sunt quæ hic de patria Theognidis gnomologici disputat auctor noster contra Platonem. Adi ad animadvers. Scaligeri in Euseb. Chron. MA.

151, 15. ΘΕΡΜΑ'Ν] *Θέρμην* urbem Macedoniæ commemorat Thucyd. 1, 61. ubi Scholiastes notat, *ὅτι ἡ νῦν Θεσσαλονίκη πόλις πάλαι Θέρμα ἐκαλεῖτο.* VA.

152, 1. ΘΕΡΜΟΠΥ'ΛΑΙ] Scylax in Meliensibus, *ἐνταῦθα Θερμοπύλαι, Τραχὶς, Οἴτη, Ἡράκλεια.* VA.

152, 2. Phileas[x] auctor est celebratissimus et testimoniis antiquorum notissimus: Steph. in *Ἄβυδοι, Ἀμβρακία, Ἀνδρία, Ἄνθεια.* Ejus *γῆς περίοδος* hic laudatur. Unde apud enarratores Apollonii Rh. 4, 761. quo loci legitur *Πυθέας ἐν γῆς περιόδῳ*, restituere tentabam *Φυλέας*. Sed Pytheas auctor est etiam non illaudatus. idem Stephanus in *Ὠστίωνες*. ita Hesiodus teste Strab. lib. 7. *γῆς περίοδον* composuerat. MA.

152, 7. ΘΕ'ΣΘΑΙ] Sic *θέσις* pro *hypotheca et oppignoratione* sumitur apud Demosth. *πρὸς Ἀπατούριον* initio, *πραθείσης τῆς νεὼς μ μνῶν, ὅσουπερ ἡ θέσις ἦν.* Etymol. *θέμενος ὁ λαβών τι σκεῦος εἰς ὑποθήκην.* Tamen et *θέμενος* dicitur *qui pecuniam apud argentarium deposuit:* et *θέμα depositum* apud Cebetem in Tabula. VA.

152, 7. Citatur apud Aristotelem lib. 3. Rhetoric. *Εὐριπίδης ἐν τῷ πρὸς Ὑγιαίνοντα.* Unde conjiciebat Petrus Victorius, vir ap-

[u] *Ἦλθον μὲν γάρ. ᾧ μὴ ἐπιστήσας Πλάτων*] Lege *ἦλθον μὲν γὰρ ποτὲ ἔφασκε εἰς Σικελίαν. ᾧ* vel *ὃ μὴ ἐπιστήσας Πλάτων τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων αὐτὸν ἔφασκεν γεγονέναι, κατακολ.* etc. Porro recte Eusebius in Chronico Olymp. 58. Theognidem claruisse scribit, cui subscribit Suidas in *Φερεκύδης*. VA.

[x] Phileas] Phileas Atheniensis inter autores *περίπλων* seu *περιηγήσεων* ac *περιόδων* laudatur a Marciano in epitome 2 lib. Artemidori, initio; et a Macrobio 5 Saturn. Schol. Sophoclis in Ajace mastig. 884. *δύο εἰσὶ Βόσποροι, ὁ μὲν κατὰ τὴν Προποντίδα, ὁ δὲ Θρακικὸς, ὥς φησι Φιλέας.* At Pytheas Massiliensis Plinio celebratus, hic *περίπλουν* scripserat, ut autor est Marcianus in epitome 2 librorum Artemidori Ephesii Geogr. Elegans porro descriptio saltus Thermopylarum apud Livium lib. 36. c. 15. p. 675. VA.

prime eruditus, hoc in loco legendum pro Ὑπερίδης, Εὐριπίδης. Sed etsi verum esset eundem hunc esse Hygiænontem cum eo qui Euripidem accusavit ob versiculum illum ἡ γλῶσσ' ὀμώμοκεν, tamen ego mallem retinere veterem lectionem, et potius torquere verba Aristotelis. Nam in hoc opere bis citatur Hyperides in illa oratione adversus Hygiænontem, ut supra voce ἔνη καὶ νέα. MA. Forte Hyperides eam orationem Euripidi scripserat. VA.

152, 10. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν] I. e. πρὸς Λεπτίνην. Utitur autem sic etiam in ea contra Timocratem, ἔπειτα τοὺς μὲν τοῦ Σόλωνος νόμους τοὺς πάλαι δεδοκιμασμένους, οὓς οἱ πρόγονοι ἔθεντο, λύουσιν. VA.

153, 8. ΘΕΤΗΣ] Utitur Isæus in oratione ὑπὲρ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου. Hesychius, θέτης ὁ προθέμενός τι. Ut autem Isæus eo loco πρατῆρα ἢ θέτην jungit, ita ex adverso in orat. περὶ τοῦ Δικαιογ. κλήρου. p. 48. πριάμενον ἢ θέμενον bis conjungit. Est autem θέμενος *creditor qui pignori accipit*, ὑποθέμενος *debitor qui obligat*, teste Ammonio et Harpocrat. in θέσθαι. De hac voce πρατὴρ vide Pollucem. VA.

153, 13. Ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν] Videtur esse oratio πρὸς Λεπτίνην, in qua περὶ ἀτελειῶν controversia est. Ibi autem a Leucone Bospori κυρίῳ, (non enim tyrannum vocat, quia hospes erat Atheniensium et civitate atque immunitate donatus) Theudosiam emporium conditum esse scribit nihilo inferius Bosporo ipso. Leucon autem immunitate donarat Athenienses καὶ πρώτους γεμίζεσθαι, *primum frumentum auferre eis licere* pronunciaverat immunes a tricesima. Ait vero Demosthenes quotannis Athenis advehi e Bosporo, quod erat eorum horreum, 40 σίτου μυριάδας. Supple eleganter μεδίμνων. μόδιον usurpat Dinarchus. VA.

153, 15. ΘΕΩΡΙΚΑ] Libanius in Olynthiacam I argum. et Demosth. ἐν τῷ περὶ τῆς συντάξεως δύο ὀβολοὺς singulis distribui consuesse memorant, et Demosth. etiam pro corona non longe ab initio. Verba Libanii sunt. οὐκ ὄντος τὸ παλαιὸν θεάτρου λιθίνου παρ' αὐτοῖς, ἀλλὰ ξυλίνων συμπηγνυμένων ἰκρίων, καὶ πάντων καταλαμβάνειν τὸν τόπον σπευδόντων, πληγαί τε ἐγίνοντο, καί που καὶ τραύματα. τοῦτο κωλῦσαι βουληθέντες οἱ προεστῶτες τῶν Ἀθηναίων ὠνητοὺς ἐποιήσαντο τοὺς τόπους, καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολούς. () ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐτάχθη. Sequitur, τοὺς δύο ὀβολούς. ἐντεῦθεν μὲν οὖν τὸ ἔθος ἤρξατο. προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον, ὥστε οὐκ

εἰς τοῦτο μόνον ἐλάμβανον, ἀλλὰ ἁπλῶς πάντα τὰ δημόσια χρήματα διενέμοντο. Ulpianus in Olynth. 1. *πολλῶν θεωμένων καὶ στασιαζόντων διὰ τὸν τόπον καὶ ξένων καὶ πολιτῶν, καὶ τολοιπὸν τῶν πλουσίων ἀγοραζόντων τοὺς τόπους, βουλόμενος (ὁ Περικλῆς) ἀρέσαι τῷ δήμῳ καὶ τοῖς πένησιν, ἵνα ἔχωσι καὶ αὐτοὶ πόθεν ὠνεῖσθαι τόπους, ἔγραψε τὰ προσοδευόμενα χρήματα τῇ πόλει γενέσθαι πᾶσι θεωρικὰ τοῖς πολίταις. εἶτα ἐπιχειρήσαντος Ἀπολλοδώρου τινὸς* (cujus meminit Demosth. contra Neæram initio) *πάλιν αὐτὰ ποιῆσαι στρατιωτικά, βουλόμενος Εὔβουλος ὁ πολιτευόμενος, δημαγωγὸς ὢν πλείονα εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τοῦ δήμου πρὸς ἑαυτὸν, ἔγραψε νόμον τὸν κελεύοντα θανάτῳ ζημιοῦσθαι, εἴτις ἐπιχειροίη μεταποιεῖν τὰ θεωρικὰ στρατιωτικά.* Isocrates de pace p. 347. VA.

154, 1. Ἀγύρριος] Hujus meminit Plato comicus apud Plutarchum *ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμ.* et Isocrates. VA.

154, 3. Δραχμή] Drachma Athenis lucar initio fuit, unde adagium, *δραχμὴ χαλαζῶσα.* Notandum hic Philini nomen, quod, ni fallor, leges apud Hesychium. VA.

154, 3. Ita melius scribetur, *Φιλῖνος δ' ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας*[y] vel *περὶ εἰκόνων.* Philinus hic Atticus orator est, cujus meminit Athenæus lib. 10. Dipnosoph. et Clemens Alexandrinus in tractatu in quo de Græcorum furtis agit: ubi prima orationis de Corona verba cum simillimis Philini oratoris componit. Fuit hic Philinus tempore decem Græciæ Oratorum, ex quorum orationibus collegit hoc Lexicon Harpocration. Vide infra vocem Κοιρωνίδαι. Antiphon sine dubio contra illum orationem composuerat, de qua auctor noster in hoc opere multoties loquutus est, ut in Θῆτες, et aliis locis. MA.

154, 3. Φιλῖνος] Meminit hujus Philini Clem. Alex. Strom. 6. 626. B. locumque ejus affert e Demosthene, paucis mutatis, desumtum: *ὅση μὲν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, σπουδὴ καὶ παράταξις γεγένηται* etc. Harpocr. in *ἐπὶ κόρρης* et Κοιρωνίδαι. Casaub. ad Athen.

[y] *Φιλῖνος δ' ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας*] Lycurgus rhetor decreti autor fuit, ut Æschyli, Sophoclis et Euripidis statuæ ex ære dedicarentur. Plutarchus Lycurgo: *εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους τὸν περὶ τῶν κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι* (f. κατιέναι, supple τὸ δρᾶμα) *πρότερον οὐκ ἐξόν. Ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. τὸν δὲ ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν πολιτῶν Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου, καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένους φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις. οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι.* Dele *οὐκ.* Vide in vita Æschyli. Antiphon hunc Philinum ætate præcessit. Quare id falsum est, quod Maussacus putat, nempe Antiphontem contra illum orationem composuisse. Contra hoc Lycurgi decretum Philinus, ut conjicio, orationem scripserat. VA.

10. 7. Adversus eum orationem habuit Antiphon. vid. Harpocr. in Ἀκροᾶσθαι. Θῆτες. Διάληξις. HEMST.

154, 6. Εὔβουλος] Eubuli hujus meminit Æschines contra Ctesiphontem initio. Theophilus in Philaulo de quadam meretrice, ἣν ἥδιόν ἐστιν ἰδεῖν, ἢ τὸ θεωρικὸν ἔχουσιν ἡμῖν διανέμειν ἑκάστοτε. VA.

154, 11. Ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ] Pollux 8, 99. ubi male interpres. Et Demosth. pro Corona p. 115. Porro Demades hanc pecuniam reip. gluten esse dicebat. Plutarch. ἐν Πλατωνικ. ζητήμ. ὡς ἔλεγε Δημάδης, κόλλαν ὀνομάζων τὰ θεωρητικὰ τῆς δημοκρατίας. VA.

154, 12. Θεωροί] Qui his præerat, ἀρχιθέωρος dicebatur. Andocides περὶ μυστηρίων p. 17. ἀρχιθέωρον εἰς Ἰσθμὸν καὶ Ὀλυμπίαζε. Meminit et Dinarchus. Autor Etymolog. Ἀρχιθέωρος ὁ ἡγούμενος τῶν θεωρῶν. θεωροὶ δὲ εἰσὶν οἱ τὴν θεωρίαν φέροντες τοῖς θεοῖς εἰς τοὺς Ἑλληνικοὺς ἀγῶνας, καὶ ὑπὲρ τῶν πατρίων θύοντες. Apud Heliodorum lib. 2 et 3 ἀρχιθέωρος τῶν Αἰνειάνων dicitur Theagenes. Latinis *legati* dicuntur. Sic Livius lib. 45 de ludis ab Æmilio indictis: *et legationes cum victimis.* In Græco erat θεωρίαι. Curtius lib. 4. Carthaginiensium *legati tunc venerant* etc. id est, θεωροί. Polybius leg. 71. In indice fabularum Æschyli recensetur una hoc titulo, θεωροὶ ἢ Ἰσθμιασταί. Male in vulgatis editionibus Θεόδωροι ἢ Ἰσομοιασταὶ legitur. Nam Hesychius in Ἰαμβὶς sic citat, ut dixi. Ἰσθμιασταὶ dicitur ut Δηλιασταὶ et Πυθιασταί. In libro 2 Maccabæorum cap. 4 et 5 de certamine quinquennali in urbe Tyro, ἀπέστειλεν Ἰάσων θεωρούς. Vetus interpres vertit *spectatores*, minus recte. Fuit et Nicias ἀρχιθέωρος missus in Delum ab Atheniensibus cum choro et victimis ad sacrum solemne. Plutarchus in Nicia. Idem in Demetrio ait decretum fuisse ab Atheniensibus, ut Antigonus et Demetrius Dii Servatores appellarentur, utque legati ad eos mittendi θεωροὶ dicerentur. VA.

155, 4. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος] In prima sub finem. ἀλλ' ἐφ' οἷς ὑμεῖς τὴν μιαρὰν Θεωρίδα τὴν Λημνίαν, τὴν φαρμακίδα, καὶ αὐτὴν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀπεκτείνατε. ταῦτα λαβὼν τὰ φάρμακα (supple Aristogitonis frater) καὶ τὰς ἐπῳδὰς παρὰ τῆς θεραπαίνης αὐτῆς, ἣ κατ' ἐκείνης (θεωρίδος supple) τότ' ἐμήνυσεν, ἐξ ἧσπερ ὁ βάσκανος οὑτοσὶ πεπαιδοποίηται (in præmium enim delationis civitate donata erat, ut puto) μαγγανεύει καὶ φενακίζει καὶ τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. VA. Locus Demosthenis est p. 840. A. Ibi Lut. Cod. habet Θεοδωρίδα.

Demostheni non μάντις dicitur, sed φαρμακίς. Hujus Theoridis meminit Plut. in Dem. p. 852. E. ubi ἱερείαν vocat. Theodoris Sicyonia, ex qua filium nothum Aristonem suscepit Sophocles. Suid. in Ἰοφῶν, et scriptor generis Sophoclis. HEMST.

155, 12. ΘΗΣΕΙ'ΟΝ] De quo Aristoph. ἐν Ὥραις, εἴ μοι κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν, ἐκεῖ δὲ, ἕως ἂν εὕρωμεν πρᾶσιν, μένειν. Laudat Pollux lib. 7 cap. 2, et hæc a servis dici testis est. Vide ergo Hesychium in Θησεῖον. Aristoph. in Equitibus in fine, καθῆσθαί μοι δοκῶ εἰς τὸ Θησεῖον πλεούσαις ἢ ἐπὶ τῶν σεμνῶν θεῶν. Schol. ἐνταῦθα οἱ καταφεύγοντες τῶν οἰκετῶν ἀσυλίαν εἶχον. Plutarchus in Theseo in fine, καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας. Andocides p. 8 videtur locare juxta Piræeum, certe longe a foro. Lege ἱκετῶν ex Suida in Θησεῖον. Etymol. Θησεῖον τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ. ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. ἐλέγοντο δὲ δίκαι ἐνταῦθα. Φιλόχορος δὲ οὐ μόνον τοὺς οἰκέτας τοπαλαιόν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θησεῖον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ἱκετεύοντας. Plutarchus in Theseo, καὶ ὅσα ὑπῆρχε τεμένη αὐτῷ τῆς πόλεως ἐξελούσης, ἅπαντα καθιέρωσε Ἡρακλεῖ, καὶ προσηγόρευσε ἀντὶ Θησείων Ἡράκλεια, ὡς ἱστορεῖ Φιλόχορος. Idem ante Philochorum Euripides in Hercule Fu. nte. VA.

155, 21. Πενιχρὰν κόρην ἣν Θῆσσαν ὀνομάζουσιν οἱ Ἀττικοί] Schol. Apollonii lib. 1 Argon. 193. καὶ τὰς πενιχρὰς γυναῖκας θήσσας λέγουσιν Ἀθηναῖοι. VA.

155, 22. Ἐπάναγκες] Demosthenes πρὸς Λεωχάρην in fine. Terentius Phormione actu 1. scena 2 et 5. Harpocr. supra in V. Ἐπίδικος. Diodorus lib. 12 p. 83, qui pro illo πέντε μνᾶς habet πεντακοσίας δραχμὰς, eandemque legem a Charonda latam esse scribit. VA.

156, 8. ΘΙ'ΜΒΡΩΝ] Hujus meminit Plutarchus in Artaxerxis vita. Arist. Polit. lib. 7 cap. 14. Xenoph. Hist. Gr. 3, [1, 4.] VA. Post Thimbronem Lacedæmonii in Asiam miserunt Dercyllidam vafrum hominem et ferocem. Ephor. apud Athen. 11. p. 500. C. Diod. Sic. vol. 1. p. 607. 28. ibique Wessel. Phot. Bibl. p. 124, 32. sq. HEMST.

156, 11. Puto hic restituendum Ἀμμώνιος ἐν τετάρτῳ περὶ βωμῶν γράφει ταυτί. Hic Ammonius ille est qui sæpius apud Athenæum laudatur, et qui de Aris et Sacrificiis scripserat. composuisse eum de *oppidis* vel *pagis* opus aliquod nusquam legi. ὁμώνυμος Ammonius voce βωμὸς eum laudat in primo περὶ θυσιῶν, καθὰ, inquit, καὶ Ἀμμώνιος ὁ Λαμπριεὺς ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν·

Lampriensis enim erat. [Similes sexcentos errores deprehendas in veterum auctorum monumentis, ut apud Scylacem Caryandensem ἐν περίπλῳ in Νασαμῶνες sub finem: τὸ δὲ βάθος τῆς Συρτίδος ἔσω τῶν Ἑσπερίδων, πρὸς τοὺς Φιλαίνων Βωμοὺς, εἰς τὸν μυχὸν τοῦ κόλπου, etc. Hodie perverse legitur πρὸς τοὺς Φιλαίνου Κωμοὺς, ut hic Ammonii περὶ Κωμῶν libri, pro περὶ βωμῶν. De fratrum Philænorum Aris agit illic Scylax, de quibus consulendus Sallustius in Bello Jugurthino. *Ex Addendis.*] MA.

156, 11. Ἀμμώνιος ἐν τετάρτῳ περὶ βωμῶν] Schol. Hermogenis p. 407. περὶ τῆς περιστερᾶς, ὅτι ἐπὶ Θεμιστοκλέους τριήρους ἐφάνη καθεζομένη, ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νίκην Ἀπάρχου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ, ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς ἐν τῷ περὶ βωμῶν φησι. Ad rem. Notandus est Etymologici locus in Σκιαί. τὸ ᾠδεῖον ἐκαλεῖτο τῶν Λακεδαιμονίων παρὰ τὴν ἀρχαίαν φωνήν. οἶκος γάρ ἐστι στρογγύλος. τοὺς δὲ τοιούτους διὰ τὸ τὴν ὀροφὴν ἔχειν μίμημα τῶν σκιαδείων, σκιάδας οἱ πάλαι προσηγόρευσαν, ἐπεὶ δὲ μετωνόμασται σκιάδης, καὶ τὸ πολὺ πλῆθος τῶν Ἑλλήνων θολιὰς ἐκάλουν αὐτὰς, καὶ τοὺς οἴκους τοὺς περιφερεῖς οἱ μὲν θόλους, οἱ δὲ θολιὰς προσαγορεύουσι. Servius in lib. 9 Æneid. p. 573. Hic notandus Paulinus in epist. ad Alethium. Philostratus lib. 1 cap. 18 de vita Apollonii: ἀνδρῶνι, οὗ τὸν ὄροφον ἐς θόλου ἀνῆχθαι σχῆμα οὐρανῷ τινι εἰκασμένον, σαπφειρίνῃ δὲ αὐτὸν κατηρέφθαι λίθῳ. κυανωτάτη δὲ λίθος καὶ οὐρανία ἰδεῖν. VA.

156, 16. ΘΟΡΙΚΟΣ] Thucydides 81, 95. μεταξὺ Θορίκου καὶ Πρασίων. Herodotus lib. 4. c. 99. ἀπὸ Θορίκου μέχρι Ἀναφλύστου δήμου. Corrupte apud Demosth. contra Midiam, Καλλισθένης Σφήττιος, Διόγνητος Θεώρισκος, Μνησίθεος Ἀλωπεκῆθεν. Scribe Θορίκιος. Thoricios fuisse ex tribu Acamantide docet Dem. περὶ τοῦ ὀνόματος. VA.

157, 1. ΘΡΙΠΗΔΕΣΤΑΤΟΝ] Lege θριπήδεστον ex Suida, qui κατεδηδεσμένων habet, et κατὰ Δημάρατον. Sed et sigilla antiquorum θριπήδεστα dicebantur. Male apud Ammonium et Suidam θριπηδέστατα. Aristoph. tamen Θεσμοφ. νῦν δ' οὗτος αὐτοὺς ἐδίδαξε θριπηδέστατα. Itaque θριπηδέστατον retineo, sed κατεδηδεσμένων malo. Suidas κατεδηδεσμένος, καταβεβρωμένος. Sed locum Aristoph. quære in libro. Puto enim θριπήδεστ' ἔχειν, σφραγίδια ἐξάψαμεν. Sic enim Suidas citat in Λακωνικαί. Etymolog. θριπήδεστα habet, et Hesychius. Theophrastus in principio lib. 5. hist. plant. θριπηδέστατα. πλὴν, ait, ὑπὸ τὸν φλοιὸν ὑποδυόμενοι σκώληκες ἐπιπολῆς ἐγγράφουσι τὸ στέλεχος, οἷς καὶ σφραγῖσι χρῶνταί τινες. ὡραῖον δὲ τμηθὲν τὸ δρύϊνον, ἀσαπές τε καὶ ἀθριπηδέστατον γί-

νεται. Sed lib. 9 cap. 13 *θριπηδέστους* dicit. Eustathius Odyss. α. p. 1403, ubi de *ἴδω* disserit, ait Pausaniam in lexico notare, *ἀπηδέσθη* et *κατηδέσθαι* dictum esse a Platone comico. *ὁ δ' αὐτὸς λέγει ὅτι θριπήδεστα ξυλήφια τὰ ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένα, οἷς ἐχρῶντο, φησὶν, οἱ σφόδρα οἰκονομικοὶ ἀντὶ γλυπτῶν σφραγίδων. τινὲς δὲ αὐτὰ πεντασυλλάβως θριπηδέστατα εἶπον.* VA.

157, 2. *Κατεδηδομένων*] *Κατεδηδεσμένων.* VA.

157, 5. Deest hic numerus librorum Theopompi, qui restitui non potest nisi ope cujusdam Codicis bonæ notæ. Quis enim tam vanus hariolus qui præsumere ausit se in his vera dicturum sine auxilio veteris cujusdam scriptoris? MA.

157, 6. ΘΥΜΟΙΤΑ'ΔΑΙ] Stephanus *Θυματάδαι* habet. VA.

157, 8. ΘΥΡΓΩΝΙ'ΔΑΙ] Etym. in *Τιτακίδαι*, p. 760, 33. Apud Athen. p. 410. A. *ἐν τοῖς τῶν θυγατριδῶν πατρίοις* corruptum certe est. Videndum an scribi debeat *Θυργωνιδῶν*, nisi malis *Θαυλωνιδῶν*, cujus gentis meminit Hesych. HEMST.

157, 9. *Μετέθησαν*] *Μετέστησαν.* VA.

157, 9. *Αἰσαντίδος*] *Αἰαντίδος.* VA.

157, 10. *Ἀφνιδαῖοι*] Forte legendum est *Ἀφιδναῖοι.* Plutarchus in vitis Rhetorum, in vita Demosthenis initio, Callistratum illum oratorem *Ἀφιδναῖον* fuisse ait. *Ἄφιδναι δῆμος* Hesychio. Plutarcho in Theseo vicus, quem Castor et Pollux cepere. Vide Hesych. in *ἀσανέων.* *Ἀφιδναῖος* dicitur Callimachus polemarchus ab Herodoto. Decretum apud Demosthenem pro Corona initio p. 34. VA.

158, 3. *Ἀττικισμοῖς*] L. *Ἀττικιανοῖς.* Vid. Harpocr. v. *Ἀργᾶς. Ναυκρατικά. Ἐκπολεμῶσαι.* In *Ἀνελοῦσα* legitur *ἐν δὲ τοῖς Ἀττικοῖς*, ubi pariter scribendum puto, *ἐν δὲ τοῖς Ἀττικιανοῖς*; notandum vero, quod a Luciano adv. Ind. [vol. 3. p. 100. cf. p. 119.] memoretur *ὁ ἀοίδιμος Ἀττικὸς*, qui librarius *σὺν ἐπιμελείᾳ τῇ πάσῃ* libros scripserit: ut in dubium fere vocari non possit, quin editos ab hoc Attico Codices significaverit Harpocration. HEMST.

158, 3. *Τύπιον*] Vide supra ad *ἐπιδίετες.* VA.

158, 6. ἸΔΙ'ΑΝ] *δι' ἀσθένειαν τῶν ἰδίων* Philin. ap. Harpocr. in *Θεωρικόν.* *Ὑπὸ τῶν δικαζομένων τὰς ἰδίας δίκας*, in *παράστασις.* Aristoph. Pl. 909. et schol. cod. Dorv. HEMST.

158, 7. *Ζηνόβιον*] *Ζηνόθεμιν.* VA.

158, 10. Vide supra voces *ἐπίσταθμος* et *Ἑκάτομνος.* MA.

158, 11. ἹΕ'ΡΑΞ] Hujus et Stratoclis Amphipolit. qui Atheniensibus ab Eubœensium defensione redeuntibus legati Amphipolim tradere polliciti sunt, si eo Athenienses navigare vellent,

meminit Demosth. Olynth. I initio, ubi ait Athenienses id recusasse, et Libanius declam. 16. VA.

159, 15. Ἐπιόντα] Ἐπανιόντα. VA.

159, 19. Ἱερώνυμος Μεγαλοπολίτης] Quem Isocratis fuisse discipulum ibi Ulpianus annotat. Vide de hoc Hieronymo locum Demosthenis, quem adduxi ad vocem μύριοι. VA.

160, 4. Δημοσθένης δὲ ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος] Οἱ παίζοντες οἷα ἄνθρωποι νέοι σφίσιν αὐτοῖς ἐπωνυμίαν πεποίηνται, καὶ καλοῦσι τοὺς μὲν ἰθυφάλλους, τοὺς δὲ αὐτοληκύθους. ἐρῶσι δ' ἐκ τούτων ἑταιρῶν τινες: quorum nonnulli puellas adamant. Infra: ἰθύφαλλοί τινές ἐσμεν ἡμεῖς, συνηγμένοι καὶ ἐρῶντες. Et in fine: ἀκούω δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, Βάκχιόν τε τινα, ὃς παρ' ὑμῖν ἀπέθανε, καὶ Ἀριστοκράτην τὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς διεφθαρμένον, καὶ τοιούτους ἑτέρους καὶ Κόνωνα τουτονὶ ἑταίρους εἶναι μειράκια ὄντας καὶ τριβαλλοὺς ἐπωνυμίαν ἔχειν. Vide omnino Hesychium in τριβαλλοί. Sequitur in Dem. τούτους τά τε Ἑκαταῖα κατεσθίειν, καὶ τὰς ὄρνεις τὰς ἐκ τῶν χωρῶν, αἷς καθαίρουσιν, ὅταν εἰσιέναι μέλλωσι, συλλέγοντας ἑκάστοτε συνδειπνεῖν ἀλλήλοις. Etymolog. τριβαλλοὶ οἱ ἐν τοῖς βαλανείοις ἀναγώγως διατριβόμενοι, οἱ δὲ τοὺς εἰκαίως τοὺς βίους διατρίβοντας. VA.

160, 7. ἸΚΑΡΙΕΥΣ] Demosthenes κατὰ Κόνωνος. VA.

160, 10. Στέμματι ἐστεμμένος] Ἐρίῳ πεπλεγμένος. Scholiastes Comici in Plutum 383. Ælianus lib. 4 de Animal. cap. 10. VA.

160, 11. Οὕτως] Scylax τὸ δὲ αὐτὸ Ἀδρίας ἐστὶ καὶ Ἰόνιος. VA.

160, 19. ἽΠΠΑΡΧΟΣ] Plutarch. in Nicia, καὶ τὸ πέρας οὐδεὶς ἔτι τὸ παράπαν ἐξωστρακίσθη μετὰ Ὑπέρβολον, ἀλλ' ἔσχατος ἐκεῖνος. πρῶτος δ' Ἵππαρχος ὁ Χολαργεὺς συγγενὴς ὢν τοῦ τυράννου. VA.

160, 19. Inepte hic est Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, legendum vel ὑπὲρ Κτησιφῶντος, vel Æschines in ejus locum succedere debet. Ita non raro in hoc opere peccatum erat ante nostram editionem. Mirum vero est non animadvertisse virum doctissimum, dum in his versaretur, male verba hæc Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου, divulsa et separata fuisse a superioribus. Ait Harpocration περὶ οὗ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονός φησι. Ubinam quæso Lycurgi verba? Præcedentes editiones insulse omnino ea separant, et a capite reponunt, quasi alio pertineant. Nos asserimus contra exemplarium fidem et excusorum auctoritatem, illa verba quæ principium faciebant in aliis edit. post vocem φησὶν, ad Lycurgum pertinere, et ita eum loquutum esse Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου. sic curavimus excudendum. Porro ut quæ

de Ostracismo postea subjunguntur explicemus, en tibi paucis mentem nostram. Varia varii de origine Ostracismi, et de eo qui primus hoc exilio punitus fuit, tradidere. Heraclides Hippiam, Ælianus Clisthenem, Achillæum Photius hoc exilii genere mulctatos fuisse primos asseverant. Nec desunt qui putent Ostracismum inventum tantum fuisse circa tempora Pisistrati, et Hipparchum Pisistrati cognatum primum omnium exilii genus hoc subiisse. Ita opinantur Diodorus Siculus et Harpocration hoc loco. Quorum vestigiis maluit inhærere Josephus Scaliger in animadvers. ad Euseb. Chronic. numero 789. quam vetustiorum, et ejusdem Eusebii, qui nominatim in tempora Thesei Ostracismum et ejus originem rejecit. Ejus verba sic habent: *Θησεὺς Ἀθηναίους κατὰ χώραν ἐσπαρμένους εἰς ἓν συναγαγὼν, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη αὐτὸς πρῶτος θεὶς τὸν νόμον.* Ego contra auctorem meum, et alios omnes qui ejus sententiæ stetere, in verba Eusebii jurare ausim, et probare Theseum Ostracismo primo mulctatum fuisse. Præter schol. Aristophan. ad Plutum[z], Suidam qui ex eo sua descripsit, Heraclidem in fragmento de Politiis, Hesychium et alios, auctorem Theophrastum habeo omni exceptione majorem, Theophrastum dico qui in Politicis, quæ *πρὸς τοὺς καιροὺς* scripserat, eandem opinionem amplexus erat. Suid. *ἀρχὴ Σκυρία. ἐπὶ τῶν ἐντελῶν, καὶ μηδὲν λυσιτελὲς ἐχόντων, παρόσον πετρώδης καὶ λυπρὰ, καὶ διὰ τοῦτο πενιχρὰ ἡ Σκύρος, οὐδὲν φέρουσα λόγου ἄξιον. οἱ δὲ ὑπὸ Θησέως, ὅτι ἐπιθέμενος τῇ Λυκομήδους ἀρχῇ, καὶ πειρῶν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατακριμνυσθείη*[a]. *Ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς πρὸς τοὺς καιρούς*, sic enim legendum supra docuimus, non *πρώτοις καιροῖς*. Hujus igitur opinionis fundus esse potest Theophrastus, ex quo sine dubio Eusebius, et post Eusebium alii sua mutuati sunt. At vero, quia de Ostracismo, qui est exilii species, agimus, non omnino extra rem facere videbimur, si l. 5. D. de interdictis et releg. explicemus, quæ hactenus crux fuit omnium juris interpretum, et magnum Cuiacium eo

[z] Schol. Aristophan. ad Plutum] Ejus verba sunt v. 627. *μετὰ δὲ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τις συκοφαντήσας ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα. ὁ δὲ παραγενόμενος ἐς Σκύρον, διῆγεν παρὰ Λυκομήδους* etc. Sed proprie *ὀστρακισμὸς* is non fuit; nondum enim lex erat lata de testarum suffragiis. Alioqui vel unum nobis Ath. proferant, qui post Theseum his testarum suffragiis expulsus sit usque ad tempora Pisistrati, tanto intervallo ac spatio temporis. Verba Suidæ in *ἀρχὴ Σκυρία* translata sunt ex Pausaniæ lexico, teste Eustathio Ἰλ. ι. p. 782. VA.

[a] *Κατακριμνυσθείη*] *Κατακρημνισθείη* Eustathius, et addit, *ὡς καὶ Λυκόφρων ἱστορεῖ.* VA.

adegit, ut ejus verba sic mutanda crediderit in notis ad §. summa supplicia. Tit. de Abolitionib. lib. 5. sentent. Pauli. *Exilium quod est aut certi loci interdictio, id est lata fuga, aut omnium locorum interdictio præter certum locum.* Budæus etiam aliquid in textu hujus legis deesse existimavit in annotat. ad pandectas posterioribus: nec ullus est his qui subsequuti sunt magnos illos viros, qui non conatus sit illam legem ut corruptam emendare. Sed quod pace omnium dictum sit, nihil mutandum censeo, verba enim integra sunt et elegantissimum sensum habent, *Exilium* (ait Marcianus) *triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga ut omnium locorum interdicatur præter certum locum, aut insulæ vinculum, ut relegatio in insulam.* Cardo difficultatis est in his verbis, *aut lata fuga ut omnium locorum interdicatur præter certum locum*, eo quod enim omnes ad unum crediderint, de lata fuga hic loqui Marcianum, de qua auctores omnes classici ferme, id est de libero exilio, et late vagandi potestate, textum torquere tentarunt temere, et sic a mente Jurisconsulti discessere. Nos breviter et sine venditatione asserimus Marcianum in hac lege de hac lata fuga, quæ pro exilio libero et late vagandi potestate accipitur, loqui noluisse, sed de ea, qua qui mulctatus est, ab omnibus locis censetur interdictus præter certum. Itaque ut clarius hæc interpretemur, in passivo hæc intelligenda sunt, ut nimirum ille qui latæ fugæ exilio punitus fuerit, non late fugere possit, (quomodo accepere omnes), sed late fugari. Et ita bellissime et appositissime latam fugam interpretabimur omnium locorum interdictionem præter certum. Non afferemus argumenta quibus opinionem hanc nostram confirmare solemus, nec responsa quæ ad objectiones quæ moveri possunt, damus, quia hæc tantum per transennam tetigimus, et a nobis hoc jam diligenter peractum est in lectionibus, quas post hoc opus edemus. MA.

161, 3. Ἵππαρχος ὁ Χάρμου] De quo Plutarchus in Nicia idem scribit, quod hic Androtion. Meminit et Zenobius in Ἱππάρχου τειχίον. Nisi alter is est Hipparchus, quod non puto. Sed manifeste Suidas in eodem adagio explicando, Ἵππαρχος, ait, ὁ Πεισιστράτου. Lycurgi verba sic hodie leguntur p. 147. Ἵππαρχον γὰρ τὸν Τιμάρχου etc. quæ sunt recondita, et huc maxime faciunt. Scribe τὸν Χάρμου ex Harp. Hic opinor ipse Charmus est, cujus meminit Plut. in Solone initio. λέγεται δὲ καὶ Πεισίστρατος ἐραστὴς Χάρμου γενέσθαι, καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ ἔρωτος ἐν

Ἀκαδημίᾳ καθιερῶσαι. Lactantius lib. 3. c. 20. *Magnum Cicero audaxque consilium suscepisse Græciam dicit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in Gymnasiis consecrasset.* Athenæus lib. 13. scribit non Pisistratum Charmi amatorem, sed Charmum ipsum polemarchum, qui Hippiam Pisistrati filium amabat, Amoris simulacrum in Academia dedicavisse. Verba hic omnino ascribe: simulque Pausaniam Atticis p. 23. Clemens Protreptico, *τὸν ἔρωτα ἐτίμα πρότερον οὐδὲ εἷς, πρὶν ἢ Χάρμον μειράκιόν τι ἑλεῖν* (leg. *ἐλεεῖν*) *καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι ἐν Ἀκαδημίᾳ*. Scaliger in Animadvers. Eusebianis p. 13. hic Χαρῖνον legendum esse ait apud Clementem. Idem ad numerum Euseb. 789, ubi hunc Harpocrationis locum adducit, Χαρῖνον legit. Pessime. Quasi Χάρμος Græcum nomen non esset, a quo Χαρμίδης et Ἐπίχαρμος derivantur. Athenæus lib. 13. *καὶ Χάρμου τοῦ πολεμαρχήσαντος θυγατέρα ἔλαβεν Ἱππίας περικαλλεστάτην οὖσαν. συνέβη δὲ ὥς φησι τὸν Χάρμον ἐραστὴν Ἱππίου γενέσθαι, καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' ᾧ ἐπιγέγραπται,*

Ποικιλομήχαν' ἔρως, σοὶ τόνδ' ἱδρύσατο βωμὸν
Χάρμος ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίου.

Charmus quoque tibicen laudatur ab Athenæo lib. 8, et in Anthol. lib. VA.

161, 7. Ἐτυράννησεν] Ἐτυραννίησεν. Sic Heraclides, ubi de ostracismo. VA.

161, 10. Codex Fed. Morelli habet Δημοσθένης ἐν Δω Φιλιππικῶν, id est in quarto, ἐν τετάρτῳ. MA.

161, 15. Ζευγῆτας] Ζευγίτας. Vide Plutarchum in Solone, Aristotelem. Scholiastes Thucydidis lib. 3. p. 183. ζυγίτας vocat. Adde Plutarchum in comparatione Aristidis et Catonis. VA.

161, 17. Alias Μνασέας scribitur sine diphthongo, ut infra voce σαβοί. illustris hic auctor est, et a multis veterum laudatus, ab Athenæo ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀσίας, ab Steph. ἐν τρίτῃ περιηγήσεων, voce Ἐγγελᾶνες, ab Enarrator. Apollon. Rhod. ab Ammonio voce Νηρεΐδες. Sed liberandus est ille a mendo, male enim hodie legitur Μνασέων ἐν τοῖς περὶ τῆς Εὐρώπης, legendum est Μνασέας. Libri ejus de Europa non semel citantur ab Athenæo nomine Εὐρωπιακῶν, vel Εὐρώπης πρώτῳ, δευτέρῳ, τρίτῳ. A Grammaticis, ut a Fulgentio Planciade Europæ libri in voce *vispillones*. *Mnaseas tamen tertio Europæ libro scripsit.* Porro horum librorum auctor est Mnaseas Patrensis, qui periplum etiam et Asiam

composuerat. Duo erant Mnaseæ, unus Locrus vel Colophonius, qui *Pægnia* scripserat teste Athen. lib. 7. alter Patrensis, de quo sæpius in hoc opere auctor noster loquutus est. MA.

161, 18. Εὐρώπης] Allii Jovis et Coryphes filiam faciunt: Cic. de Nat. Deor. 3, 59. Vid. J. Scheff. de R. V. p. 16 sq. Th. Reines. V. L. 3. p. 367. Ἀθηνᾶ κορυφαγενὴς Plut. vol. 2. p. 381. E. HEMST.

162, 1. Πολύφης] Etiam Suidas Πολυφῆς. Sed lege Κορυφῆς. Cicero 3. de Nat. Deorum, *Quarta Jove nata et Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coryphasiam nominant, et quadrigarum inventricem ferunt.* Arnobius lib. 4. *Desistente et illa Minervam se dicere, cui Coryphasiæ nomen vel ex Coryphæ matris signo, vel quod ex vertice summo Jovis parmam ferens emicuit.* Etymologus in Ἱππίᾳ, Κορυφῆς habet. Stephanus in Βάρκη ait Barcæos ἱπποτροφίαν a Neptuno, aurigandi artem a Minerva didicisse. Certe Neptunus ἵππιος dictus est, ut notat Eustathius in Odyss. α. p. 1392. VA.

162, 4. Ἀπὸ Ἱπποδάμου] De Hippodamo vide Hesychium omnino et Aristotelem libro secundo Polit. cap. 6. Schol. Comici in Equitibus 306, ad istud, ὁ δ' Ἱπποδάμου λείβεται θεώμενος, notat. οὗτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει, καὶ οἰκίαν εἶχεν, ἥνπερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι, καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν Πειραιᾶ κατὰ τὰ Μηδικὰ συνήγαγεν. ἦν δὲ Ἀθηναῖος τίμιος, καὶ οἱ μὲν αὐτόν φασι Θούριον, οἱ δὲ Μιλήσιον εἶναι. Apud Hesychium lege εἰς Θουριακούς. i. Θουρίους, ut loquitur Theophrastus apud Stobæum aliique. Apud Stobæum diserte λόγῳ περὶ εὐδαιμονίας 249 Hippodami Thurii ex libro de felicitate elegantissimum fragmentum affertur. Διελεῖν apud Hesychium est distinguere ac designare. Geometra apud Aristoph. in Avibus v. 996. γεωμετρῆσαι βούλομαι τὸν ἀέρα ὑμῖν διελεῖν τε κατ' ἀγυιάς. nam urbem in aëre nephelococcygiam condere volebant. VA.

162, 6. ἼΣΑ ΒΑΙ'ΝΩΝ] Longin. de Subl. p. 236. ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ καὶ ἀκολάστῳ συνημμένη καὶ ἶσα, φασί, βαίνουσα πολυτέλεια. Vid. Langbæn. Observa quod ut proverb. ponat, et post ἀκολουθεῖ. Philostr. V. A. T. 6. 2. p. 245. ὡς ἶσα ἐκείνοις βαίνοιεν. Poll. 8, 151. HEMST. Vid. quos laudat Meinek. ad fragm. Menandri incert. p. 260. GEEL.

162, 6. Suidas hanc parœmiam habet ex nostro, et noster forte ex Athenæo lib. 5. Dipnosoph. ut mirum videri debeat cur doctissimi viri pro Πυθοκλεῖ in parœmia rescriberent Περικλεῖ. Ingenio et moribus cum aliquo conspirare Græci dicunt ἶσα βαί-

νειν τινὶ, Galli *estre de mesme humeur avec quelqun.* unde proverbium ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. MA. Utitur Longinus περὶ ὕψους in fine. VA.

162, 6. ἼΣΑ ΒΑΙ'ΝΩΝ ΠΥΘΟΚΛΕΙ͂] Pythocles forte intelligendus est ille adolescens præclarissimæ indolis laudatissimus apud Epicureos. Plutarchus contra Epicureum Colotem. Laërtius. Sed nihil affirmo. Videtur obstare ratio temporis. De eo Pythocle, qui Epicureo antiquior videtur, multa Demosth. περὶ παραπρ. VA.

162, 8. Ἐβάδιζε] Addit Demosth. ὑποπεπτωκὼς ἐκείνῳ, ei se submittens adulatoris in morem. Sic et infra usurpat, τοιούτοις ἐθελοντὴς ὑποπίπτει. VA.

162, 11. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος. Ἕτερος etc.] In fine, ubi hic locus paulo aliter legitur. Intelligit autem Æschines Leocratem, quem Lycurgus rhetor accusavit, ut patet ex oratione Lycurgi. VA.

162, 11. Pares judicum sententiæ sive ἰσοψηφία reum absolvit. Unde Æschylus in Eumenid. merito ait:

νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.

Et paulo post:

ἀνὴρ ὅγ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην.
ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων.

Vulgaria hæc sunt, quamvis a nemine adhuc dicta, et in quibus amplius inhærere non debemus. Adi diligenter ad cap. 16. lib. 12. observat. magni Cuiacii. MA. Elegans est Antiphontis locus in oratione περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου p. 121. sub finem. Et Aristoteles sectione 29. problem. causam ejus rei inquirit. Idem apud Romanos obtinuit, ut docet Plut. in Mario, et in Catone Uticensi. Sed vide P. Fabrum in tract. de Regulis Juris. VA.

162, 17. Εὔριπος] Ἕρμιππος. Dionysius Halic. in Isæo. οὐδὲ γὰρ ὁ τοὺς Ἰσοκράτους μαθητὰς ἀναγράψας Ἕρμιππος, ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἴρηκεν, ἔξω δυοῖν τούτων, ὅτι διήκουσε μὲν Ἰσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους, συνεγένετο δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων. Laudatur hic Hermippus ab Athenæo et Diogene Laërtio. Hieronymus in prologo de Scriptor. Eccles. Hermippum Peripateticum de viris illustribus scripsisse dicit. Suidas in Ἴστρος. Ἕρμιππος ἐν τῷ β τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων. At vero autor Etymol. in Ἀπάμεια. Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων. VA.

162, 17. Μαθημάτων] Μαθητῶν. VA.

163, 2. Παρ' Ἀθηναίοις] Ἴσως, παρὰ Θηβαίοις. Proclivis lapsus

est ab Θηβαίοις in Ἀθηναίοις, ut exemplis ostendit Scaliger ad numerum Eusebii 90, ubi bellum Amazonum contra Athenas anno ante Thesei exilium ponitur, male. Quibus adde locum Isacii Tzetzis in Lycophronem p. 8. ἔπεμψαν οἱ Ἀθηναῖοι θεοπρόπους εἰς Πυθώ. Lege οἱ Θηβαῖοι. Loquitur enim de Athamante Thebarum rege. VA. In Pindari Pyth. 2. 6. pro λιπαρᾶν ἀπὸ Θηβᾶν Dionys. Phasel. reponi volebat λιπαρᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν, ut notat Schol. vid. Suid. in Τριτογενής. sic et *Thebarum* pro *Athenarum* in Schol. ad Stat. Theb. 12, 632. Apollod. 3. p. 251. Suid. in Αὐτόχθονες Phot. Bibl. p. 173, 33. Ita notat Schol. in quibusdam Aphthonii Progymn. exemplaribus, p. 56. legi Θηβαῖοι pro Ἀθηναῖοι. Cf. Etymol. p. 820, 37. HEMST. Consentit igitur Hemst. cum Valesio ad Harpocr. Θηβαίοις scribere volente, quem vide. Eadem vero, quæ Harpocration, habet Suidas, in Ἰσμηνίας, quamquam Ismeniæ Thebani ducis sive Polemarchi meminerunt Plut. vol. 1. p. 280. B. 1022 D. et Ælian. V. H. 1. 21. GEEL.

163, 3. ἸΣΟΔΑΙ'ΤΗΣ] Bacchi ἐπώνυμοι ait esse Plutarchus in tract. de litera εἶ. VA.

163, 5. ἸΣΟΤΕΛΗ'Σ] Xenophon lib. 2 rerum Græc. [c. 4, 25.], et in libro de Vectigalibus [4, 12.]. VA.

163, 14. Æschines Ischandri tragici hypocritæ tritagonistes, cum exhibere voluisset Œnomaum Pelopa persequentem, turpiter cecidit, et a Sannione chorodidascalo adjutus fuit, unde a Demosthene postea per irrisionem Œnomaus vocabatur, et Ἀρουραῖος, quod in oppidis coram fæce populi fabulas exhiberet. Demochares autem hic dialogorum auctor Demosthenis ex sorore nepos fuit. Auctor incertus vitæ Æsch. Δημοχάρης δὲ ὁ ἀδελφιδοῦς Δημουσθένους[b], εἰ ἄρα πιστευτέον αὐτῷ λέγοντι περὶ Αἰσχίνην, φησίν. Suidas de eo multa. MA.

[b] Δημοχάρης δὲ ὁ ἀδελφιδοῦς Δημοσθένους] Suidas in Δημοχάρης ἀδελφιδοῦς Δημοσθένους, περὶ οὗ Τίμαιός φησιν, ἡταιρηκέναι μὲν τοῖς ἄνω μέρεσι τοῦ σώματος. οὐκ εἶναι δὲ ἄξιον τὸ ἱερὸν πῦρ φυσᾶν. ὑπερβεβηκέναι δὲ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰ Βότρυος ὑπομνήματα καὶ Φιλαίνιδος καὶ τῶν ἄλλων ἀναισχυντογράφων. Suidas hinc proverbium refert: ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι, ubi sic scribit, Τίμαιος ἐν λη' ἱστοριῶν ἱστορεῖ, ὡς οἱ περὶ Δημοκλείδην (lego Τιμοκλείδην, is est poeta comicus, quo teste usus erat Timæus teste Polybio) κατὰ Δημοχάρους εἶπον, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι, ὡς μὴ καθαρεύοντι τοῖς ἄνω μέρεσι. Δοῦρις δὲ ἐν τῇ ι' Πυθέαν κατὰ Δημοσθένους, τὸ ὅμοιον εἰπεῖν. Apud Diogenianum in voce ψεκὰς, hoc proverbium latet, sed temere confusum et interpolatum. Lege igitur a capite: ᾧ τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξ. φ. ὡς μὴ καθαρεύοντι. Erat autem Athenis πῦρ ἄσβεστον, cujus curam gerebant mulieres viduæ, cumque sacrum lychnum extinctum esse perhibent Mithridatici belli temporibus, cum Aristion tyrannus urbem teneret. Plutarchus in Numa. Hunc

163, 14. *δοκεῖ αὐτῷ συνυποκρινόμενος Αἰσχίνης ..... καταπεσεῖν*] Demosth. *ἐν τῷ περὶ παραπρ.* initio, de Æschine: *καὶ ἔχων Ἴσχανδρον τὸν Νεοπτολέμου δευτεραγωνιστήν.* Ejus iterum in fine meminit, ubi ait Æschinem eum ex Arcadia Athenas adduxisse urbis amantissimum. Ibidem de Æschinis vita: *τὰ τελευταῖα δὲ ἔναγχος ἐν χορηγίοις ἀλλοτρίοις ἐπὶ τῷ τριταγωνιστὴν ἀγαπητῶς παρατρεφόμενον.* Et postea: *τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα,* (Euripidis Phœnicem) *οὐδὲ πώποτε οὔτε Θεόδωρος οὔτ' Ἀριστόδημος ὑπεκρίναντο, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσε.* Et post: *ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς δράμασι, τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τι τοῖς τριταγωνισταῖς τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας ἐξιέναι.* Quod confirmat Plutarch. *ἐν πολιτικοῖς παραγγ. ἄτοπον γάρ ἐστι τὸν ἐν τραγῳδίᾳ πρωταγωνιστὴν Θεόδωρον ἢ Πῶλον ὄντα μισθωτῷ τῷ τὰ τρία λέγοντι πολλάκις ἕπεσθαι καὶ προσδιαλέγεσθαι ταπεινῶς, ἂν ἐκεῖνος ἔχῃ τὸ διάδημα καὶ τὸ σκῆπτρον.* Lego *τρίτα λεγ.* Teles *περὶ αὐταρκείας* apud Stobæum serm. 27. *δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτήν, ὅ τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς. οὕτω καὶ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ὅ τι ἂν περιθῇ ἡ τύχη. καὶ γὰρ αὕτη, φησὶν ὁ Βίων, ὥσπερ ποιήτρια, ὁτὲ μὲν πρωτολόγου, ὁτὲ δ' ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὁτὲ μὲν βασιλέως, ὁτὲ δὲ ἀλήτου.* Menander apud Stob. 252. *πράττει δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων, δεύτερα ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τρίτα λέγει.* Latini *secundas et tertias agere* dicunt, in quo subaudiendum *partes*. Horatius: *partes tractare secundas.* Scaliger in Festum Salva res est. Hinc et *partes* simpliciter aliquando dicuntur a Latinis. Livius lib. 3. p. 76. *Hernicos ad partes paratos, fabulam compositam Volsci belli.* Egregia metaphora a partibus actorum in fabula ducta. Sic et de his partibus Juvenalis dixit:

> *Ecce iterum Crispinus, et est mihi sæpe vocandus*
> *Ad partes.*

id est, sæpe in hoc theatrum producendus, ubi partes suas agat. et ita vetus Schol. explicat. Metaphoram facit a comœdia, qua Scenici ad partes suas solent vocari. in eam rem singularis est locus Pollucis lib. 4. 1, 88. *Ἕρμων ἦν κωμῳδίας ὑποκριτής· λαχὼν δὲ μετὰ πολλούς.* Nota, et mox: *εἰσηγήσατο τῇ σάλπιγγι ἀγωνι-*

probris laceraverat Timæus teste Polybio lib. 12, cum tamen Demochares *στρατηγὸς* ab Ath. creatus sit. Polybius apud Suidam in *Δημοχ.* Sed et hic Demochares Lachetis filius post obitum Demosthenis decretum scripsit, ut statua Demostheni poneretur. Decretum integrum refert Plutarchus in x rhetorum vitis. *Δημοχάρης Δημοσθένους ἀδελφιδοῦς* dicitur etiam ab Æliano lib. 3 *ποικ.* cap. 8, et Plutarcho in x rhetorum vitis, ubi de Æschine. VA.

στὰς ἀνακαλεῖν. Dio lib. 61 de Nerone, qui tragœdias actitabat: *παρῆλθέ τε καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἐς τὸ θέατρον ὀνομαστὶ ὑπὸ τοῦ Γαλλίωνος ἐσκηρυχθείς.* Plutarchus in comparatione Pompeii et Agesilai, *οὐδὲ ὑπὸ κήρυκος ἐκαλεῖτο μάχεσθαι κατιὼν, ἢ λιπεῖν ἑτέρῳ τὸν στέφανον.* Cicero de Divinatione in Verrem: *ut in actoribus Græcis fieri viderunt: sæpe illum, qui est secundarum, aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat.* Hinc *secundas agere* pro *assentari* Latini dicunt, quamquam et alia ratio reddi potest. quod scilicet fere in omnibus mimis, quod genus dramatis est, secundarum partium actor Parasitas inducebatur, ut docet Festus in Salva res. Tres duntaxat actores in scenam prodibant, qui et sorte poetis in Bacchanalibus aut Panath. aut Lenæis inter se certaturis dividebantur, quæ *νέμησις ὑποκριτῶν* dicebatur. Hesychius, *οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρῳ νεμηθέντας, ὑποκρινομένους τὰ δράματα, ὧν ὁ νικήσας εἰς τοὐπιὸν ἀκρίτως παρελάμβανεν.* Lege *εἰς τὸ πιεῖν ἄκρατον παρ.* Erant hi actores homines non indocti, et ipsi etiam poetæ aliquando evadebant, ut Crates, qui Cratini primus actor fuerat, postea fabulas docuit, teste Schol. Comici ad Equites et in Ranis. Euripidis actor eum adjuvisse dicitur in tragœdiis conscribendis, nomine Cephisophon: unde Bacchus ei dicit, *ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες ἢ Κηφισοφῶν;* Vide omnino Aristotelem Politic. 7 in fine, ubi ait Theodorum tragœdiarum actorem nunquam permisisse, ut ullus vel ex vilissimis ac deterrimis actoribus ageret ante se, quasi maxime faveant auditores iis, quos primos audierunt, i. *πρωταγωνιστὴς* erat. Suidas in *νεμήσεις ὑποκρ.* habet *εἰς τοὐπιὸν ἄκριτος παραλαμβάνεται.* Vertit interpres: *deinceps sine judicio ad fabulas agendas assumebatur.* Idem in *Σοφοκλῆς Σωφίλου. οὗτος πρῶτος τρισὶν ἐχρήσατο ὑποκριταῖς, καὶ τῷ καλουμένῳ τριταγωνιστῇ, καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ ιε' εἰσήγαγε νέων, πρότερον ιβ' εἰσιόντων.* Ovidius 3 de Ponto elegia 1.

Tu debes vincere amicos,
Uxor, et ad partes prima venire meas.
Magna tibi imposita est nostris persona libellis.

Quarta persona dicebatur *κωφὸν πρόσωπον,* de qua Horatius, *Neu quarta loqui persona laboret.* et Diomedes Grammaticus. VA.

164, 1. Καλύπτῳ] Forte legendum Καλύπσῳ. MA. Scrib. Κολυττῷ. VA.

164, 3. 'ΙΤΕΑΙ'ΟΣ] Demosth. *πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν,*

πρὸς τοῖσδε ἐξεμαρτύρησεν Ἀχράδης Μνησουλίδου Ἀχαρνεὺς, Σώστρατος Φιλίππου Ἱστιαιόθεν, Φιλτιάδης Κτησίου Ξυπεταιὼν, Διονύσιος Ἑρμοκρατίδου Χολλίδης. Lego *Ἰτεαιόθεν*. Iterum in eadem oratione *Ἱστιαιόθεν* male legitur. Androtion Ἰταῖος dixit *τρισυλλάβως*, teste Stephano. VA.

164, 5. ῎ΙΩΝ] Suidas in *Διθυραμβοδιδ.* VA.

164, 6. De Ione Chio vetus enarrator Comici ad Pacem et Suidas ex eo [c], sed omnium optime auctor noster, cujus verba in lectionibus nostris accuratius examinabuntur. Tu vide interim cap. 20. lib. 2. emendat. Pauli Leopardi. MA.

164, 12. *Πλέον ἐλάσσων τούτων τριῶν ἑνὸς, ἑκάστου*] Forte, *ἢ ἔλασσον τοῦ τῶν τριῶν ἑνός. Ἑκάστου* etc. VA.

164, 14. In v. *Ἰονία χώρα* [glossa spuria] quam adscribunt Harpocrationi recensionem urbium, ea perquam est dubia, quum MSSti conveniant in hæc tantum verba *πόλεις ἕνδεκα, Ἔφεσος, Ἄνδροκλος, Μίλητος, Μυοῦς, Κλαζομεναὶ, Χῖος, Σάμος*, quæ sic plane expressit Aldus, nec plura, nec alia; unde hoc utique patet non recte suspicari Holstenium in Annotationibus ad Ortelium *Ἄνδροκλος* legi pro Chio; (quale quid ex Æliano etiam notat Valesius) nam in MS. ista appellatio *Ἀνδρόκλου* simul cum Chio servatur. Quod quum ita digesserit Maussacus, ut pro v. *ἕνδεκα* scriberet *δώδεκα*, et tot alia urbium vocabula inserere prætulerit, quam derelinquere, et opperiri meliora ex antiquis codicibus, conatus est sane parum laudabilis. Duodecim urbes Ioniæ facile quis convocaverit; sed quum manus Harpocrationis non nisi undecim compellarit, et inter eas Samum Chiumque numerans, ut novem solummodo urbibus restet locus, difficile dictu est, quas præter illas quinque addiderit. Cui ista libido allubescit, habet in Latinis Velleium, Pomponium Melam aliosque, ex Græcis infinitos; nec sic tamen inventa erit ista *Ἄνδροκλος*, quæ forsan coaluit ex duabus *Τράμπη, Κλάρος*. Mox non habet liber Mediceus *ἁβρῶς, τρυφερῶς*, sed pro postrema voce *τρυφηλῶς*. GR.

164, 14. Manuscripti Codices hæc omnia usque ad finem non agnoscunt, nos tamen quia præcedentes editiones ea retinuerunt

[c] Vetus enarrator Comici ad Pacem, et Suidas ex eo] Ejus hæc verba sunt: *ἔγραψε δὲ καὶ κωμῳδίας καὶ ἐπιγράμματα καὶ παιᾶνας καὶ ὕμνους καὶ σκολιὰ καὶ ἐλεγεῖα καὶ καταλογάδην τὸν πρεσβευτικὸν λεγόμενον, ὃν νόθον ἀξιοῦσί τινες εἶναι οὐχὶ αὐτοῦ.* An intelligit *τὸν τριαγμόν*? Paulo post: *υἱὸς δὲ ἦν Ὀρθομένους* (sic scribe apud Harpocr.) *ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου.* Porro not. Callimachum alteri triagmum tribuisse, Epigeni s. Suidas in *Ὀρφεὺς ἔγραψε τριασμοὺς*, (Volfius *τριαγμοὺς*) *λέγονται δὲ εἶναι Ἴωνος τοῦ τραγικοῦ.* VA.

emendare hæc ipsa maluimus et purgare quam omnino rejicere et condemnare. Itaque male erat ante καὶ Ἰωνίας πόλεις ἕνδεκα Duodecim enim sunt, quas perfecte et absolute numeravimus cum Suida. MA.

164, 14. Ἄνδροκλος] F. Ἄνδρος, quæ una ex Cycladibus, quam occupavit colonis Neleus. Velleius lib. 1, 4. Certe Ἄνδροκλος nomen proprium est, quem cum Neleo jungit Plutarchus tract. de gloria Atheniensium, ac nescio an cum ipso Neleo sit profectus Athenis. Vide Pausaniam Achaicis initio. Strabo lib. 14 initio γνήσιον Κόδρου υἱὸν vocat κτίστην Ἐφέσου Androclum. Ælianus lib. 8 cap. 5. ποικ. ἱστορ. pro Androclo numerat Χῖον. VA.

Ἰωνικὸς etc.] Male cohærebant hæc cum præcedentibus, male etiam erat in verbis Aristophanis ἐλουτροφόρουν pro ἐμιτροφόρουν. Nos manca restituimus, et male ordinata distinximus. MA.

Ibid. Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις....διεκίνουν Ἰωνικῶς] Horatius, *motus doceri gaudet Ionicos matura virgo*. Plautus Pœnulo: *Quippe ego qui probe Ionica perdidici, sed palliolatim amictus sic huic incessi ludibundus*. In Aristophane lego διεκινοῦντ' ἰωνικῶς. Suidas in ἐμιτρώσατο locum Aristophanis affert, et explicat ζώναις διαζωσάμενοι ἁβρῶς περιεπάτουν. VA.

165, 2. Καβύλη] Locus Demosth. est p. 81 B. et schol. p. 1160. A. Meminit Ammian. Marcell. 31, 11. p. 695. HEMST.

165, 4. ἱδρύσασθαι] ἱδρύσθαι habet ed. Ald. quod revocandum: affirmat Suidas in Καβύλη, cujus etiam egregium locum cf. in Δούλων πόλις. Hæc enim Καβύλη eadem quæ Πονηρόπολις, in qua voce vid. Suid. Eutrop. 6, 8. Prov. Vat. c. 3. n. 94. et Schott. HEMST. In adversariis suis Geographicis, ad eam fere rationem confectis, ut nil nisi veterum scriptorum loca indicent, ita tamen ad vocem Καβύλη disputavit Hemsterhusius: "Καβύλη, χωρίον Θρᾴκης, teste Theopompo, lib. 44, Anaximene in octavo Φιλιππικῶν, qui dicit ἱδρύσθαι πρὸς τῷ Τάξῳ ποταμῷ κατὰ μέσον τῆς Θρᾴκης. Harp. in V. ex quo Suid. Demosthenis locus, p. 98. A. qui mediam inter Δρόγγιλον et Μάστειραν ponit, de quibus Acc. ad Ulp. p. 1160. A. Χωρία Θρᾳκικὰ εὐτελῆ περὶ τὸν Στρύμονα καὶ τὴν Ἀμφίπολιν. Strab. 7. p. 494. A. supra Byzantium Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. Hanc scribendi formam immerito probat Casaubonus: nam et Steph. Καβύλη, πόλις Θρᾴκης, οὐ πόρρω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας, unde Καβυληνός· ergo putandum, prius Καβύλης, post coloniam a Philippo deductam, Πονηρόπολιν fuisse appellatam. Observa tamen in Stephano, Καλύβη, πόλις

Θρᾴκης, ἄποικος Μακεδόνων, unde ἐθνικὸν format Καλυβίτας ἢ Καλυβεῖς, non Καλυβηνοί, ut supra; easdem statuit Berkelius, quemadmodum et Βαβύλη πόλις ἐν Ὀδρύσαις, apud Steph. Observandum vero est, quod in Χαβρηνοὶ ex Eudoxo lib. 1. γῆς περιόδου profert, ita vocari τοὺς περὶ Καλύβην οἰκοῦντας, qui mammas ξενικῶν γυναικῶν, si eas nanciscantur, comedunt, τὰ δὲ παιδία κατευωχοῦσι. Nihilominus postea antiquum nomen Καβύλη. Eutrop. 6. 8. "*Lucullus superatis Bessis* etc. *Cabylen cepit.*" Euseb. Chron. 2. p. 151. "*M. Lucullus de Bessis triumphavit, capta Cabyle et Tomis, et cæteris vicinis urbibus*:" ubi vid. J. Scalig. in Anim. Schurzfl. N. B. 5. 273. Jornand. de R. S. p. 83. "*Lucullus—in Thracia contra Bessos pugnans—Pulendenam, quæ nunc Philippopolis—in Romanorum redegit dominium.* Vix dubitari potest quin in isto *Pulendenam* lateat *Cabulen*, ut in Diaconi Hist. Misc. p. 165. scribitur; sed conferenda sunt hæc Sexti Rufi: *M. Lucullus per Thracias cum Bessis primus conflixit,—Eumolpiadam, quæ nunc Philippopolis dicitur—in ditionem nostram redegit*: ubi *Eumolpiada*, quæ Jornandi *Pulendena*. Cf. Ammian. Marc. 31. p. 695." GEEL.

165, 4. Καβύλη videmus ab præclaris viris talem statui Geographiam, quasi auctore Anaximene Axius fluvius in medio Thraciæ recenseri deberet πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ κατὰ μέσον τῆς Θρᾴκης; quem in tam enormi doctrina qui potuerunt credere ab Harpocratione allegatum iri? An media regio Macedoniæ, an ipsa Pella Ludiæ et quantum distat ab Axio? adsita tam ignorata fuit simul Anaximeni, simul Harpocrationi? Scio id inventum esse Meursii libro 5. Attic. lect. cap. 22. Aldus et Maussacus ediderunt πρὸς τῷ Τάξῳ, nec aliter MS. Mediceus, nisi quod nesciat articulum; probat enim solummodo πρὸς Τάξῳ. Etiam hinc Taxum fl. ad Ortelium suum annotaverat Holstenius. Nec scio decernere, si neges in Thracia fuisse quoque fluvium Αἴπαξον, ut fuit isto nomine urbs, commemorata Stephano in ἐθνικοῖς. GR.

165, 6. ΚΑΔΙ'ΣΚΟΣ, Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου] Demosth. πρὸς Μακάρτατον περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου hanc vocem sæpe usurpat, καδίσκων τεττάρων τεθέντων κατὰ τὸν νόμον. Nota, tot cadiscos positos fuisse, quot essent qui disceptarent et hæreditatem vindicarent. Erant autem quatuor in ea causa. Porro in ea oratione δίσκος semper scribitur, male. MS. Aug. semel habet καδίσκος. Verba Isæi p. 77. leguntur. Vide et Lycurgum contra Leocrat. in fine. VA.

165, 13. ΚΑΘΆΡΣΙΟΝ] Plutarchus in Phocione c. 28. de prodigiis: *μύστην δὲ λούοντα χοιρίδιον ἐν καθαρῷ λιμένι* (lege *κανθάρου λιμένι*, ut docet Aristophanes in *Εἰρήνῃ* 145, ejusque Scholiastes ac Suidas) *κῆτος συνέλαβε*. Hesychius in *ἀφροδισία ἄγρα*. VA.

165, 15. Hos Pollux *ἑστιάρχους* vocat, *ἐκάθαιρον χοιριδίοις* (inquit) *μικροῖς οὗτοι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τὸ θέατρον· καθάρσιον δὲ τοῦτο καὶ χοιρίδιον ἐκαλεῖτο*. De hoc more eleganter Comici enarrator ad Acharnens.[d] sed animadverte *καθαρτὴν* illic vocari eum quem alii *περιστίαρχον*, vel *ἑστιάρχην* nominant, et *κάθαρμα* quod alias *καθάρσιον* vocatur, cum tamen longum constituendum sit discrimen inter *καθάρσια* et *καθάρματα*, auctore Ammonio quem in hac voce consules. Verba Æschinis, ut puto, aut alterius oratoris ab eo etiam in hunc modum afferuntur, *ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ, καὶ ὁ κήρυξ τὰς πατρίους*[e] *εὔξηται, τότε δὴ κελεύει δημηγορεῖν*. MA.

166, 1. Inepte omnino habebant præcedentes editiones *Στησίχορος ἐν Ἡλίου Περσίδι*, pejus etiam manuscripti Codices *Περσιδου*. Nos reposuimus *ἐν Ἰλίου Πέρσει*. Trojæ enim *ἅλωσιν* sive excidium composuisse Stesichorum patet multis veterum testimoniis. Pausanias eum *ἐν Ἰλίου Περσίδι* laudat, ut et Lescheum quemdam, sed melius legeretur, ut opinor, *Ἰλίου Πέρσει*. Opus illud *Ἰλίου Πέρσις* vocabatur, id est Trojæ captivitas, *ἅλωσις*. Ita Acatum quemdam Argivum laudat Athen. lib. 13. Dipnosoph. *ἐν Ἰλιοπερσίδι*, nisi illic ex restitutione Casauboni legere malimus *Σακάδου Ἀργείου*, pro *Ἀκάτου Ἀργείου*: nihil enim moror aliam lectionem *Σάκα τοῦ Ἀργείου*, quam omnino condemno: primo quia *Σάκας* non est verum nomen poëtæ, sed potius cognomen. *Ἀκέστωρ* vere vocabatur poëta ille Tragicus, qui *Σάκας* fuit denominatus[f], eo quod extraneus et hospes esset, *Σάκες* enim Thraces sunt. Unde Argiva patria illi convenire non potest. restitue autem apud Hesych. dum vacat, corruptissimum hunc locum, *Σάκας*,

[d] Comici enarrator ad Acharnens.] v. 43. ad illa Aristoph. ubi præco Atheniensibus ait, *πάριθ' εἰς τὸ πρόσθεν, πάριθ', ὡς ἂν ἐντὸς ἦτε τοῦ καθάρματος*, notat, *εἰώθασιν οἱ Ἀθηναῖοι σφάζειν δέλφακα καὶ ῥαίνειν τὰς καθέδρας τῷ αἵματι αὐτοῦ εἰς τιμὴν Δήμητρος*. Aristoph. in *Ἐκκλησιαζούσαις* ad hunc morem alludit. Nam Praxagora feminarum cæterarum Prytanis convocata concione, ait: *ὁ περιστίαρχος, περιφέρειν χρὴ τὴν γαλῆν*. Multa de *περιστιάρχοις* Suidas in *περιστίαρχοι*. De his *χοιριδίοις* notavi multa ad 1 Herodoti. VA.

[e] *Τὰς πατρίους*] Adde *εὐχάς*. VA.

[f] Qui *Σάκας* fuit denominatus] Apud Schol. Comici in Vespas 1216. et Suidam. VA.

ἡμεῖς γάρ[g] ὦ ἄνδρες οἱ παρόντες ἐν λόγῳ
νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκᾳ.

οὕτω δὲ προσαγορεύει διὰ τὸ ξένος εἶναι. οἱ γὰρ Σάκες Θρᾷκες. Ita nos Hesychii verba illic concipere solemus. Hodie omnia confusa et corrupta sunt. Sacas igitur cognomen tantum Acestoris, ideoque nullo modo ferenda illa lectio apud Athenæum Σάκα τοῦ Ἀργείου. Melius, ut diximus, legeretur, si quid mutandum sit, Σακάδου Ἀργείου. Sacadas enim teste Plutarcho in libello de Musica, Argivus poëta est, qui Odas et Elegias scripserat. Sed hæc tantum sunt probabilia. Magnus Scaliger in animadvers. ad Euseb. Chronic. veterem lectionem retinuit, et hunc auctoris nostri locum correxit. Tu illum vide p. animadvers. 67. MA. Sacadam hunc poetam Argivum una cum Pronomo floruisse post bellum Leuctricum ait Pausan. Messen. p. 107. [4, 27, 7.] VA.

166, 3. Ἑνδεκάτῃ] γρ. δεκάτῃ. Locus aliter hodie legitur, hoc modo, καὶ οὐδείς ἐστι τῶν τριηραρχεῖν δυναμένων, οὐδὲ τῶν εἰσφέρειν, ὅστις οὐκ ἠξίου τὰ καθήκοντα ἀφ' ἑαυτοῦ ποιεῖν. Leg. ἐφ' ἑαυτοῦ, id est, *quantum in se est*. Sic Græci loquuntur. Julianus in orat. ad Heracl. πῶς κυνιστέον, initio, δεῦρο πειραθῶμεν αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν διδάξαι. VA.

166, 6. ΚΑ'ΘΕΤΟΣ] Puto genus fuisse sacrificii. Sic apud Illyrios quaternos equos Neptuno jaciebant in mare nono quoque anno, teste Festo in *Hippius:* et Rhodii quotannis quadrigas Soli consecratas in mare jaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum, ut ait Festus in *October equus:* et Syracusis calicem floribus et favis ac thure et omni aromatum genere plenum jactabant in mare, ut scribit Polemo apud Athenæum initio lib. 11. Apud Indos Rex aureum modium in flumen Indum demergere ait Philostrat. lib. 2. cap. 9. Cæsareæ Philippi victima quotannis jaciebatur in fontem, ex quo Jordanis oriri creditur. Eusebius lib. 7. Hist. Legi apud Schol. Aristoph. arietem aut agnum in tempestatibus immolari suetum, ut venti cessent. Virg. p. 305. apud Macrobium. Virgilius. *Cædebant ventis et tempestatibus agnam.* Vide ibi Servium. Apud Appianum in Mithridat. Ποσειδῶνι λευκῶν ἵππων αἷμα καθεὶς εἰς τὸ πέλαγος. VA.

166, 6. ΚΑ'ΘΕΤΟΣ] Diod. Sic. 5. p. 200. C. Pausan. 8. p. 611, 22. Quibus sacrificiis Mæandrum et Marsyam fluvios Phryges colant, egregie docet Max. Tyr. 38. p. 226. Polyæn. 3. 9. 40. Suid. in περίψημα. Plut. Conv. p. 163. B. Herod. 7, 113. Cum

[g] Ἡμεῖς γὰρ etc.] Hi duo versus leguntur apud Arist. in Avibus initio. VA.

Plutarchi loco omnino conferendus est Anticlides, apud Athen. 11. p. 466. C. egregiam enim alter alteri fert opem. Idem p. 462. C. Gaulm. ad Theodor. Prodr. p. 516, Thucyd. 6. p. 398, 80. Arrian. E. A. 6. p. 258, 21. Vid. præterea Gronov. Tacit. Ann. 6, 37, 9. Strabo 15. p. 1065 B. et Casaub. HEMST.

166,7. Melitonem hunc, qui de familiis Atheniensium scripserat, nullibi laudatum inveni, ejusdem nominis tantum offendi Melitonem Sardensem Episcopum, quem D. Hieronymus sex libros *ἐκλογῶν* composuisse refert. Nos in præfat. notar. nostrarum hoc annotavimus. MA. Μελάνθιος quidam *περὶ μυστηρίων* scripsisse dicitur a Schol. Comici ad Plutum 846. Eundem esse cum Melitone nolim affirmare. Melanthes dicitur in Scholiis ad Aves 1073. *ὥς φησι Μελάνθης ἐν τῷ περὶ μυστηρίων.* Athenæus lib. 7. in fine: *Μελάνθιος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων.* VA.

166, 9. Male conjuncta hæc erant cum præcedentibus. Nos primi verba hæc *καὶ γὰρ μηδένα τῶν μαχίμων* a capite reposuimus. Ita loquutus est Isocrates in Busiride. Aliquando voces solas, aliquando integra orationis cola affert auctor noster. Hoc loci integra periodi pars allata est. MA.

166, 10. *Ἰσοκράτους ἐν τῷ Βουσίριδι, περὶ Λακεδαιμονίων*] Plato in Protagora de Lacedæmoniis loquens. *καὶ αὐτοὶ οὐδένα ἐῶσι τῶν νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἐξιέναι, ὥσπερ οὐδὲ Κρῆτες, ἵνα μὴ ἀπομανθάνωσι ἃ αὐτοὶ διδάσκουσι.* Plutarchus in Lycurgi vita sub finem hanc legem Lycurgo attribuit autori. Nicolaus Damasc. de moribus gentium: *ξένοις δ' ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ, οὔτε Σπαρτιάταις ξενιτεύειν.* Xenoph. de Rep. Laced. Suidas in *διειρωνόξενοι, καὶ οὐκ ἐξῆν ξένῳ τινὶ ἀεὶ τῆς Σπάρτης ἐπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρισμέναις ἡμέραις.* Porro Isocratis locus exstat in Busiride p. 444. Philostrat. lib. 6. cap. 10. VA.

166, 14. *Νόμους*] *Μόνους.* VA.

166, 18. Confer diligenter quæ supra voce *ἀρχαίως* relata sunt, illic enim Thucydid. in primo, hic vero Ephorus laudatur. MA. Locus hic est idem qui et in voce *ἀρχαίως* ab eo citatus fuit ex eadem oratione. ibi enim post *ἀρχαίως* scribit, Isocrat. Panegyrico, *τά τε παλαιὰ καινῶς διελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γενομένων ἀρχαίως εἰπεῖν.* Cujus scripturæ minimum est discrimen a nostra (circa hujus orationis principium) tantum enim pro illo *διελθεῖν* habemus *διεξελθεῖν* (quum multi sint loci qui et hoc *διεξελθεῖν* comprobare possint: et quidem unum ex iis legamus in proxime sequente pagina, *καὶ διεξέρχονται τάς τε συμφορὰς τὰς ἐκ τοῦ πολέ-*

μου τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν γεγενημένας) et γεγενημένων pro γενομένων. Cæterum in eadem illa vocabuli ἀρχαίως observatione, paucis interjectis, addit, Θουκυδίδης ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν τρόπον τινὰ ἐξηγήσατο: at hic videmus de Ephoro idem scribi: id est, eum dici eundem illum locum τρόπον τινὰ ἐξηγήσασθαι. Qua de re alius erit dicendi locus. STEPH.

166, 20. ΚΑΚΟΤΕΧΝΙΩ´Ν] Liban. Orat. in Julian. Imp. Nec cui κακοτεχνίαν adscribit: eundem mox vocat κεκακουργηκότα: exstat locus in complemento, quod Wolfius edidit, post Libanii quasdam Epistolas, p. 309. Vid. Herald. de Rer. Jud. auct. 1. c. 3. §. 6—9. etc. κακουργεῖν de Vate Dodonæa fraudis suspecta, Strabo 9. p. 616. C. Sed proprie κακουργοὶ sunt κλέπται et λωποδύται· Antiph. p. 130. vs. 16. Cf. Æschin. adv. Tim. p. 13, 5. p. 15, 5. 29. HEMST.

166, 20. Κακοτεχνιῶν—Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοθέου τίσεως] Dem. ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυρ. παραδοῦναι παῖδα ἤθελον αὐτῷ γράμματ᾽ ἐπιστάμενον βασανίζειν, ὃς παρῆν, ὅθ᾽ ὡμολόγει ταῦθ᾽ οὗτος, καὶ τὴν μαρτυρίαν γέγραφεν οὐδὲν ὑφ᾽ ἡμῶν κελευσθεὶς κακοτεχνεῖν. Et πρὸς Ἀπατούριον in fine: εἴπερ μὴ κοινῶς μετὰ τούτου ἐκακοτέχνει. *Mendacium una ambo commenti essent.* Sic κακοτεχνεῖν adversus Lacritum usurpat in fine orationis, pro *mala fide agere*, et alibi. Locus autem Demosthenis, quem intelligit Harpocr. legitur ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέους, in fine. φοβούμενος μὴ ἐξελέγξας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότα Αἰσχρίωνα (libertum Timothei) ἐπὶ αὐτὸν δὲ (Timotheum, qui eum produceret) τῶν κακοτεχνιῶν ἔλθοιμι κατὰ τὸν νόμον. VA.

167, 3. ΚΑΚΩ´Σ ΕΙ᾽ΔΟ´ΤΕΣ] Excogitatum fortasse fuit hoc loquendi genus ad imitationem illius quod ei opponitur, εὖ εἰδότες: quamvis hic εὖ dici queat pleonasticum. At ne hoc quidem observatu indignum est, adverbium κακῶς eum in hoc loquendi genere habere usum quem habet alicubi Male (quod ei apud Latinos respondet) veluti ubi dicitur de non sano, Male sanus: qui et Insanus. Ovidio autem præ aliis hic adverbii istius usus est familiaris. Cæterum non debuit Harpocration aliquem tantum ex oratione De pace testem citare: quum et alibi passim exstent in aliis ejus orationibus loci ex quibus testimonia peti possunt. Eorum e numero duos saltem, qui in Panath. leguntur, memoria mea suppeditabit. Unus est p. 266, κακῶς εἰδότες ὡς τοὺς μὲν θεραπεύοντας αὐτὸν ὑβρίζειν εἴθισται. ubi tamen interpres vertit, Ut non animadvertamus. Altero, p. 272,

κακῶς εἰδότες ὡς οὐδὲν οὐθ' ὅσιον οὔτε καλόν ἐστι τὸ μὴ μετὰ δικαιοσύνης καὶ λεγόμενον καὶ πραττομενον. STEPH.

167, 5. ΚΑΚΩ'ΣΕΩΣ] Demosth. Philipp. 10. οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ὁρῶ τὸν ἐν ἡλικίᾳ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους οὕτω διακείμενον, οὐδ' οὕτως ἀγνώμονα, οὐδ' ἄτοπον τῶν ὄντων οὐδένα, ὥστε εἰ μὴ ποιήσουσιν ἅπαντες, ὅσ' ἂν αὐτὸς, οὐ φάσκοντα ποιήσειν οὐδὲν οὐδ' αὐτόν· καὶ γὰρ ἂν τοῖς τῆς κακώσεως εἴη νόμοις οὕτως τότε ἔνοχος. δεῖ γὰρ οἶμαι τοῖς γονεῦσι τὸν ὡρισμένον ἐξ ἀμφοτέρων ἔρανον καὶ παρὰ τῆς φύσεως καὶ παρὰ τοῦ νόμου δικαίως φέρειν καὶ ἑκόντα ὑποτελεῖν. Et in oratione contra Timocratem: πολὺ γὰρ δήπου μᾶλλον οἱ προδιδόντες τι τῶν κοινῶν, ἢ οἱ τοὺς γονέας κακοῦντες ἢ οἱ μὴ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντες. εἰσιόντες δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν, ἀδικοῦσιν, οἷς ἅπασιν οἱ μὲν ὑπάρχοντες νόμοι δεσμὸν προλέγουσι. Pro pupillis etiam licebat intendere hanc actionem Isæo teste p. 79. initio. Vide et p. 78. Erat enim judicium publicum, ut et tutelæ. Pollux 8, 31. VA.

167, 9. Deerat hic vox Ὑπερίδης. MA.

167, 11. Ἐπικλήροις] Isæus p. 39. VA.

168, 1. Δημοσθένης ἐν τῇ περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου ἐπιστολῇ] Sic eam laudat et Priscianus libro 18. Scholiastes Apoll. lib. 3, 1242. ἡ Καλαυρία δὲ ἱερά ἐστι Ποσειδῶνος, ὥς φησι Φιλοστέφανος. ἦν δὲ πρότερον μὲν Ἀπόλλωνος, ἡ δὲ Πυθὼ Ποσειδῶνος, καὶ ἀντήμειψαν ἤγουν κατήλλαξαν. Plutarchus quæst. 19 rerum Græcarum Εἰρήνην prius dictum esse autor est; quo refero verba Hesychii in πάσσιρος. Fallitur porro Schol. Apoll. et pro Pytho Delum debuit dicere teste Strabone lib. 8. et Pausania in Corinth. p. 58. Consentit cum Schol. Apollonii Scholiastes Æschyli initio Eumenidum: τὴν Πυθὼ τὴν πρώην Ποσειδῶνος, ὑπὲρ ἧς Καλαυρείαν ἐδέξατο. Καλλίμαχος, μέσφα Καλαυρείης ἦλθεν ἐς ἀντίδοσιν. Unde et Ἀμοιβεὺς Ποσειδῶν Delphis colebatur ob eam permutationem, ut scribit Schol. Lycophronis 615. VA.

167, 12. ἦν δὲ καὶ ἄνευ ὕδατος] Hæc amplius habuit Codex Fed. Morelli, quæ a nobis supra explicata sunt in διαμεμετρημένη ἡμέρα. MA.

168, 5. ΚΑΝΗΦΟ'ΡΟΙ] Æschin. contra Ctesiph. p. 447. A. ἐνῆρκται μὲν τὰ κανᾶ. Valesii emendatio ἐνῆρται habet quo se defendat, Orph. de Lapid. 111. ἀρᾶσθαι παρὰ βωμὸν ἐναιρομένης ἑκατόμβης, nisi ibi legendum sit ἐναρχομένης, quod verum puto. Eurip. Iphig. in Aul. 1471. κανᾶ δ' ἐναρχέσθω τις, pro quo ἐξάρχου κανᾶ 435. Unde liquet, in Æschine nihil mutandum esse. Hom. Od. Γ, 445. Poll. 8, 83. νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐπήρξατο Themis

Apollini recens nato, Hom. H. in Apoll. 125. Philostr. Heroic. c. 19. §. 14. Martin. V. L 1. 27. Lycophr. 209. οὔτε ᾠδὸν οὔτε αὐλητὴν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, Strabo 17. p. 1169. A. HEMST.

168, 5. ΚΑΝΗΦΟ'ΡΟΙ—φέρειν τὰ κανᾶ] Ovidius 2 Fastorum de sacro terminali: *Stat puer et manibus lata canistra tenet.* Hinc ἐνῆρκται μὲν τὰ κανᾶ Æschines contra Ctesiph. p. 67. Volfius, *jam initiata sunt canistra.* Lambinus, *Canistrorum dies festus agi jam cœptus est.* Sed videtur mihi legendum ἐνῆρται aut ἐπῆρται. Sic αἴρειν κανᾶ in sacrificiis dixit Aristoph. ἐν Ὄρνισι. Locum vide apud Harpocrat. in χερνίβων. Et Sophocles in Electra, ἔπαιρε δή μοι σὺ παροῦσα θύματ' ὦ παροῦσά μοι πάγκαρπα. Euripides in Hercule Furente, ἐν κύκλῳ δὲ ἤδη κανοῦν εἵλικτο βωμοῦ. VA.

168, 10. ΚΑΡΚΙ^ΝΟΣ] Theophrastus lib. 1. de causis cap. 13. σημεῖον δὲ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ σίτου συμβαῖνον. ὃς ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιλούμενος ῥιζοῦται μᾶλλον· ὃ δὴ καρκινοῦσθαι λέγουσι. VA.

168, 14. Νῆψον] Νίψον, *irriga.* VA.

168, 19. δὲ τῆς] δὲ τοῦ. VA.

168, 19. Τοῦ Ξενοκλέους υἱοῦ—συντίθεται δὲ τούτοις καὶ Καρκῖνος] Carcinus tragicus filium habuit Xenoclem tragicum poëtam, qui nomen avi retulit, ut videtur. Meminit Schol. Comici in Nubes ad illum versum τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο. Et in Vespis sub finem, ubi Carcinum ipsum Thoricii filium dicit, καὶ Καρκῖνος μέν τις ἦν ὁ Θωρυκίου υἱός. Et in Εἰρήνῃ. Forte per jocum et deridiculum. Sic enim Æschinem Selli filium facit. Ceterum hæc Συντίθεται etc. verba sunt Lysiæ, qui versus Carcini in illa oratione citabat.

Νοῦ (ita lege pro οὐ) κεῖνος ἐξέστησε, τὰς γὰρ ἐμφύτους
Ὀρθῶς παγείσας μὲν φρένας ...... Οὐδεὶς etc. καιρὸς, non καιρόν.

Καρκῖνος ille tragicus poëta, quem perstringit Aristophanes, Ἀερόπην fabulam docuit. Plutarchus in libello, utrum Athenienses armis an literis præstantiores fuerint. Ubi et Astydamantem poëtam tragicum memorat, qui Hectorem fabulam dederat. Male eo loco interpres Gallicus. Carcinum tragicum memorat Diodorus lib. 5, eumque Syracusis diu moratum esse ait. Carcini comici meminit Laërtius in Æschine. Carcini meminit Aristoteles de Poëtica et Ἀλόπης fabulæ, et ita forte leg. in Plutarcho. VA. Versus Carcini ita distinguendi:

οὐ κεῖνος ἐξέστησε, τὰς γὰρ ἐμφύτους
ὀρθῶς παγείσας φρένας
οὐδεὶς ἐπαίρει καιρὸς ἐξαμαρτάνειν.

MA. in append. ad Plutarch.

169, 6. ΚΑΡΠΟΥ͂ ΔΙ'ΚΗ—ἀμφισβητεῖς] Vide omnino Isæum περὶ Ἀριστάρχου κλήρου p. 74. Porro corrige Dionys. Halic. in Indice ἰδιωτικῶν λόγων γνησίων Dinarchi. πρὸς Ἀμεινοκράτην διαδικασία περὶ καρπῶν χωρίου. Lege περὶ χωρίου, καρποῦ. Suidas auctius. καρποῦ δίκη. οἱ ἀμφισβητοῦντες ὡς προσηκούσης αὐτοῖς λαγχάνουσι τοῖς διακρατοῦσι. εἶτα ἑλόντες λαγχάνουσι τῆς ἐπικαρπίας, τοῦτο καρποῦ δίκη καλεῖται. καὶ Λυσίας etc. ut hic. Isocrates contra Callimachum p. 751. VA.

169, 10. ΚΑΡΥ'ΑΝΔΑ] Vide infra περίοδος. MA.

169, 16. ΚΑΤΑΔΕΔΕ'ΣΘΑΙ] *Obligamentum magicum* Orosius lib. 4. cap. 13. καταδέσεις Plato usurpat eo sensu lib. 11. de Legib. 933. Augustinus tract. 7. in Joannem: *usque adeo fratres mei, ut illi ipsi, qui seducunt per ligaturas, per percantationes, per machinamenta inimici, misceant percantationibus suis nomen Christi.* Artemidorus lib. 1. cap. 79. φαρμακείας καὶ καταδεσμούς. Justinus in dialogo cum Tryphone p. 311. Isodorus lib. 8. Originum. VA.

169, 18. ΚΑΤΑ' ΔΗ'ΜΟΥΣ ΔΙΚΑΣΤΑ'Σ, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους etc.] Non reperi in ea oratione, sed vide omnino, quæ p. 16. legum Atticarum notavi. De his Pollux lib. 8. cap. 5. et 8. sect. 17. Idem Pollux lib. 9. cap. 7. de his loquitur. ἐπὶ μὲν τοῖς τεσσαράκοντα τοῖς μετὰ τοὺς τριάκοντα προστᾶσιν Ἀθήνησι συνῆρξεν Εὐριπίδης. Unde factum ait, ut si in jactu talorum 40 colligerent, eum numerum Euripidem vocarent. Eadem habet Eustath. in Ἰλ. ψ. p. 1289. ἑτέρα δὲ ἐκαλεῖτο Εὐριπίδης ἡ σημαίνουσα τὰ μ', ἐπειδὴ δοκεῖ ὁ Εὐριπίδης γενέσθαι εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις μ' προστάντων κατὰ τὴν κατάλυσιν τῶν λ'. Idem Pollux eorum quoque meminit lib. 8. Demosth. πρὸς Πανταίνετον. ἡ μὲν αἰκία καὶ τὰ τῶν βιαίων πρὸς τοὺς τετταράκοντα λαγχάνεται. Pollucis locus de his μ corruptissimus est 8, 100. Lege, μετὰ τὴν τῶν λ' ὀλιγαρχίαν, μίσει τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λ', μ' ἐγένοντο, deinde scribe a capite χίλιοι καὶ ϛ'. VA.

170, 1. Καταδικασάμενος] Sic Demosth. in 2 contra Onetorem in fine. et in orat. κατ' Εὐέργου initio, οὐ μόνον ἐμοὶ ἀδίκως κατεδικάσατο. Et in ea πρὸς Νικόστρατον, ὁ Ἀρεθούσιος ἀπρόσκλητόν μου δέκα δραχμῶν δίκην καταδικασάμενος. Corrigendus Isæus p. 74. VA.

170, 3. Δημοσθένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν—Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους] Ἐν τῷ περὶ εἰρήνης in fine. καὶ Βυζαντίους κατάγειν τὰ πλοῖα. Supple παρακεχωρήκαμεν. Et in oratione περὶ τῶν ἐν χερρονήσῳ, quam hic designat Harpocrat. καὶ Διοπείθης ἀδικεῖ κατά-

γων τὰ πλοῖα. item ἐν τῷ περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. Sic Dionysius lib. 7. c. 37. ἀποπλέοντας οἴκαδε Ἀντιάται πειρατήριον στείλαντες κατήγαγον. Livius in simili dixit *devehere* p. 153. Locus Lycurgi est initio orationis. καταχθεὶς δὲ καὶ ἀφικόμενος εἰς Ῥόδον. Polybius p. 84. τῶν Καρχηδονίων τοὺς πλέοντας ἐξ Ἰταλίας εἰς Λιβύην καὶ χορηγοῦντας τοῖς πολεμίοις καταγόντων ὡς αὐτούς. Et p. 275. Et Polyænus 1, 23. de Polycrate. Πολυκράτει Σαμίῳ καταθέοντι τὴν Ἑλληνικὴν θάλατταν ἔδοξεν εἶναι στρατηγικὸν, εἰ κατάγοι κατὰ τῶν φίλων. Lege, καὶ τά. Polyb. lib. 5 p. 434. καὶ πλεύσαντες ὡς ἐπὶ Μαλέας ἐληΐζοντο καὶ κατῆγον τοὺς ἐμπόρους. Casaub. *mercatores ad terram deducunt*, et p. 690 τὰ κατηγμένα πλοῖα, in quibus erant commeatus Romanorum quibus potiti erant Carthag. ut dicit p. 689. Hyginus in Poëtico Astronomico cap. de Delphino, *Navicularii spe prædæ inducti navem avertere voluerunt.* Strabo lib. 4. πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους. *vectigal ab adscendentibus et descendentibus exigentes.* Ἀνάγειν etiam Strabo sæpe. Sic lib. 5. εἰσπλεῖ καὶ ἀνάγεται μέχρι τῆς Ῥώμης, *subvehitur.* Et lib. 17. τελωνῶν τῶν καταγομένων καὶ ἀναγομένων, *quæ importantur et exportantur.* εἰσαγωγεὺς et ἐξαγωγεὺς eodem libro. ἀνάγειν Thucyd. sæpe lib. 2. VA.

170, 3. In v. Κατάγων τὰ πλοῖα, quum Aldus ediderit βιάζεσθαι καὶ κακοῦν, nec aliter legatur in MS. Mediceo, non intelligo, cur Maussacus mutaverit prius verbum in ληΐζεσθαι, quod et sequuntur recentes editiones, sine ulla justa causa. Nam vides egregie Harpocrationem velle innuere, quousque se extendat significatio hujus locutionis apud historicos, nempe ut ab cursu cogant deflectere, et in potestatem portumque piratarum deducant. Quod notabilius est, in MS. Mediceo non legitur εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς ληστεύουσι κατάγειν, etsi illa sint commoda, sed omittitur vox οἰκεῖα, et quidem doctissime, vel ut iste dativus notet illuc abigere captas naves, ut sint commodo et lucro prædonibus, vel ut χωρία τοῖς ληστεύουσι dicatur, ut apud Stephanum in v. Ἄβαι ostendi recte dictum Ἄβαι, πόλις Φωκεῦσι. GR.

170, 7. Λυσίας] Ἐν ἀπολογίᾳ ὑπὲρ Μαντιθέου p. 139, ex quo hunc locum corrige. Dicitur autem proprie καταστῆσαι ἱππέας, ut loquitur Andocides περὶ εἰρήνης p. 23. Æschines p. 51. Sic Isocrat. in Areop. in fine, τῶν δὲ περὶ τὸν πόλεμον οὕτω κατημελήκαμεν, ὥστε οὐδ' εἰς ἐξετάσεις ἰέναι τολμῶμεν, ἢν μὴ λαμβάνωμεν ἀργύριον. Xenophon in Hipparchico initio et in fine creberrime. VA.

170, 12. Eupolidis duo versus Trochaici ita concipiendi:

οὐκ ἐσωφρόνησας (ὦ πρεσβύτα) τὴν κατάστασιν
τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.

MA. in Append. ad Plutarch.

170, 17. ΚΑΤᾺ ΤῊΝ ἈΓΟΡᾺΝ ἈΨΕΥΔΕΓ̀Ν] Deest hic locus Demosth. in orat. contra Leptinem initio. *πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι.* Ad quem locum hæc notabat Harpocratio. VA.

171, 4. Νενικηκὼς τὸ πρότερον ἔτι] Νενικηκὼς τῷ πρότερον ἔτει. VA.

171, 8. *Τισαμένῳ* hic scripsimus, non ut ante *Τισαμενῷ*. Tisamenum enim fabulam docuerat Theopompus Comicus, ut enarrator vetus aperte testatur in comment. ad Vespas[h] et Aves Comici. Tisamenus autem hic Acestoris poëtæ, qui *Σάκας* vocabatur, pater fuit, et *ξένος* et *μαστιγίας*. versus ex ea fabula allatos sic correximus, *ἀλλ' ἡ μὲν* Εἰλήθεια. male antea erat *ἀλήθεια συγγνώμην ἔχει*, etc. MA. Legendum, quæ vetus est lectio, *Τισαμενῷ*. Est enim nomen proprium; male mutavit Maussacus. HEMST.

171, 9. Εἰλήθεια] Εἰληθυῖα Photius. VA.

179, 12. Monuerunt jam viri docti apud varios auctores, ut apud Suid. Ammon. Hesych. et alios male vulgo legi pro *νεωνήτων* uno verbo, *νέων ἢ τῶν* divisis vocibus. Sed nullus adhuc, quod sciam, animadvertit perverse hic ante nostram editionem excusum fuisse *ὅτι δὲ καὶ τῶν ἀπὸ καθιερίας*, pro *ἀπὸ θεωρίας*. Ita nos correximus ut convenirent quæ apud Suid. leguntur, *καὶ ἐπὶ θεωρῶν τοῦτο γίνεσθαι ὅτε πρῶτον τοῦτο ἐποίουν.* Porro quæ sequuntur *καὶ τῶν νυμφίων* recte cohærent: ante focum enim, vel ante lares sponsa *τραγήματα καταχέειν* solebant *εἰς σημεῖον εὐητηρίας*. Auctor Theopompus in fabula quæ vocabatur Ἡδύχαρις. Hanc fabulam laudant Suid. schol. Com. ad Plut. et Athenæus ib. 7. et 15. et Laertius Diogenes in Platone. Verba autem Theopompi ex ea fabula, quæ hic desiderantur, sic sunt supplenda:

[h] Ad Vespas] V. 1216. laudat versus Theopompi in *Τισαμένῳ*, in quibus non tantum *ξένον* vocarat *Ἀκέστορα*, sed Mysum, id est, servum. Verba sunt: *τὸν δὲ Μυσὸν ἀκέστερον* (sic etiam vocat Aristoph. in Vespis) *ἀναπέπεικεν ἀκολουθεῖν, οἴμοι ὡς, ὦ πολῖται, δεινὰ πάσχω. τίς πολίτης δ' ἐστὶ πλὴν ἄρα Σάκας ὁ Μυσὸς καὶ τὸ Καλλίου νόθον;* In Scholiis autem ad Aves initio sic ait: *Θεόπομπος δὲ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Σάκα προσηγόρευσεν Τισαμενόν. ὁ δὲ αὐτὸς καὶ Μυσὸν ἐκάλεσε.* sed legendum *Τισαμένῳ*. Sequitur, *εἰς δὲ τὴν ποίησιν αὐτὸν κεχλευάκασι* Καλλίας *μὲν ἐν πεδηταῖς καὶ σάκον οἱ χοροὶ μισοῦσι. Κρατῖνος ἐν* Κλεοβούλοις. Lege Κλεοβουλίναις. VA.

φέρε σὺ τὰ καταχύσματα, ταχέως κατάχει
τοῦ νυμφίου, καὶ τῆς κόρης. εὖ πάνυ λέγεις. MA.

171, 12. Νεωνήτων] Demosth. locus in fine κατὰ Στεφάν. sic habet: οὐκ ὤκνησε τὴν δέσποιναν γῆμαι, καὶ ἡ τὰ καταχύσματα αὐτοῦ κατέχεε τόθ', ἡνίκα ἐωνήθη ταύτῃ συνοικεῖν. Schol. Comici v. 769. ad illa ex Pluto, κομίσω καταχύσματα ὥσπερ νεωνήτοισιν, notat: τῶν γὰρ νεωνήτων δούλων τῶν πρῶτον εἰσιόντων εἰς τὴν οἰκίαν, ἢ ἁπλῶς τῶν ἐφ' ὧν οἰωνίσασθαί τι ἀγαθὸν ἐβούλοντο, ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ νυμφίου περὶ τὴν ἑστίαν τὰ τραγήματα κατέχεον, εἰς σημεῖον εὐπορίας, ὡς καὶ Θεόπομπός φησιν ἐν Ἡδυχάρει. φέρε σὺ etc. ut infra, σύγκειται δὲ τὰ καταχύσματα ἀπὸ τῶν φοινίκων, κολλύβων, τρωγαλίων, ἰσχάδων καὶ καρύων, ἅπερ ἥρπαζον οἱ σύνδουλοι. κυρίως δὲ ἐλέγοντο, ὅταν δούλους ἠγόραζον. ἔφερον γὰρ αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, καὶ καθίζοντες κατὰ τῆς κεφαλῆς κατέχεον κόλλυβα καὶ ἰσχάδας καὶ φοίνικας καὶ τρωγάλια ἄλλα καὶ τραγήματα, καὶ οἱ σύνδουλοι ταῦτα ἥρπαζον. Hoc indicat mox Aristophan. 796. ἔνδον γε παρὰ τὴν ἑστίαν, ὥσπερ νόμος. οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐστι τῷ διδασκάλῳ ἰσχάδια καὶ τρωγάλια τοῖς θεωμένοις προβαλόντα etc. Girardus huc refert Virgilii illud: *tibi ducitur uxor: sparge marite nuces*. Schol. Hermogenis p. 405. καταχύσματα ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὰ τραγήματα, ἃ τοῖς νεωνήτοις ἀνδραπόδοις ἐπέχεον αἱ δέσποιναι πρὸς τῇ ἑστίᾳ καθεζομένοις εὔκαρπον αὐτοῖς τὴν κτῆσιν καὶ ὀνήσιμον ἐπευχόμενοι γενέσθαι. Timocles in Dionyso:

Ὁ δὲ Ἀχαρνικὸς Τηλέμαχος ἔτι δημηγορεῖ.
Οὗτος δ' ἔοικε τοῖς νεωνήτοις Σύροις.
Πῶς ἢ τί πράττων; βούλομαι γὰρ εἰδέναι.
Θανατηγὸν καλὴν χύτραν φέρει.

Refert Athenæus lib. 9 sub finem, qui addit, δῆλον, ὅτι Τηλέμαχος κυάμων χύτρας ἀεὶ σιτούμενος. Alexis ἐν ὁμοίᾳ. οὐδὲ φιλόδειπνός εἰμι, μὰ τὸν Ἀσκληπιόν. τραγήμασιν δὲ χαίρω μᾶλλον. εὖ πάνυ. τραγήματα αἰσθάνομαι γάρ, ὅ τι νομίζεται τοῖς νυμφίοις μετιοῦσι τὴν νύμφην λέγεις παρέχειν ἄμητας καὶ λαγῷα καὶ κόχλας. τούτοισι χαίρω, τοῖς δὲ κεκαρυκευμένοις ὄψοισι καὶ ζώμοισιν ἥδομαι, ὦ θεοί, apud Athenæum lib. 14. VA.

171, 13. Θεωρίας καὶ τῶν Νυμφίων] Photius θεωρίας ἐλθόντων· κατεχεῖτο δὲ καὶ τῶν νυμφίων. VA.

171, 14. ὡς Θεόπομπος] Dele ὡς· intelligendum enim δηλοῖ. Theopompi locus exstat apud Schol. Aristoph. ad Plut. 768. ὡς tamen retineri potest, si ita capias: observa autem, καταχύσματα quoque fuisse defusa in redeuntes a legatione sacra et sponsos, ut docet Theopompus. HEMST.

172, 1. Καταχειροτονία] Eleganter Suidas in κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ ἀντὶ τοῦ κατεψηφίσαντο αὐτοῦ. καταχειροτονία δὲ ἀποχειροτονίας διαφέρει. καταχειροτονία μὲν γὰρ ἐγίνετο οὕτως. ἔλεγεν ὁ κήρυξ, ὅτῳ Μειδίας δοκεῖ ἀδικεῖν, ἀράτω τὴν χεῖρα. εἶτα οἱ θέλοντες ἐξέτεινον τὰς χεῖρας, καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο πρῶτον καταχειροτονία· ἀποχειροτονία δὲ οὕτως· ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν Μειδίας, ἀράτω τὴν χεῖρα· καὶ ἐξέτεινον τινὲς, καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο ἀποχειροτονία. λοιπὸν πάσας ἠρίθμουν τὰς χεῖρας, καὶ ἑώρα ὁ κήρυξ, ποῖαι πλείους εἰσὶ, πότερον τῶν φασκόντων αὐτὸν ἀδικεῖν, ἢ μή. καὶ ὅσαι ἂν ἦσαν πλείους εὑρεθεῖσαι, ἐκεῖ καὶ ἡ γνώμη ἐκράτει. Sequitur exemplum: ὁ δὲ οὔτε ἐψηφίζετο οὔτε κατεχειροτόνει καίπερ ἐπιστάτης ὤν. Hæc sunt inprimis bonæ notæ: non tamen ideo vera. Ritus enim ille proprie διαχειροτονία dicebatur, ut notavi ad vocem διαχειρ. Suidas in ἐπίτακτοι. VA.

172, 4. Δημοσθένει] Demosth. περὶ παραπρ. καὶ τοῦτ', ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις, οὐδεὶς πώποτέ φησι παθεῖν οὐδένας πρέσβεις, οὐδὲ Τιμαγόραν, οὗ θάνατον κατεχειροτόνησεν ὁ δῆμος. ἀλλ' οὗτοι πεπόνθασι. Nempe quod βουλὴ οὔτ' ἐπῄνεσε τούτους, οὔτ' εἰς πρυτανεῖον ἠξίωσε καλέσαι. Utitur etiam Æschines p. 59 contra Ctesiph. ubi de Midiæ colapho loquitur. VA.

172, 7. ΚΑΤΑΨΕΥΔΟΜΑΡΤΥΡΗΣΑ'ΜΕΝΟΣ] Καταψευδομαρτυρηθεὶς, *falso testimonio oppressus* dicitur a Demosth. πρὸς Ἀπατούριον in fine, et κατὰ Στεφάνου initio. VA.

172, 9. ΚΑΤΕ'ΛΕΥΣΑΝ] Maussac. ad Plut. de Fluv. c. 1. p. 208. Lys. apud Harpocr. in φαρμακός. Apud Phil. Jud. in Flacc. p. 990. A. legendum est κατελεύσθησαν. HEMST.

172, 11. ΚΑΤΩΙΚΟΔΟ'ΜΗΣΕΝ] κατοικοδομεῖ τε τὸ δημόσιον ædificio structo occupat, Xenoph. Ἀθ. πολ. p. 407, 15. Strabo 17. p. 1189. B. κύκλῳ περιοικουμένη. Leg. περιοικοδομουμένη. Sed vide 8. p. 579. C. Lycurg. adv. Leocr. p. 166, 9. τὴν θύραν ἀνοικοδομήσαντες καὶ τὴν ὀροφὴν ἀποσκευάσαντες Lacedæmonii, ut Pausaniam, qui in Minervæ templum confugerat, fame perimerent: vid. Suid. in Ἐπιτειχίζει. Ἐναποικοδομεῖν τινα est apud Polyæn. 8, 51. Vid. Harpocr. in ἀποικοδομεῖς. Εὐπορία ἐγκατοικοδομουμένη καὶ ἀργοῦσα Plut. Lyc. p. 54. A. et Porphyr. de Abst. 4. p. 146. Plut. de Exil. p. 691. D. Aristoph. in Pac. 99. et Schol. de quo loco vid. L. Bos. Obs. Crit. p. 85. Synes. de Prov. p. 107. C. ubi male vertit Petav. *Vicos plateasque inædificat,* Cæs. B. G. 1. 27. ἐνοικοδομεῖν θυρίδα Arrian. E. A. 6. p. 273. 7. Thucyd. 6. p. 410, 46. Liv. 44. 45. *nec clausæ modo portæ, sed etiam inædificatæ erant.* Τοῦ φωλεοῦ στόμα λίθοις εὐμεγέθεσι καὶ γῇ συνῳκοδόμησαν

Diod. Sic. 9. p. 119. A. *τῆς ἐνῳκοδομημένης φάραγγος.* Id. *τὰς ὁδοὺς διοικοδομεῖν* 13. p. 361. A. *τοῦ στομίου ἐποικοδομηθέντος* Arist. Θ. A. p. 96, 14. HEMST.

172, 11. ΚΑΤΩΙΚΟΔΟ'ΜΗΣΕΝ etc.] Item *περὶ Κίρωνος κλήρου* p. 66 in fine, *compegit in carcerem.* Æschines contra Timarchum p. 29. Thucyd. lib. 3 de Corcyræorum seditione. *οἱ δέ τινες καὶ περιοικοδομηθέντες ἐν τοῦ Διονύσου τῷ ἱερῷ ἀπέθανον.* Apollodorus lib. 2 p. 87. *τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον* de specu *ἀμφιστόμου.* Suidas in *Ἀνάγυρος, ἐγκατῳκοδόμησε* dixit. Latini, *parietibus struxit*, ut notat Salmasius ad Capitolinum in Macrino, qui scribit de Macrino: *Vivos etiam homines parietibus inclusit et struxit.* Interpres Juvenalis ad illum versum: *Sanguine adhuc vivo terram subitura sacerdos. Hæc virginibus Vestæ pœna fuit decreta, si vitiatæ fuissent, vivæ parietibus struebantur.* Suidas in *ἐπλινθεύθησαν.* VA.

172, 13. ΚΕ'ΒΡΗΝΑ, *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους*] Ubi ait Charidemum Oritam ære dirutum a Timotheo transisse in Asiam, ubi conductus est a Memnone et Mentore, Artabazi generis, *κηδεσταῖς*, fideque iis data et accepta, per fraudem *καταλαμβάνει Σκῆψιν καὶ Κέβρηνα καὶ Ἴλιον αὐτῶν*, dum Artabazus ab Autophradate captus in vinculis teneretur, sed dimissus postmodum Artabazus collectis viribus Charidemum obsedit, quod etiam narrat Aristoteles in lib. de re familiari. Charidemus Atheniensium opera, qui Cephisodotum ducem cum navalibus copiis in ejus auxilium miserant, liberatus Cherronesum rediit, et per summam perfidiam Cotyi regi se tradidit, et Crithotem atque Eleunta, quæ Atheniensium erant, vi cepit. Quo astu Charidemus Ilium ceperit per fraudem equi, refert Polyænus lib. 3 in fine, additque, *ὥστε εἰ χρή τι καὶ παῖξαι, δεύτερον ἑάλω τὸ Ἴλιον πάλιν ἵππῳ καταστρατηγούμενον.* Plutarchus in Sertorio. Sed omnium diligentissime Ilii hanc *ἅλωσιν* narrat Æneas Poliorcet. cap. 24. Memnon ille gener Artabazi is est, qui pro Dario adversus Magnum Alexandrum stetit, de quo Plutarchus in Alexandro id ipsum testatur, et præterea Artabazum regis Persarum ex filia nepotem fuisse ait. VA.

172, 13. ΚΕ'ΒΡΗΝΑ] Strabacis et Charidemi, quos *μισθοφόρους* in civitatem adsciverint Athenienses *διὰ τὴν ἐπιείκειαν*, meminit Arist. Rhet. 2. p. 107, 9. *Χαρίδημος Ἀθηναῖος ἀνὴρ θαυμαζόμενος ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ δεινότητι στρατηγίας*, Diod. Sic. 17. p. 181, 4. qui præterea, quem vitæ finem habuerit, ibi narrat. Hic est, cujus meminit, Clem. Al. Str. 7. p. 894, 27. HEMST. Hæc

pertinent ad locum Demosthenis (vol. I. p. 671. Ed. R.) laudatum ab Harpocratione. Vid. Vales. GEEL.

173, 4. Suid. in Κίος. J. Voss. ad Scyl. p. 92. Exempla plura dedit P. Wessel. ad Anton. Itin. p. 523. Grot. ad Marc. I. 38. non satis commode hoc loco usus. HEMST.

173, 4. Οἰκεῖοι habebant priores editiones, nos restituimus οἱ Κεῖοι. MA.

173, 11. ΚΕΙΡΙΑ'ΔΗΣ] Apud Demosth. contra Neæram Ἀήτης Κιριάδης μαρτυρεῖ. Et supra καί μοι κάλει Ἀήτην Κιριάδην. MA.

173, 19. Scripseram in margine libri mei ἱστόποδες, sed imperitus Typographus veterem errorem retinere maluit, et excudere ἰνόποδες[1], quomodo aliæ editiones habuere. Quid autem sint Κελέοντες erudite hic docet Harpocration. Docuere etiam Suidas, Hesychius, et multi alii veterum Grammaticorum, ut plane mirari et stupere subeat, quo pacto doctissimus Xylander apud Antoninum Liberalem metamorph. decima, hæc non intellexerit καὶ ἐκ τῶν Κελεόντων ἐρρύη νέκταρ αὐτῷ γάλα, et vocem hanc κελέοντες ignotam sibi esse professus fuerit in notis, cum tamen hanc nullus veterum Lexicographorum omiserit. *Ex Addendis.* MA.

173, 19. Ἰνόποδες] Ἱστόποδες. VA.

174, 1. ΚΕΡΑΜΕΙ'Σ] Demosth. πρὸς Λεπτίνην. Κηφισόδοτος ἐκ Κεραμέων καὶ Δεινίας Ἐρχιεὺς, et contra Neæram Κτήσων ἐκ Κεραμέων. VA.

174, 5. ΚΕΡΑΜΕΙΚΟ'Σ—ὅτι δύο εἰσὶ etc.] Hæc omnia ad verbum leguntur in Schol. Comici ad Eq. 769. et additur amplius. εἰσὶ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν αἱ στῆλαι ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ τεθαμμένοις, ἔχουσαι ἐπιγραφὰς, ποῦ ἕκαστος τέθαπται. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἦσάν τε καὶ προειστήκεσαν αἱ πόρναι. In Avibus ad 395. ὁ κεραμεικὸς δέξεται νώ. δημοσίᾳ γὰρ ἵνα ταφῶμεν, φήσομεν etc. οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρούμενοι ἐν τῷ κεραμεικῷ ἐθάπτοντο, ὡς Μενεκλῆς καὶ Καλλίστρατος ἐν τοῖς περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασί φασι. βαδίζουσι δὲ ἔνθεν καὶ ἑ εἰσὶ στῆλαι ε. τ. δ. τ. εἰσὶ δὲ οὗτοι ὑπὸ τοῦ δήμου πεμφθέντες, οἷον ἐν αὐτῇ τῇ χώρᾳ ὑπὲρ τῆς πόλεως τετελευτήκασι. ἔχουσι δὲ καὶ αἱ στῆλαι ἐ. π. ἕ. ἀπέθανεν. VA.

174, 5. πρὸς Νικοκλέα scripsimus, non Νικοκλέους, ut habebant præcedentes editiones. vide infra vocem παράβυστον. Quæ autem

[1] Ἰνόποδες] Glossæ: *pedes telæ*, ἱστόποδες. Etymolog. βρίκελλος. ἄλλοι δὲ βρικέλλους τοὺς κελεύοντας παρὰ τὸ βρὶ καὶ τὸ κέλομαι, ἢ τοὺς ἱστόποδας. Lege κελέοντας. VA.

hic de Ceramicis referuntur, verbo ad verbum ferme repetita sunt in Scholiis ad Aves Comici et apud Suidam. MA.

174, 10. ΚΕΡΚΙ'ΔΑΣ, *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος*] P. 164. *Κερκιδᾶς* legitur male. Tamen et *Κερκιδᾶς* scribitur apud Ælianum lib. 13. cap. 20, et Polybius lib. 2. *Κερκιδᾶν* Megapolitam vocat Arati hospitem, p. 135. at p. 134. *Κερκίδᾳ* scribitur. P. 150. *Κερκίδας*. VA.

174, 14. *Κέρκουρος*] Naves erant modicæ. Memnon lib. 15. *Μιθριδάτης δὲ ἄλλον τε στρατὸν συχνὸν παρεσκευάζετο, καὶ τριήρεις μὲν ύ. τῶν δὲ μικροτέρων νηῶν καὶ πεντηκοντόρων καὶ κερκούρων ἀριθμὸς ἦν οὐκ ὀλίγος.* Vide quæ ad calcem Gellii notavi. Livius lib. 33. c. 19. cercuros inter leviora ponit navigia. Etymolog. *κερκ. εἶδος πλοίου βραχέως.* Et mox: *τὸ μακρὰν ἔχον πρύμναν σκάφος.* Athenæus lib. 5. de nave illa ingenti regis Hieronis. *ἐφόλκια δ' ἦσαν αὐτῇ τὸ μὲν πρῶτον κέρκουρος τρισχίλια τάλαντα δέχεσθαι δυνάμενος. πᾶς δ' ἦν οὗτος ἐπίκωπος, μεθ' ὃν χίλια πεντακ. βαστάζουσαι ἁλιάδες καὶ σκάφαι πλείους.* VA.

174, 17. *'Ες*] Photius *εἰς*. VA.

174, 18. *Πιθηκούσσας*] Photius *Πιθηκοῦσας*. VA.

175, 1. De hoc Æschine Sardiano altum in veterum monumentis silentium, nec eum alibi laudatum memini. Imo ipsemet Diogenes Laertius, qui octo, si bene memini, nobis Æschines commemorat, de hoc Sardiano ne verbum quidem. Citantur hic ejus Iambi, ut apud Athen. Æschrionis Samii Iambi. Sed forte hic legendum pro *Αἰσχίνης ὁ Σαρδιανὸς, Αἰσχρίων ὁ Σάμιος*, quod tamen sublestæ fidei est. l. 2. *Κάνδουλον* lege, non *'Ανδουλον*. Candulus enim vocabatur alter Cercopum, ut nemo dubitat. MA.

175, 1. *Αἰσχίνης ὁ Σαρδιανός*] Est et Æschines historicus laudatus ab Eusebio et Hieronymo de expositione locorum Hebraicorum. Pro *Κάνδουλον* malim *Κάνδωλον* ex Hesychio. Vide Parrhasii epistolas. Æschrion autem non male hic convenit. Æschrion enim de Pithecusis insulis multa dixerat teste Schol. Lycophronis v. 688. *μέμνηται δὲ καὶ αὐτῶν καὶ Αἰσχρίων ἐν ἑβδόμῳ 'Εφεσίδος.* Sunt autem Pithecusæ a Cercopibus dictæ teste Ovidio in Metamorph. VA.

175, 2. *'Ανδοῦλον*] Photius *'Ανδουλον*. VA.

175, 6. *'Επὶ τὸν ἄνδρα*] *Περί*. VA.

175, 10. *'Επὶ Χερρονήσου*] *'Υπὲρ* ex Isocrate p. 524. VA.

175, 12. Locum hunc in aliis editionibus portentose corruptum sic concepimus et castigavimus. Male legebatur ante *Κενστρό-*

ναι, et male etiam sequens vox Κεστρῖνος separata erat et divulsa. MA.

175, 14. ΚΕ'ΦΑΛΟΣ] Cujus meminit Æschines κατὰ Κτησιφ. p. 77. Dinarchus contra Demosth. p. 89. Suidas Κεφ. Ἀθηναῖος ῥήτωρ καὶ δημαγωγὸς, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους συντέθεικε. γέγονε δὲ πρὸ τῆς ἀναρχίας οέ. Κέφαλος δὲ οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην. Quæ falsa sunt. Antiphon enim in proœmiis laudatur. Ex Cephali rhetoris orationibus fragmentum refert Suidas in ἐπιτιμία. VA.

176, 8. Βαφὴν] Etym. addit κλινῶν. Scrib. λινῶν. VA.

176, 9. ΚΗ^ΠΟΣ] γρ. κῆποι. Plinio *Cepæ* et Straboni 11. Diodoro 20 lib. In Tabula Peutingerorum supra Pontum Euxinum, *Phanagorium. Stratoclis Cepos, Hermonassa.* VA.

176, 10. ΚΗ^ΠΟΣ] Κῆποι. VA.

176, 11. ΚΗΡΥΚΕΙ'Α] Pollux 4, 92. κηρυκεία τέλους τινὸς ὄνομα. VA.

176, 13. ΚΗ'ΡΥΚΕΣ] Æschines contra Ctesiph. Hesychius in κήρυκες. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ γένος ἰθαγενῶν ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ, (adde καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος ex Ptolemæo apud Schol. Homeri Ἰλ. α.) Φανίας. Is est Phanias Lesbius historicus de quo Plutarchus Solone et Them. VA.

176, 14. ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ] Existimo subaudiri υἱοῦ, ut omnes norunt hanc ellipsin esse frequentissimam. ac ideo scripsi etiam Κήρυκος, litera Κ majuscula. Alioqui non video quæ hujus loci interpretatio afferri possit. Nam si voluisset significare stirpem illam a quodam qui præco Mercurii fuit, nomen accepisse, paulo aliter (ut opinor) loquutus fuisset: et his vel similibus verbis usus esset, ἀπὸ τινὸς ὃς κήρυξ τοῦ Ἑρμοῦ ἐγένετο. Sed eum hoc dicere voluisse, parum mihi fit verisimile. Exstat autem locus Isocratis, p. 73. Εὐμολπίδαι δὲ καὶ κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν μυστηρίων, etc. Sed scribendum censeo hic quoque Κήρυκες litera Κ majuscula. Interpres tamen, tanquam appellativum, reddidit *præcones*. STEPH.

176, 15. ΚΗΤΤΟΙ'] Πυθοδώρῳ ἐκ Κηδῶν, ait Dem. κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβ. initio. Suidas Εὔβουλος Κήττιος Ἀθηναῖος υἱὸς Εὐφράνορος κωμικός. VA.

177, 1. ΚΗΦΗΣΙΕΥ'Σ] Κηφισιεύς. VA.

177, 3. ΚΗΦΙΣΟ'ΔΩΡΟΣ] Eundem esse credo, qui Timocli dictus ὁ ὄνος ὁ Κηφισόδωρος, apud Athen. 9. p. 407. F. HEMST.

177, 4. Corruptissime hactenus lectum fuit ὡς νώθης. Debuit esse ὀνώδης, ut habet nostra editio et Suidas. MA.

177, 7. ΚΗΦΙΣΟ'ΔΟΤΟΣ] Arist. Rhet. 3. p. 125, 14. Ἀντισθένης Κηφισόδοτον τὸν λεπτὸν λιβανωτῷ εἴκασεν, ὅτι ἀπολλύμενος εὐφραίνει. HEMST.

177, 7. ΚΗΦΙΣΟΔΟ'ΤΟΣ, Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος] P. 59. Is videtur esse Cephisodotus, qui Iphicrati et Cotyi regi adversus fuit, teste Demosth. κατ' Ἀριστοκρ. versus finem, ubi Charidemi gesta omnia accurate describit. μετὰ ταῦτα δὲ (i. post mortem Cotyis) πλευσάντων ὑμῶν οὐκ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης τόπον οὐδένα, οὐδὲ χωρίον ( ) ἀλλ' ἐπ' Ἀλωπεκόννησον, ἣ Χερρονήσου μέν ἐστι καὶ ἦν ἡμετέρα, ἀκρωτήριον δ' ἀνέχον πρὸς τὴν Ἴμβρον ἀπωτάτω τῆς Θρᾴκης, λῃστῶν δ' ἦν μεστὴ καὶ καταποντιστῶν, ἐνταῦθα ἐλθόντων ἡμῶν καὶ πολιορκούντων τούτους, πορευθεὶς (Χαρίδημος) διὰ Χερρονήσου πάσης τῆς ὑμετέρας, ἡμῖν μὲν προσέβαλλεν, ἐβοήθει δὲ τοῖς λῃσταῖς καὶ καταποντισταῖς, καὶ πρότερον προσκαθήμενος, τὸν ὑμέτερον στρατηγὸν ἔπεισε καὶ ἠνάγκασε, μὴ τὰ βέλτισθ' ὑπὲρ ὑμῶν πράττειν, ἢ (supple πρότερον ἢ). αὐτὸς ὑπὸ τούτου ἐπείσθη, ὧν ὡμολογήκει καὶ ὑπέσχετό τι πράξειν. καὶ γράφει δὴ τὰς συνθήκας πρὸς Κηφισόδοτον, ἐφ' αἷς ὑμεῖς οὕτως ἠγανακτήσατε καὶ χαλεπῶς ἠνέγκατε, ὥστε ἀπεχειροτονήσατε, μὲν τὸν στρατηγὸν, πέντε ταλάντοις δ' ἐζημιώσατε, τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διενέγκαντο μὴ θανάτου τιμῆσαι. VA.

177, 11. Vide Comici scholiast. ad Nubes[k] et ad Aves. MA.

177, 13. De duabus his orationibus, quas aliquando κατ' ἐξοχὴν δύο λόγους vocabant, supra egimus voce βεβαιώσεως. Restat tantum ut quædam doceamus de Strattidis Comici fabula quæ vocabatur Κινησίας[l]. Eruditissimus Casaubonus cap. 23. lib. 7. animadvers. in Athen. in quo fabulas omnes Strattidis Comici recenset, multa de hac fabula retulit, meritoque eos redarguit, qui in Athenæo pro Κινησίας reponebant Κυνηγεσία, nullam enim fabulam docuerat ille poëta quæ vocaretur Κυνηγεσία, id est *venatio*, sed unam quæ vocabatur Κινησίας, id est Cinesias, in qua ex professo nebulonem hunc et perditum hominem subsannabat, unde ego repono apud Erotianum voce Καμμάρῳ, ἐφ' ἱδρῶσι δὲ παραλαμβάνει Στράττιν ἐν Κινησίᾳ λέγοντα. Hodie ineptissime legitur ἐν Κυνηγοῖς. Quod si lectionem hanc retinere velimus, augendus erit syllabus fabularum, et admittendum Κυνηγοὺς illum composuisse, et forte Κυνηγεσίαν: quod tamen nullo veterum testimonio probari potest. MA.

177, 17. Λυσίου δύο λόγοι εἰσὶ πρὸς Κινησίαν] Harum orationum

[k] Ad Nubes] v. 447, ubi Sophoclis versum ex Ajace mastigophoro profert: ἢ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου. VA.

[l] Κινησίας] Lysias p. 154. multa de hoc Cinesia. VA.

fragmentum perquam elegans refert Athenæus p. 551. Meminit hujus Cinesiæ et Lysias in Apologia δωροδοκίας. VA.

178, 5. Κέρρα] γρ. Κίρρα ex Suida et Photio. Scylax, μετὰ δὲ Λοκροὺς εἰσὶ Φωκεῖς κατὰ τὸ Κούραιον πεδίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Δελφοὶ πόλις. Lege Κιρραῖον. VA. Vox Κίρρα male erat divulsa a voce præcedenti Κιρραῖον. Nos in hac editione conjunximus. MA.

178, 8. ΚΙΣΘΗ'ΝΗ] Stephan. in Πασσάνδα. VA.

178, 10. Δύο σσ.] γρ. δύο στ. VA.

178, 10. Codex Fed. Morelli longe aliter concipit hunc locum. Κιττοφόρος, ait, ἔνιοι γράφουσι κιστοφόρος, τὰς γὰρ λεγομένας κίστας ἱερὰς εἶναι ἔλεγον τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν. Suidas hanc lectionem confirmat, sed nos in Dissertatione Critica hæc omnia accurate perpendimus. MA. In v. Κιττοφόρος, ut codex Morelli, ita et Mediceus ignorat illas voces διὰ δύο σσ. ac deinde pergit γράφουσι κισθοφόρον, et mox tamen retinens κίστας, ut alter iste Morelli, (quæ eadem variatio est in v. Κύπασσις, ut vulgo, quum codex scriptus κύπαστις et κύπαστιν et κυπάστεις) non habet εἶναι, sed ἐν αἷς. Verum de his optime judicavit Alb. Rubenius in dissertatione de nummo Augusti, cui inscribitur ASIA RECEPTA. GR.

178, 11. Κίσσας] γρ. κίστας ex cod. Fed. Morelli, et Suida, et Photio. VA.

178, 12. Vide supra βλιμάζειν. MA.

178, 12. Συνηγορία, Αἰσχίνης] Συνηγορία Αἰσχίνου leg. Sic enim inscribitur ea oratio Dinarchi, teste Harpocr. in πινάκια. Utrobique Αἰσχίνῃ lege ex Dionysio Halicarn. sic inscriptæ ejusdem rhetoris orationes a Dionysio ibidem memorantur plures, ut συνηγορία Παρμένοντι ὑπὲρ ἀνδραπόδου βλάβης, et συνηγορία Ἡγελόχῳ ὑπὲρ Ἐπικλήρου, item Ἀγάθωνι συνηγορία. ὥσπερ καὶ αὐτὸς εἴρηκεν Ἀγάθων, quæ verba sunt ex initio orationis. Suidas in κλιμάζει eadem habet, quæ Harpocr. Sed in Κλιμακίζειν ait, μέμνηται Δείναρχος ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου ἰσηγορίᾳ (leg. συνηγορίᾳ) λέγων· οὗτος κλιμακίζει τοὺς νόμους. ἔστι δὲ οἷον παράγει καὶ διαστρέφει, ἴσως ἀπὸ τῆς κλίμακος εἰρημένου τοῦ ὀνόματος, ἥτις οὖσα ὄργανον βασανιστικὸν διαστρέφει τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων, καὶ Ἀριστοφάνης, βασάνιζε πάντα τρόπον, ἐν κλίμακι δήσας etc. Posset etiam deduci ἀπὸ τοῦ κλίμακος et κλιμακισμοῦ, quod est genus *palæsmatis* teste Suida in κλεῖμαξ et Polluce. Hæ συνηγορίαι dicebantur a συνηγόροις, i. *advocatis*, quos sibi amicos et magnæ dignitatis homines plerumque rei ad id rogare solebant. Sic

apud Isocratem contra Lochitem in fine. εἰ δέ τις ἔχει τῶν παρόντων μοι συνειπεῖν, ἀναβὰς εἰς ὑμᾶς λεγέτω. Æschines περὶ παραπρεσβ. in fine, et contra Ctesiph. initio. Isæus initio orat. Photius in lexico eadem habet, quæ Suidas ad verbum. VA.

179, 3. Κληροῦχοι] Strabo 14. p. 638. de Samo. Ἀθηναῖοι δὲ πρότερον πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα ποιητὴν πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν ἀπειθοῦντας τοὺς Σαμίους. ὕστερον δὲ καὶ κληρούχους ἔπεμψαν δισχιλίους ἐξ ἑαυτῶν, ὧν ἦν καὶ Νεοκλῆς ὁ Ἐπικούρου πατήρ. Idem ait Heraclides in rep. Samiorum. Diodorus lib. 18 ait Samios exules postliminio reductos esse a Perdicca anno 2 Olymp. 114, 43. post exilium annis et amplius. Meminit Æschines contra Timarchum p. 13. Zenobius in Ἀττικὸς πάροικος. Porro de hoc more ita scribit Libanius in argumento ad orationem Demosth. περὶ τῶν ἐν Χερσονήσῳ, Ἔθος δὲ ἦν τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πενητες ἦσαν αὐτῶν καὶ ἀκτήμονες οἶκοι, τούτους πέμπειν ἐποίκους (supra κληρούχους dixit) εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν, καὶ ἐλάμβανον οἱ πεμπόμενοι ὅπλα τε τὰ τοῦ δημοσίου καὶ ἐφόδιον. Dionysius in Dinarchi ἰδιωτικοῖς ψευδεπιγράφοις. οὗτος ὁ λόγος εἴρηται ἐπὶ Ἀριστοδήμου ἄρχοντος, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ λόγου γίνεται δῆλον. οἱ μὲν γὰρ εἰς Σάμον ἀποσταλέντες κληροῦχοι κατὰ τοῦτον τὸν ἄρχοντα ἀπεστάλησαν, ὡς Φιλόχορος ἐν ταῖς ἱστορίαις λέγει. Aristoteles 2. Rhetor. cap. 6. ὥσπερ Κυδίας περὶ τῆς Σάμου κληρουχίας ἐδημηγόρησεν etc. VA.

179, 6. Τὰς Κληρουχίας] Libanius Declam. 19. τὰς κληρουχίας ἀφίημι, τὰ τῶν στρατηγῶν ἴδια κέρδη, οἷς ἄλλοι δέδονται φόροι: quæ sunt disjungenda, i. καὶ τὰ τῶν στρ. etc. adde Diodorum Siculum lib. 15. p. 344, 348. VA.

179, 9. Κληρουχικά] Κληρουχικὰ cur dicat dubium est, cum infra in κοινωνικῶν κοινωνικοὺς vocet. Locus Demosthenis sic habet. ἐὰν γὰρ τοῦτο ἀποδείξητε τὸ πλῆθος (ex 1200 si 2000 faciatis) ἡγοῦμαι τῶν ἐπικλήρων καὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν κληρουχικῶν καὶ τῶν κοινωνικῶν (supple σωμάτων) καὶ εἴ τις ἀδύνατος, ἀφαιρεθέντων, ἔσεσθαι χίλια καὶ διακόσια ταῦτα ὑμῖν σώματα. ἐκ τοίνυν τούτων οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσίν. VA.

179, 12. Melius legeretur πρόσκλησις, vide infra vocem πρόσκλησις. MA.

179, 15. ΚΛΗΤΗ͂ΡΕΣ] Vide Demosth. pro corona p. 320. Demosth. in Midiam, de Stratone, πείσας τὸν πρυτανεύοντα δοῦναι τὴν ψῆφον παρὰ πάντας τοὺς νόμους, κλητῆρα οὐδ' ὀντινοῦν ἐπιγραψάμενος, κατηγορῶν ἔρημον οὐδενὸς παρόντος ἐκβάλλει καὶ ἀτιμοῖ τὸν διαιτητήν. Ibi Ulpianus, ὁ γὰρ διδοὺς τὴν γραφὴν, ait προσέγραφεν,

ὅτι κατηγορῶ τοῦδε, καὶ προκαλοῦμαι τοῦτον διὰ τοῦ δεῖνος εἰς τὸ βουλευτήριον. Hinc ἀπρόσκλητος δίκη dicebatur *in qua nulli* κλητῆρες *adessent nec ascripti fuissent*, teste Hesychio. Vide quæ ad Pollucem notavi. Etymologus post τὸ προσκλήσεως addit, ἵνα μὴ ἀπρόσκλητοι αἱ δίκαι εἰς τὰ δικαστήρια εἰσάγωνται, μηδὲ ἐκλείπῃ τὴν δίκην ὁ κατηγορούμενος. In accusatione Æschinis contra Demosth. scriptum erat, τίμημα τάλαντα ν΄. κλητῆρες Κηφισοφῶν ( ) Κλέων. Demosthenes p. 99. VA.

180, 3. Κλητεύεσθαι] Latine *testimonium denunciare*. Sic loquitur Val. Max. lib. 8. cap. 1. ubi de Æmilio Scauro. Cicero in Verrem et Paulus ff. de testibus, *ne invito denuncietur*. Suidas in ἐκκλητεύεσθαι τῶν ἐγκαταλιπόντων μαρτυρίαν τὰ ὀνόματα ἐν τῷ δικαστηρίῳ ἐκηρύσσοντο, ὅπερ ἐλέγοντο ἐκκλητευθῆναι καὶ ἐκκλητεύειν. Valerius Probus de notis, quanti ea res erit. *Hæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, testibusque duntaxat X denunciandi potestatem dabo.* VA.

180, 8. Προσποιητή] Προσποιητός. VA.

180, 10. Ὃν γάρ] γρ. οὐ γὰρ ex Scholiaste Aristoph. in Equitibus v. 415, apud quem hæc omnia ad verbum leguntur, nisi quod abest τὸ γενέσθαι, (quod in autore nostro sequitur,) rectius, ut puto. Ab hoc vocabulo composuit Aristoph. κοβαλικεύειν et κοβαλικεύματα, in Equitibus. VA.

180, 11. Falso ante erat Ἀριστοτέλης ἐν ἑβδόμῳ ζώων ἱστορίας. Nos restituimus ὀγδόῃ, in octavo enim hæc leguntur. MA.

180, 11. Ἐν ἑβδόμῳ] Apud Scholiastem Aristoph. Eq. 415. legitur ἐν δευτέρῳ, itemque αὐτορχούμενον. male. Plutarchus in tract. πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, ὁ δὲ ὦτος αὖ πάλιν ἁλίσκεται γοητευόμενος ὀρχουμένων ἐν ὄψει μεθ' ἡδονῆς ἅμα ῥυθμῷ γλιχόμενος τοὺς ὤμους εὖ διαφέρειν. Suidas in ὦτος. Idem Plutarchus de discrimine adulatoris et amici, ὁ πίθηκος ὡς ἔοικε μιμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἐπιχειρῶν, ἁλίσκεται συγκινούμενος καὶ συνορχούμενος. VA.

180, 12. [In gl. Spuria] Κόβαλοι] Hæc item ad verbum leguntur in scholiis ad Plutum 279 ad illa verba, ὡς μόθων εἶ καὶ φύσει κόβαλος. VA.

180, 17. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου] p. 59. Isocrates de pace p. 349. VA.

180, 19. ΚΟΙΝΩΝΙΚΩΝ] Pollux 8, 134. VA.

181, 7. Φιλίνου] Philino tribuit Athenæus. VA.

181, 12. Φιλιεῖς] Suidas Φυλιεῖς habet in voce Κυρωνίδαι: unde conjiciebam Φλυεῖς. VA.

181, 14. ΚΟΛΥΤΤΕΥΣ] Philostr. de V.S. p. 574. Xenoph. Hell. V. p. 321. Penes Colyttum pueri mense citius eloquuntur præcoce lingua, Tertull. de An. p. 323. B. Plut. vol. 2. p. 601. B. Hercules ἐπιξενωθεὶς παρὰ Κολύττῳ ἠράσθη Διόμου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Steph. in Διόμεια. Consentit Hesych. in Διομεῖς. HEMST. Κολυτεὺς] Lege potius cum duplici ττ Κολυττεὺς, ut Κολυττός. MA.

181, 16. ΚΟΛΩΝΑΙΤΑΣ] Κολωνιάτας. Schol. Sophoclis in Œdip. Coloneo. VA.

181, 17. Μισθοτούς] Μισθωτούς. VA.

182, 1. Ἡφαίστειον] Hujus meminit Isocrates in Trapezit. ubi Ἡφαιστήϊον scribitur. Porro Hippius Colonus a templo Neptuni Hippii dictus esse perhibetur a Schol. Sophoclis. Is in argumento ad Œdip. Coloneum, καὶ ἔστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν σεμνῶν Ἐριννύων, ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππείῳ Κολωνῷ οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππείου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται. Etymol. in ἱππία. Thucyd. 8, 67. ἐς τὸν Κολωνόν. ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τῆς πόλεως ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. Aristoph. Νεφέλαις 83. νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον. ubi, quæ Schol. et Hesychius notant, aliena sunt. Nobiscum sentit Pausanias Atticis p. 23. [1, 30, 4.] VA.

182, 2. Deerant hæc in editionibus præcedentibus, a voce Εὐρυσάκειόν ἐστι. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Κολωνὸς οὗτος ἀγοραῖος. ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς, usque ad hæc πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν, quæ omnia tamen Suidas nostri simia habuit. MA.

182, 8. Δημοσθένης ἐν τοῖς] Deest nomen aliquod, nempe titulus orationis. an forte ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. Ibi enim legitur, πάλιν Φιλόστρατον ἅπαντες ἴσμεν τὸν Κολωνῆθεν Χαβρίου κατηγοροῦντα, ὅτ' ἐκρίνετο τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν θανάτου, καὶ πάντων τῶν κατηγόρων πικρότατον γιγνόμενον. in Pherecratis versu, quem autor paulo ante allegat, pro ἐς Κολωνὸν, ἤ μὴν, leg. εἰς Κολ. ἠΐμην, ut versus constet; id est ἐπορευόμην: unde ἠΐσαν, i. ἐπορεύοντο apud Etym. seu potius ἠΐμεν. Hesych. Porro Ἵππειος dictus est Ποσειδῶν, quod cum aliquando circa scopulos Coloni Attici obdormisset, et per somnum semen effudisset, equus repente Scyphius (alias Scaphius) extitit, qui et Scironites dictus est, ut ait Schol. Lycophronis v. 766. VA.

182, 11. Τύραννοι] Τυρρηνοὶ s.v. προβόλιον. VA.

182, 11. οἱ τύραννοι] Leg. Τυρρηνοὶ, nisi Athenarum triginta tyranni sint intelligendi. HEMST.

182, 18. Ammonium Grammaticum, dum vacat, ab insigni

mendo liberare volo. Ille voce *κόρδαξ* ita loquitur: *καλεῖται δὲ ἡ μὲν στρατηγικὴ ὄρχησις Ἐμμέλεια, Σίκινις δὲ ἡ σατυρικὴ, Κόρδαξ δὲ ἡ Κωμική.* Ego lego *καλεῖται δὲ ἡ μὲν τραγικὴ ὄρχησις Ἐμμέλεια*, quam emendationem meam latius non confirmabo, quia per se stat satis. Hoc dicam tantum, poëtam hunc Nicophontem, qui hic laudatur, a Suida et alliis Nicophrontem vocari. sed de eo jam luculenter egit Isaacus Casaubonus in cap. 36. lib. 3. animadvers. in Athen. quo te remittimus. MA. Consentit Ælius Dionysius apud Eustathium in Ἰλ. σ. p. 1167. *κόρδαξ* Magnetum saltatio propria et *ἐπιχώριος* teste Paus. Heliacon 2. p. 157. Etymolog. autor in *σίκιννις. σατυρικὴ ὄρχησις· ἐμμελία δὲ τραγική. κόρδαξ δὲ κωμικὴ, ὡς Ἀριστόξενος ἐν πρώτῳ περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως.* De *ἐμμελείᾳ* Plato 7 legum p. 816. Videntur autem nudi saltasse cordaces, quod ex Libanio collegisse mihi videor in orat. pro saltatoribus p. 497. *καὶ μὴν ὑπέρ γε τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας Πλάτωνι μαχόμενος, καὶ τὰς ὀρχήσεις αὐτῶν ὡς ἀναγκαίας ἐπαινεῖς. ἐν δὲ ταύταις ἔνι δήπου καὶ τὸ κορδακίζειν εἶναι. εἶτα οὐ δεινὸν κόρδακι μὲν εἶναι τόπον ἐν θεάτρῳ, καὶ μὴ ἔχειν αἰτίαν, ὡς διαφθείρει τοὺς παρόντας, περὶ δὲ ὀρχήσεως, ἐν ᾗ πλείστη σπουδὴ μὴ παραγυμνοῦσθαι, μηδαμῇ δοξάζειν τε αὐτὸν τὰ χείρω* etc. De sicinni Gellius lib. 20. cap. 2, ubi turpi errore siticines cum sicinnistis saltatoribus confudit Atteius Capito. Sed fallor; et docte Capito, quod plane confirmat Dionysius Hal. 7, 72. *εἶδον δὲ καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐπισήμων ταφαῖς, ἅμα ταῖς ἄλλαις πομπαῖς, προηγουμένους τῆς κλίνης τοὺς σατυριστὰς χοροὺς κινουμένους τὴν σίκιννιν ὄρχησιν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς εὐδαιμόνων κήδεσι.* Casaubonus ad Suetonium. Glossæ, *σατυριστὴς, ludio.* VA.

183, 4. ΚΟΡΟΠΛΑ'ΘΟΣ] Hujusmodi fictores intelligit Demosthenes in Philippica 1. p. 17. VA. Suidas habet, *Κοροπλάθοι, οἱ τοὺς κόρους πλάττοντες κηρῷ ἢ γύψῳ. τουτέστι τὰ ζῶα πάντα.* Ubi non dubium est quin mendosum sit hoc *τουτέστι*, et quæ distinguenda erant, male in unum confusa fuerint: ut ex iis quæ in Thesauro meo Græcæ linguæ leges, tibi apparebit. Sunt qui *κοροπλάθον* puparum fictorem interpretentur. Locus porro Isocratis in illius orationis initio tibi occurret. STEPH.

183, 9. ΚΟΤΥ'ΛΑΙΟΝ Ο'ΡΟΣ] Nonnus lib. 13. *Καὶ Κοτυλαῖον ἕδος.* VA.

183, 10. Ἀρχέμαχος] Hujus meminit Strabo 10. p. 465. VA.

183, 13. ΚΟ'ΤΥΣ] Is primum amicus fuit Atheniensium, et se eis amicum maxime finxit, tunc, cum Miltocythes ab eo defecit; sed postquam eum superavit et omnes Thraciæ urbes cepit, tum

vero, ait Demosthenes, *ἠδίκει μεθύων, ἐπαρῴνει μάλιστα μὲν εἰς ἑαυτὸν, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς ὑμᾶς*. Hic est Cotys, qui ab Atheniensibus civitate donatus. *Et ego*, inquit, *illis civitatis meæ jus dabo.* Valerius lib. 3. cap. 7. VA. Integram de Coty Thraciæ rege inhumanissimo historiam narraverat Theopompus lib. Philippic. primo: sed nobis periit ille liber, ut alii omnes ejusdem auctoris. Exstat tantum fragmentum integræ historiæ apud Athen. lib. 12. dipnosoph. et ne longiores simus, illuc te remittimus. Ibi enim videbis quomodo uxorem discerpserit propriis manibus a pudendis exorsus. Eruditissimus Dalecampius longissime erravit a veritate historiæ, cum hæc Græca verba Theopompi, *ὁ δὲ βασιλεὺς οὗτός ποτε καὶ ζηλοτυπήσας τὴν αὑτοῦ γυναῖκα ταῖς αὑτοῦ χερσὶν ἀνέτεμε τὴν ἄνθρωπον ὑπὸ τῶν αἰδοίων ἀρξάμενος*, ita vertit: *Tum rex zelotypia percitus ne quid in uxorem ausus ille fuisset, manibus suis militem conscidit ac discerpsit, a pudendis exorsus.* Imo e contra mulierem propriam discerpsit, ut optime habet Harpocration, quod designant evidentissime illa verba *τὴν ἄνθρωπον*: falsissimum autem est eum conscidisse tertium militem. Fraudi fuit sine dubio eruditissimo illi interpreti vox *ἄνθρωπον*, cui non animadvertit conjunctum esse articulum *τὴν*, et hoc in loco mulierem significare. Hæc velim dicta in favorem rudiorum. MA.

184, 1. *Κραναλλίδαι, Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος*] Hodie apud Æschinem legitur *ἀκραγαλλίδαι*. Hesychius *Κρακαλίδαι τῶν Κρισαίων τύραννοι*. Sic leg. non *κρίσεων*, ut vulgo. Libanius in fine orationis in Æschinem, *πάλιν Κιρραῖοι, πάλιν Ἀκραγαλλίδαι*. VA.

184, 3. Forte legendum *Ξεναγόρας ἐν τετάρτῳ Κωμῶν*, ut quidam exarati manu habent, sed nihil constituo. MA.

184, 7. *Κριθωτή*] Scylax, Thracia. *ἐντὸς δὲ* (supple *τῆς Χερρονήσου*) *Αἰγοσποταμὸς, Κρῆσσα, Κριθωτὴ, Πακτύη*. VA.

184, 11. *Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Φαίνιππον*] *Μετὰ Πολυεύκτου τοῦ Κριωέως*, et alibi. Vide Hesych. *Κριῶθεν*, qui locum Aristoph. intelligit in Av. 646. *Εὐελπίδης Θριῆθεν*. Schol. alteram lectionem *Κριῶθεν* agnoscit. Stephanus *κριῶνα* habet male. VA.

184, 16. ΚΤΗΣΙΟΥ ΔΙΟΣ] Et Demosth. in oraculis Dodonæi Jovis. VA. De Ctesio Jove multa Casaubonus cap. 6. lib. 11. animadvers. in Athen. et nos in quinque lectionum nostrarum libris. MA. Suidas *Ζεὺς κτήσιος, ὃν καὶ ἐν τοῖς ταμιείοις ἵδρυντο ὡς πλουτοδότην*. Athenæus de *καδίσκῳ* poculo sic ait lib. 11. *ἀγγεῖον δὲ ἐστιν, ἐν ᾧ τοὺς κτησίους Δίας ἐγκαθιδρύουσι*. Mox

cerimoniam omnem subjicit ex Anticlide in ἐξηγητικῷ, ni fallor, quod opus de rebus divinis fuit: verba in excerptis ex Athenæo retuli. Sciendum est veteres in statuendis deorum familiarium simulacris usos esse vasis et ollis, quæ basis vicem præstarent. Docet id Schol. Aristoph. ex quo fragmentum protuli ad Harpocr. in ἕρκειος. Omnino locum inquire. elegans est. Vide omnino Isæum de Ctesio Jove, a quo ὑγίειαν et κτῆσιν ἀγαθὴν precabantur. Unde κτήσιος dicitur p. 64. Meminit et Antiphon p. 101. Aristoph. in Avibus 743:

Κανοῦν δ' ἔχοντες καὶ χύτραν καὶ μυρρίνας
Πλανώμεθα ζητοῦντες τόπον ἀπράγμονα.

Ad quæ Suidas ex vetere Scholiaste notat hæc: τὰ πρὸς θυσίαν κομίζουσιν, ἵνα οἰκήσαντες ἐπὶ τῇ ἱδρύσει θύσωσι. χύτραις γὰρ ἵδρυον. Dio Chrysost. orat. 1. Jovem ideo ait vocari κτήσιον, ἅτε δοτῆρα πλούτου καὶ κτήσεως. Dionysius lib. 1. Deos penates a Græcis scriptoribus dici scribit partim κτησίους, partim ἑρκίους, πατρῴους, μυχίους. Sed lib. 8. p. 513 lares vocat θεοὺς κτησίους. Inde est, quod in cella penuaria statuebatur ejus simulacrum; nam in cella reposita sunt utensilia, ἡ κτῆσις. Aristoph. in Εἰρήνῃ v. 922. τί δ' ἄλλο γε ἢ χύτραις ἱδρυτέον. supple τὴν Εἰρήνην. Respondet chorus: χύτραισιν, ὥσπερ μεμφόμενον Ἑρμίδιον; ad hæc notat Scholiastes: ὁτὲ μὲν ταῖς χύτραις ὄσπρια ἧψων, ὁτὲ δὲ ἄλλό τι πολυτελέστερον ἱερεῖον, καὶ οὕτως ἵδρυον. καὶ πρὸς τὸ θυόμενον ἔλεγον βοῒ ἱδρύεσθαι ἢ αἰγὶ ἢ προβάτῳ, ἢ οἷον ἂν ᾖ τὸ ἱερεῖον, ὥσπερ ἐν Πλούτῳ, τὰς χύτρας, αἷς τὸν θεὸν ἱδρυσόμεθα, λαβοῦσα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε. Aristoph. in Εἰρήνῃ v. 1090. οἱ μὲν νέφος ἐχθρὸν ἀπωσάμενοι πολέμοιο εἰρήνην εἵλοντο καὶ ἱδρύσανθ' ἱερείῳ. In iisdem scholiis ex alio Scholiaste scribitur, ἄλλως. ἔθος εἶχον Ἑρμᾶς ἱδρύοντες πρὸ τῶν θυρῶν καὶ ἄλλα τινὰ ἀγάλματα ὑπὲρ τοῦ μὴ βραδύνειν τὴν ἀνάστασιν χύτραις ἀθάρας ἱδρύεσθαι καὶ ἄλλοις τισίν. Porro Hyperides πρὸς Ἀπελλαῖον, qui hic laudatur, citatur a Polluce 3, 27. πρὸς Ἀπ. περὶ θησαυροῦ. Suidas in κανοῦν. VA.

185, 13. Ἱππέως] Ἱππίας. Vide infra s.v. παρακαταβολή. VA.

185, 13. Κυδαθηναίων] Κυδαθηναί. VA.

185, 14. Vox Κυδαθηναίων male disjuncta erat a superiori voce Κυδαθηναιεύς. MA.

186, 5. Frustra vir magnus ad illud Propert. lib. 2. eleg. 5. *Cœlati medio cum saliere foro*, coronas circumstantium servorum in auctione κύκλους putat esse, nam repugnant omnes veteres, repugnat ipse Harpocration, a quo discere debuerat, κύκλους illos loca esse in quibus vænibant servi, a circulo quem faciebant sic denominata. Erudite quidem cum dictum est currentes servos

solitos venundari, ut illa Propertii intelligantur *medio cum saliero foro*, nam et hic nominatim Menander in Ephesio *τρέχοντας* dicit, et Nævius Agitatoria,

Currentes ego illos omnes vendam. MA.

186, 7. Κύκλους] Schol. Aristoph. in Equites v. 137. *ὁ δὲ κύκλος Ἀθήνησίν ἐστι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβὼν, ἔνθα δὴ πιπράσκεται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια, ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες.* Melius Pollux lib. 10. cap. 2. *ἵνα δ' ἐπιπράσκετο τὰ σκεύη, τῆς ἀγορᾶς τὸ μέρος τοῦτο ὠνόμαζον κύκλον, ὡς Ἄλεξις ὑποδηλοῦν ἔοικεν ἐν καλασίριδι, πῆ δέ με ἄγεις ἐν τῷ κύκλῳ;* Ælianus lib. 2. cap. 1. Var. Hist. *ἔτι δὲ ἐκείνου τοῦ ἐν τοῖς κύκλοις κηρύττοντος. ἔτι δὲ ἐκείνου τοῦ σκηνορράφου.* VA.

186, 8. Hæc petita sunt ex lib. 11. Dipnosoph. Athenæi. MA.

186, 12. Κυνίδαι] Ex hoc genere eligebantur sacerdotes Cynii Apollinis teste Hesychio in *κυνίδ.* Suidas, Κυνήειος Ἀπόλλων Ἀθήνησιν *οὕτω λεγόμενος, ὃν ἱδρύσατο Κύνις Ἀπόλλωνος καὶ Παρνηθείας νύμφης, ὡς Σωκράτης ἐν ιβ, θεμένης τῆς Λητοῦς τὰ βρέφη ὑπὸ κυνῶν ἁρπασθῆναι. τοῦ κυνζηθμοῦ γὰρ αἰσθομένους κύνας καὶ ποιμένας ἀνασῶσαι τῇ μητρί. ὀνομασθῆναι οὖν ἐν Ὑμηττῷ ἀπὸ τῶν κυνῶν.* Κράτης *ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνῃσι θυσιῶν οὕτω γράφει. τὸ δὲ Κυνήειόν ἐστιν Ἀπόλλωνος Κυνείου τὸ ἐκ τοῦ Θυνείου γινόμενον. τοῦτο δέ ἐστι τὸ Θυνεῖον ἀλήσιον, καὶ γίνεται πρόσοδος μεγάλη, ταύτην ἡ πόλις εἰς θυσίαν καταχωρίζει Ἀπόλλωνι τῷ Κυνείῳ. ἀλήσιον δημήτριον ὁ βασιλεύς.* VA.

186, 16. Nullo manuscripto adjuti hanc lacunam ita supplevimus sola conjectura, *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν Ῥοδίων ἐλευθερίας,* quia quæ sequuntur verba Demosthenis in illa oratione exstant. MA.

187, 3. *Ἱππῶναξ τε καὶ Ἑκαταῖος ἐν περιόδῳ Εὐρώπης*] In his libris non solum terrarum situs, sed etiam gentium mores et instituta tradebantur. Aristot. 1. Rhetor. *πρὸς μὲν τὴν νομοθεσίαν αἱ τῆς γῆς περίοδοι χρήσιμοι. ἐντεῦθεν γὰρ λαβεῖν ἐστι τοὺς τῶν ἐθνῶν νόμους.* Talis fuit Eudoxi liber *γῆς περίοδος*, teste Plutarcho in tractatu *ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδ. κατ' Ἐπίκ.* Locus autem Hipponactis, quem Harpocratio intelligit, hic est:

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ Κυλλήνιε,
Ἐπεύχομαί τοι, κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.
Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι καὶ κυπασίσκον
Καὶ συμβάλικα κάσκέρικα καὶ χρυσοῦ
Στατῆρας ἑξήκοντα τοὐτέρου τοίχου.

apud Schol. Lycophronis. VA.

187, 7. Ostendimus supra voce ἄξονες, quod esset discrimen inter κύρβεις et ἄξονες. Nunc docuissem, si per temporis angustias licuisset, unde κύρβεις originem ceperint, et quid de eis veteres prodiderint, sed brevitas quam nunc serio quærimus non sinit nos latius evagari. In lectionum libris omnia quæ hic prætermittere cogimur, persequemur. Adi tu interim veterem Comici enarratorem ad Aves et veteres interpretes Apollonii Rhodii 4, 280. ut et infra voc. ὁ κάτωθεν νόμος. MA.

187, 9. Ὡς ἀπό] γρ. οὓς ἀπό. Sic enim apud Schol. Aristoph. in Nubes v. 447. Ἀπολλόδωρος δέ φησι πᾶσαν δημοσίαν γραφὴν καὶ νόμους κύρβιν καλεῖσθαι, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι λίθους ἱστάντες, τὸ δόξαν ἀναγράφοντες, οὓς μὲν ἀπὸ τῆς στάσεως στήλας, κύρβεις δὲ ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναστάσεως ἐκάλουν, ὕστερον δὲ τὰ ξύλα λελευκωμένα γράφοντες ὁμοίως ἐκάλεσαν. Quibus similia habet Schol. Apollonii lib. 4, 280. Ælianus lib. 15. de Animal. cap. 9. VA.

187, 14. ΚΥΡΕΓΟΝ] Xenophon p. 287. VA.

188, 4. ΔΗΜΑΙΟΥ] Δημέου. Sic Libanius in legatione ad Julianum, Δημάδη τὸν Δημέου vocat. VA.

188, 6. Καὶ τὸν δῆμον, ἢ τὴν βουλήν] Ἢ τὸν δῆμον, καὶ τὴν βουλήν. VA.

188, 8. Προσγράφουσι] Προγράφουσι, ex Polluce 8, 95. ubi hæc fere ad verbum leguntur ex Aristotele. Demosth. περὶ παραπρ. ὑμῖν δὲ πρῶτον μὲν περὶ πάντων τὴν βουλὴν ἀκοῦσαι καὶ προβουλεῦσαι δεῖ. καὶ τοῦθ' ὅταν ᾖ κήρυξι καὶ πρεσβείαις προσγεγραμμένον (lege προγεγρ.) οὐκ ἀεί. (Et προγεγρ. legit Ulpianus, qui ad eum locum notat πρόγραμμά ἐστι τὸ προτιθέμενον τῆς ἐκκλησίας, ὥστε βουλεύσασθαι ἢ περὶ τοῦ etc. ἢ περὶ τοῦ etc.) εἶτ' ἐκκλησίαν ποιῆσαι, καὶ ταύτην ὅταν ἐκ τῶν νόμων καθήκῃ, εἶτα κρατῆσαι καὶ περιγενέσθαι δεῖ τοὺς τὰ βέλτιστα λέγοντας τῶν () ἀντιλεγόντων. Æschines περὶ παραπρ. p. 37. bis προγράψαι ἐκκλησίαν usurpat. Ulpianus ad 1 Philipp. initio, προὐτίθετο, ἀντὶ τοῦ προεβάλλετο. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ προεγράφετο. ἐπειδήπερ σανίδας τινὰς ἐνέγραφον τὸ πρᾶγμα ἐχούσας, περὶ οὗ ἡ σκέψις. καὶ προετίθεσαν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα γνῶσι πάντες, περὶ τίνος ἐστὶν ἡ ἐκκλησία. Isocrates de pace p. 321. πρῶτον μὲν περὶ ὧν οἱ πρυτάνεις προτιθέασι. VA.

188, 8. Οἱ] Αἱ Suidas. VA.

188, 16. Κωδία] Κώδυα Photius. VA.

188, 17. Fragmentum ex fabula Aristophanis quæ Γεωργοὶ vocabatur, integrum non est, amplius tamen habuit Vaticanus Codex ἀγαθήν γε κωδίαν. Quædam adhuc desunt, quæ suppleri nequeunt, nisi beneficio cujusdam Codicis. Cæterum quam vete-

res Græci *κωδίαν*, vel *κωδείαν* dicebant, hanc recentiores, ut opinor, *κουδέαν* dixere. Schol. Theocriti 11, 56. *μήκων λέγεται ἡ κεφαλὴ καὶ ἀνθηφόρος βοτάνη, ἡ κοινῶς λεγομένη κουδέα.* Recte a viro doctissimo vocabulum hoc inter Græcobarbara relatum est. Sed non recte multa alia, quæ pura puta Græca sunt, eidem operi immixta fuere, ut *θεώρετρα*, quæ vox origine et tono Græcissima est, et nunquam usu corrupta fuit, ut pluribus demonstrare possem, nisi viderer extra rem ambitiosius hoc suscepisse. Hanc autem vocem *θεώρετρα* exempli gratia in medium protuli, quia alios Græcos, ut Alexandrinos, ea usos esse testatus est supra Harpocration in *ἀνακαλυπτήρια.* Tres quæ a nobis in *ἐπίδικος* relatæ sunt, potius augerent numerum vocum illarum Græcobarbararum quam *θεώρετρα*, quæ nullo modo Græcobarbara est, *ἐπιπταμάτις*, *ἐπιμάτις* et *μάνδα.* Nec enim origine et derivatione Græcæ videntur, sed potius Barbaræ vel Græcobarbaræ sunt, ideoque a nemine adhuc intellectæ et cognitæ: nisi conjecturam, quæ supra in voce *ἐπίδικος* nobis arrisit, amplecti velimus, et apud Hesych. legendo *ἐπιπαμματίδα*, ut ordo alphabeticus postulat, et ita apud schol. Com. et Suid. pro *ἐπιπταματίδα* restituendo *ἐπιπαμματίδα*, dicamus cum eo *ἐπίκληρον ἐπιπαμματίδα* esse, id est omnium possessionum patris hæredem, *πάμματα* enim possessiones. Quod non omnino abhorret a vero. MA.

188, 17. *Ἀγαθήν γε Κωδίαν*] Zonaras in Tarquinio Superbo: *εἰς δὲ κῆπον εἰσαγαγὼν αὐτὸν, ἐν ᾧ μήκωνες ἦσαν, τὰς κωδίας αὐτῶν τὰς ὑπερεχούσας ῥάβδῳ κατέκλασε.* Isacius Tzetzes in Lycophronem 37. *κωδείαν* vocat sic dictam, quod *κώματι καὶ ὕπνῳ δείῃ τοὺς ταύτην φαγόντας.* VA.

189, 7. Habet hæc ex Athenæo auctor noster, ut et alia omnia quæ de scortis et poculis varii generis retulit. Adi ad lib. 13. Dipnosoph. et videbis nos hinc Strattidis Comici de Lagisca Isocratis pallace versus qui antea corruptissimi erant, emendasse. Vide et de eadem Lagisca Plutarchum in Isocrate. MA. *Αὐλοτρύπην* vocat Strattis Isocratem, quia ejus pater multos tibiarum artifices alebat. Plutarchus in Isocrate, *Ἰσοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς, τοῦ Ἀρχιέως, τῶν μετρίων πολιτῶν θεράποντας αὐλοποιοὺς κεκτημένου καὶ εὐπορήσαντος ἀπὸ τούτων, ὡς καὶ χορηγῆσαι καὶ παιδεῦσαι τοὺς υἱοὺς, ὅθεν εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῴδηται ὑπ' Ἀριστοφάνους καὶ Στράττιδος.* Hunc locum intelligit. Atqui mirum est, quod Hesychius Illustris refert, *Φίλισκον τὸν Μιλήσιον ῥήτορα πρότερον αὐλητὴν ὄντα παραδοξότατον Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ αὐλοτρύπην ἐκάλει.* *Tibiarum foratorem.* *παράδοξον* i. *celebrem*, et Fortunatianus ait,

Olympionicas et cæteros victores certaminum nominari paradoxos, magis ex consuetudine vulgi quam ex ratione. Idem habet Suidas. VA.

189, 10. In editione prima optime separatur vox λαμπὰς a voce λαμπάδιον: at male in secunda confunditur. Nos priorem sequuti sumus, et a capite reposuimus vocem λαμπάς. MA.

189, 12. Λαμπὰς] ἡ λαμπαδηφορίη τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι, Herod. 8, 98. Sic ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ λαμπάδα ποιεῖν, Arrian. de E. A. 2, 24. p. 100. ibique J. Gronov. Observa locum Isæi p. 62, 19. γεγυμνασιάρχηκε λαμπάδι. Plato de Rep. 1. p. 572. A. de Leg. 6. p. 871. D. Schol. Aristoph. ad Ran. 1119. 1125. Panem etiam θυσίῃσι ἐπετείῃσι καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται, Herodot. 6. p. 365, 39. Pausan. 1. p. 76. Liban. vol. 1. p. 418. D. τῇ λαμπάδι δὲ ὁ Πάνδρομος λαμπαδικὸς ἀγὼν καὶ δρόμος Neapoli, Schol. Lycophr. ad vs. 732. Suid. in λαμπαδεύεσθαι. Themist. p. 230. D. Hesych. in Λαμπάς. HEMST.

189, 12. In v. Λαμπὰς legitur τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς Λαμπάδος, quum tamen codex Mediceus retineat Λαμπάδας, æque in plurali, quam appositionem egregiam esse opinor. Significat enim ut in festo matris Deum distincti erant varii dies separatis appellationibus, ita ut nominarentur Sanguen, Hilaria, Requietio, Lavatio, ut patet ex Valesianis ad Ammianum Marcellin. lib. 13. cap. 111; sic et in tribus illis festis fuisse quoque dies solennes, qui ab accensis sine dubio lucernis dicerentur Λαμπάδες, idque ex usitatissima loquendi de festis consuetudine, qua etiam Romani dixerunt celebrare ludos Consualia, indice Livio l. 1. GR.

190, 13. Προμηθείοις] Hyginus in Poëtico Astronomico cap. de Sagitta: *Prometheus autem consuetus insidiari venit ad Jovis ignem, quo deminuto et in ferulam conjecto, lætus, ut volare, non currere videretur, ferulam jactans, ne spiritus interclusus vaporibus extingueret in angustia lumen. Itaque homines adhuc plerumque, qui lætitiæ fiunt nuncii, celerrime veniunt. Præterea totum a* (f. *votiva*) *certatione ludorum cursoribus instituerunt ex Promethei consuetudine, ut currerent lampadem jactantes.* VA.

190, 4. Θύοντες] Θέοντες. VA.

190, 5. Κατανοήσαντος] Κατανοήσαντας αὐτούς. VA.

190, 7. ΛΑΜΠΤΡΕΙ'Σ] Χαβρίας Λαμπρεὺς in oratione contra Neæram, et in oratione πρὸς Τιμόθεον initio παρὰ Ἀντιγένους Λαμπρέως, et in ea πρὸς Κάλλιππον, quam laudat Harpocratio hoc loco, legitur ξένος μὲν ὢν Ἀριστόνῳ τῷ Δεκελεῖ καὶ Ἀρχεβιάδῃ τῷ

Λαμπρεῖ. Suidas etiam, *Λαμπραὶ*, ait, *δῆμος τῆς Ἐρεχθ.* etc. Hesychius, *Λαμπραὶ καθύπερθεν καὶ Λαμπραὶ ὑπένερθεν* etc. Hoc est: *Lampræ infernates et supernates.* Sic apud Plin. *Carentini supernates et infernates.* VA.

190, 11. Verba Comici in Acharnens. sic habent,

ὡς ἀπωλόμεθ᾽· ὁ λάρκος δημότης ὅδ᾽ ἔστι ἐμός.

Ex quibus ego soleo interpretari, rejectis omnium interpretum explicationibus, illud Juven. Satyr. 15.

—municipes Jovis advexisse lagenas.

λάρκος δημότης ut municeps lagena. Porro enarrator vetus ad illa verba Comici ita infit, *πλέγμα τι κοφινῶδες ἢ ψιαθῶδες ἐν ᾧ φέρουσι τοὺς ἄνθρακας.* MA. Sed ludit ibi Comicus, et ea dici ab Acharnensibus fingit Dicæopolidi, qui ab eis lapidibus petitus minabatur se illorum liberos occisurum gladio, cumque Acharnenses peterent ab eo, quinam hi essent, ostendit Dicæopolis cophinum plenum carbonibus. Erant vero Acharnenses plerique carbonarii: unde orant Dicæopolidem, ut parcat cophino, quem *δημότην* vocant et *ἥλικα*, id est, *coætaneum suum.* Longe commodior esset locus ex Amphide comico; quem laudat Athenæus l. 1. c. 24. *οἴνου πολίτης ὢν κρατίστου στρυφνὸς εἶ.* Alloquitur virum quendam Acanthium. VA.

190, 17. ΛΕΜΒΑ΄ΔΕΙΑ] *γρ. Λεβάδεια*, ut Photius: *ἐν ᾗ Διὸς μαντεῖον Τροφωνίου κατασκευάσαντος*, ut idem. VA.

191, 6. Omnes Homeri libri hodie habent *οὐδ᾽ ἐθέλεις.* in hoc versu Suidas cum nostro convenit. MA.

191, 10. *Λεσχηνόριος* vocabatur hic Apollo. male apud Suid. est *Λεσχηκόριον.* et pejus ante nostram emendationem hic erat *λέσχην ὅριον* divisis vocibus. Phurnutus de natura Deorum, *καὶ Λεσχηνόριον δὲ αὐτὸν προσηγόρευσαν, διὰ τὸ τὰς ἡμέρας ταῖς λέσχαις καὶ τῷ ὁμιλεῖν ἀλλήλοις συνέχεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, τὰς νύκτας δὲ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἀναπαύεσθαι.* Si plura de hoc Apolline desideres, adi ad commentarium studiosissimi viri Joannis Meursii in Lycophr. Alexandram, ubi jam diu cum omnes hos errores animadvertisse et abstersisse deprehendimus. MA.

191, 10. *Λεσχηνόριον*] *Περὶ Λεσχηνορίου Ἀπόλλωνος* Plutarchus tractatu de particula *εἰ.* Quid autem *λέσχαι*, vide Petavium ad Themistium. Etymolog. in *ἀδολεσχίᾳ. κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος ἐν τῷ χειμῶνι τόπον εἶχον ἀποκεχωρισμένον, ἐν ᾧ πυρκαϊὰς ποιοῦντες ἐν αὐτῷ καθεζόμενοι διημέρευον ἀδολεσχοῦντες καὶ φλυαροῦντες.* VA.

191, 12. Ἀττικῆς] *γρ. ἀκτῆς.* Strabo lib. 10. Homerus *ἀκτὴν ἠπείροιο* vocat. Ὀδ. ω. VA.

192, 4. Φασὶ πρὸς τῷ Ἀχέροντι] Pausanias Heliac. 152. Etymologus in Ἀχερωΐς. VA.

192, 11. ΛΕΥΚΟΝΟΙΕΥΣ] Δημοχάρης τε ὁ Λευκονοεὺς ὁ τὴν τηθίδα τὴν ἐμὴν ἔχων. Et rursus in oratione adversus Lacritum ita perscriptum est, et in ea adversus Polyclem. Apud Plutarchum. in x Rhetor. Δημοχάρης Λάχητος Λευκονοιεὺς, et in Demetrio, Δημοχάρης ὁ Λακωνεὺς, corrupte. VA.

193, 1. ΛΕΥΧΑΙΟΝ] Isæus p. 50. Andocides περὶ εἰρήνης p. 24. Plato in Menexeno p. 245. VA. Λεύχαιον habet Hesychius, et illuc solitos confugere servos docet. MA.

193, 2. Manuscriptus Codex Fed. Morelli habet Στράβων ἐν τῷ Γῳ γεωγραφουμένων, id est ἐν τρίτῳ. MA.

194, 4. Vetus enarrator Thucyd. ad illa lib. 1. (περὶ τὸ Λεωκόρειον καλούμενον) ἐλίμωξέ ποτε ἡ Ἀττικὴ, καὶ λῆσις ἦν τῶν δεινῶν παιδὸς σφαγή. Λεὼς οὖν τις τὰς ἑαυτοῦ κόρας ἐπιδέδωκε καὶ ἐπίλλαξε[1] τοῦ λιμοῦ τὴν πόλιν, καὶ τούτων ἱερὸν ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ καλούμενον Λεωκόρειον. Leocorium igitur illud Athenis templum erat in medio Ceramici, (nam ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ bene habent quidam Codices,) in honorem filiarum Leo Orphei filii exstructum. Ad hanc historiam adlusisse videtur D. Hieronymus 1. in Jovinianum, cum dixit: *Chalciœcus quoque filia illa Leo virgo perpetua pestilentia patriam scribitur spontanea morte solvisse.* Quæ verba non immerito hactenus habuere exercitos magnos viros, nam non unam tantum Leo filiam mortem obiisse pro patria certum est, sed tres. Præterea quid per Chalciœcum intelligat Sanctus ille Pater, nemo adhuc intelligere potuit. Nos in notis ad Plutarchi libell. de fluminibus ad hujus loci illustrationem forte aliquid afferemus: persequamur auctorem nostrum. MA. Demosthenes ἐν ἐπιταφίῳ λόγῳ, εἰ γνήσιος. ἠκηκόεσαν οἱ Λεοντίδαι μυθολογουμένας τὰς Λέω κόρας (male Volfius *Leocoras a poetis celebratas* vertit) ὡς αὑτὰς ἔδοσαν σφάγιον τοῖς πολίταις ὑπὲρ τῆς χώρας. Suidas: λεωκόριον ἡρῷον ἐν μέσῳ τῷ κεραμικῷ. Λεὼς γὰρ ὁ Ὀρφέως υἱὸν μὲν ἔσχε Κύλανθον, θυγατέρας δὲ τρεῖς, Φασιθέαν, Θεόπην, Εὐβούλην, ἃς ὑπὲρ τῆς χώρας σφαγισθείσας ἔτι παρθένους ἐτίμησαν Ἀθηναῖοι τῷ ἡρῴῳ. Ælianus lib. 12 ποικ. cap. 26 Praxitheam appellat, quam Suidas Phasitheam. Hujus Leo filias memorat Aristides in Panath. p. 8. b. Libanius declam. 13. ὑπὲρ τῆς κοινῆς δόξης ἐπέδωκεν, ὡς ὁ Λεὼς τὰς θυγατέρας, ὡς ὁ Κόδρος αὑτόν. Clemens Alex.

[1] Ἐπίλλαξε] Leg. ἀπήλλαξε, ex Suida, apud quem hæc omnia ad verbum leguntur. VA.

in Protreptico. Leopardus lib. 19 cap. penult. et Greg. Naz. in carmine de virtute p. 215. VA.

193, 7. Τελεσθέντες] Τελειωθέντες Suidas. Sic Plutarch. in Demosth. initio, et Apollodorus lib. 3 biblioth. VA.

193, 10. Καθ' Ἡγελόχου] Dionysius Ἡγελόχῳ. VA. Quidam Codices habent κατὰ Γελόχου. MA.

193, 13. ΛΙΤΗ'] Λητή. Stephanus, Λητὴ πόλις Μακεδ. ἀπὸ τοῦ πλησίον ἱδρυμένου Λητοῦς ἱεροῦ· ὡς Θεαγένης Μακεδονικοῖς. τὸ ἐθνικὸν Λητaῖος. οὕτω γὰρ ἱστορεῖται Νίκαρχος Λητaῖος τῶν Ἀλεξάνδρῳ συστρατευσαμένων ὁ διασημότατος. Scribe Νέαρχος, quem tamen Arrianus in Indicis Cretem ait fuisse. Ptolemæo Λητὴ in Mygdonide. In Arriani Indicis, ἐκ δὲ Ἀμφιπόλεως ἦγον οἵδε, ἐκ Κρήτης μὲν Νέαρχος Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ ἀνέγραψε. Leg. Λήτης. Non enim Creta in Macedonia aut Amphipoli. Lete Macedoniæ oppidum a Plinio quoque memoratur. VA.

193, 14. Μαρσύας ὁ νεώτερος] Hujus quoque mentio est in voce Γαληψός. Duo Marsyæ fuere, alter Periandri filius Pellæus, frater Antigoni regis, una cum Alexandro rege educatus, teste Suida. Hic Μακεδονικὰ scripsit libris x, quorum quintus citatur ab Harpocr. in vocibus Ἀριστίων et Μαργίτης, septimus ab Athenæo et Stephano. Scripsit etiam res Atticas et vitam Alexandri. Laudatur a Diodoro Siculo Marsyas dux Demetrii ὁ τὰς Μακεδονικὰς πράξεις συνταξάμενος. Alter fuit Marsyas Marsi filius, de quo Suidas. Μαρσύας Μάρσου Ταβηνός. Lege Ταβιηνός. i. e. natus Tabiis in Galatia. Scripsit Antiquitatum libros et mythica et de patria sua. Laudatur ab Hesychio in σκότιος, Μαρσύας ἐν τῇ Ἰάδι, nisi Mnaseas ibi scribendum est. quod non assero. Mnaseæ ambo historici noti sunt. fuit et Mnaseas quidam Berytius, qui de arte Rhetorica scripsit, itemque de Atticis nominibus teste Suida. Alius Mnaseas cursor Libys dictus, de quo Pausanias Heliac. 2. VA.

193, 17. Hodie est in oratione Demosth. contra Cononem καὶ πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες. Harpocration videtur legisse πρὸς τὸν λίθον, quod idem fere est, nam lapis ille ara aut altare erat. Unde peritissimus Grammaticorum Hesychius, λίθος, βῶλος, βωμὸς καὶ βάσις, τὸ ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ βῆμα. Et λιθομόται dicebantur illi oratores, qui ἐπὶ τοῦ λίθου jurabant, qui lapis nihil aliud erat quam βῆμα ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ. Sed quid illa Comici in Acharnensibus sibi volunt, Τονθορίζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέσταμεν? Vetus enarrator lapidem illum ait fuisse βῆμα quod

erat ἐν πυκνὶ δικαστηρίῳ ad idem forte alludendo, adinstar Pollucis qui cap. 7. lib. 8. in hæc erumpit: Ἐπηρώτα δὲ ἡ βουλὴ, ὤμνυον δὲ οὗτοι πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ, ᾗ ἐστι τοῦ λίθου. Nisi simpliciter hæc velimus interpretari, *in porticu regia, quæ lapidea erat*, quod nobis duriusculum videtur. Verum de his alias diligentius, ut et de Jove lapide Roman. de quo Polyb. lib. 3. et Festus, et Plautus in Aulularia, et tandem multi ex recentioribus, qui aliquam in Repub. literaria familiam ducunt. MA.

193, 17. Καὶ πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντος] Cicero pro C. Balbo: *Athenis aiunt, cum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, et testimonium publice dixisset, et ut mos Græcorum est, jurandi causa ad aras accederet.* Locus Dem. sic legitur: ἐποίησαν μὲν ἔξω μέσων νύκτων τὴν ὥραν, οὔτε τὰς μαρτυρίας ἀναγινώσκειν ἐθέλοντες, οὔτε ἀντίγραφα διδόναι. τῶν τε παρόντων ἡμῖν καθ' ἕνα οὑτωσὶ πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες, καὶ ἐξορκίζοντες, καὶ γράφοντες μαρτυρίας, οὐδὲν πρὸς τὸ πρᾶγμα. Melius Harpocr. ἐξορκοῦντες. Nam ὁρκῶσαι dicitur et ἐξορκῶσαι Atticis, jusjurandum adigere, ut notavi in Xenoph. At ἐξορκίζειν est plane Christianorum, qui dæmonia adjurabant. In sacramento τῶν γεραίρων apud Dem. in Neæram est ἐξορκοῦν, et apud Pollucem. Videntur autem etiam, qui testimonium perhibebant, ascendisse suggestnm aliquem. Hinc apud oratores ἀνάβηθι toties usurpatur, et Judices, cum testimonium remittebant, κατάβα, κατάβα, clamabant, ut ait Aristoph. in Vespis v. 973, ubi Scholiastes notat hunc morem: et in Equit. 149. τὸ ἀναβαίνειν, ait esse εἰσιέναι εἰς τὸ λόγιον. Idem Arist. in Εἰρήνῃ 679. τίς κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ ἐν τῇ πνυκί; Respondet Trygæus: Ὑπέρβολος νῦν τοῦτ' ἔχει τὸ χωρίον. i. βῆμα. erat enim δημαγωγὸς Hyperbolus post Cleonem. Et in Concionant. 86. δεῖ σε καταλαβεῖν ἕδρας ὑπὸ τῷ λίθῳ τῶν πρυτάνεων κατ' ἀντικρύ. Schol. τῷ βήματι. Porro ἐξορκίζειν rectum est, teste Polluce, et utitur Æschines contra Timarchum, ubi sacramentum refert usitatum in foro Palladio, et περὶ παραπρ. p. 40. Porro etiam βῆμα erat ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ut docet Isæus p. 48 in fine, quo ascendebant dicturi, et p. 65. De hoc lapide locum attuli ex Plutarcho in legibus Atticis, ubi de 9 magistratibus. VA.

194, 1. Hæc a nobis plenius explicata sunt in Dissertatione Critica. MA.

194, 4. Δείναρχος Τυραννικῷ] Ἴσως Τυρρηνικῷ, ut p. 246. Πιρρηνικὸς dicitur a Dionysio Halicarn. inter δημοσίους Dinarchi λόγους. Frequenter τυραννικὸν occurrit pro Τυρρηνικῷ, ut apud

Aristoph. ScholiastenNub. 52, ubi de Coliade promontorio Atticæ. Apud Etymologum in Σιντηΐδα Λῆμνον. VA.

194, 5. Εὔδοξος hic restituimus, cum male ante esset Ἔνδοξος. Cæterum quidam Codices pro ἐν η περιόδου, habent ἐν ζ, id est in septimo. MA.

194, 6. Apud Isocr. in Busiride, principio p. 226. plurale λογισμοῖς habemus, non singulare λογισμῷ. Ita enim ibi scriptum est, *ἐν ἀστρονομίᾳ καὶ λογισμοῖς καὶ γεωμετρίᾳ διατρίβειν ἔπεισεν.* sed minime dubium est quin λογισμῷ non λογισμοῖς scriptum hic ab Harpocratione fuerit. Cæterum λογισμοῖς illud redditur ab interprete *arithmetica.* STEPH.

194, 7. Ars numerandi sive Arithmetica, τέχνη λογιστικὴ dicitur, vel λογισμὸς, uno verbo ab Isocrate in Busiride. Hinc ἀπολογίζεσθαι dixerunt pro ἀποδοῦναι τὸν λόγον τῶν δαπανημάτων, id est ut loqueremur nos Galli, *rendre compte de la despense.* Latini simili modo, rationem a dispensatore accipere, rationem, id est λόγον. Ita loquutus est Cicero in Hortensio, Lucillius lib. 29. rationem perversam dixit, id est *οὐκ ἀπηρτισμένον λόγον, un mauvais compte.* Unde postea oritur ἀπαρτιλογία, quam auctor noster supra eadem voce vult esse perfectum et absolutum numerum, plenum et adæquatum, vel ex quo summa confecta sit et probe subducta, quam forte postea æram dixere, æra enim pro numero in singulari: unde æra Hispanica numerus Hispanicus vel ratio numerandi Hispanorum. Certe Imperator Gordianus l. 3. Cod. de modo mulct. quæ a Jud. juflig. Curatorem Reipub. a Græcis logistam dictum asseverat, quod nimirum supra ratiocinia operum publicorum poneretur, id est supra λόγους. MA.

194, 7. Est autem ἀρχὴ κληρωτὴ Etymol. Æschines contra Timarchum p. 20. Suidas in *εὐθύνη. κυρίως ἦν εἰσάγουσι λογισταὶ πρὸς τοὺς δόξαντας μὴ ὀρθῶς ἄρξαι τῆς πόλεως, ἢ πρεσβεῦσαι κακῶς, καὶ τὰ δικαστήρια μὲν οἱ λογισταὶ κληροῦσι, κατηγορεῖ δὲ ὁ βουλόμενος, καὶ τοῖς δικασταῖς ἐφεῖται τιμᾶσθαι τοῖς ἁλοῦσι.* VA.

194, 14. Codices quidam ex Iambo faciunt Scazontem, et ita habent,

Ἄνδρες λογισταὶ τῶν ὑπευθυνῶν χειρῶν. MA.

194, 16. Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Μυστηρίων] p. 11. Lysias p. 150. qui rationem non reddiderat, tenebatur ἀλογίου judicio. Suidas, *ἀλογίου δίκη, ἣν φεύγουσιν οἱ ἄρχοντες λόγον οὐ διδόντες τῶν τῆς ἀρχῆς διοικημάτων.* quæ iisdem verbis leguntur in Etymolog. VA.

194, 18. Isocr. in Bus. p. 228. *ὁμολογεῖται δὲ παρὰ πάντων τῶν λογοποιῶν.* Paulo post autem legimus etiam verbum quod ex hoc nomine factum est: ubi scribit, *καὶ πολλὰς ἄλλας ἀνομίας ἐλογοποίησαν κατὰ τούτων.* STEPH.

194, 19. Priores editiones habebant Ἡρόδοτος *ἐν τῷ δωδεκάτῳ.* Atqui tot libros composuit tantum Herodotus, quot Musæ sunt, ergo male in duodecimo laudabatur. Nos restituimus *ἐν δευτέρῳ.* sine dubio notarii ante β posuerant ι, et ita scripserant *ἐν τῷ ιβ* pro β simplici. Illic in secundo, id est in Euterpe, bis utitur pater ille historiæ voce λογοποιὸς, sed in diversa significatione. Unam tantum hic attigit Harpocration, aliam nos explicabimus. Cum de Hecatæo loquitur, et eum λογοποιὸν vocat, recte quidem tunc historicum significare fatebimur vocem illam λογοποιὸς, at cum de Æsopo, et eum λογοποιὸν facit, hæc vox non historicum, sed fabulatorem significare potest, quomodo aliquando accipitur elegantissime. Ammonius, *λογογράφος καὶ λογοποιὸς διαφέρει. λογογράφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τοὺς δικανικοὺς*[m] *λόγους γράφων, λογοποιὸς δὲ ὁ λόγους τινὰς καὶ μύθους συντιθείς.* Thucydides tamen historicos λογογράφους vocat, histor. prim. *ὡς λογογράφοι ξυνέθεσαν ἐπὶ τὸ προσαγωγότερον.* Ad quæ vetus enarrator notavit Thucydidem de Herodoto loqui. Ita etiam aliquando λογοποιοὺς e contra oratores nostri volunt esse oratores, ut Demosthenes in Philipp. 4.[n] quæ vulgo prima est, *οἱ λογοποιοὶ πομπὰς πομπεύουσιν,* (sic enim legendum infra docebimus voce *σεμναὶ θεαί*). Hodie male est in excusis omnibus et in manuscriptis *οἱ λοιποί.* Oratores hic λογοποιοὶ vocantur, unde vides voces has indiscriminatim sæpius accipi et diversa significare. MA. Dionysius Halic. lib. 1. c. 73. *παλαιὸς μὲν οὖν οὔτε συγγραφεὺς οὔτε λογογράφος ἐστὶ Ῥωμαίων οὐδὲ εἷς, nec fabularum, nec historiæ scriptor,* vertit Gelenius. Libanius in *βασιλικῷ* initio: *ταῦτα πάντα καὶ ἔτι πλείω λογογράφοις τε καὶ ποιηταῖς ἱκανῶς ὕμνηται πάλαι.* Theon Sophista: *ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς εἰδῶμεν ὅτι πάνυ ἐστὶν ἀναγκαῖον ἡ τῶν γυμνασμάτων ἄσκησις, οὐ μόνον τοῖς μέλλουσι ῥητορεύειν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἢ ποιητῶν ἢ λογοποιῶν ἢ ἄλλων τινῶν λό-*

[m] Ὁ *τοὺς δικανικοὺς*] Sic apud Demosth. contra Theocrinem: *ἀλλὰ διοικησαμένου πρὸς Κτησικλέα τὸν λογογράφον, ὃς ἦν ἐπὶ τοῖς τῶν ἀντιδίκων πράγμασι,* qui ab adversa parte stabat. Et *περὶ παραπρ. λογογράφους τοίνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν πειρώμενος.* Plato in Phædro p. 257. VA.

[n] Demosthenes in Philipp. 4.] Et *κατὰ Τιμοκράτους* initio, *κατὰ τὴν ἀγορὰν λογοποιοὺς καθίσαν, rumigerulos.* Sic et Isocrates in Philippico initio. Μῦθος et λόγος confundi solent, nam *μῦθος* nil aliud est quam *παλαιὸς λόγος.* Sic *μύθους Περσικοὺς* vocat Isocrates in Panegyr. p. 143. VA.

γων δύναμιν ἐθέλοι μεταχειρίζεσθαι. Idem capite περὶ μύθου. προσαγορεύουσι δὲ αὐτοὺς τῶν μὲν παλαιῶν οἱ ποιηταὶ μᾶλλον αἴνους, οἱ δὲ μύθους. πλεονάζουσι δὲ μάλιστα οἱ καταλογάδην συγγεγραφότες τὸ λόγους, ἀλλὰ μὴ μύθους καλεῖν, ὅθεν λέγουσι καὶ τὸν Αἴσωπον λογοποιόν. Πλάτων δὲ ἐν διαλόγῳ τῷ περὶ ψυχῆς πῇ μὲν μῦθον, πῇ δὲ λόγον ὀνομάζει. εἴρηται δὴ μῦθος οἷον λόγος τὶς ὧν ἔπει, καὶ μυθεῖσθαι, τὸ λέγειν ἐκάλουν οἱ παλαιοί. αἶνος δὲ ὅτι καὶ παραίνεσίν τινα περιέχει. ἀναφέρεται γὰρ ὅλον τὸ πρᾶγμα εἰς χρησίμην ὑποθήκην. νῦν μέντοι καὶ τὰ αἰνίγματα αἴνους τινὲς καλοῦσι. Isocrates in Philippo p. 204. VA.

195, 1. ΛΟΓΟΥ ΤΥΧΕΙΝ] Λόγου τυχεῖν Demosth. ἐν προοιμίοις δημηγορικοῖς 22, et κατ' Ἀριστοκράτους bis initio, dixit pro eo, quod Gallice dicimus, *avoir audience*. νῦν δ' ὑπὸ τῆς ἐνίων ἀσελγείας οὔτε παρελθεῖν, οὔτε εἰπεῖν, οὔτε λόγου τυχεῖν ἐστίν. Sic et in prooemio 27 usurpat, et 38, et ἐν τῷ περὶ παραπρ. initio, ἐξέκλειον λόγου τυγχάνειν τοὺς ἄλλους. Et longe post, τὸ μὲν γὰρ ἐξαρχῆς ἄχρι τοῦ λόγου τυχεῖν Φίλιππον ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, Κτησιφῶν καὶ Ἀριστόδημος τὴν ἀρχὴν πρώτην ἔφερον τοῦ φενακισμοῦ. Sic et Æschines περὶ παραπρ. initio. Demosthenis locus ex oratione pro corona initio sic habet: οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν. i. *neque vero est negandus cuiquam accessus ad populum et dicendi potestas.* Errat ergo Harpocratio. VA.

195, 1. Ἐπαίνου] F. εἰπεῖν. VA.

195, 1. λόγου τυχεῖν] Sic διδόναι λόγον τοῖς συμμάχοις Xenoph. Hell. 5. p. 325, 9. Observa in Eunapio p. 122, 17. τοῖς διώκουσιν εἴσοδος ἐδόθη cum causam Athenis erant dicturi apud Proconsulem: tum vs. 28. δοθέντος δὲ τοῦ λόγου τοῖς κατηγοροῦσι. HEMST.

195, 3. ΛΟΙΔΙΑΣ, Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας] P. 45. ubi Λυδίαν scribitur vulgo, quomodo et apud Ptolemæum, sed in Strabone lib. 7 in fine Λουδίας. Herodot. 7. Λυδίας c. 127. Plinio *Rhedias* male pro *Lœdias*. Scylaci Λυδίας. VA.

195, 9. τοῖς ἀγάμοις] Eandem plane lectionem invenit Suidas; neque tamen dubito, quin legendum sit, τοῖς ἀγάμοις ἀποθανοῦσι λουτροφόρον ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι. HEMST.

195, 10. Ἐφίστασθαι—ὑδρίαν ἔχων—λουτρα.] Eustathius Ἰλ. ψ. p. 1293. et Didymus. Demosth. πρὸς Λεωχάρην. ἠρρώστησεν Ἀρχιάδης καὶ τελευτᾷ τὸν βίον ἀπόντος τοῦ Μειδυλίδου, ἄγαμος ὤν. τί τούτου σημεῖον; λουτροφόρος ἐφέστηκεν ἐπὶ τῷ τοῦ Ἀρχιάδου τάφῳ. Pollux 8, 66. Thucyd. 2, 15. καὶ τῇ κρήνῃ τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων τοῦτο κελευσάντων ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ, τὸ δὲ πάλαι φανερῶν τῶν

πηγῶν οὐσῶν, Καλλιρόῃ ὠνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς (τῆς ἀκροπόλεως scil.) οὔσῃ, τὰ πλείστου ἄξια ἐχρῶντο, καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου πρό τε γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα τῶν ἱερῶν νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. Vitruvius lib. 8. p. 314. Statius 12 Thebaid. in fine: *Et quos Callirhœ novies errantibus undis Implicat.* Unicus porro in tota urbe erat hic fons teste Paus. in Attic. p. 10. Schol. Æschyli ad illa ex Persis v. 201. καὶ χεροῖν Καλλιρρόου ἔψαυσα πηγῆς, notat, πηγή τις ἱερὰ, ἀφ' ἧς ἀνιμᾶτο νᾶμα ταῖς θυσίαις ἐπιχέεσθαι. Etymolog. ἐννεάκρουνος κρήνη 'Αθήνησι παρὰ τὸν 'Ιλισσὸν ἣ πρότερον Καλλιρόη ἔσκεν. ἀφ' ἧς τὰ λουτρὰ ταῖς γαμουμέναις μετιᾶσι. Πολύζηλος δημοτυνδάρεῳ. ἵξει δὲ ἐννεάκρουνον ἔνυδρον τόπον. Pollux 3, 43. Hesychius in λιβύας. Porphyrius de antro Nympharum, ὅθεν καὶ τὰς γαμουμένας ἔθος ὡς ἂν εἰς γένεσιν συνεζευγμένας νύμφας τε καλεῖν καὶ λουτροῖς καταχεῖν ἐκ πηγῶν ἢ ναμάτων ἢ κρηνῶν ἀεννάων εἰλημμένης. Porro siticulosam fuisse Atticam, adeo ut æstate fontes deficere solerent, testatur Dio orat. 6. Valerius Flaccus 8 Argon. de conjugio Iasonis et Medeæ:

Inde ubi sacrificas cum conjuge venit ad aras
Æsonides, unaque adeunt pariterque precari
Incipiunt, ignem Pollux undamque jugalem
Prætulit, ut dextrum pariter vertantur in orbem.

Nonnus lib. 3 Dionysiac. p. 88 et lib. 2. p. 60. VA.

195, 15. ΛΟΥΣΙΕΥΣ] Et Demosth. in Midiam. Stephanus, Λουσία τῶν 'Υακίνθου θυγατέρων ἦν, αφ ἧς ὁ δημότης Λουσιεύς. VA.

196, 2. Primus hic error est, quem in hoc opere deprehendimus, prima hæc nostra conjectura, quæ stimulos et calcar addidit ad exanclandos hos labores, et onus istud humeris nostris impar suscipiendum. Legebatur in aliis editionibus ὁ δὲ Θεόπομπος ἐν τῇ κατὰ Πεισιστράτου, sed nos conjecimus restituendum ἐν τῇ κᾱ, id est in vigesimo primo, rerum videlicet Philippic. ex ciphra illa κᾱ notarius inepte fecerat κατά. Optime igitur hæc jam cohærebunt. Theopompus in vigesimo primo, Pisistrato regnante, Philochorus vero in quarto, Pericle imperante, Lyceum exstructum fuisse asseverarunt. Emendationem autem hanc nostram adeo certam esse postea comperimus, ut opinione Joannis Meursii, viri, ut ita loquamur, πολλὰ γράμματα εἰδότος, tandem confirmata fuerit in notis ad Hesych. Illustrium. MA.

196, 3. Φιλόχορος] Et Pausanias Atticis p. 22. VA.

196, 6. Ne mutata quidem syllaba hæc omnia descripsit Har-

pocration ex Athenæo lib. 11. Dipnosoph°. Adi ad illum, et cap. 11. lib. 11. animadvers. in Athen. adjunge, ne in repetitionibus tempus teramus. MA. Vide quæ notavi ad Poll. 10, 157. In Demosth. adv. Timoth. p. 1077. E. Wolfius edidit: *φιάλας λυκουργεῖς δύο*. videndus Athen. 11. p. 486. C. H. Steph. Ind. Thes. L. Gr. in *λυκιουργής*. HEMST.

196, 10. *Μήποτ' οὖν γραπτέον καὶ παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῇ ἑβδόμῃ, ἀντὶ τοῦ προβόλους δύο λυκοεργέας*] Athenæus lib. 11 habet: *μήποτ' οὖν καὶ παρὰ Δημοσθένει* (malim *Ἡροδότῳ*) *γραπτέον λυκιοεργέας, ἵν' ἀκούηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα*. Ex his supple hunc Harpocrationis locum. Athenæus autem pro *λυκοεργέας* habet *Λυκιεργέας*. Hodie in Herodoti exemplaribus *λυκιοεργ*. extat. VA.

196, 13. *Οὖ πάππος*] Hæc falsa sunt. VA.

196, 16. *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν*] i. *ἐν τῷ κατὰ Λεπτίνου. Λυσιμάχῳ δωρεὰν ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν* (majores nostri), *ἑκατὸν δὲ ψιλῆς, ἔτι δὲ ἀργυρίου μνᾶς ἑκατὸν καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμάς, καὶ τούτων ψήφισμά ἐστιν Ἀλκιβιάδου, ἐν ᾧ ταῦτα γέγραπται*. Meminit etiam Plutarchus in Aristide sub finem, qui idem dicit. Sed aliter Suidas in *πλέθρον. ἐξέδωκεν ἡ πόλις Ἀθηναίων τὰς θυγατέρας Ἀριστείδου, καὶ Λυσιμάχῳ τῷ παιδὶ δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας ἐδίδου, καὶ γῆς πεφυτευμένης ἐδωρήσατο ὀκτὼ πλέθρα, ἀροσίμης ἑκατὸν, horti 8 jugera, arvi centum*. VA.

197, 5. ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝ—*ἀρχὴν δὲ λαμβάνοντος τοῦ χειμῶνος ἐν τούτῳ τῷ μηνί*] Ulpianus in Olynth. 3. *χειμέριος οὗτος ὁ μήν*. VA. Nolo describere quæ de Mensibus Atticis, quos docti omnes probe sciunt, male a Gaza et aliis omnibus qui eum sequuti sunt, ordinatos fuisse, jamdiu docuit illustrissimus Scaliger in magno et æterno opere de emendat. temporum lib. 1. cap. de mensibus Atticis. Imperite omnes ante eum crediderant Mæmacterionem quartum mensem esse, quod vel unica hujus auctoris fides luculenter evincere potest. MA.

197, 10. Scylax Caryandensis in Periplo de Macrocephalis, *μετὰ δὲ Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμήν. Τραπεζοῦς πόλις Ἑλληνίς*. At vero Palæphatus qui hic laudatur in septimo rerum Troicarum, an Parius, an Atheniensis fuerit dubitari potest. Critici enim quidam Troica ad Parium pertinuisse crediderunt, alii vero ad Atheniensem. Ita Theodorum quendam

° Ex Athenæo lib. 11 Dipnosoph.] Nisi quod Athenæus clarius et uberius loquitur. VA.

Iliensem Troica composuisse testatur Suidas in Palæphato Abydeno. MA.

197, 14. Plura dicemus ad hunc locum in Lectionibus. Interim monemus in Demosthenis Philippica nona, quæ hodie vulgo inscribitur tertia, μέλλομεν καὶ μελακιζόμεθα scriptum esse. Harpocration videtur legisse μένομεν. Variarunt Codices in utraque vocula, nam et pro μαλακίζομεν quidam μαλακίομεν habuere. Quid autem sibi velit Harpocration cum μαλακίειν vel μαλακίζειν dixit significare ὅρου φρίττειν, paucis explicari non potest, nam quod vulgaria lexica vulgo docent, id vero protritum est, et minus mihi probabile videtur. Tu consules lectiones nostras et attendes quæ illic nos de hac significatione latius exponemus. Superest ut de fabula Æschyli et fragmento ex ea allato quædam dicamus. Forte hic legendum pro Ἑλλαδίῳ Ἑλλάδι. Ita enim Plato Comicus Helladem composuerat teste Polluce, qui lib. 10. eum sæpissime laudat ἐν Ἑλλάδι. Porro in verbis Æschyli ex ea fabula allatis videndum est num recte legi posset κἀκμῆτι potius quam κεκμῆτι, et retineri Ἑλλαδίῳ tanquam verbum οὐσιῶδες fragmenti, non ut fabulæ nomen. Hæc nos titubantes produximus ad hujus loci satis intricati intelligentiam. Judicent docti et constituant aliquid certi. MA.

197, 14. ΜΑΛΑΚΙ'ΖΟΜΕΝ] Theo in Arati Phænomena ad illum v. 294. Ναύτῃ μαλκιόωντι κακώτερον, explicat ναρκοῦντι. μάλκη δέ ἐστιν ἡ ἐκ ψύχους χειρῶν καὶ ποδῶν ἐπανάστασις, ἃ καὶ χίμετλα λέγονται. VA.

197, 14. Μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεθα] Sic loquitur Gregor. Nazianz. in oratione 9. p. 152, hunc Demosthenis locum in mente habens. VA.

197, 14. ΜΑΛΑΚΙ'ΟΜΕΝ] Μαλκίομεν. Suidas diserte sic ait, μαλκίομεν, Δημοσθένης ἐν θ Φιλιππικῶν φησί. Hesychius μαλκίετον. Hinc ἀμαλκιεῖν μὴ ῥιγοῦν, Etymol. Scholiastes in Nicandri Theriaca ait μάλκην a Nicandro sumi interdum pro *frigore*, interdum pro *torpore:* et exemplum affert ex Nicandro, πνεύματος ἀργαλέοιο πόνοιό τε μαλκείοντα, cum sc. pedes ac manus præ frigore rigescunt. μάλκαι igitur dicuntur αἱ μαλακίαι καὶ δυσκινησίαι διὰ τὴν τοῦ κρύους ὑπερβολὴν, ut idem scribit. Hinc Amalcium mare Hecatæus Oceanum septentrion. vocari dixerat, quod est congelatum mare, teste Solino cap. 22, et Plinio lib. 4. cap. 13. quorum tamen alter barbarum id nomen, alter gentis ejus lingua dictum putavit, cum sit Græcum. ἀμάλκιον, ut ἄξυλος ὕλη et ἄκνηστις, pro ὑπερμάλκιον. VA.

198, 2. Ὅρον φρίττειν] An intelligit extremas corporis partes? an ὄρρον scribendum est? unde ὀρρωδεῖν. Ammonius. Eustathius Ἰλ. μ. p. 906. ex Philopono: ὄρος δὲ οὐ μόνον γῆς ὑψηλὸν ἐπανάστημα, ἀλλὰ καὶ ὁ περὶ τοὺς γλουτοὺς τόπος, ὅντινες ταῦρόν φασι. Subdit locum Erennii Philonis, qui apud Ammonium iisdem legitur verbis fere. Athenæus lib. 13. initio, de cinædis, ξυρουμένους τὴν ὑπήνην καὶ τὸν ὄρρον. Male Dalech. *pudendo et mento.* Hesychius in λάσταρνοι, οἱ περὶ τὸν ὄρρον δασεῖς. i. τὸν πρωκτόν. Schol. Comici in Plutum v. 122. Ὀρρωδῶ πάνυ, τουτέστι φοβοῦμαι, ἀπὸ τῆς ὄρρου, ὅ ἐστι μεσοπύγιον τῆς περιστερᾶς. ἔστι γὰρ τρομερὸν τὸ μέρος, καὶ κυρίως μὲν ἐπὶ τοῦ τῶν ἀλόγων δέους. πεποίηται δὲ παρὰ τὸ σείοντα τὴν οὐρὰν δηλοῦν τὸ δέος, ἢ παρὰ τὸ ἐγκρύπτειν τούτῳ τῷ μέρει τὰ αἰδοῖα κατὰ τὴν τοῦ δέους διάθεσιν, ἢ ὅτι τῶν φοβουμένων εἴωθεν ὁ ὄρρος ἤτοι ὁ πρωκτὸς ἱδροῦν. Ὄρρος δέ ἐστιν τὸ ἐπάνω τῆς πυγῆς ὀστοῦν, ἐξ οὗ ἡ οὐρὰ τῶν ζώων φύεται. Hesychius in τράμος, ubi et ὄρος legitur male. Schol. Comici in Ranas ad illa 222: ἐγὼ δὲ τἀλγεῖν ἄρχομαι τὸν ὄρρον, notat: ὄρρον δὲ τὸν λεγόμενον ταῦρον, τὸ μεταξὺ τῶν διδύμων. Καλλίστρατος τὴν ὀσφὺν καὶ τὸ ἱερὸν ὀστοῦν. Δίδυμος δὲ τὴν τραμήν (lege τράμιν), οὐχ ὥς τινες τὸ ἰσχίον. In loco Æschyli forte: ἐλαδίῳ κεκμηότι μαλκιῶν ποδί. Athenæus in lib. 12. in fine, pedes unguento ungi et oleo solitos docet ex comicis. Ἀντιφάνης δὲ ἐν μὲν Ἀλκήστιδι ἐλαίῳ τινὰ ποιεῖ χριόμενον τοὺς πόδας et cætera. ἐλάδιον autem antepenultima longa ponitur a Machone apud Athenæum lib. 13. p. 582. An forte ἔλα δὲ κεκμηότι μαλκιῶν ποδί? vel ἐλᾷ. Themistius orat. 13. initio τρέμοντα καὶ μαλακίοντα. Leg. μαλκ. Κεκμηῶτι Ἰωνικόν ἐστιν ταὐτὸν ὂν τῷ κεκμηκότι, Eustath. Ἰλ. ζ. p. 641. Hesiodus operum lib. 2. λυγρὸν μαλκιόωντες. Sic enim Isocrates Grammaticus (cujus meminit Polybius) legebat teste Proclo p. 123. VA.

198, 2. Αἰσχύλος Ἐλλαδίῳ etc.] Scribendum existimo Αἰσχύλος, ἐλαδίῳ κέκμηκε μαλακῶν ποδὶ aut πόδε. ἐλάδιον diminutivum est ἀπὸ τοῦ ἐλαίου. Sic utitur Teles apud Stobæum p. 237. An autem μαλκίων legendum in Æschylo? Sic enim Hesychius in μαλκίετον. Forte ergo etiam supra μαλκίομεν. nihil certius. VA.

198, 4. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου] In 2 oratione, ubi ait: λελευκωμένον τε γάρ ἐστι καὶ οἴκοθεν κατεσκευασμένον. καίτοι τοὺς μὲν τὰ πεπραγμένα μαρτυροῦντας προσήκει οἴκοθεν τὰς μαρτυρίας κατεσκευασμένας μαρτυρεῖν, τοὺς δὲ τὰς προκλήσεις μαρτυροῦντας, τοὺς ἀπὸ ταυτομάτου προστάντας καὶ ἐν μάλθῃ γεγραμμένους τὴν μαρτυρίαν, ἵν', εἴ τι προσγράψαι καὶ ἀπαλεῖψαι βουληθῇ, ῥᾴδιον ᾖ. Nota. Festus in Maltha. VA.

198, 6. Τρόπην] Τρόπιν. VA. Sic jam Maussacus in Append. ad Plutarch.

198, 7. ΜΑΝΤΙΝΕΏΝ ΔΙΩΙΚΙΣΜΌΣ] Polybius lib. 4. p. 297. Λακεδαιμόνιοι Μαντινεῖς φίλους ὄντας καὶ συμμάχους ἀναστάτους ποιήσαντες οὐκ ἔφασαν ἀδικεῖν ἐκ μιᾶς πόλεως εἰς πλείους αὐτοὺς διοικίσαντες. Vide quæ not. ad Diodorum. VA. Paus. 8. p. 655. cf. p. 739, 9. Suid. in eadem v. ubi nonnulla notat Kuster. Rem narrat Xenoph. Hell. 5. p. 323. Ammon. in οἰκίζεται p. 101. Plato Symp. p. 1187 D. HEMST. Cf. Valck. ad Amm. p. 171 sq. GEEL.

198, 11. Oratores Atticos Alexandrum vocare solitos Margitem, præter Demosthenem, Æschinem, et auctorem nostrum, luculenter testatur Libanius in πρεσβευτικῷ ad Julianum: Ἀλέξανδρος δὲ πολλὰ παρὰ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἠδικημένος, τά τε πράγματα ταραττόντων, καὶ τοὺς δήμους κινούντων, καὶ Μαργίτην αὐτὸν ἀποκαλούντων, καὶ ὑβριζόντων καὶ καταφρονούντων. De poemate autem Homeri quod Μαργίτης inscribebatur, tantopere a Callimacho laudato, Hephæstion περὶ μετρικῆς συναγωγῆς καὶ περὶ ποιημάτων· μετρικὰ δὲ ἄτακτα ὅσα ἐκ μέτρων μὲν ὁμολογουμένων συνέστηκε, τάξιν δὲ καὶ ἀνακύκλησιν οὐκ ἔχει, οὔτε κατὰ στίχον οὔτε κατὰ συστήματα, οἷός ἐστιν ὁ Μαργίτης ὁ εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενος, ἐν ᾧ παρέσπαρται τοῖς ἔπεσιν ἰαμβικὰ, καὶ ταῦτα οὐ κατ' ἴσον σύστημα. Ex quibus apparet quomodo compactum esset illud poema, et quonam versuum genere constaret. Schol. Comici ad illud Av. 915. θεράποντες ὀτρηροὶ, ἐπεπίστευτο δὲ καὶ ὁ Μαγρίτης τοῦ Ὁμήρου εἶναι, ἐν ᾧ εἴρηται, Μουσάων θεράπων καὶ ἐκηβόλου Ἀπόλλωνος. MA. Plato in Alcibiade 2. ex eo poëmate hoc carmen adducit de Margite, πολλὰ μὲν ἠπίστατο ἔργα, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα. Alii id poëma Pigreti cuidam tribuunt. Suidas in Πίγρης, Κὰρ ἀπὸ Ἁλικαρνασσοῦ, ἀδελφὸς Ἀρτεμισίας τῆς ἐν τοῖς πολέμοις διαφανοῦς Μαυσώλου γυναικὸς (falsum ex Strabone) ὃς τῇ Ἰλιάδι παρενέβαλε κατὰ στίχον ἐλεγεῖον. οὕτω γράψας, μῆνιν ἄειδε etc. Μοῦσα, σὺ γὰρ πάσης πεῖρατ' ἔχεις σοφίης. ἔγραψε δὲ καὶ τὸν εἰς Ὅμηρον ἀναφερόμενον Μαργίτην καὶ βατραχομυομαχίαν. Plutarch. περὶ Ἡροδότου κακοηθείας in fine: ὥσπερ βατραχομυομαχίας γενομένης Πίγρης ὁ Ἀρτεμισίας ἐν ἔπεσι παίζων καὶ φλυαρῶν ἔγραψε, σιωπῇ διαγωνίσασθαι συνθεμένων, ἵνα λάθωσι τοὺς ἄλλους. Sic et Timolaus quidam singulis Iliadis versibus singulos heroicos inseruit, teste Suida. Teles περὶ ἀπαθείας apud Stob. 254. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τούτων εἴ τις οὕτως οἴοιτο, Μαργίτης. Marius Victorinus

lib. 1. de teliambo seu μειούρῳ carmine Andronici ait: *non absurde Choriambicam clausulam idem affectasse in ejusmodi modulatione dicetur, ea videlicet contemplatione, qua viderit Homerum fontem atque originem metricæ disciplinæ, non tantum in duobus opusculis Iliados et Odysseæ, his versibus Teliambis frequenter usum, sed et in eo carmine, cui Margitæ nomen est, eundem herois hexametris trimetros iambicos tanquam pares numero miscuisse viderit, qua ratione id in opere suo Livius.* Idem lib. 3. de Iambicis. *Hoc genere versuum, ut supra diximus, primus usus est Homerus in Margite suo, nec tamen totum carmen ita digestum perfecit: nam duobus pluribusve hexametris antepositis istum subjiciens copulavit: (beneficia pro re coleres apientis viri est) quod postea Archilochus interpolando composuit.* Dio orat. 53. ait, poëma illud ab Homero adolescente compositum videri, qui indolis ad poësim suæ periculum facere vellet. Idem orat. 67. de gloria: πολύ γ' ἂν εἴη τοῦ Μαργίτου κωφότερος, ἀγνοοῦντος ὅτι χρὴ γήμαντα χρῆσθαι τῇ γυναικί. Leg. ὅ τι χρή. *quomodo uxore utendum esset.* Hinc ergo Margites Alexander est vocatus, quod in Venerem segnior haberetur. Nota historia Philippi, qui ad tentandum juvenis ardorem meretrices ei submisit. Tzetzes hist. 4. chil. 4, 867. ἄκουε τὸν Μαργίτην, εἰς ὃν Ὅμηρος ἡρωιάμβους γράφει. οὗτος ὢν γέρων ἐξανηρῶ τίς αὐτὸν ἐγκυμονήσας βρέφος ἐκ τῆς γαστρὸς ἐγέννησεν, ἆρ' ὁ πατὴρ ἢ μήτηρ. VA.

168, 16. Γραφῇ] Scribe παραγραφῇ. Locus sic habet: ἐπ' ἐργαστηρίῳ τε ἐν τοῖς ἔργοις ἐν Μαρωνείᾳ. Autor argumenti. Πανταίνετος παρὰ Τηλεμάρχου τινὸς ἐργαστήριον ἐν Μαρωνείᾳ μεταλλικὸν, τόπος δὲ οὗτος τῆς Ἀττικῆς. Maronia autem Thraciæ dicta est a Marone Euanthis filio, de quo Philostratus junior in Heroicis, Homerus Odyss. ἰῶτα initio, ubi anonymus interpres, Ἴσμαρος, ait, πόλις τῆς Κικονίας, ἥτις νῦν Μαραθὼν λέγεται. Scribe Μαρώνεια. Vide Herodotum et Stephanum et Marcianum Heracl. VA.

199, 3. Integriora exstant Isocratis verba in vulgo excusis quam ea quæ hic nobis dedit Harpocration, εἰ Φωκαεῖς, inquit, μὲν φεύγοντες τὴν τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου δεσποτείαν ἐκλιπόντες τὴν Ἀσίαν εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκισαν. Eruditus interpres male vertit: *Cum Phocenses magni Regis dominationem fugientes*, debebat potius dicere *Phocæi* vel *Phocæenses*. Nam Phocenses a Phocide Græciæ regione, cujus metropolis Delphi, Phocæi vero aut Phocæenses ab Ioniæ urbe in Asia. Schol. Thucydid. ad 1.

Φωκεῖς οἱ τῆς Ἑλλάδος, ἀπὸ Φωκίδος πόλεως. Φωκαεῖς οἱ τῆς Ιωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως, Ἴωνες ὄντες[p]. Ita Gellius cap. 16. lib. 10. Noct. Attic. non satis caute dixit: *Nam qui ab Harpalo regis Cyri præfecto ex terra Phocide fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam condiderunt.* Melius dixisset ex terra Phocæa, vel Phocæensi. Harpalum autem illum Cyri regis præfectum sic a Gellio, Ammiano Marcell. Solino et aliis dictum, Pausanias in Phocicis Ἄρπαγον vocat, ut et Conon narrat. 38. ὑπὸ Ἁρπάγου, inquit, τοῦ Κύρου, ubi interpres vertit *ab Harpago Cyri filio*, consultius dixisset *Cyri præfecto*, στρατηγοῦ. Hos novos errores de novo addimus nos aliis, quos eruditissimi viri jamdiu ante nos observarunt contra veteres, eruditissimi inquam viri Lambertus Hortensius in comment. ad Lucan. lib. 3. et Josephus Scaliger in animadvers. ad Euseb. Chron. numero MCCCCXVII. Eleganter Marcianus Heracleota de Massilia,

> Οἱ Μασσαλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς
> Ἀγάθην, Ῥοδανουσίαν τε, Ῥόδανος ἣν μέγας
> ποταμὸς παραρρεῖ.

Hic Rhodanusia illa est de qua Stephani mutilator duobus locis et in Ῥαδανουσία et Ῥοδανουσία. Male doctissimus Savaro ad Sidon. Apollinarem Rhodanusiam, de qua loquutus est Episcopus ille epist. 5. lib. 1. eamdem esse existimavit cum ea de qua auctores illi. Rhodanusia Sidon. Apollinaris Lugdunum est a Rhodano sic dicta: Rhodanusia veterum illorum auctorum alia urbs est a Phocæorum colonia condita, ut Agathopolis. Suspicati sumus aliquando eam non valde differre a Rhoda, de qua Plinius, cujus verba ferme repetiit D. Hieronymus procem. in epist. ad Galatas. *Oppidum,* inquit, *Rhoda coloni Rhodiorum locaverunt, unde amnis Rhodanus nomen accepit.* Sed fallebamur, nam Rhodanusiam non locarunt Rhodiorum coloni, sed Phocæorum, qui Massiliam etiam condiderunt. MA. Eadem est Rhode et Rhodanusia, non enim ait Dionysius Heracleota Phocæos condidisse Rhodanusiam, sed tantum ait Phocæos, qui Massiliam condidere, κατεσχηκέναι Rhodanusiam, quod non intellexit Maussacus. Strabo lib. 14. de Rhodiis, καὶ μέχρι Ἰβηρίας ἔπλευσαν, κἀκεῖ μὲν τὴν Ῥόδην ἔκτισαν, ἣν ὕστερον Μασσαλιῶται κατέ-

[p] Ἰωνίας ἀπὸ Φωκαίας πόλεως, Ἴωνες ὄντες] Agathias lib. 1. de Massilia, ταύτην γὰρ δὴ πάλαι Φωκαεῖς ἐξ Ἀσίας ὑπὸ Μήδων ἀναστάντες κατῴκισαν Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεω Περσῶν βασιλεύοντος. Fallitur Agathias. Cyrum enim debuit dicere. Addit: καὶ νῦν ἐξ Ἑλληνίδος ἐστὶ βαρβαρική. VA.

σχον. Agathe vero, quam cum Rhoda jungit Plinius, Straboni libro 4. κτίσμα Μασσαλιωτῶν. VA.

199, 9. Τί γὰρ ἂν ἄλλο τίς εἴποι] Vulgati codices habent, τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι. MA.

199, 13. Non valde erant dissimiles Masteres et Zetetæ Atheniensium a Mastris Pellenensium. Vide supra Ζητηταί. MA. Μαστεύειν enim est ζητεῖν apud poëtas. Apoll. 1. Argon. in fine: μήποτε μαστεύοντες ἀπολλήξειν καμάτοιο. Schol. ζητοῦντες, ἐξ οὗ καὶ μαστὺς ἡ ζήτησις. Καλλίμαχος, μαστύος ἄλλοτ' ἔκαμνον ἀλητύϊ. ὅθεν καὶ μαστοὶ (mammæ) καλοῦνται διὰ τὸ ἀναγκαίως ζητεῖσθαι ὑπὸ τῶν παίδων. Certe Sophocles in Œdip. Coloneo μαστῆρας vocat ζητητὰς v. 456. καὶ κρέοντα πεμπόντων ἐμοῦ μαστῆρα. Idem in Trachiniis v. 733. πάρεστι μαστὴρ πατρὸς ὡς πρὶν ᾤχετο, *quærens patrem*. At Suidas μαστοὺς ideo dici ait, quasi μεστοὺς, διὰ τὸ μεστοὺς εἶναι γάλακτος. μαστεύειν et μαστευτὰς Xenoph. in ἀπομν. dicit. VA.

199, 15. Ἐν Πελλήνῃ μάστροι] At Rhodiorum magistratum esse scribit Hesychius. VA.

199, 15. Πελληνίων] Πελληνέων. VA.

199, 17. ΜΑΤΡΥΛΕΙ͂ΟΝ] Μαστρυλεῖον Photius. VA. Lexicon manu exaratum inscriptum παλαιῶν πάνυ λέξεων optime habet, ματρύλειον, τόπος ἐν ᾧ μαστροποὶ διατρίβουσι. ματέρας δὲ ἐκάλουν οἱ Δωριεῖς τοὺς μαστροποὺς ἐπευφημιζόμενοι ἔνιοι, ματρυλεῖον γὰρ καὶ μαστρυλεῖον. MA.

199, 17. Ἡρακλείων] Ἡρακλέων. VA.

199, 18. Διατρίβουσαι] Photius, μαστροποὶ διατρίβουσιν ἑταίρας ἔχουσαι, καὶ δέχονται τοὺς βουλομένους. ἐκάλουν δὲ αὐτὰς καὶ μάστρυας εὐφήμως. VA.

200, 4. Καταφθαρεῖσθαι] Suidas habet καταφθαρείς. Sic enim Æ. Portus emendavit, cum prius esset scriptum κατὰ τρεῖς. VA.

200, 12. ΜΕΘΩ΄ΝΗ] De conditu Methonæ, quæ est in Thracia, vide Plutarchum in quæst. 11. rerum Græcarum. Porro Suidas sic habet, Μεθώνη πόλις μία τῶν Ἀλκυονίδων et cæt. ut hic. Idem Suidas, Παλλήνη μία τῶν Ἀλκυονίδων. Alcyonides dicuntur filiæ Alcyonei gigantis. Earum nomina refert Suidas in Ἀλκυονίδες ex Hegesandro. VA.

200, 12. Μεθώνη] Dum obsideret Methonem Philippus, vulneratus fuit in oculo dextro ab Astere quodam milite, qui ex muris Methones, sagittæ quam in eum vibravit, inscriptum reliquerat,

Ἄστηρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος.

Quam sagittam, cum forte fortuna Philippus tantum in oculo vulneratus fuisset, rursus ferunt vibratam intra muros Methones fuisse, inscriptione hac adhibita, ὅμως οὐκ ἐπέτυχεν αὐτός.

Ἀστέρα Φίλιππος εἰ λάβῃ κρεμήσεται.

Porro Demetrius Magnes, qui hic laudatur ἐν συνωνύμοις πόλεσι, ille est, de quo in Dissertatione Critica egimus. Ex operibus quæ composuerat, duo præ reliquis erant, quæ inscribebantur περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν[q], vel περὶ συνωνύμων πόλεων. Unde apparet frustra eos esse, qui apud Plutarch. in vita Demosth. pro συνωνύμων legunt ὁμωνύμων. Melius quidem apud Ciceronem lib. 8. epist. ad Attic. epist. *Quod me magno*, legeretur περὶ ὁμωνύμων, quam ut hodie est, περὶ ὁμονοίας. En integrum locum, *memini tibi librum deferri a Demetrio Magnete, ad te missum scio* περὶ ὁμονοίας: *eum mihi velim mittas*. Ego dico restituendum περὶ ὁμωνύμων, de hoc enim opere loqui voluit Cicero. De Concordia autem scripsisse Demetrium illum adhuc non legi. At vero eumdem Demetrium miror in alio opere, id est ἐν συνωνύμοις πόλεσι, quatuor tantum numerasse Methonas, quia certissimum est quinque fuisse, aliam Thraciæ, de qua jam actum est, aliam Laconicæ, aliam Macedoniæ[r] aliam Persidos, quintam vero Eubœæ. MA.

200, 15. ΜΕΓΟΝ καὶ ΜΕΙΑΓΩΓΟ'Σ] Arist. in Ranis 809. μειαγωγήσουσι τὴν τραγῳδίαν. Schol. μεῖον λέγουσι τοὺς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ Ἀπατούρια ὄϊς ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσφερομένους, διὰ τὸ ἐπιφωνεῖν τοὺς φράτορας ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱερείου μεῖον, μεῖον. ὅτι δὲ ἵσταντο, Ἀριστοφάνης δεδήλωκε ἐν δράμασι. τοῦτο δὲ κέκληται κουρεῖον ἀπὸ τῶν κούρων, ὑπὲρ ὧν ἐθύετο. μεῖον δὲ διὰ τὴν προειρημένην αἰτίαν, καὶ ἐπιζήμιόν τι τοῖς ἧττον εἰσάγουσιν ἀποδέδοκτο, καθάπερ αὐτός φησιν Ἀριστοφάνης, ἀλλ' εὔχομαι ἔγωγε ἑλκύσαι σε τὸν σφυγμὸν, ἵνα μή με προσπράττωσι γραῦν οἱ φράτορες. Notandum quod scribit hanc ovem dictam esse κουρεῖον, unde explicandus est Isæi locus περὶ Φιλοκτήμονος κλήρου, ἐπείσθη ὑπ' αὐτῆς τὸν πρεσβύτερον τοῖν παίδοιν εἰσάγειν εἰς τοὺς φράτορας ἐπὶ τῷ αὐτοῦ ὀνόματι. ἐπεὶ δὲ οὔθ' οὗτος οὔθ' οἱ φράτορες συνεδέξαντο, ἀλλ' ἀπηνέχθη τὸ κούριον. etc. Pollux 8, 107. περὶ φρατόρων. εἰς τούτους τούς τε κούρους καὶ τὰς κόρας εἰσῆγον. καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων ἐν τῇ καλουμένῃ κουρεώτιδι ἡμέρᾳ ὑπὲρ μὲν τῶν ἀρρένων τὸ κόριον

[q] Ποιητῶν] Καὶ συγγραφέων. Laudatur a Laërtio in Epimenide. VA.

[r] Macedoniæ] Ejus meminit Dem. πρὸς Πολυκλέα sub finem: ἀφικνεῖται ἐκ Μεθώνης τῆς Μακεδονίας ὑπηρετικὸν (navicula) εἰς Θάσον, ἄγον ἄνδρα καὶ ἐπιστολὴν παρὰ Καλλιστράτου. Et Scylax. Est et Methone in Magnesia, de qua Solinus. Scylax μοθώνη. VA.

ἔθυον, ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν τὴν γαμηλίαν. Interpres vertit, *coriandrum offerebant*. Sed lege κούριον, vel potius κουρεῖον, ut Suidas in μειαγωγήσουσι. Quod autem in Harpocratione corrigo παρέστησε μεῖον, id non absque judicio facio. Existimavi enim ipsa esse verba Isæi. nam παριστάναι proprium in hac re vocabulum fuit teste Schol. Aristoph. ad locum supra cit. ὅτι μεῖον τὸ ἱερεῖον ἔλεγον τὸ παριστάμενον ὑπὲρ τῶν εἰς τοὺς φράτορας εἰσφερομένων. μεῖον δὲ ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος. ἔδει γὰρ αὐτὸ (μὴ addo) ἔλαττον ἄγειν σταθμοῦ τινὸς ἀπὸ τοῦ ὡρισμένου διὰ τοὺς φιλοδοξοῦντας. οἱ δὲ φράτορες, ἵνα μείζους νέμωνται μερίδας, ἐπεφώνουν οὐκ ἐῶντες ἱστάναι διὰ τοῦ μεῖον εἶναι. Ἄλλως. ἐάν τις εἰσάγῃ εἰς τοὺς ἰδίους φράτορας υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενον, παρίστα αὐτοῖς ἐπὶ ὡρισμένῳ σταθμῷ ἱερεῖον, πρὸς ὃν ἔδει προσάγειν, καὶ οὐκ ἐξῆν μεῖον παρασχεῖν. ὅτε δὲ ἐντεθείη τὸ ἱερεῖον εἰς τὸν ζυγὸν, περιεστῶτες ἐβόων, μεῖον, μεῖον τοῦτο. Duplex igitur sententia est, cur dictum sit μεῖον: prima et vulgatior, quam refert Eratosthenes: secunda est, dictum esse ex eo, quod vetitum erat adducere ovem majorem certo quodam pondere, idque propter ambitionem quorundam, qui uter grandiorem afferret contendebant. Id sibi vult Pollux lib. 3, 53. Apud Suidam leges Isæi verba, uti distinxi, nisi quod παρέστη habet. Etymolog. κούρειον καλεῖται ἐν Ἀττικῇ τὸ ἱερεῖον τὸ θυόμενον, ἡνίκα ἐγράφοντο οἱ κοῦροι εἰς τοὺς φράτορας. τοῦτο δὲ καὶ μεῖον ἐλέγετο, καὶ μειαγωγὸς ὁ τοῦτο εἰσάγων. ἡ δὲ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐποιοῦντο, ἐλέγετο κουρεῶτις. Supra dixerat προπαροξύνεται. VA.

200, 15. Παρέστησε, Μεῖον] Παρέστησε Μεῖον. VA.

200, 18. Ἐπισκώπτοντα] Ἐπισκώπτοντες. VA.

201, 13. ΜΕΛΑΝΩΠΟΣ, Δημοσθένης κατ' Ἀνδροτίωνος] Et κατὰ Τιμοκράτους eundem Melanopum Androtionis συμπρεσβευτὴν, Lachetis viri probi filium pessimum vocat. Melanopi vero filius fuit Laches ab avi nomine sic dictus, qui a judicibus condemnatus est, sed in Alexandri Macedonis gratiam, qui id petiverat literis, debitum ei condonatum est omne, ut narrat Demosth. Ep. 3, ubi et Mnesibulum Acharnensem pariter absolutum ait, quod bonus vir esset. Laches etiam is qui in auxilium missus est Leontinis una cum Chæreade, Melanopi f. dicitur a Thucydide 3, 86. Male apud Suidam μελανωπός. VA.

201, 15. ΜΕΛΙΝΗ] Μελίνας. μελίνους Photius. VA.

201, 15. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς] Ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. ὑπὲρ δὲ τῶν μελινῶν καὶ τῶν ὀλυρῶν τῶν ἐν τοῖς Θρᾳκίοις σιροῖς ἐν τῷ βαράθρῳ χειμάζειν. Vide Harpocrat. in βάραθρον. Eadem

verba repetit Demosthenes Philipp. 10. Leg. *σιροῖς* ex Hesychio et Etymologo in *σιροί*, Varrone de re rust. lib. 1. cap. 57, Juliano in epist. 53. *ὦ Ζεῦ πῶς μὲν καλῶς ἔχει, ἡμᾶς μὲν ἐν Θρᾴκῃ διάγειν καὶ τοῖς ἐνταῦθα σιροῖς ἐγχειμάζειν.* Dio orat. 1. Tarsica, *Μακεδόνας οἱ τέως μὲν τὰ ῥάκη περιηρημένοι* (leg. *περιερραμμένοι*) *καὶ ποιμένες ἀκούοντες, περὶ τῶν μελινῶν μαχόμενοι τοῖς Θρᾳξὶ τοὺς Ἕλληνας ἐκράτησαν.* Et Artemidorus lib. 2. cap. 24. *σιροὶ δὲ καὶ καπετοὶ καὶ καλεοὶ καὶ πάντα τὰ, ἐν οἷς θησαυρίζεται καὶ ἀποτίθεται τὰ σπέρματα.* Sed in lib. 4. cap. 34. *ὡς πίθοι οἶνον καὶ ἔλαιον, καὶ σωροὶ πυροὺς ἢ κριθάς.* forte *σιροί.* VA.

201, 16. Reposuimus hic *Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ.* fabula hæc est Sophoclis de qua videndus Casaubonus cap. 4. lib. 7. animadvers. in Athen. MA.

202, 5. *Θεόφραστος δὲ ἐν ἑβδόμῳ περὶ φυτῶν*] In libro 8 historiæ, ubi *περὶ σιτώδων* agit ex professo, in cap. 1 distinguit *κέγχρον* et *μέλινον* et *σήσαμον.* Item in cap. 3, ubi inter *θερινὰ χέδροπα*, id est, *æstiva legumina*, ponit *κέγχρον, μέλινον, σήσαμον* et *ἐρύσιμον.* VA.

202, 7. ΜΕΛΙ΄ΤΗ] De Melite Scholiastes Apollonii lib. 4. v. 525 et 542. Melitem hanc Ægei fluvii in Corcyra filiam esse dicit, quam Hercules in Scheria insula Phæacum uxorem duxit, ex qua Hyllum filium habuit. Apollonius, *Ὕλλον, ὃν εὐειδὴς Μελίτη τέκεν Ἡρακλῆϊ.* Ab hac dictus est Athenis pagus *Μελίται.* Hesychius *ἐν Μελίταις Ἡρακλῆς.* Vide et Schol. Apollonii 4, 1150. Pro *Δίου* forte *Διόμου*, Schol. Aristoph. in Ranis 503. *Μελίτη δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ ἐμυήθη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια. ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μελίτης νύμφης, ᾗ ἐμίγη ὁ Ἡρακλῆς. παρὰ δὲ τὴν ὑπόνοιαν σκώπτει, ἐπειδὴ ἐν Μελίτῃ ἐστὶν ἐπιφανέστατον Ἡρακλέους ἱερὸν ἀλεξίκακον.* (Lege, *Ἀλεξικάκου*, ex Hesychio in *ἐκ Μελίτης.*) *τὸ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἄγαλμα ἔργον Ἐλάδου τοῦ Ἀργείου τοῦ διδασκάλου Φειδίου. ἡ δὲ ἵδρυσις ἐγένετο κατὰ τὸν μέγαν λοιμὸν* (*pestem*), *ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων.* VA.

202, 7. *Μελίτη*] Hinc *Μελιτεύς*· Comicorum dictis nobilitatus Philonides Melitensis. Schol. Aristoph. ad Plut. v. 179. *Τιμοκράτης Μελιτεὺς*, Demosth. adv. Eubul. p. 888. D. 892. D. Meminit etiam *Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως* p. 903. B. qui a Comico diversus esse non videtur. Nota Plutarchi locum de Exil. p. 601. B. *Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διωμίδα, ὅπου καὶ μῆνα Μεταγειτνιῶνα καὶ θυσίαν ἐπώνυμον ἄγουσι τοῦ μετοικισμοῦ τὰ Μεταγείτνια.* Vid. Schol. Arist. ad Ran. 664. et Acharn. v. 603. No-

ster in Εὐρυσάκειον. Ὁ ἐν Μεμίτῃ, Hercules, ut puto. Suid. in Ἐν Κλάρῳ, nisi sit Eurysaces. Hesych. in Μελιτεὺς κάπρος et Μελιτ. οἶκος [a].—Inter ἐρωμένους Herculis recenset Schol. Apoll. Rh. ad 1, 1207. Apud Steph. in Διόμεια Hercules ἐπιξενωθεὶς παρὰ Κολύττῳ ἠράσθη Διόμου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Meurs. de pop. Att. in Διόμεια. Vide an Platoni de Rep. 4. p. 644. D. restituendum sit παρὰ τῷ Διομείῳ pro δημείῳ. Etymol. p. 102, 44. Διὸς, Δίομος, πατὴρ Ἡρακλέους. Porph. de Abst. 2. §. 10, 29. Hesych. in Διομεῖς. HEMST.

202, 11. ΜΕ΄ΝΔΗ] Thucyd. 4, 130. πόλις ἐν τῇ Παλλήνῃ Ἐρετριέων ἀποικία. Eretrienses intellige Eubœæ Pausan. Heliacis 1 in fine. VA.

202, 13. ΜΕΝΕ΄ΛΑΟΣ] Demosth. Philipp. 1. Οὐ γὰρ ἐχρῆν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν, ἄρχοντας οἰκείους εἶναι, ἵν' ἦν ὡς ἀληθῶς τῆς πόλεως ἡ δύναμις, ἀλλ' εἰς μὲν Λῆμνον τὸν παρ' ὑμῶν ἵππαρχον δεῖ πλεῖν. τῶν δ' ὑπὲρ τῆς πόλεως κτημάτων ἀγωνιζομένων (an ἐχθρῶν intelligit?) Μενέλαον ἱππαρχεῖν. καὶ οὐ τὸν ἄνδρα μεμφόμενος ταῦτα λέγω, ἀλλ' ὑφ' ὑμῶν ἔδει κεχειροτονημένον εἶναι τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ. Ejusdem Menelai Hipparchi Atheniensium meminit Libanius declam. 16, et Justinus lib. 7. Videtur stetisse a partibus Atheniensium, et equitatui eorum præfuisse. Demosth. Philipp. 1 p. 17. VA.

203, 1. ΜΕΣΕΓΓΥ΄ΗΜΑ] Sic usurpat Demosth. πρὸς Βοίωτον περὶ τοῦ ὀνόματος initio, καὶ μεσεγγυησαμένης ἀργύριον: *certam stipulata pecuniam*. Volfius. Antiphon περὶ χορευτοῦ in fine p. 132. ubi μετεγγυησ. legitur. Μεσεγγύημα dixit Isocrat. Παναθηναϊκῷ p. 466. Lysias κατὰ Φιλοκράτους p. 170. Glossæ Nomicæ σεκουέστερ μεσεγγυητής. Plura Suidas in μεσεγγύημα, ubi in malam partem sumi dicit de pecunia deposita apud sequestrem pœnæ nomine, quoties inter duos quidpiam contra bonos mores aut adversus remp. convenit. Idem μεσεγγυοῦνται, ἐγγυηταὶ γίνονται ἢ ἐγγυηταὶ ποιοῦνται, ὡς καὶ Ἰσοκράτης ἐν τῷ κατὰ τῶν σοφιστῶν. Locum intelligit, quem supra not. ubi pro μεσεγγυημ. lege μεσεγγυηθέντων. Sed non hunc locum intelligit Suidas, verum alterum, qui initio orationis contra Sophistas legitur p. 574. παρὰ τούτοις τὰ περὶ τῶν μαθητῶν μεσεγγυῶνται, id est, *ab iis stipulantur*. Apud eos tanquam sequestres pecuniam deponi volunt. μεσεγγύημα ταλάντων ὀκτακοσίων dicit Appianus lib. 2 Civ. VA.

[a] Quæ hic sequuntur, pertinent ad Valesii notam, ubi pro Δίου in Harp. emendat Διόμου. GEEL.

204, 1. Ἰσαῖος δ' ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου] Vide supra in V. ἰσοτελεῖς, et infra in V. πωλῆται. VA.

204, 2. Καὶ Δημοφάνους] Vide supra in ἐπωνία, ubi indicat inquilinos solvisse vectigal quintæ eorum, quæ vendebantur, quam legem reprobat Plato lib. 8 in fine. VA.

204, 3. Ὁ δέ] Ἡ δέ. VA.

204, 9. Πολίτας] Leg. πωλήτας ex Polluce. VA.

204, 16. ΜΕΤΡΟΝΟ'ΜΟΙ] Pollux 4, 167. VA.

205, 4. ΜΕ'ΤΑΥΛΟΣ] Evagr. H. E. 4. 3. ἐν τινὶ μεταυλείῳ θύρᾳ. Vid. Vales. qui hic collectis utitur. Procop. Pers. 1. p. 45, 30. ἐν τῇ μεσαύλῳ θύρᾳ, et mox ἐν τῇ μεταύλῳ. Etymol. p. 170, 13. Plut. in Arato p. 1039. B. Ephr. Syr. p. 434, 2. HEMST.

205, 4. ΜΕ'ΤΑΥΛΟΣ, Λυσίας etc.] *Basse cour.* differt μέσαυλος Schol. Apollonii lib. 3, 235. μέσαυλον δὲ οἱ Ἀττικοὶ τὴν φέρουσαν εἴς τε τὴν ἀνδρωνῖτιν καὶ γυναικωνῖτιν. Locus Lysiæ: ἀναμιμνησκόμενος δὲ, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ ἐψόφει ὁ μέσαυλος θύρα καὶ ἡ αὔλειος. Lego, ὁ μέτ. καὶ ἡ αὔλ. θύρα. Heliodorus lib. 3 ad calcem. ἐψόφει τε ἡ μέταυλος: *perstrepebat ostium atrii.* Interpr. Eustath. Ἰλ. λ. p. 862. Ἀττικοὶ μὲν τὴν μέσην θύραν μέσαυλόν φασι. μάλιστα μὲν οὖν τὴν μέσην δυοῖν αὐλαῖν, ὥς φησιν Αἴλιος Διονύσιος, ἣν καὶ μέταυλον αὐτός φησι. VA.

205, 6. Λημνείαις] Λημνίαις. VA.

205, 6. Θαΐδι] Meminit hujus Comœdiæ, quæ Thais vocabatur, Glycera in epistola ad Menandrum apud Alciphronem. MA.

205, 11. ΜΗΤΡΩΙ'ΟΝ, Λυκοῦργος etc.] Κοινὰ γράμματα τοῦ δήμου in eo recondita fuisse ait Demosthenes, ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται, quorum minister publicus curam gerit; pro Ctesiph. Idem in orat. 1 contra Aristogit. in fine, ait judices in μητρῷον se contulisse aliquando, ut leges inspicerent, si ita opus esset. Porro Lycurgi oratio contra Aristogitonem ejusdem est argumenti cum ea Demosth. in Aristogit. Unus enim idemque Aristogiton ab utroque accusatus est. Lycurgus prior peroravit, ut testatur ipse Demosth. ibidem. Dinarchus p. 90. γράψας τὸ ψήφισμα καθ' ἑαυτοῦ παρὰ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, ἣ πάντων τῶν ἐν τοῖς γράμμασι δικαίων φύλαξ τῇ πόλει καθέστηκε. Alexis Comicus apud Stob. serm. 198.

Οὐκ ἠξίωσα καταλιπεῖν τὴν μητέρα,
Πρώτην δὲ σώζειν. τοῖς γὰρ ὀρθῶς εἰδόσι
Τὰ θεῖα μείζω μητρὸς οὐκ ἔστιν ποτέ.
Ὅθεν ὁ πρῶτος οὐκ ἀπαιδεύτως ἔχων
Ἱδρύσαθ' ἱερὸν μητρὸς οὐ δείξας σαφῶς
Ποίας, ἐάσας δ' ὑπονοεῖν εἰς τοὔνομα.

Erat autem *τὸ μητρῷον παρὰ τὸ βουλευτήριον* teste Æschine contra Ctesiph. p. 59 et Pausania Atticis p. 2 fine. VA.

204, 15. Manuscripti omnes et excusi habent *μῆνας ἐζημίωσαν*. Ita etiam nos chalcographo excudendum dederamus, sed dum operæ procederent, ex tempore vidimus legendum esse *μνᾶς ἐζημίωσαν*, et ita in bona exemplarium parte invenietur excusum. Non video sensum, si vetus lectio retineatur, nam quid sit *γράφειν μῆνας*, vel *μῆνας ζημιοῦν*, non intelligo: optime quidem quid *μνᾶς ζημιοῦν*, *mulctare mina*. MA. Sed præterea leg. *Μίκων*. Ita enim dictus est is pictor, ut docuit Meursius lib. 1 cap. 12 Attic. lect. Hic Micon post Marathoniam pugnam cum Persarum corpora proceriora pinxisset quam Atheniensium, 30 minis ab Atheniensibus multatus est. Sopater in divisione quæst. seu controversiarum p. 340. *μετὰ Μαραθῶνα Μίκων ὁ ζωγράφος τοὺς βαρβάρους γράψας μείζους τῶν Ἑλλήνων, κρίνεται.* quem locum non notavit Meursius. Varro lib. 8 de lingua Lat. Mycon dicitur p. 115. Tzetzes hist. 129. *ὁ δὲ ζωγράφος ἔγραψε Πολύγνωτος ἢ Νίκων ἐν τῇ ποικίλῃ τῇ στοᾷ*, de Xanthippi cane. Item chil. 12 hist. 427. Plinius lib. 35 cap. 6 et 9 et lib. 33 cap. ultimo. Ælianus lib. 4. cap. 50 Niconem vocat, et lib. 7 cap. 38. VA.

205, 16. *Ἕως τοὺς Τριάκοντα, Μνᾶς*] *Αὐτοὺς τριάκοντα μνᾶς.* VA.

206, 3. *Μόθων* [in gl. spuria] etc.] Hæc omnia ad verbum leguntur apud Scholiastem Comici in Plutum v. 279. VA.

206, 3. *Περιστῆσαι*] *Παραστῆσαι* Schol. VA.

206, 3. *Αἰσχρὰ ποιοῦντος*] *Αἰσχροποιοῦντος*. Schol. Arist. VA.

206, 3. Codex Fed. Morelli habet *καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς τόποις ὀρχουμένου*. Lacones autem eos servos, qui liberorum puerulos enutriebant, *μόθωνας* vocabant. auctor noster testis hoc loco et Suid. post eum. Quod Hesych. confirmat cum ait, *μόθωνας τοὺς παρατρεφομένους τοὺς λεγομένους παιδίσκους: Λάκωνες.* Eadem repetiit Schol. Comici ad Eq. 632. nisi quod ille habet *τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις*. Similes forte hi fuerint Pappatibus, de quibus Juvenalis, aut gerulis, quos schol. Sophoclis in Ajace flagellifero *βαϊούλους*[t] dictos refert, id est bajulos: ut hodie Itali

[t] Βαϊούλους] Verba ejus sunt v. 549. *πωλοδαμνεῖν ἐπὶ τῶν ἀλόγων λέγεται κυρίως. ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων τὸ παιδαγωγεῖν καὶ παιδοτριβεῖν, ἀφ' ὧν παιδαγωγὸς καὶ παιδοτρίβης ὁ λεγόμενος βαιοῦλος.* Hæc autem sumpsisse videtur Maussacus a Laur. Pignorio de servis p. 192. Cedrenus p. 281. *τῷ λϛ' ἔτει Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιπόσιτον καὶ πατρίκιον καὶ βαιοῦλον αὐτοῦ παπᾶν ἐποίησε.* i. pædagogum. Et lib. 23. hist. Misc. *Joannem baiulum suum.* Papias in vocabulario: *Baiulus, portitor, gerulus, nutritor.* VA.

dicunt *balio* et *balia*. An autem illi distarent a nutritoribus, nutriciis et educatoribus, quos tatas vocabant, ut nutrices mammas, jam non quæro: nam multi essent hic movendi lapides. Alias hoc exsequemur cum Justiniani illa verba Tit. 6. Instit. 1. *aut pædagogum, aut nutricem, aut alumnum* interpretabimur. MA.

206, 3. Μόθωνας δὲ καλ. Λ. τ. π. τ. ἐλευθέροις παῖδας] Valesius inclusit parenthesi.

206, 3. Ἀνοήτους] Ἀνόητος. Schol. VA.

206, 4. ΜΟΙΡΟΚΛΗ͂Σ] Hujus meminit Aristot. 3 Rhetor. καὶ Μοιροκλῆς οὐδὲν ἔφη πονηρότερον εἶναι, ὀνομάσας τινὰ τῶν ἐπιεικῶν. ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπίτριτον τόκον πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπιδέκατον. De metaphora loquitur ibi Arist. ejusque exemplum id affert. Myroclem oratorem cum Polyeucto et Hyperide memorat Plutarchus in Demosth. Plura Meursius in Lect. Attic. Myrocles Mediolan. Episcopus Ambrosio dicitur orat. in Auxentium. Corruptum id nomen apud Athen. 8. p. 341. Τιμοκλῆς ὁ κωμικὸς ἐν Δήλῳ διηγούμενος τοὺς παρ' Ἁρπάλου δωροδοκήσαντας γράφει οὕτως. Δημοσθένης τάλαντα πεντήκοντα ἔχει, καὶ Μητροκλῆς εἴληφε χρυσίον πολύ. (Lege Μοιροκλῆς.) Εἴληφε καὶ Δήμων τε καὶ Καλλισθένης ὅ τ' ἐν λόγοισι δεινὸς Ὑπερίδης ἔχει. VA.

206, 6. Μοιροδικῆσαι] Suidas μοιροδοκῆσαι. Forte μοιρολοχῆσαι. Pollux 8, 136. VA.

207, 1. ΜΟΥΝΥΧΙ'Α, Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος] Οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος οὐδεὶς πώποτε ὡς ἀδικούμενος παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο, οὐχ ὑπὸ τῶν ἀποστολέων ἐδέθη. Ulpianus, Μουνύχιον τόπος περὶ τὸν Πειραιᾶ, ἔνθα ἐστὶν ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, κἀκεῖ ἔφευγον οἵτινες τῶν τριηραρχῶν ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἤ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ. ἐκλήθη δὲ Μουνύχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος (Siculus) παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων, ὡς ὅτι Θρᾷκες ποτὲ στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινυαῖον τῆς Βοιωτίας ἐξέβαλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως, ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν, ὅστις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως. Lysias p. 127. καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχιάσι. Etymolog. habet Παντακλέους non Παντευκλέους, ut hic sequitur. VA.

207, 4. Munychion decimus mensis erat apud Athenienses. male ergo habet Suidas δεύτερος pro δέκατος. MA.

207, 10. Ἀριστόξενος] Historiam vitæ rerumque Praxidamantis Pythagoræi Th. Reinesius interpretatur, V. L. 1, 11. a cujus

sententia discrepat Jonsius, quem vide, de Script. H. Ph. 1, 14. p. 76. sqq. HEMST.

207, 11. Aristoxeni Praxidamanteia nunquam inveni laudata. At Glaucus de quo hic Harpocration, sine dubio ille Glaucus Rheginus [u] est, de quo Plutarchus in Antiphonte, qui de poetis scripserat. MA.

207, 11. Πραξιδαμαντίοις] F. Πραξιδίοις. Sic Timæus Historicus Ὀλυμπιονίκας ἢ χρονικὰ πραξίδια scripserat teste Suida. An potes a Praxidamante? Is fuit vetus auctor, qui de Musica scripsit. Itaque Aristoxenus Musicus sic librum inscripserat. Suidas in χιάζειν, Πραξιδάμας Δημόκριτον τὸν Χῖον καὶ Θεοξενίδην τὸν Σίφνιον πρώτους ἐπὶ χρώματος τάξαι τὴν ἰδίαν ποίησιν, ὡς Ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδόθεον. VA.

207, 13. Γλαῦκος] Glaucus Rheginus, qui de Poëtis volumen insigne composuit, de quo Stephanus et Plutarchus in Antiphonte. Glaucus Teius dicitur ab Aristot. lib. 3 Rhetor. initio, quod a Teo Rhegium profectus erat. VA.

207, 14. ΜΟ'ΡΩΝ] Non puto in 11 Philippicis eam vocem legisse me. Sed ἐν τῷ περὶ τῆς συντάξεως dicit orator increpans Athenienses, νῦν δὲ οἱ πολλοὶ τοῦτο λέγουσι, ὡς Κέρκυραν εἷλε Τιμόθεος, καὶ τὴν μόραν κατέκοψεν Ἰφικράτης. quæ verba leguntur in oratione contra Aristocratem sub finem. Demosthenes postea in orationem περὶ συντάξεως retulit. Apud Dinarch. p. 89 μοίραν dicit, male. VA.

207, 16. Quidam Cod. habent ὥς εἰσι μοῖραι ϛʹ ὠνομασμέναι. MA.

207, 16. Μοῖραι ϛʹ ὠνομασμέναι] Ita ex Cod. Vaticano legit Meursius lib. 1 Attic. cap. 18, quod Xenophon confirmat in tract. de rep. Laced. [11, 4.] p. 399. Sed fallitur idem Meursius eo loco, dum moras et λόχους Lacedæmoniorum confundit, quos tamen distinguit Polyænus 2, 3. de Epaminonda. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν κατὰ λόχους καὶ μόρας ἐνωμοτίας καὶ συσσίτια στρατοπεδεύοντες ἔμαθον τὸ πλῆθος τῶν ὀλωλότων. Et recte. Moræ enim 6 omnino fuere. At λόχοι in unaquaque mora 4 duntaxat, quod docet diserte Xenophon: ἑκάστη δὲ τῶν πολιτικῶν μορῶν ἔχει πολέμαρχον ἕνα, λοχαγοὺς τέτταρας. Apud Aristoph. in Lysistrata v. 454. Spartana mulier, γνώσεσθ' ὅτι καὶ παρ' ὑμῖν εἰσὶ λόχοι τέσσαρες μαχίμων γυναικῶν ἔνδον ἐξωπλισμένων. Ad quæ verba respexit Hesychius, cum ait: λόχοι Λακεδαιμονίων φησὶν Ἀριστοφάνης τέτ-

[u] Glaucus Rheginus] Qui tempore Democriti vixit, ut ait Laertius in Democrito. VA.

ταρες. πέντε γὰρ εἰσὶν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Scholiastes Aristoph. in Acharnenses 1073. παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον τέσσαρες λόχοι, οἷς ἐκέχρητο ὁ βασιλεὺς, ὥς φησιν ἀλλαχοῦ Ἀριστοφάνης. γνώσεσθ' ὅτι καὶ π. υ. ε. λ. τ. μ. ἀνδρῶν ε. ἑξ. quæ etiam in lexico Suidæ leguntur v. λόχος. Sed et Nic. Cragius μόρας et λόχους distinguit lib. 4 de rep. Lacedæm. Corrige Xenoph. in 6 Ἑλλην. [c. 4, 17.] ἐξέπεμπον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω μορῶν, μέχρι τῆς αὐτῆς ἡλικίας. Lege ἐξ μορῶν. Tamen nil affirmo mutandum. Inter λόχους Λακωνικοὺς unus fuit Pitanates dictus, cujus meminit Herodianus lib. 4. Sed Hesychius commentum esse dicit. Erat et σκιρίτης λόχος, de quo Meursius loc. cit. Suidæ σκιωρίτης. Equitatus vero Laced. in οὐλαμοὺς 30 dividebatur, teste Plutarcho in Lycurgo sub finem. Xenophon lib. 7. [c. 5, 10.] p. 372. τῶν ιβ' λόχων τρεῖς. VA.

208, 3. Πεντηκοστύας] Πεντηκοστῆρας Xenoph. p. 399. VA.

208, 3. πεντηκοστύας] Si sequens ἐνωμοτάρχας attendatur, legendum putes πεντηκοστυάρχας. Xenophon [Rep. Lac. 11, 4.] habet πεντηκοστῆρας. Vid. Thucyd. 5. p. 357, 14. et Duker. Schol. ad Demosth. in Aristocr. p. 435. n. 318. HEMST.

208, 4. ΜΥΛΩΘΡΟ'Σ—αὐτῷ] Hæc descripsit Moschop. περὶ σχεδῶν p. 140. et pro αὐτῷ habet αὐτό. forte αὐτόν. Suid. in Πυθέας. Dinarchi locus est p. 93, 8. Μένωνα τὸν μωλωθρόν. et mox, τῷ Μύλωνι. Athen. 4. p. 168. B. ἀπὸ μυλώνων καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀγρυπνιῶν ἄγεσθαι ἐπὶ δυνάμεις. Liban. vol. 2. p. 632. C. Lys. p. 93, 24. Λυκίδου τοῦ μυλωθροῦ Demosth. in Nicostr. p. 1101. F. male Wolfius, *Lycida Mylothri Fil.* HEMST.

208, 5. Quamvis verissimum sit Dinarchum contra Callisthenem orasse, et sæpius in hoc opere laudetur ejus oratio κατὰ Καλλισθένους, vel Κλεισθένους, tamen hoc loco maluimus nos κατὰ Δημοσθένους: quia nominatim in illa sola oratione quæ nobis superest ex omnibus quas Dinarchus scripserat hæc leguntur: Ὑμεῖς Μένωνα μὲν τὸν μυλωθρὸν ἀπεκτείνατε, διότι παῖδα ἐλεύθερον ἐκ Πελλήνης ἔσχον ἐν τῷ μύλωνι. Ego non dubito quin hæc verba ante oculos haberet Harpocration, cum hanc notam scriberat. Unde etiam interpretanda censeo illa Demosthenis orat. adversus Nicostratum [p. 1251, 4.]: καὶ δέκα δραχμὰς διὰ Λυκίδου τοῦ μυλωθροῦ ποιησάμενος τὴν δίκην. Non enim cum erudito interprete vertendum est, *Lycida Mylothri filio*, sed *molendini aut pistrini domini, vel molitoris*. Consule Suid. in hac voce et in Πυθέας. MA.

208, 7. ΜΥΡΙ'ΟΙ 'ΕΝ ΜΕΓΑ'ΛΗΙ ΠΟ'ΛΕΙ] Anno post bellum

Leuctricum instituti a Lycomede Tegeate, ut scribit Diodorus lib. 15. Horum meminit Xenophon non semel, ut lib. 7. [4, 33.] p. 374. τοὺς μυρίους τοὺς προστάτας Ἀρκάδων vocat. VA.

208, 7. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου] Demosthenis locus est initio orationis περὶ τῆς παραπρ. καὶ παραγγέλλων (ἀπαγγέλλων) μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους, οὓς ἐν τοῖς μυρίοις ἐν μεγάλῃ πόλει πρὸς Ἱερώνυμον τὸν ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντα, ὑπὲρ ὑμῶν ἔφη δεδημηγορηκέναι. VA.

208, 11. ΜΥ'ΡΤΑΝΟΝ, Δημοσθένης etc.] Ἵν' ἐχόντων τῶν Θρᾳκῶν τῶν ὑμετέρων συμμάχων τὰ χωρία ταῦθ', ἃ νῦν οὗτος διέσυρε (Æschines scil.) τὸ Σέρριον καὶ τὸ Μύρτιον καὶ τὴν Ἐργίσκην. In MSS. legitur Μυρτηνὸν et Μυρτηκὸν accentu in ultima. Suidas habet Μυρτώνιον. Libanius declam. 16. Σέρριον καὶ Μυρτίνον καὶ Γάνος καὶ Γανίδα χώραν. Est et Μύρκινον in Thracia teste Herodoto lib. 5 initio. Stephanus Μύρκιννος. VA.

209, 1. ΜΥ'ΡΤΙΣ ...Ἀργείους] Myrtis quidam Argivus μύστης dicitur ab Athenæo. VA.

209, 6. ΜΥΣΩ'Ν ΑΕΙ'ΑΝ] Vide Pausaniam Atticis p. 3. VA.

209, 16. Hic unicus locus est in toto opere, in quo laudatus fuit Athenæus, cujus tamen ipsissima verba sæpius referuntur, ut jam demonstratum est et apertius imposterum demonstrabitur. hæc desumpta sunt ex lib. 13. Dipnosoph. interpres Comici ad Plutum videndus. MA. [Maussaco fraudem fecit interpolata ex Athenæo scriptura editionis Aldinæ, quam in annotatione memoravimus.] Interpres Comici hujus emendationis non meminit, sed Λαῒς in eo versu tantum agnoscit; docte tamen et acute dubium movet, aitque Aristophanem dicere ea, quæ rationi temporum nequeunt convenire: quippe cum eo tempore, quo Plutum fabulam dabat, non potuerit Lais esse valde celebris, quippe quæ a Nicia Imperatore capta sit in Sicilia septennis. Certe verba ejus Scholiastæ obscura sunt: ὅτι Ἀριστοφάνης οὐ λέγει σύμφωνα κατὰ τοὺς χρόνους etc. v. 179. Fuit et alia Lais junior Damasandræ filia teste Athenæo lib. 13 de Alcibiade: ἑτέρας δὲ δύο ἑταίρας ἐπήγετο ἀεὶ ὁ Ἀλκιβιάδης Δαμασάνδραν τὴν Λαΐδος τῆς νεωτέρας μητέρα καὶ Θεοδότην. Plutarchus in Alcibiade Timandram vocat, ejusque filiam dici Corinthiam Laidem, quæ ex Hyccaris Siciliæ revera erat. Porro verba Lysiæ refert Athenæus lib. 13. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλωνίδου. ἐστὶν οὖν γυνὴ ἑταίρα Ναῒς ὄνομα, ἧς Ἀρχίας κύριός ἐστιν, ὁ δ' Ὑμέναιος ἐπιτήδειος, ὁ Φιλωνίδης δ' ἐρᾶν φησι. VA.

210, 1. Falsissimum est Hyperidem in oratione contra Pa-

troclem et Apollodorum in opere de Scortis dixisse, Nannium vocatam fuisse Capram, quod Thalli mercatoris fortunas devorasset: falsissimum, inquam, hoc est et a vero remotissimum. Nam non de Nannio meretrice hoc refertur, imo potius de Nicone. Peccatum hoc est Harpocrationis et Suidæ post eum, qui dum Athenæum legeret, Niconem pro Nannio accepit, et quod Niconi tribuendum erat, Nannio inopinanter dedit. Ecce Athenæum sic præcise loquentem lib. 13. Dipnosoph. *Νικοῦς δὲ Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. αὕτη δὲ ὅτι αἶξ ἐπεκαλεῖτο προείπομεν διὰ τὸ Θάλλον τὸν κάπηλον ἐξαναλῶσαι.* Vis adhuc oculatius videre quam hæc vera sint, et unde suum *καταφαγεῖν* hauserit Harpocration? Attende quæso. Machon Comicus, qui scortorum *ἀπομνημονεύματα* in unum coegerat, cujus exstant multa apud Athen. lib. 13. fragmenta, de Nicone ita loquitur,

ὁ τοῦ Σοφοκλέους Δημοφῶν ἐρώμενος,
τὴν αἶγα Νικὼ πρεσβυτέραν οὖσάν ποτε
νέος ὢν ἔτ' αὐτὸς εἶχεν. ἐπεκαλεῖτο δ' αἶξ,
ὅτι τὸν μέγαν κατέφαγ' ἐραστήν ποτε
Θαλλόν, προεγενήθη γὰρ εἰς τὴν Ἀττικὴν
ὠνησόμενος μέλι Χελιδονίας τ' ἰσχάδας,
Ὑμήττιόν τε φορτιούμενος μέλι·
λέγεται δ' ἐκείνην τὴν γυναῖκ' ἐσχηκέναι
πυγὴν πάνυ καλήν, ἥν ποτ' ἠξίου λαβεῖν
ὁ Δημοφῶν, ἡ δ' εἶπε γελάσασ' εὖ, ἵνα
Σοφοκλεῖ δῷς φησὶ παρ' ἐμοῦ λαβὼν φίλτατε.

Nico igitur quæ ab Athen. lib. 5. Samia dicitur, non Nannium Capra dicta fuit, quod Thallum illum bonis defraudasset. Quod si quis vitilitigator adhuc litem quærat, et nos in antiquorum scriptis grassari conqueratur, quales hodie multos esse scio qui malunt *βαλανηφαγεῖν*, et rhapsodiis nescio quibus putidorum commentariorum uti quam inventis frugibus vesci: speculetur quæso argumenta et rationes quibus movemur, et nisi plene satisfactum sit, audiat iterum eundem Machonem:

Νικὼ λέγεται τὴν αἶγα Πύθωνός τινος
αὐτήν ποτ' ἀπολιπόντος, Εὐάρδην δὲ τὴν
παχεῖαν ἀναλαβόντος, εἶτ' ἐς ὕστερον
μεταπεμπομένου ποθ', ὡς ἔοικ', αὐτὴν λέγειν
πρὸς τὸν μετιόντα παῖδα, νῦν Πύθων ἔφη,
ἐπεί γε τῶν ὑῶν διάμεστος ἐγένετο,
ἐπὶ τὴν αἶγα οἷός ἐστιν ἀνακάμπτειν πάλιν.

Lusus in verbis *παχεῖαν*, *ὑῶν* et *αἶγα*. Aiebat enim Nico illa Py-

thonem jam saturum et carne suilla repletum, quod cum Euarde sæpius coivisset, quæ παχεῖα erat, posse denuo redire ad capram, id est iterum capram gustare, et ad se quæ vocabatur αἲξ redire. Sciunt docti omnes Callistonem fuisse quandam meretricem, quam ὗν, id est suem, vocabant. non illepide etiam ad hanc potuisset alludere Nico, sed vox παχεῖα hic jocum facit, et de Euarde instituitur sermo. Lynceus Samius de eadem Nicone: Νικὼ δὲ ἡ αἲξ ἐπικαλουμένη παρασίτου τινὸς ἀπαντήσαντος λεπτοῦ ἐξ ἀρρωστίας, ὡς ἰσχνὸς, ἔφη, τί γὰρ οἴει με ἐν τρισὶν ἡμέραις καταβεβρωκέναι; ἤτοι τὴν λήκυθον, ἔφη, ἢ τὰ ὑποδήματα. Tota autem ratio cur Capra dicta fuerit Nico illa, in hoc consistit, quod Thallum bonis omnibus spoliasset, et quia θαλλῷ, sive termitibus olivarum, vescuntur capræ, ideoque in Acropolim nunquam ascendisse eas ferunt, nec Minervæ immolatas fuisse. Θαλλὸς nomen proprium viri, θαλλὸς termes olivæ: hoc vescuntur capræ, illius fortunas omnes devoraverat Nico, atque ideo Capra dicta, quod capræ θαλλοῖς vescantur. Athenæus hæc omnia ad longum retulit: tu illum consule lib. 13. Dipnosoph. et scito a nobis restitutum esse Sophoclis hoc loco drama, nam πύλεσιν legebatur. Nos reposuimus Ποιμέσιν ex Athenæo, apud quem iidem hi versus Sophoclis puriores citantur. Viderat ante nos corruptionem hujus fabulæ Sophocleæ et fragmenti Casaubonus cap. 4. lib. 7. et cap. 6. lib. 13. animadvers. in Athen. et in addendis: sed incogitantiam et errorem Harpocrationis non deprehenderat, quod mirari sæpius subiit. Reliqua quæ ex Antiphane de Nannio referuntur verissima sunt, et petita ex eodem fonte. Vide nominatim locum Athen. indicatum; nam tempus est ut cogitemus de perficiendo hoc opere et labore, quem cottidie urgent instantes nundinæ et typographorum avaritia volans. MA. An vero Νάννιον reponendum sit apud Dem. initio orationis contra Bœotum de nomine: Μνησικλέα τε, ὃν ἴσως γινώσκετε πάντες καὶ Μενεκλέα τὸν τὴν Νῖνον ἑλόντα ἐκεῖνον. Sed nil nos cogit, cum Νῖνον in eadem oratione aut proxime sequenti eam appellet, ut scio me legisse. Quin et Ulpianus ad illa Demosth. in fine περὶ τῆς παραπρεσβ. τὸν δὲ Ἀτρομήτου τοῦ γραμματιστοῦ καὶ Γλαυκοθέας τῆς τοὺς θιάσους συναγούσης, ἐφ' οἷς ἑτέρα τέθνηκεν ἱέρεια, τοῦτον ὑμεῖς λαβόντες etc. ἐφ' οἷς ait Ulp. φαρμάκοις, καὶ ἄλλη ἱέρεια τέθνηκεν, λέγει δὲ τὴν Νῖνον λεγομένην, κατηγόρησε δὲ ταύτης Μενεκλῆς, ὡς φίλτρα ποιούσης τοῖς νέοις. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. οἱ Ἀθηναῖοι ἐξαρχῆς γέλωτα εἶναι καὶ ὕβριν κατὰ τῶν ὄντως μυστηρίων τὰ τελούμενα ταῦτα νομίζοντες τὴν ἱέρειαν ἀπέκτειναν. μετὰ δὲ τοῦτο

τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἐᾶσαι γενέσθαι, τὴν Αἰσχίνου μητέρα μυεῖν ἐπέτρεψαν. Talis etiam fuit Theoris. Dionysius Halic. in Dinarcho inter ψευδεπιγρ. λόγους δημοσίους Dinarchi recenset hunc: κατὰ Μενεκλέους ἀπαγωγῆς, καὶ οὗτος εἴρηται παιδὸς ὄντος ἔτι Δεινάρχου. ὁ μὲν γὰρ κρινόμενός ἐστι Μενεκλῆς ὁ τὴν ἱέρειαν Νίνου ἔχον (lege Νῖνον ἑλών), ὁ δὲ κατηγορῶν υἱὸς τῆς Νίνου. ἔστι δὲ ταῦτα πρεσβύτερα τῆς Δεινάρχου ἀκμῆς. ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένους περὶ ὀνόματος λόγος, ἐν ᾧ τούτων μέμνηται, κατὰ Θεσσαλὸν ἢ Ἀπολλόδωρον ἄρχοντα τετέλεσται, ὡς ἐν τοῖς περὶ Δημοσθένους δεδηλώκαμεν. VA.

210, 4. Ποιμέσιν] Hujus fabulæ meminit Suidas in ξάνω, et in Ἀμφήμερον. In ea narrabat Sophocles Protesilaum ab Hectore occisum teste Isacio in Lycophronem. VA.

210, 11. ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ . . . ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ] Sic Isæus p. 53. VA.

210, 14. Hinc ego restituendum judicavi infra voce πέλανος nomen Sannyrionis Comici, qui Γέλωτα composuerat, id est *risum*. Ita vocabatur illud drama. Diphilus vero qui hic laudatur ἐν Ἐμπόρῳ, id est in *Mercatore*, male et corrupte antea laudabatur ἐν πόρρῳ vel πόρῳ, quod etiam probe novit Magnus Casaubonus animadvers. in Athen. [vol. 3. p. 307. ad Schweigh.] MA.

211, 2. Citantur hic Ἀττικιανοὶ, ut supra voce Ἀργᾶς. Poteramus nos utrobique reponere Ἀττικισμοὶ, sed veterem lectionem retinere maluimus. Porro ait Harpocration apud Atticismorum collectores[x] se scriptum invenisse ναυκρατητικὰ pro ναυκραρικὰ, ac si loqui voluisset Demosthenes in orat. adversus Timocratem de rebus ad Naucratiticum navigium et Naucratitas mercatores pertinentibus. Naucratis enim vetus emporium fuit Ægypti. Varians quidem erat alia lectio, sed hanc prævalere forte quis non insulse existimet. Quod si ναυκραρικὰ velimus legere, descendet hæc vox a voce Ναύκραροι, et significabit ea quæ ad Naucraros magistratus pertinent. Cæterum quæ de Naucraris supra polliciti sumus voce δήμαρχος, hic exsequuti essemus, ni ab hoc onere nos sublevasset vetus Comici Schol. qui ad illa Nub. 37. δάκνει με Δήμαρχός τις, de eorum origine et successione nihil reliqui fecit. Tu illum consule diligenter, ut et Hesych. vocib. ναύκλαροι et δήμαρχοι et δημιουργοὶ, et memineris a quibusdam hos magistratus Ναυκλάρους, ab aliis vero Ναυκράρους vocatos fuisse, atque hic nos

[x] Atticismorum collectores] Suidas in Πακατὸς ait eum scripsisse περὶ Ἀττικισμοῦ. Hi autores Atticistæ dicebantur, unde Εἰρηναῖος ὁ ἀττικιστὴς laudatur ab Etymol. in ὑπηρέσιον. Is ipse est Pacatus, qui Εἰρηναῖος dicebatur, teste Suida ibidem. Apud Schol. Hermogenis p. 396. οἱ ἀττικισταὶ παντελῶς ἀποτρέπουσι τοῦ ὀνοματοποιεῖν. VA.

ὡς καὶ ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ Ἡρόδοτος, reposuisse ἐν τῇ πέμπτῃ. In Terpsichore enim Herodotus de Naucraris loquutus est. Notarius ex ε fecerat ιε, supra ex β̄, ιβ̄. Aristotelis autem quæ hic citantur ex Atheniensium Repub. verba, sic sunt integranda et supplenda: κατέστησε καὶ Δημάρχους τὴν αὐτὴν ἐλόντας ἐπιμέλειαν τοῖς πρότερον Ναυκλάροις, καὶ γὰρ τοὺς δήμους αὐτῶν Ναυκλάρων[y] ἐποίησεν. οἱ πρότερον Ναύκλαροι[z] εἴτε ὑπὸ Σόλωνος κατασταθέντες, εἴτε καὶ πρῶτον, οὗτοι δὲ τὴν πομπὴν τῶν Παναθηναίων ἐκόσμουν, Κλεισθένους καταστήσαντος ἀντὶ Ναυκλάρων. MA.

211, 9. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀλκιβιάδην] Imo in oratione, quæ inscribitur δημοσίων ἀδικημάτων p. 142, ubi mercatorum judices fuisset innuit. Suidas, ναυτοδίκαι ἄρχοντες ἐπὶ τοῖς ναυκλήροις δικάζοντες, καὶ τοῖς περὶ τὸ ἐμπόριον ἐργαζομένοις, ὡς καὶ ναυφύλακες ἄρχοντές τινες ἐπὶ τῆς τῶν νεῶν φυλακῆς. An ergo apud Harpocr. legendum πρὸς Ἀρχεβιάδην, quæ oratio Lysiæ laudatur a Dionysio in Isæo? VA.

211, 10. Non recte erat in aliis editionibus hic excusum Καρτερὸς, melius nos jussimus excudendum Κρατερός. Auctor enim hic est de quo supra egimus in ἀρκτεῦσαι et Αὐτόλυκος, et infra agemus in Νύμφαιον. Ejus autem verba hic relata sic forte melius haberent: ἐὰν δέ τις μὴ ἐξ ἀμφοῖν ξένοιν, ut præcedentes editiones retinuerant, γεγονὼς φρατρίζῃ διώκειν, δεῖ, quæ vox in aliis edit. deest, τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων, οἷς δίκαι εἰσὶ, λαγχάνειν δὲ τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ etc. MA.

211, 11. Γενοῖν] Ξένοιν Photius absque μὴ, quod præcedit. Supple autem post hanc vocem ἀστὸς vel Ἀθηναῖος. Craterus (apud Schol. Comici in Avibus) in fabula quam inscripserat Χείρονας. καὶ πρῶτα μὲν παρὰ ναυτοδικῶν ἀπάγω τρία κνώδαλα ἀναιδῆ, πισίαν, ὀσφρύωνα, διϊτρεφῆ. Porro hæc de peregrinis judicia tantum Munychione mense fiebant. Schol. Comici in Avibus 1478. ad illa, τοῦτο μὲν ἦρος αἰεὶ βλαστάνει καὶ συκοφαντεῖ, sic notat: τῷ γὰρ μουνυχιῶνι μηνὶ τοῦ ἔαρος αἱ πρὸς τοὺς ξένους δικάμένους. Supra dixerat, οἱ δὲ δήμαρχοι οὗτοι τὰς ὑπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν ἐν ἑκάστῳ δήμῳ χρεῶν, καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρ' αὐτοῖς ἦν, συνῆγόν τε τοὺς δήμους, ὅτε δέοι, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐπεδίδοσαν καὶ ἐνεχυρίαζον. Apud Suidam pro χρεῶν legitur χωρίων. VA.

[y] Αὐτῶν Ναυκλάρων] Leg. ἀντὶ τῶν Ναυκλαρίων. (Sic Leopardus lib. 7, nisi quod ναυκρ.) Nam ναυκλαρίων quidem legitur apud Schol. Comici in Nubes, non ut edidit Maussacus ναυκλάρων. Addit ille interpres: Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς οὕτω φησί. καὶ δημάρχους οἱ περὶ Σόλωνα καθίσταντο ἐν πολλῇ σπουδῇ, ἵνα οἱ κατὰ δῆμον ἄρχοντες διδῶσι καὶ λαμβάνωσι τὰ δίκαια παρ' ἀλλήλων. ἔδει οὖν τὸν δήμαρχον ἀγαγεῖν εἰς τοὺς οἴκους, τοὺς ἐνεχυριαζομένους. Supra dixerat, οἱ δὲ δήμαρχοι οὗτοι τὰς ὑπογραφὰς ἐποιοῦντο τῶν ἐν ἑκάστῳ δήμῳ χρεῶν, καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρ' αὐτοῖς ἦν, συνῆγόν τε τοὺς δήμους, ὅτε δέοι, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐπεδίδοσαν καὶ ἐνεχυρίαζον. Apud Suidam pro χρεῶν legitur χωρίων. VA.

[z] Οἱ πρότερον Ναύκλαροι . . . . etc. usque ad καταστήσαντος ἀντὶ Ναυκλάρων. inclus.] Hæc parentheseos notis inclusit Valesius.

ζονται δίκαι. Item *ὕβρεως γραφαὶ* eo mense introducebantur. Aristoph. Av. 1047. *καλοῦμαι Πεισθέταιρον ὕβρεως εἰς τὸν μουνυχιῶνα μῆνα.* Ubi Schol. notat: *ἐς τὸν μαιμακτηριῶνα γάρ εἰσιν αἱ κρίσεις.* Suidas in *βάψας* Aristoph. locum aliter refert: *βάψας τὴν κώπην ἔπλευσας ἐλθὼν πρὸς τοὺς ναυτοδίκας.* VA.

211, 11. *ἐξ ἀμφοῖν γενοῖν*] Consentit cum hac lectione Suidas in *ναυτοδίκαι.* Sed ibi monet Kusterus, apud Photium sic scribi: *εἴ τις ἐξ ἀμφοῖν ξένοιν* etc. Videntur autem verba esse psephismatis, ideoque malim plane deleri *δεῖ.* HEMST.

211, 14. *ἐθέλω*] Lege *ἔθελον*, vel *θέλω.* MA. in Append. ad Plutarch.

212, 3. ΝΕΑΛΗ͂Σ ... *ἀπὸ τῶν ἰχθύων*] Aliter usurpat Dio orat. 11. Iliaca. *μέχρι μὲν ἤκμαζεν ὁ Ἀχιλλεύς, καὶ νεαλὴς ὢν ἐμάχετο.* id est integer, *frais*, et Plato in Politico p. 265. VA.

212, 6. Qui Bacchi sacrificia celebrabant, nebridibus erant cincti, nebrides autem pelles erant damarum. Placidus Lactantius vetus Statii interpres ad illud Thebaid. 2. (*aut avidas Bacchum scelerare parentes.*) *Nebridas pelles damarum, quæ Græce νεβρίδες appellantur, ac per hoc Baccharum indumenta significat, quibus sacrificiorum tempore uti consueverunt, ut Virgil. pellibus in morem cincti.* Arnobius, *nebridarum familiam pellicula cohonestavit hinnulæ.* Plutarchus aut Parthenius de fluminibus, sive quisquis ille sit, qui librum nobis superstitem de cognominibus fluminum et montium composuit, in Ebro sub finem, *οἱ δὲ ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύρσους, ὕμνον ᾄδουσιν, κρατοῦντες καὶ τότε φερονήσει, ὅταν ἐσημάτην φρονῶν, καθὼς ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ̄ περὶ τῶν τραγικῶν.* Locus est corruptissimus, cui tamen nos medelam tulimus non spernendam post magnum Turnebum, qui nihil hic videre potuit. Legendum igitur ex conjectura nostra, *κρατοῦντες καὶ τότε φρονήσεως ὅταν εἰσὶ μάτην φρονοῦντες.* Id est, tum etiam sapientia fruentes, cum extra mentem constituti sunt, vel sapiunt in vanum. Galli, *estans mesme sages lors quils sont fols*, scilicet dum peragunt orgia Bacchi. Diligentius hæc ipsa explicabimus in notis ad Auctorem illum, quem statim post hoc opus daturi sumus. Arignote vero, quæ hic laudatur et supra in *εὐοῖ*, in libris de sacrificiis, mulier illa est a Pythagora et Theano philosophiam edocta, genere Samia, quæ Bacchica composuerat, Epigrammata, Cereris mysteria et *ἱερὸν λόγον*, et *Διονύσου τελετὰς*, quod opus hic laudatur, et multa alia philosophica. MA.

212, 6. *Νεβρίδας*] Euripides in Helena: *μέγα τι δύνανται νεβρῶν*

παμποίκιλοι στολίδες etc. v. 1374. Tacitus lib. 11. in fine: *et feminæ pellibus accinctæ assultabant, ut sacrificantes vel insanientes bacchæ.* Eusebius in Chronico: κατὰ Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος υἱὸν τινές φασι Διόνυσον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντα ξενωθῆναι Σημάχῳ καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι. ἕτερος δ' ἦν τοῦ ἐκ Σεμέλης οὗτος. Ab hoc Semacho dicti sunt Semachidæ, de quibus Hesychius, et Stephanus, ut notavit ad Eusebium Scaliger: Σημαχίδαι δῆμος Ἀττικὸς ἀπὸ Σημάχου, οὗ καὶ ταῖς θυγατράσιν ἐπεξενώθη Διόνυσος, ἀφ' ὧν αἱ ἱέρειαι αὐτοῦ. Hæ sacerdotes γεραραὶ dictæ. Aliter Arnobius lib. 5. *Eleusinia illa mysteria, cujus memoriam continent? Nonne illius erroris, quo in filiæ conquisitione Ceres fessa, oras ut venit ad Atticas, triticeas attulit fruges, Nebridarum familiam pellicula cohonestavit hinnulæ.* VA.

212, 10. νεήλατα] Paulo plenius Suidas. Vocem vero eum in modum exponit, quasi legisset νεάλιστα vel νεήλιστα, sive νεήλετα. Julian. p. 393. B. HEMST.

212, 15. Infelicissimus fuit Harpocration in omnium fere hujus elementi vocum explicatione. Hujus autem infelicitatis et in tractandis rebus stuporis quodnam certius et evidentius argumentum proferri potest quam istud quod præ manibus habemus et jam explicandum suscipimus? Postquam egit de loco illo qui in Peloponneso Nemeæ Charadræ vicinus est, (potest enim legi vel Νεμέας Χαράδρα, vel Νεμέα Χαράδρα), et verba Æschinis ex oratione de falsa legatione explicuit, de Nemea Tibicina quædam subjungit, quæ omnino sunt extra rem, et cum præcedentibus nihil simile habent, præter nominis paritatem et convenientiam. Nemeæ, inquit, Tibicinæ meminit Hyperides oratione contra Patroclem, si tamen ea legitima sit. Polemon vero in his quæ de Acropoli scripserat, decretum tulerat, quo cavebatur Athenis, ne quæ infamis mulier, ut tibicina, serva, aut libertina nomen illustris pentaeteridos ferret. Recte igitur dubitari potest, quomodo tibicina hæc de qua loquimur Nemea dicta fuerit a Nemeis ludis. Ita argumentatur Harpocration. Sed Athenæus ille est, qui primus hoc dubium movit, Dipnosoph. 13. cujus verba cum describere nesciverit, peccavit turpissime; nam vel admittendum est dubii nihil superesse in his quæ dixit, vel fatendum eum putasse Nemea pentaeterica fuisse, quod absurdissimum esse patet ex Schol. Pindari et ex Papin. Stat. siquidem ait cautum fuisse decreto ex Polemone, ne quæ mulier infamis pentaeteridos alicujus nomen acciperet, et ideo dubio esse locum, et merito posse quæri, cur Nemea tibicina ita vocata fuerit. Ergo ut du-

bium recte moveatur, dicendum est ex eo Nemea pentaeterica fuisse. Quoquo te vertas, stuporem evitare non potes. si Athenæi verba retenta fuissent, non remansisset tantus stupor. En tibi quid philologus ille lib. Dipnosoph. 13. dixerit in hanc rem: *καὶ Νεμεάδος δὲ τῆς αὐλητρίδος Ὑπερίδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, περὶ ἧς ἄξιον θαυμάζειν, πῶς περιεῖδον Ἀθηναῖοι οὕτω προσαγορευομένην τὴν πόρνην πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης ὀνόματι κεχρημένην. κεκώλυται γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα, οὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις, ὥς φησι Πολέμων ἐν τοῖς περὶ Ἀκροπόλεως.* Recte hic est *πανηγύρεως ἐνδοξοτάτης*, quia ponendum erat nomen aliquod generale, ut dubio relinqueretur locus, aliter enim si ad pentaetericos ludos restringatur hoc decretum, in nomine Nemeæ nulla supererit difficultas, quia Nemea sunt trieterica, ut ante nos docuit Josephus Scaliger in magno opere de Emendat. Tempor. contra Auson. et alios veteres. Sed, quamvis generali nomine *πανηγύρεως* utamur, adhuc tamen nullum dubio relinqui locum probare possumus contra Athenæum. Cur enim dubitabimus quomodo Nemea tibicina sic dicta fuerit, post decretum Athenis latum de non imponendo illustris alicujus panegyreos nomine ulli meretrici, aut infami mulieri, cum sciamus post idem decretum meretricum aliam Isthmiam[a], aliam vero Pythionicem dictas fuisse? Hæc teste Pausania Athenis vulgaverat corpus, Harpalo soli chara, ideoque post mortem perpetuo monumento et veterum omnium spectatu dignissimo cohonestata fuit. Timocles in fabula quam inscripsit *Δόρευς ταυτοκλείδης*, vel ut alii volunt, *Ὀρεσταυτοκλείδης*,

—*περὶ δὲ τὸν πανάθλιον*
εὕδουσι γρᾶες Νάννιον, Πλάγγων, Λύκα,
Γνάθαινα, Φρύνη, Πυθιονίκη, Μυρρίνη.

Illa Cassii[b] cujusdam Elei serva fuit, ut testantur Demosthenes orat. contra Neæram et Athen. lib. 13. Dipnosoph. Cur igitur servas et meretrices has mulieres illustrium panegyreon nomen tulisse non æque mirabimur? Cur, inquam, potius Nemeam a Nemeis sic dictam stupebimus quam Pythionicem a Pythiis et Isthmiam ab Isthmiis? non video rationem discriminis, et certe magnus mihi erit Apollo ille qui objectioni meæ respondebit. MA.

213, 13. ΝΕΩΎΡΙΑ] Demosth. contra Androt. *Σάτυρος γὰρ ὁ*

[a] Isthmiam] Imo Isthmiadem. Sic enim apud Demosth. contra Neæram. VA.

[b] Cassii] Leg. *Carisii*. Sic enim apud Demosth. scribitur. Sed Demosth. non dicit Isthmiadem fuisse Carisii servam, sed ancillam Nicaretæ, quæ Nicarete erat Carisii liberta, Hippiæ coqui uxor. In Athenæo legitur *Κασίου*. VA.

τῶν νεωρίων ἐπιμελητής. Æschines contra Ctesiph. ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ καὶ τῶν νεωρίων. Dem. ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβ. initio. Οἱ δὲ τῶν νεωρίων ἐπιμεληταὶ (παρέδωκαν τοὺς τὰ σκεύη ὀφείλοντας) ὀθόνια scilicet, στυππία et σχοινία, οἷς κατασκευάζεται τριήρης, ut ibi dicit, τοῖς τριηράρχοις τοῖς ἐκπλέουσι τότε καὶ τοῖς ἐπιμεληταῖς τοῖς ἐν ταῖς συμμορίαις. Nota hos curatores classium, de quibus ibidem Dem. ἔτυχον δὲ ἐγὼ μὲν τριηραρχῶν καὶ ἐπιμελητὴς ὢν τῆς συμμορίας. Et iterum non semel. Νεώσοικοι mille talentis ædificati sunt. Isocrates in Areopagit. p. 302. VA.

213, 17. Νεώη.] γρ. νέωσι. Suidas νεῶσι. Demosth. ait de Phocensibus. εἶχον γὰρ 'Ορχόμενον καὶ Κορώνειαν καὶ τὸ Τιλφωσσαῖον καὶ τοὺς ἐν Νέωσιν ἀπειλήφεσαν αὐτῶν (sup. Θηβαίων) καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίους ἀπεκτόνεσαν ἐπὶ 'Ηδυλείῳ. In MSS. νεωσίναις. Forte quod librarius duplicem γραφὴν invenerat, νέωσιν scilicet et νεώαις. Itaque in Harpocr. nil muto, nisi forte νεώναις in Demosth. legas. Polybius leg. 63. παρεγένοντο πρέσβεις παρὰ μὲν Θεσπιέων οἱ περὶ Λασὺν καὶ Καλλίαν, παρὰ δὲ Νέωνος 'Ισμηνίας. Videtur tamen nomen esse proprium principis Thebanorum, de quo eadem p. 884. dicit, τοὺς περὶ τὸν Νέωνα καὶ 'Ιππίαν ἐξέβαλον: et p. 885. κατηγορίαν ἐποιοῦντο τῶν περὶ τὸν 'Ισμηνίαν καὶ Νέωνα καὶ Δικέταν. Stephanus: Νέων πόλις Φωκίδος. 'Ηρόδοτος η. τὸ ἐθνικὸν Νεώνιος, ὡς 'Ελεὼν 'Ελεώνιος. καὶ Νεωνία καὶ Νεωναῖος: a Neonæ fit Νεωναῖος. Vide Pausaniam Phocicis p. 252. 276. qui contrarium narrat Demosth. Nam Demosth. ait καὶ κακῶν ἰλιὰς περιειστήκει Θηβαίους. In Demosth. Volfius ἀπειληφ. receperant. Pugnabant autem Phocenses et Thebani διὰ τὴν παραποταμίαν γῆν, ut ait Ulpianus in eam περὶ παραπρ. VA.

214, 1. ΝΙ'ΚΑΙΑ] Demosth. Philipp. 11, quæ est responsio ad Philippi epistolam: ὑποπτεύεται δὲ ὑπὸ τῶν Θηβαίων Νίκαιαν μὲν φρουρᾷ κατέχων. Æschines κατὰ Κτησιφ. p. 70. ἐπειδὴ Φίλιππος αὐτῶν (Θηβαίων) ἀφελόμενος Νίκαιαν, Θετταλοῖς παρέδωκε. Addit Suidas Βοττιαίων ἄποικος et cætera. VA.

214, 3. ΝΙΚΑ'ΝΩΡ] Aristoteles 2 Rhet. οἷον ἡ περὶ Δημοσθένους δίκη, καὶ τῶν ἀποκτεινάντων Νικάνορα, ἐπειδὴ γὰρ δικαίως ἐκρίθησαν ἀποθανεῖν. Meminit Dinarchus contra Demosth. p. 90 et 92. Balacrus Nicanoris f. memoratur ab Arriano lib. 2. VA.

214, 3. ΝΙΚΑ'ΝΩΡ] Laudatur supra voce 'Ακὴ Nicanor Metonomasiarum auctor, qui Leander vocabatur, ut patet ex Stephano voce ὕδη. [Hic Leander citatur ab Etymologo. VA.] Quendam etiam nobis Nicanorem Hermiæ filium Alexandreum Grammaticum Suidas commemorat, Plutarchus de fluminibus in

Eurota Nicanorem Samium ἐν β περὶ ποταμῶν. An differant omnes hi Nicanores a tribus quos hic tantum coustituit Harpocration et post eum Suidas, plane ignoro. MA.

214, 3. Ὑπερίδης] Pro Ὑπερίδης forte Δείναρχος. Nam in Dinarchi contra Demosthenem oratione Nicanoris fit mentio non semel p. 90. An is vero sit Nicanor, qui Athenis præsidium Munychiæ habuit, de quo Plutarchus Phocione, et Diodorus Siculus? Sed et Hyperides contra Demosth. cum Dinarcho peroravit. Plutarchus Hyperide, ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης ὡς παρ' Ἁρπάλου δωροδοκήσας ἐκρίνετο, προχειρισθεὶς ἐξ ἁπάντων (μόνος γὰρ ἔμεινεν ἀδωροδόκητος) κατηγόρησεν αὐτοῦ. VA.

214, 6. ΝΙ΄ΚΗ ἈΘΗΝΑ῀] Arrianus lib. 2. Dissertat. Epict. cap. 8. ἡ Ἀθηνᾶ Φειδίου ἅπαξ ἐκτείνασα τὴν χεῖρα καὶ τὴν νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξαμένη ἕστηκε. Pausanias Atticis p. 15. Sophocles in Philoct. 134: Ἑρμῆς δ' ὁ πέμπων δόλιος ἡγήσαιτο νῷν, νίκη τ' Ἀθηνᾶ πολιάς, ἣ σώζει μ' ἀεί. Schol. ἡ πολιοῦχος Ἀθηνᾶ νίκη καλεῖται ἐν τῇ Ἀττικῇ. Euripides Ione in fine: πολιοῦχος, i. præses arcis, ut vocat Livius, lib. 45. p. 882. et lib. 31. p. 579. et 581. πόλις enim olim dicta, quæ post acropolis, teste Thucydide in 2, Pausania Atticis. Philo de mundi fabrica p. 17, ubi de numero septen. disserit: οἱ μὲν ἄλλοι φιλόσοφοι τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐξομοιοῦσι τῇ ἀμήτορι νίκῃ καὶ παρθένῳ. Causam affert Eustathius in Ἰλ. φ. p. 1244. ὁ Ζεὺς ἅμα γεννήσας αὐτὴν, νίκην ἐποίησε κατὰ Τιτάνων. διὸ καὶ Ἀθηνᾶ νίκη ἐπωνομάσθη. Sic Euripides. Pausanias Eliacis lib. 1. in fine. VA. Vide infra vocem Ὑγεία Ἀθηνᾶ. MA.

214, 10. ΝΟΘΕΙ῀Α] Νόθια Photius. Demosth. contra Eubulidem, nothis hæreditatem cernere non licuisse ait, sed eorum bona ad proximos agnatos devolvi: ἐξῆν δὲ δήπου, εἰ νόθος ἢ ξένος ἦν ἐγὼ, κληρονόμους εἶναι τῶν ἐμῶν ἁπάντων, supple τοὺς συγγενεῖς. VA.

214, 12. Deerat hic nomen Isæi, quod nos supplevimus, quia orationis adversus Lysibium verus auctor ille est sine controversia, ut apparet ex infinitis hujus operis locis. Supra monuimus epigraphem hujus orationis corruptam esse apud Suidam voce τέως, illic enim Ἀνσίβιον legitur pro Λυσίβιον. De spuriis autem et illegitimis liberis et eorum jure vide diligenter Comici enarratorem ad illos versus Avium. De his etiam nos aliquando in συναγωγῇ legum Atticarum multa addemus. MA.

214, 18. Καὶ τὸ] Καὶ εἰς τό. VA.

214, 19. ΝΟΜΟΦΥ΄ΛΑΚΕΣ—διαφέρουσα τῶν θεσμοθετῶν] Xenophon in Œconom. [9, 14.] Suidas: οἱ νομοφύλακες τίνες; ἔδοξέ

τισι τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοῖς θεσμοθέταις· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως. οἱ μὲν γὰρ θεσμοθέται κατὰ τὰ πάτρια ἐστεφανωμένοι ἐπὶ τὸν Ἄρειον ἀνέβαινον πάγον. οἱ δὲ νομοφύλακες στροφίοις λευκοῖς ἐχρῶντο, καὶ ἐν ταῖς θέαις ἐπὶ θρόνων ἐκάθηντο κατ' ἀντικρὺ τῶν θ' ἀρχόντων, καὶ τῇ Παλλάδι τὴν πομπὴν ἐκόσμουν, ὅτε κομίζοιτο τὸ ξόανον ἐπὶ τὴν θάλασσαν. ἠνάγκαζον δὲ τὰς ἀρχὰς χρῆσθαι τοῖς νόμοις, καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐκάθηντο μετὰ τῶν προέδρων κωλύοντες ψηφίζειν, εἴ τι παράνομον αὐτοῖς εἶναι δόξειε καὶ ἀσύμφορον τῇ πόλει. De his Pollux 8, 94. νομοφύλακες μὲν ἐστεφάνωνται στροφίῳ λευκῷ· τὴν δὲ πομπὴν πέμπουσι τῷ θεῷ. (Lege τῇ θεῷ) τοῖς δὲ προέδροις ἐν ἐκκλησίαις συγκαθίζουσιν ἔνια διακωλύοντες ἐπιχειροτονεῖν, ὅσα μὴ συμφέρει. VA.

215, 4. Θεόπομπος ἐν τῇ πεντεκαιδεκάτῃ φησίν] Et Thucyd. lib. 3. Livius p. 699. De Mantia autem rhetore Aristot. lib. 2. rhetor. cap. 24. et Diodorus Siculus. VA.

215, 5. ΝΥΜΦΑΙΟΝ, Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντός φησι] P. 74. Schol. Apollonii lib. 2. Argon. v. 159. Ἀνδροίτας ὁ Τενέδιος ἐν τῷ περίπλῳ τῆς Προποντίδος παριστορῶν, ὅτι Ἀμυκὸς μὲν καλεῖται τὸ χωρίον· ἔχει δὲ ἐποίκια καὶ νῦν· διέστηκε δὲ τοῦ Χαλκηδονίου Νυμφαίου σταδίους ε. Scylaci inter Scythas Θευδοσία, Κύταια, Νύμφεια. VA.

215, 6. De hoc Cratero Macedone Arrestorum, sive decretorum et placitorum, collectore diligenter jam egimus, mantissam tamen addimus ex Plutarch. in Arist. Κρατερὸς δὲ ὁ Μακεδὼν, et paulo post: τούτων οὐδὲν ἔγγραφον ὁ Κρατερὸς τεκμήριον παρέσχεν, οὔτε δίκην οὔτε ψήφισμα, καίπερ εἰωθὼς ἐπιεικῶς γράφειν τὰ τοιαῦτα. Alexis Dialecticus Pæana olim contra eum[c] composuerat, quem Athen. sæpius laudat. ita Aristotelem contra Hermiam Eunuchum Pæana composuisse supra relatum est in Ἑρμίας. Porro de Nymphæo vide Stephanum. Nos infra voce φυλὴ pro νυμφιαῖον restituimus Νύμφαιον, ita enim legi debet. MA.

215, 10. Τἆλλα] Τάχα. VA.

215, 14 Αὐτῷ] Αὐτό. VA.

215, 16. Καλλίου] Καλλικλέους Photius. VA. Quidam Codices habent Καλλικλέους. Multa affert ad hujus loci illustrationem vetus Comici enarrator, dum hæc Pluti τὸ δ' ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν οὐχ οὗτος τρέφει, explicat. Quædam etiam nos infra ad vocem Πολύστρατος de his docebimus. MA.

215, 17. Tanquam præcedente nomine ξενίτης, dicitur ξενι-

[c] Contra eum] Non contra hunc Alexandri successorem nobilissimum Craterum, sed contra Craterum illum Alexis Pæana conscripserat. VA.

τεύομαι, etiamsi Harpocr. nullam hujus, sed tantum nominis *ξένοι* mentionem faciat. Cæterum unus ex illis Isocratis locis est hic, *ὅσοι τῶν τὰς δυνάμεις ἐχόντων τὰ τῶν ξενιτευομένων στρατόπεδα μισθοῦνται*. STEPH.

216, 1. ΞΗΡΑΛΟΙΦΕΙ͂Ν] Veteres post lavacrum ungebant se oleo. Schol. Lycophronis 322. *χύτλος ἐλαιοδόχον ἀγγεῖον, ἐφ' οὗ εἶχον οἱ παλαιοὶ τὸ ἔλαιον, ᾧπερ μετὰ τὸ λούσασθαι ἐχρίοντο.* Maximus Tyr. serm. 37. *οὐδεὶς ἂν εὔξαιτο εἶς εἶναι τῶν ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ κεκονιμένων.* Et serm. 35. Eustathius 'Ιλ. γ. p. 382. *Aridam unctionem* possis vertere, exemplo Tertulliani, qui *aridam saginationem* dicit lib. de Pallio. *Studia palæstræ male senescentia et cassum laborantia et lutea unctio et pulverea volutatio et arida saginatio.* In libro de jejunio *Xerophagias* vocat, quas ab athletis mutuati sunt Christiani. Sed et *ξηραλοιφεῖν* proprium fuit athletarum, qui antequam luctarentur ungi solebant, ut notum est, quod *ξηραλοιφεῖν* dicitur, ut notavi in legibus Atticis, ad distinctionem unctionum balnearium et convivalium. Martialis,

Qui non cœnat et ungitur, Fabulle,
Is vero mihi mortuus videtur.

Κονίζεσθαι autem et *κυλίζεσθαι* ad volutationem pulveream et luteam unctionem spectant, de quibus ad Suetonium notavi; quibus adde Plutarchi locum ex lib. 2. Sympos. quæst. 4. apud Fabrum Agonist. lib. 2. p. 229, et autorem Etymologici in *ἀκονιτί. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν τῶν εὐμαρῶς περιγινομένων, ὥστε μὴ κονίσασθαι, τουτέστι κόνιν ἐπιπάσασθαι. τοῖς γὰρ παλαίουσι λέγεται ἐκ τῆς βίας ἱδρῶτα γίνεσθαι, εἶτα κόνιν ταῖς χερσὶν ἀναλαμβάνειν.* Et in *ἀκόνιτον*: *κονιοῦσθαι γὰρ τὸ παλαίειν.* Idem in *ξηραλοιφεῖν τὸ ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζόμενον κόνει χρῆσθαι.* Xenoph. in Conv. 3, 8. ubi Antisthenes *se ob divitias gloriari* cum dixisset, Hermogenes interrogat, *an dives sit nummis.* Cui Antisth. *ne obolum quidem sibi esse* fatetur. quid ergo? *γῆν πολλὴν κέκτησαι*; Cui Antisth. *ἴσως Αὐτολύκῳ ἱκανὴ ἐγκονίσασθαι.* Athenæus lib. 12. ex Timæo de Sybaritarum deliciis: *ἐν Κρότωνι δὲ σκάπτοντί τινι τῶν ἀθλούντων κόνιν ἐπιστάντες τινὲς Συβαριτῶν ἐθαύμαζον, λέγοντες, εἰ τηλικαύτην ἔχοντες πόλιν οἰκέτας οὐ κέκτηνται τοὺς σκάψοντας ἑαυτοῖς τὴν παλαίστραν.* Eustath. 'Ιλ. π. 764. *ξηραλοιφεῖν καὶ ξηραλοιφία τὸ ἄνευ λουτροῦ ἀλείφεσθαι· ἐπεὶ καὶ ξηρὸς ἱδρὼς, ὁ μὴ ὑπὸ λουτροῦ, ἀλλ' ὑπὸ γυμνασίων καὶ πόνων γινόμενος.* VA.

216, 5. Corrupte erat ante Πῆλε pro Πηλεῖ. Drama hoc Sophoclis Πηλεὺς vocabatur, de quo consule quæ Isaacus Casau-

bonus, literatorum qui ad hoc opus aliquid contulerunt princeps in hoc genere literarum, dixit cap. 4. lib. 7. animadvers. in Athen. MA.

217, 2. Φιάλαις] γρ. Νεφέλαις. Locus sic habet 69: ὅταν σὺ μέγας ὢν ἅρμ' ἐλαύνῃς πρὸς πόλιν ὥσπερ Μεγακλέης ξύστιδ' ἔχων. Ubi interpres, ξύστις λέγεται τὸ κροκωτὸν ἱμάτιον, ὃ οἱ ἡνίοχοι (supra ἀθληταὶ alter scholiastes dicit) φοροῦσι μέχρι νῦν πομπεύοντες. χρῶνται δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τραγικοὶ βασιλεῖς. VA.

217, 11. Confer quæ supra in vocibus ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, et καθελὼν referuntur. MA.

\ 217, 14. Λυσίᾳ ἐν τῷ κατὰ Φιλίππου] Pollux 10, 23. ἐν δὲ τῷ Λυσίου πρὸς Φίλιππον ἐπιτροπῆς. VA.

217, 16. A νόθος faciunt νοθεῖον Grammatici, et a νοθεῖον per ὑπερβιβασμὸν, ὀθνεῖον. Hoc alienum et extraneum significat, illud illegitimum et spurium. omnia spuria notha extranea sunt et aliena. MA.

218, 1. Οἴηθεν] Demosth. πρὸς Ἀπατούριον, Ἀριστοκλέα Οἴηθεν. Lysias ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογίᾳ p. 87. Ἐρατοσθένης Οἴηθεν. Suidas Οἴῆθεν. Plutarch. in Pericle c. 9. τρέπεται πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομὴν συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου, τοῦ Ἴηθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε. Leg. Οἴηθεν. Sophocles in Œdip. Coloneo 1061. πελῶσι Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ. Ubi Schol. Οἴα, inquit, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ τὸ Οἴηθεν. Quam tamen interpretationem damnat Hesychius in Οἰάτιδος, Οἴα δῆμος Ἀττικὸς Etymol. in Ὄα, et Stephanus: Ὄα δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνός φησι τὸ πληθυντικὸν Ὄεις λέγεσθαι. ὁ δημότης Ὄαθεν. Δάμων Δαμωνίδου Ὄαθεν. VA.

218, 3. Χάροπος] Χαροποῦ Photius. VA. Suidas habet Χαρίππου. MA.

218, 4. Ultimum veteris legis Atticæ caput conceptum erat his verbis: ὅσοι δὲ πεφασμένως πωλοῦνται, καὶ οἰκῆος βλάβης τὴν δούλην εἶναι ὀφείλειν. Quæ separatim suo quælibet loco explicantur ab Harpocratione in πωλῶσι. Hic vero de hac voce οἰκῆος agit, Lysiam enim in orat. adversus Theomnestum ait eam tanquam sese explicando interpretari per aliam θεράποντος, quod verum est; nam post verba legis addit, τὸ δὲ οἰκῆος, θεράποντος. Hodie in edit. omnibus οἰκῆος legitur. Harpocration melius videtur legisse οἰκέως. Ut autem Jurisconsulti nostri, postquam edicti verba proposuerunt, ea singulatim exponere et perpendere solent, ita ex reliquiis veterum oratorum colligere licet, eos olim, postquam verba veterum legum proposuissent, eadem postea

κατὰ πόδα explicare solitos. Quod elegantissime docebit *συναγωγὴ* nostra legum Atticarum. MA.

218, 4. ΟΙ'ΚΕ'ΩΣ] *Παρὰ δὲ Σόλωνι ἐν τοῖς ἄξοσιν οἰκεὺς κέκληται ὁ οἰκότριψ*, ut Ammonius ait: *οἰκῆος* poeticum est, ut Homerus *οἰκῆας* vocat. *Οἰκότριψ* est *verna*, quem sic describit Sophocles in Œdip. Tyr. v. 1123. *ἦν δοῦλος οὐκ ὠνητὸς, ἀλλ' οἴκοι τραφείς*. VA.

218, 6. ΟΙ'ΚΗΜΑ] Idem refert Helladius Besantinous in Chrestomatheiais, quem vide. MA. Demosth. contra Timocratem bis usurpat pro carcere: itemque *κατὰ Διονυσοδώρου* initio: *καὶ καταθησόμενος εἰς τὸ οἴκημα*. VA.

218, 6. Τυραννικῷ] Τυρρηνικῷ. VA.

218, 9. Demosthenes in orat. de Corona ita loquutus est: *πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις ἐστὶ τοῦ βίου ὁ θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ*. Quæ postrema verba repetiit D. Gregorius Thaumaturg. in oratione panegyr. et prosphon. in Origenem. *ψυχὴ*, ait, *ἐλεύθερον καὶ οὐκ ἐγκατάκλειστον οὐδενὶ τρόπῳ, οὐδ' ἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ*. Vulgo hic *οἰκίσκον* carcerem interpretantur, cum tamen in verbis Demosthenis *ὀρνιθοτροφεῖον* significet et parvulam domum. Cum Harpocratione convenit Ulpianus, qui ad illa verba Demosth. hæc annotavit, *φασὶ τὸν ὀρνέων οἶκον οὕτω καλεῖσθαι παρ' Ἀττικοῖς*. Vellem exstarent Didymi in orationes Demosthenis *ἐξηγήσεις*, videremus aperte utrum hæc enarrando in errorem inciderit, ut nos docet hoc loco Harpocration. Sed pene e memoria exciderat docere male excusum antea fuisse *μετὰ γενησαύραις*, pro *Μεταγένης Αὔραις*. Metagenes ille est de quo sæpissime Athenæus. Ejus *Αὔρας* drama invenies laudatum non raro in monumentis veterum, quod nos docuit Casaubonus in animadvers. MA.

218, 11. *Μεταγένης Αὔραις*] Suidas in *Μεταγένης*, *Αὔρας* inter ejus fabulas recenset. VA.

218, 13. ΟΙ'ΝΗΙ'Σ] Demosth. ibidem. *οὐκ ἐλάνθανεν Οἰνείδας, ὅτι Κάδμου μὲν Σεμέλη, τῆς δὲ υἱὸν ὄντα, ὃν οὐ πρέπον ἐστὶν ἐπὶ τοῦδε τοῦ τάφου ὀνομάζειν, τοῦ δὲ Οἰνεὺς γέγονεν, ὃς ἀρχηγὸς αὐτῶν ἐκαλεῖτο*. VA.

219, 1. Quæ ante initium faciebant et a capite reposita erant, cum præcedentibus conjunximus, et ea ita correximus *Οἰνέη ὁ μὲν δῆμος*, quia statim sequitur, *ὁ δὲ τῆς Αἰαντίδος*. MA. In v. *Οἰνόη* egregiam viri docti præstiterunt operam Harpocrationi vel Maussacus, dum non modo venditat se ita correxisse *Οἰνόη ἡ μὲν δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος πρὸς Ἐλευθέραις, ἡ δὲ τῆς Αἰαντίδος πρὸς Μαραθῶνι*. At quæ fides, quæ ratio aut dignitas illarum

vocum ἡ μὲν, quæ in nullo exstant scripto exemplari? Scilicet Græci per quandam relationem sæpe componunt ἡ μὲν, ἡ δὲ: an igitur propterea istud ἡ δὲ si solum ponatur, sine sensu, sine usu Græci sermonis erit? An in v. Σαβοὶ non scribit auctor οἱ μὲν Σαβοὺς λέγεσθαι etc. et tamen non sequuntur οἱ δὲ? Porro an sententia non est consummatissima? *Œnoe, populus Hippothoontidis tribus, prope Eleutheras: altera autem Æantidis prope Marathonem.* Itaque illas supposititias voces aut expelli oportuit, aut hactenus saltem notari, ut non ederentur pro Harpocrationeis, quod feci. Cavendum interea est ab lectione Sponii in itinerario, de populis Atticæ scribentis: *Œnoé de la Tribu Ajantide vers les limites de l'Attique et de la Beoce, proche des Eleutheriens.* Item *Œnoé de la Tribu Hippothoontide proche de Marathon.* O quanta cum sedulitate isthæc scribuntur! GR.

219, 1. ΟΙ'ΝΕ'Η καὶ ΟΙ'ΝΑΙ'ΟΣ] Meursius correxit Οἰνόη καὶ Οἰνοαῖος, de Pop. Att. in Οἰνόη. Eum fugit insignis de priore Œnoa locus Herodoti, 5. p. 312, 42. Non solum hinc formatur Οἰνοαῖος, vel, quod temere repudiare non ausim, Οἰναῖος, sed et Οἰνεύς. Apud Lucianum certe (vol. 3. p. 323.) τὸν Γόργον δὲ Οἰνοέα τινὰ γεωργὸν ab Οἰνόη derivandum arbitror. HEMST.

219, 8. Καλοῦνται δέ] Hæc deleantur. VA.

219, 12. Διόδωρος, οἱ] Διόδωρος. Οἱ. VA.

219, 12. Ἐξ Οἴου] Demosth. πρὸς Μακάρτατον περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου, initio: γένει οὖσα ἐγγυτάτω Ἁγνίᾳ τῷ ἐξοίου ἐπεδικάσατο τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου. Ubi Volfius errorem esse putavit: nam Hagnias erat Buseli filius. Et mox: Γλαῦκός τε ὁ ἐξοίου vertit *Glaucus Exœi filius.* infelicitur. Scribe utrobique ἐξ Οἴου. Et iterum post: Βούσελος γὰρ ἦν ἐξοίου. *Exœi filius,* vertit male Volfius. Hujus Buseli filius erat Hagnias major. uterque ex eodem pago Œo. Hagnias autem minor, cujus de hæreditate agitur, erat Polemonis fil. Hagniæ nepos. Stephanus in Ἀβρότονον: δύναται δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου φάναι τὸ ἐθνικόν. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα μάλιστα ἐν τοῖς δήμοις τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐξ Οἴου δημότης καὶ ἐκ Κηδῶν. VA.

220, 1. Corruptissimum est hujus civitatis nomen apud veteres auctores, Herodotum, Scylacem Caryandensem, Martianum Heracleotam. In Polymnia Herodoti ex conjectura sic legendum est, παραμείβετο Ἑλληνίδας τάσδε πόλεις, Τορώνην, Γαληψὸν, Οἰσύμην, male hodie est Σερμύλην[d]. Scylax Caryand. in Periplo,

[d] Οἰσύμην, male hodie est Σερμύλην] Imo recte Σερμύλην apud Herodotum legitur lib. 7. c. 122. seu Σερμυλίην. Nam Stephanus de Urbibus,

εἰσὶ δὲ ἐν Θρᾴκῃ πόλεις Ἑλληνίδες αἵδε, Ἀμφίπολις, Φαγρὴ, Γαληψὸς, Σισύμη, καὶ ἄλλα ἐμπόρια. Οἰσύμη legendum, non Σισύμη. Marcianus Heracleota,

μετ' Ἀμφίπολιν δὴ πρότερον ἡ Συβὴ πόλις
Θασίων γενομένη.

Corrigendum Οἰσύμη. Nihil enim hic lectio varians Cod. Palatini ἡ σύμη, cum apud Stephan. idem error supra notatus sit. Vide infra vocem Στρύμη. MA. In Gœsiano libro adscripserant Πλαταιεῖς, quod maxime sectatur Aldinam. Rem ipsam tangit Meursius lib. 1. Athen. Attic. cap. 5, et contra Harpocrationem Demostheni patrocinatur. GR.

220, 3—5. Hæc omnia in ordinem nativum restituimus. MA. [Transposuit post gl. Ὀσχοφόροι.]

220, 3. Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας] Πλαταιεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν ἐβοήθησαν Μαραθῶνάδε, ὅτε Δάτις ὁ βασιλέως Δαρείου στρατηγὸς ἀναχωρῶν ἐξ Ἐρετρίας, Εὔβοιαν ἐφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος ἀπέβη εἰς τὴν χώραν πολλῇ δυνάμει καὶ ἐπόρθει. καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς ἀνδραγαθίας αὐτῶν ὑπομνήματα ἐν τῇ ποικιλῇ στοᾷ γραφὴ δεδήλωκεν. ὡς ἕκαστος γὰρ τάχους εἶχεν, εὐθὺς προσβοηθῶν γέγραπται, οἱ τὰς κύνας τὰς Βοιωτίας ἔχοντες. Volfius, *Canes illi Bœotias habentes*, vertit. Scribe κυνᾶς *Galeas*. Vide Hesychium in κυνῆ Βοιωτία, et quæ ibi notavi. Suidas in κυνέας, τὰς περικεφαλαίας ἤτοι τὰς ἀπὸ κυνείων δερμάτων γινομένας, ἢ ἀπὸ Κυνός τινος κατασκευάσαντος πρῶτον. Μέμνηται Δημοσθ. ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας οὕτω, οἱ τὰς σιωπὰς ἔχοντες. Lege Βοιωτίας ἔχ. Theophrastus lib. 3. Histor. Plant. cap. 10. de abiete, ἔχει δὲ πτέρυγας τὸ φύλλον καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι κυκλοειδῆ καὶ παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κυνέαις. Demosthenis locum ex Suida et Hesychio correxit Leopardus lib. 16. cap. 12. Pollux lib. 1. cap. 10. κράνος βοιωτουργές. VA.

220, 3. Πλατεαίας] Πλαταιέας. VA.

220, 6. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους] Initio: καί τοι ταῦτα πάντα ἀπείρηκεν ἄντικρυς καὶ σαφῶς ὁ κάτωθεν νόμος. Volfius. *Atqui hæc omnia vetuit aperte et evidenter subscripta lex.* VA.

220, 9. Βουστροφηδόν] Marius Victorinus lib. 1. cap. de versu. *Apud nos autem versus dictus est a versuris. i. a repetita scriptura*

Σερμυλίαν urbem ait esse circa montem Atho, et Hecatæum autorem laudat. De Œsyma Plinius lib. 4. in Thracia. *A meridie Ægeum mare. cujus in ora a Strymone Apollonia, Œsyma, Neapolis* (hujus meminit Livius lib. 38). Athenæus lib. 1. cap. 24, ubi de Biblino vino, Ἀρμενίδας δὲ τῆς Θρᾴκης φησὶν εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι. VA.

ea ex parte, in quam desinit. Primis enim temporibus, sicut quidam asserunt, sic soliti erant scribere, ut cum a sinistra parte initium facere cœpissent, et duxissent ad dextram, sequentem versum a dextra parte inchoantes ad sinistram perducerent, quem morem ferunt custodire adhuc in suis literis (leg. *liris*) *rusticos. Hoc genus scripturæ dicebant bustrophon* (leg. *βουστροφηδὸν*) *a boum versatione, unde adhuc in arando ubi desinit sulcus, et unde alter inchoatur, versura proprio vocabulo nuncupatur.* VA.

220, 9. *Ἢ τὸν ἀπό*] Vocula ἢ deleatur. VA.

220, 13. *Ἄνωθεν τῆς*] Lege *ἄνωθεν ἐκ τῆς*. Pollux lib. 8. cap. 10. VA.

221, 1—8. Male subjecta erant hæc voci *ὁ κάτωθεν νόμος*. Nos ea separavimus, a capite resposuimus, ordinavimus, correximus. MA.

221, 1. *Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν Συμμοριῶν*] Locus Demosthenis *ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν* aliter legitur. *ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων.* Et rursus, *Ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν ἑξακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται.* Quem locum intellexit Harpocratio. At mirum est eum in suis libris *ἑπτακισχ.* legisse cum bis hodie in nostris *ἑξακισχ.* legamus, et ab Ulpiano ita lectum esse palam sit ex ejus scholiis. VA.

221, 5. *συναρπάζει*] Pari elegantia Schol. Aristoph. ad Pacem 288. *αὐτὸ γὰρ τὸ χαίρω αὐτοπαθὲς ὂν προὐφήρπασεν αὐτοῦ τὸ σημαινόμενον.* African. apud Euseb. Chron. p. 77, 27. *συναρπαζέτω τοὺς πολλοὺς τὸ γεγενημένον.* Aliter Gregor. Nazianz. Stelit. 1. p. 45. *προαρπάζειν ἀλλήλων τὰ λεγόμενα,* Plat. Gorg. p. 310. E. [Vid. Heindorf. ibi horum verborum vim interpretantem. GEEL.] Sext. Emp. H. P. p. 64. E. 135. C. et Steph. Philo in Flacc. p. 967. E. *ψηφολόγοι* dicuntur *τοὺς ὀφθαλμοὺς συναρπάζειν,* Suid. in *ψηφολ.* Ex his forte defendi potest vulgata lectio apud Didym. Alex. contra Manich. p. 212. Longin. S. 16. p. 122. Dionys. Hal. vol. 2. p. 303, 43. Aristid. Quintil. p. 92. Longin. in Hephæst. apud Fabric. B. Gr. 4. c. 31. p. 446. *τὸ ζητούμενον συναρπάζειν* Sext. Emp. L. § 266. HEMST.

221, 7. *Λυθέντος ἐν τοῖς ἑξῆς τοῦ λόγου*] Nam 250 talentis minus erat, teste Polybio libro 2 in fine, quod notandum. Vide omnino Plutarchum in Aristide sub finem. Necesse autem erat censum profiteri Athenis, quod declarat Isæus p. 61. Pollux in *πωληταί.* Sed Plutarchus non de censu, sed de tributo loquitur, quod ad 1200 talenta pervenit teste Andocide p. 23, et 28, ubi ab Alcibiade duplicatum ait esse. Polybii locus sic habet p. 148. *Τίς*

γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱστόρηκε, διότι καθ' οὓς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπον στρατιώτας, ἑκατὸν δ' ἐπλήρουν τριήρεις, ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν, ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. Hoc autem loco συναρπάζει verbum elegans. Sic apud Schol. Hermogenis p. 402. συναρπάζεται τῷ δοκεῖν ἐκ τῆς διακοπῆς ὁ ποιητικὸς ῥυθμός. i. *absconditur rhythmus poëticus*, cum interscinditur ita ut non appareat. Mox: ὅταν τοῖς ὀνόμασι συναρπασθῇ τὰ κῶλα. Basilius Epist. 401. de Sophistis, τῇ ἐρωτήσει τοῦ καθόλου τὸ πᾶν συναρπάζουσι. Lucianus in Jove Tragœdo p. 265. Origenes contra Celsum lib. 7. p. 387. Sextus Empiricus passim. VA.

221, 14. Multi erant hic in unum involuti et intermixti errores. Male ὀλοεχίνους erat pro ὁλοσχοίνους. Pejus Θεόφραστος ἐν τετάρτῃ περὶ αὐτῶν pro περὶ φυτῶν. Pessime τοῦ Αἰσχίνου τρία εἴδη εἶναι pro τοῦ σχοίνου. MA.

221, 15. Ἐν τετάρτῃ περὶ φυτῶν] Cap. 13, ex quo scribe εἶναι, φησὶν τρίτος τῷ μεγέθει καὶ τῇ παχύτητι καὶ εὐσαρκίᾳ διαφέρων ὁ καλούμενος ὁλόσχοινος. Gaza *Mariscum* vertit. Laërtius in Aristippo. Photius habet φησίν. VA.

222, 1. In v. Ὁμηρεύσοντες volunt editiones hæc esse Harpocrationis verba, ἐπὶ τῶν ἀναπεμφθέντων Λακεδαιμονίων ὁμήρους Ἀλεξάνδρῳ. Sic enim consensu edunt Aldus et Maussacus. Quare non etiam emendavit ὁμήρων? prout in Gœsiano libro notaverant viri docti. Post quos unus ille eximius Valesius videtur adhæsisse, unde notavit vocem ὁμήρους in Photio deesse. Sed non licet sic grassari in Harpocratione, quem nullus ambigo scripsisse ὁμηρεῦσαι Ἀλεξ. GR.

222, 2. Λακεδαιμονίων ὁμήρους] ὁμήρους deest in Photio. VA. Deerant [post Ἀλεξάνδρῳ] hæc in præcedentibus editionibus ἦσαν δὲ ν̄. quæ a nobis suppleta fuere beneficio Cod. bonæ notæ. Suidas ait tantum octo fuisse. Melius etiam, ut puto, hic legeretur Κλείταρχος quam Κλήταρχος. MA. MS. Mediceus habet ἐν τῇ πέμπτῃ ἐν ᾗ τοὺς δοθέντας. Unde Aldus excogitavit istud εἶναι, quod non sufficit. Nam restituendum fuit Κλείταρχος δέ φησιν ἐν τῇ πέμπτῃ η' εἶναι τοὺς δοθέντας etc. Sic integrata est historia simul et narratio Clitarchi huc conveniens. Præterea Maussacus ἐπὶ συμβιβάσει διδόμενα edidit, quum Aldus dedisset συμβάσει, quomodo plane legitur in MS. Mediceo. Hesychius

in v. *ὅμηρα* scripsit, si modo ipse, *ἐπὶ συμβιβάσει*, unde id placuisse videtur Maussaco, sed in v. *Ἐμμήρους* et *Ἐμπήρους* habet *ἐπὶ συμβάσει*, quod quum ex testimonio Aldi et MSti Medicei scirem fuisse Harpocrationis, merito prætuli. GR.

222, 2. Κλήταρχος] *Κλείταρχος*. In res Alexandri scripserat, de quo Quintiliani judicium est. Laudatur a Curtio. Plinius non multum abfuisse scribit ab Theopompi ætate. (Videtur autem hæc vox *Ὅμηροι* primum usurpari cœpisse sub ea tempora, ut Harpocration innuit. nam vix eo sensu apud vetustiores usurpatam inveneris.) Æneas in Poliorcetico, (vixit autem Æneas regnante Alexandro,) cap. 10. *πόλεως δὲ ὁμηρευομένης, ὅταν ἐπ' αὐτὴν στρατιὰ γίνηται, τοὺς γονεῖς τῶν ὁμηρευόντων καὶ τοὺς ἐγγὺς τὰ γένη, μεθίστασθαι ἐκ τῆς πόλεως, ἄχρις ἂν ἡ πολιορκία παρέλθῃ*. Dicuntur et *ἔμμηροι* teste Hesychio, sed et *ἔμπηροι*. Demetrius Phalereus: *μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ πληγὴν Λακεδαιμόνιοι τὰ ἡμῶν τείχη κατέβαλον, καὶ τὰς τριήρεις ἔλαβον ἐμπήρους*. Quæ apud Hesychium corrupta leguntur in *ἔμπηροι*, et sic explicantur: *ὅπως μηκέτι θαλαττοκρατοῖντο οἱ Ἀθηναῖοι*. (sic lege, non *Πελοπον*.) *ἔμπηροι οὖν οἱ ἐν ὁμηρείᾳ ὄντες. τοὺς γὰρ ἐπὶ συμβάσει διδομένους ὥσπερ ἐνέχυρα τῶν ὡμολογημένων ἔνθεν ὁμήρους λέγεσθαι*. At Etymol. *ἔμμηροι οἱ ἐπὶ ἐνέχυρα διδόμενοι φιλίας. Δημήτριος ἐν Σικελοῖς. Λακεδαιμόνιοί θ' ἡμῶν τά τε τείχη κατέβαλον καὶ οὓς ἔλαβον ἐμμήρους*. Lege *καὶ ναῦς ἔλ*. VA.

222, 4. Quæ ab his vocibus *ὁμηρῶσαι γὰρ* usque ad finem notæ leguntur, male divulsa a prioribus erant, nunc primum juncta sunt simul et suo loco restituta. MA.

222, 10. ʽΟΜΗΡΙ'ΔΑΙ, Ἰσοκράτης Ἑλένῃ] Ita Strabo 14. p. 645. *ἀμφισβητοῦσι δὲ καὶ Ὁμήρου Χῖοι μαρτύριον καὶ τοὺς Ὁμηρίδας καλουμένους, ἀπὸ δὲ τοῦ ἐκείνου γένους προχειριζόμενοι*. VA.

222, 11. Acusilaum hunc laudat etiam Strabo lib. 10. *Ἀκουσίλαος δὲ Ἀργεῖος* (ait) *Καβείρης καὶ Ἡφαίστου κάμιλον λέγει*. MA.

222, 11. Ἀκουσίλαος] De Acusilao historico loquitur Dionysius in Ep. ad Tuberonem *περὶ Θουκυδ. ἰδιωμ. Ἀρχαῖοι μὲν οὖν συγγραφεῖς πολλοὶ καὶ κατὰ πολλοὺς τόπους ἐγένοντο πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἐν οἷς ἔστιν Εὐγαίων τε ὁ Σάμιος καὶ Δηΐοχος ὁ Προικοννήσιος καὶ Εὔδημος ὁ Πάριος καὶ Δημοκλῆς ὁ Φυγελεὺς, καὶ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος ὅ τε Ἀργεῖος Ἀκουσίλαος ὅ τε Λαμψακηνὸς Χάρων καὶ ὁ Χαλκηδόνιος Ἀμελησαγόρας*. (*Μελησαγόρας* dicitur Hesychio in *ἐπ' εὐρυγύῃ ἀγών*. Hippocr. in Epistolis *Ἀμέλησα*.) Verum eos libros, qui Acusilai nomine ferebantur, Acusilai non esse plurimi crediderunt. Sic enim Suidas in *συγγράφῳ* scribit ex autore

veteri: Ἑκαταῖος πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται. Quod confirmat etiam Dionysius in eodem libro: οὔτε γὰρ διασώζονται τῶν πλειόνων αἱ γραφαὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, οὔθ' αἱ διασωζόμεναι παρὰ πᾶσιν, ὡς ἐκείνων οὖσαι τῶν ἀνδρῶν, πιστεύονται, ἐν αἷς εἰσι αἵ τε Κάδμου τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀριστέου τοῦ Προικοννησίου καὶ τῶν παραπλησίων τούτοις. Acusilai Argivi meminit Strabo lib. 10, ubi de Cabiris. Cicero 2. de Oratore. Josephus. Optime Suidas in Ἀκουσίλαος. VA.

222, 11. Ἀγλαντιάδι] γρ. ἀτλαντιάδι. Sic Deucalionείαν scripserat et Φορωνίδα, teste Schol. Apollonii lib. 3, et Dionysio Halic. lib. 1. In eo libro Hellanicus de Atlante ejusque filiabus septem, quæ Pleiades dictæ sunt, narrabat. Una ex iis Electra ex Jove Iasium habuit et Dardanum, etc. Iasum vocat Dionysius lib. 1. c. 61. Jam Atlas Promethei et Menœtii frater fuit, filius Iapeti et Clymenes Oceani filiæ, ut ait schol. Æschyli in Prometheo vincto 347. Isocratis locus est in fine illius orationis. Hujus operis Hellanici meminit schol. Euripid. in Phœnissis p. 312. Ἑλλάνικος δὲ ἐν ἐπιγραφῇ Ἀτλαντίδος. Celæno Atlantis filia ex Prometheo Lycum et Chimæreum suscepit. Electra ex Jove Eetionem et Dardanum. Steropa ex Hyperocho Œnomaum. Taygeta ex Jove Lacedæmonem. Maia ex eodem Jove Mercurium, ut scribit Isacius Tzetzes in Lycophronem 219. Aligone ex Neptuno Hyrieum. Merope ex Sisypho mortali Glaucum, quæ proinde obscura est. Didymus in Iliad. σ. φησὶ δὲ Ἑλλάνικος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀτλαντιδῶν τὰς μὲν ἐξ θεοῖς συνελθεῖν. Ταυγέτην Διὶ etc. ut supra. VA.

222, 13. Ἱεροποιΐαις] Intelligo sacrificia quædam, quæ ab hac familia in urbe Chio publice peragebantur. VA.

222, 20. Inepte ante erat ὀμόσαι ἰέναι. MA.

222, 20. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀθηνογένους] Vide Dionysium Longinum περὶ ὕψους p. 53, ubi Demosthenis et Hyperidis virtutes inter se comparat. ὁ δὲ Δημοσθένης ἀνηθοποίητος etc. ὅταν δὲ ἐγγίζειν θέλῃ τῷ ἐπιχαρὴς εἶναι τότε πλέον ἀφίσταται· τό γε τοι ὑπὲρ Φρύνης ἢ Ἀθηνογένους λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν, ἔτι μᾶλλον ἂν Ὑπερίδην συνέστησε. VA.

222, 26. Εἰσὶν ὁμοῦ] Antiphanes in Philothebæo, ὁμοῦ τι πρὸς τέλος δρόμου περῶν ἥξει κεκραγὼς apud Athenæum lib. ult. Scholiastes Homeri in Ἰλ. ε. p. 116. ἐγγὺς explicat, locumque Demosth. citat. Male ergo Volfius, *sunt omnino*. Verte, *præter propter, a peu pres*. Vide Scholiastem Apollonii. Is lib. 2.

v. 121. versum Menandri sic refert, *ὁμοῦ δὲ τοῦ τίκτειν παρεγένεθ' ἡ κόρη*. Plura habet Suidas in *ὁμοῦ*, quæ sunt bonæ notæ. Dion. Halic. 1, 29. de Rhea Sylvia *καὶ γὰρ ὁμοῦ τι τὴν κόρην εἶναι τίκτειν*. Porro Athenæ hunc fere civium numerum habuere, ut notavi ad Herodotum p. 327. quibus adde Athenæum lib. 6. in fine, qui ait, *Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ χρονικῶν τῇ ι' πρὸς ταῖς ρ' φησὶν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνῃσιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν. καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις, μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας μ'*. VA.

223, 7. In v. *Ὀνήτωρ* non male legitur *τῶν χορηγησάντων ἦν εἷς*, quum sæpius ita occurrat in Harpocratione. Sed quum MS. Mediceus particula postrema deficiatur, non opinor etiam hic adhibitam fuisse, non magis quam in v. *Πεδάριτος*, ubi edunt *ἁρμοστὴς ἀνήρ, εἷς τῶν γεγονότων καλῶν*, ubi quum non exstet in MS. scias velle Harpocrationem, ut edatur *ἀνὴρ τῶν γεγονότων καλῶν*, tanto certius, quod neque in Aldina editione reperiatur. In v. *Μόλπις* habes *Μόλπις ὁ τῶν ἐν Πειραιεῖ*. Item in v. *Μοιροκλῆς, Σαλαμίνιος τῶν οὐκ ἀφανῶς πολιτευσαμένων*. In v. *Ἱερώνυμος, ὅτι δ' οὗτος ἦν τῶν Μακεδονιζόντων*. In v. *Εὐθίας, τῶν ἐπὶ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας*. GR.

223, 10. ʼΟΝΟΜΆΖΩΝ] Dem. *ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. κείμενος δὲ αὐτῶν ἤκουον πολλὰ καὶ δεινὰ λεγόντων. καὶ τὰ μὲν ἄλλα βλασφημίαν ἔχει τινὰ καὶ ὀνομάζειν ὀκνήσαιμ' ἂν ἐν ὑμῖν ἔνια*. VA.

223, 14. *Ἡμετέροις ἱεροῖς*] Forte *ἠρίοις*. Sic sæpissime peccarunt antiquarii, ut notavi ad decem Rhetoras. Dicta videntur Oxythymia a thymo arbore infelici. Tzetzes Chil. 5. hist. 23: *περὶ καθάρματος. ἑπτάκις γὰρ ῥαπίσαντες ἐκεῖνον εἰς τὸ ποτὲ σκίλλαις, συκαῖς, ἀγρίαις τε καὶ ἄλλοις τῶν ἀγρίων τέλος πυρὶ κατέκαιον ἐν ξύλοις τοῖς ἀγρίοις*. Mox Hipponactis versus refert: *λιμῷ γένηται ξηρόν. ἐν δὲ τῷ θυμῷ ὁ φαρμακὸς ἀχθεὶς ἑπτάκις ῥαπισθείη*. Scholiastes quoque Sophoclis in Œdipode Coloneo. *ὁ δὲ Φιλόχορος ἀκριβέστερόν φησι τὰ μήτε ἀμπέλινα μήτε σύκινα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν θύμων νηφάλια καλεῖσθαι. καὶ πρώτῃ φησὶν ὕλῃ πρὸς τὰς ἐμπύρους θυσίας ταύτῃ κεχρῆσθαι*. VA.

224, 1. Anticlides, non Autoclides vocabatur ille *ἐξηγητικῶν* auctor, de quo hic Harpocration, et nos in Dissertat. Critica. Porro lin. 5. quidam Codices pro *Ἑκαταῖος ποῦ* habent *Ἑκαταῖα*. Quam lectionem Etymologus confirmare videtur. versus etiam Eupolidis *ἐν Δήμοις* sic recte potes concipere:

ὃν χρῆν ἐν ταῖς τριόδοις καὶ τοῖσιν ὀξυθυμίοις,
πρὸς τὸ τρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι περιτετριγότα.

De more vero sordes purgamentorum abjiciendi in aquas vel fluviales vel marinas, vel in trivia, multa annotarunt jam diu eruditissimi viri Isaac. Casaubon. ad Theoph. charact. [p. 301. VA.] et Joan. Meurs. ad Alexand. Lycoph. MA. Eupolidis versus forte melius ita scribentur:

> ὃν χρῆν ἐν ταῖς τριόδοις κἂν τοῖσιν ὀξυθυμίοις
> πρὸς τὸ τρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι περιτετριγότα.

MA. in Append. ad Plutarch.

224, 4. Ἑκαταῖα] Etymolog. ὀξυθύμια τὰ καθάρματα τῶν νεκρῶν, ἃ δὴ καὶ ἑκαταῖα λέγονται, ἢ τὰ τῶν οἰκιῶν καθάρματα τὰ ἐν ταῖς τριόδοις τιθέμενα. Sic legendum conjeceram antea, nunc affirmo haud aliter legi posse. Porro de more purgamenta abjiciendi eleganter Schol. Æschyli in Χοηφόροις 98. p. 232. ed. Steph. ad illum, τάδ' ἐσχέουσα γάποτον χύσιν στείχω, καθάρμαθ' ὅστις ἐκπέμψας, πάλιν, sic notat: τοῦτο πρὸς τὸ παρ' Ἀθηναίοις ἔθος, ὅτι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίνῳ θυμιατηρίῳ, ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον ἀμεταστρεπτεὶ ἀνεχώρουν. Nota ἀμεταστρεπτεί. Sic qui Eumenidibus sacrificabant, expleto sacrificio abibant, nec respiciebant post se, apud Sophocl. Œd. Col. 488. Hinc chorus Athen. Œdipodi, quomodo sit illi sacrificandum, præcipiens,

> αἴτει σύ γ' αὐτὸς κ' εἴτις ἄλλος ἀντί σου
> ἄπυστα φωνῶν μήτε μηκύνων βοήν.
> ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄστροφος.

Ovidius in Fastis lib. 6. *Sic ubi libavit* (strigibus scilicet) *prosecta sub æthere ponit, Quique adsint sacris respicere illa vetat.* Post πάλιν adde: δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασι. Suidas: ὀξυθύμια ὅσα καθαίροντες τὰς οἰκίας Ἀθηναῖοι νύκτωρ ἔθος εἶχον ἐν τριόδοις τιθέναι. VA.

224, 4. Ἑκαταῖός που, τά] Ἴσ. Ἑκαταῖα, ὅπου τά. VA.

224, 8. Πρὸς τὸ τρόπαιον τῆς πόλεως] An προστρόπαιον? Porro ὀξυθύμια usurpat Pollux lib. 5. cap. 46. τῶν ἐν ταῖς τριόδοις καθαρμάτων ἐκβλητότερος. κοπρίων ἐκβλητότερος. εἰ χρὴ καθ' Ἡράκλειτον λέγειν, τῶν ὀξυθυμίων ἀτιμότερος. Omnino προστρόπαιον τῆς πόλεως leg. et λεως una est syllaba. Sunt trochaici versus. Vide in προστρόπ. Gallice *a la voirie.* VA.

224, 8. Πρὸς τὸ τρόπαιον] Προστρόπαιον. Et duo sunt versus sic scribendi,

> χρῆν ὃν ἐν ταῖς τριόδοις, κἂν τοῖσιν ὀξυθυμίοις
> προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι ἐπιτετριγότα. VA.

224, 10. ʼΟΠΙΣΘΟΔΟΜΟΣ] Demosth. contra Timocratem versus finem: καὶ οἱ ταμίαι, ἐφ' ὧν ὁ ὀπισθόδομος ἐνεπρήσθη, καὶ οἱ

τῶν τῆς θεοῦ καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεῶν, ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ ἦσαν, ἕως ἡ κρίσις αὐτοῖς ἐγίνετο. An intelligit conflagrationem templi antiqui Minervæ, de qua Xenophon 1. [6, 1.] Ἑλλην. Ita censeo. Ob hanc conflagrationem comprehensi sunt et capite damnati Hellenotamiæ, de quo vide Antiphontem περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου p. 123. Sed de alia historia loquitur Antiphon. Varro lib. 4. de Ling. Lat. *Domus Græcum est, et ideo in ædibus sacris ante cellam, ubi sedes Dei sunt, Græci dicunt* πρόδομον, *quod post* ὀπισθόδομον. Pollux lib. 1. initio, τὸ δὲ πρὸ αὐτοῦ σηκοῦ, πρόδομος, καὶ τὸ κατόπιν ὀπισθόδομος. Schol. Comici in Plutum 1194. ὀπίσω τοῦ νεὼ τῆς πολιάδος Ἀθηνᾶς διπλοῦς τοῖχος ἔχων θύραν, ὅπου ἦν θησαυροφυλάκιον. μέσον δὲ ἐστὶ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν ταμιεῖον, ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ. VA.

224, 13. Ita Ulpianus ad Olynth. 3. οἱ Μεγαρεῖς τὴν Ὀργάδα παρέτεμνον· οἱ δὲ Κορίνθιοι συνεμάχουν τοῖς Μεγαρεῦσι, καὶ διὰ τοῦτο εἰς πόλεμον τοῖς Ἀθηναίοις κατέστησαν. Ὀργὰς δὲ ἐκαλεῖτο ἡ χώρα ἢ διὰ τὰ ὄργια τῶν θεῶν, ἢ διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι, καὶ ὀργᾶν ἐν αὐτῇ[e]. MA. Ὀργάδα pro pascuis sumit Dionys. lib. 1. c. 37. Etymologus item. Helladius Besantinous lib. 3. ὅτι ὀργὰς μὲν κοινῶς φησι πᾶσα ἡ γῆ, ὅση ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς. ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ταῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος. In eum locum projiciebantur sacrilegi et proditores, quos in agro Attico sepeliri jus non erat. Teles quidam in libro de exilio apud Stobæum serm. 158. οὐκ ἀηδῶς γάρ τις τῶν Ἀττικῶν φυγάδων λοιδορουμένου τινὸς αὐτῷ καὶ λέγοντος, ἀλλ' οὐδὲ ταφήσῃ ἐν τῇ ἰδίᾳ, ἀλλ' ὥσπερ οἱ ἀσεβεῖς Ἀθηναίων ἐν τῇ Μεγαρικῇ, ὥσπερ μὲν οὖν, ἔφη, οἱ εὐσεβεῖς Μεγαρέων ἐν τῇ Μεγαρικῇ. Plutarchus in Phocione ad finem. Mirum est Schol. Apollonii lib. 1. v. 920. contra omnes sentire: ὄργια, inquit, τὰ μυστήρια παρὰ τὸ εἴργειν τοὺς ἀμυήτους ἢ τὰ ἐν ὀργάσι γινόμενα· ὀργάδες δὲ οἱ σύμφυτοι τόποι καὶ ὑγροί, cui consentit Pollux 1, 228. πεδία, ἄρουραι ἐργάσιμοι, ὀργάδες etc. et Suidas: ὀργὰς ἡ εὔγειος καὶ σύμφυτος καὶ λιπαρὰ καὶ ἀκμαία γῆ. VA.

224, 13. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Συντάξεως] Verba Demosth. οἷον ἃ πρὸς τοὺς καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε, ἀποτεμνομένους τὴν ὀργάδα, ἐξιέναι, κωλύειν, μὴ ἐπιτρέπειν. VA.

224, 15. Ἐπολέμησεν Ἀθηνᾶ] Ἐπολέμησαν Ἀθηναῖοι. VA.

224, 17. Vera inscriptio orationis Isæanæ ita habet, πρὸς Ὀργεῶνας. Aliquoties peccarunt operæ, et pro ὀργεῶνας excudit

[e] Καὶ ὀργᾶν ἐν αὐτῇ] Thucydides lib. 1. in fine et ibi Scholiastes, Plutarchus in Pericle. VA.

Typographus ὀργεῶνα vel ὀργέωνα, sed jam sublati fuere et detersi omnes illi errores. Veniamus ad alia. Citantur hoc loco Æschylus et Antimachus, hic non laudato opere, et tamen ex Suida disco eum debuisse laudari ἐν τῇ Λυδῇ γενεᾷ, nisi sit legendum γενναίᾳ, ubi ita loquutus erat,

Καβάρνους θῆκεν Ἀβακλέας Ὀργεῶνας.

ille ἐν Μύσταις, sed verba ejus non afferuntur. Suidas et aliud fabulæ nomen et verba simul præbet, non enim ἐν Μύσταις de Orgeonibus loquutum esse Æschylum narrat, sed ἐν Μυσοῖς. In indice fabularum Æschyli Μυσοὶ fabula invenitur, non autem Μύσται: quod facit ut credam hic potius legendum Μυσοῖς quam Μύσταις. Verba Æschyli[e] ita habent:

ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος Ὀργεὼν,
εὐχαῖς δὲ σώσεις δεσπότας Παιονίας.

Porro si Theophrasti testamentum legere desideres, consule Diogen. Laërt. in Theoph. MA. Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ simpliciter, absque γενεᾷ (quod forte ad versum ipsum pertinet) laudatur ab Schol. Apollonii et alii pluribus. Plutarchus in consol. ad Apollonium ait Lyden fuisse Antimachi conjugem, quam ipse efflictim amabat. Ea cum mortem obisset, elegiam scripsit Antimachus, quam Lyden vocavit, in qua se ipse consolabatur exemplo Regum ac Principum, quorum casus atque infortunia ibi recensebat, ut lenire dolorem suum ita posset. Ovidius 1 Tristium elegia 5.

Nec tantum Clario Lyde est dilecta poëtæ,
Nec tantum Coo Battis amata suo.

Vetus Epigramma in Anthologia nondum editum, quod nuper legere memini...Hesychius, Κάβαρνοι οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. Pro Ἀβακλέας in Antimachi versu Bochartus legit ἀγακλέας p. 447 de coloniis Phœnicum, ubi etiam Parum insulam dictam esse Cabarnem notat a Cabarno quodam, qui filiæ Proserpinæ raptum Cereri indicavit. Hujus ergo Cabarni posteros Ceres sacerdotio honoravit, ipsumque primum sacerdotem constituit. Id narrabat Antimachus in ea elegia, Cereris se exemplo consolans, quæ filiam amiserat. Itaque legendum videtur γένναν Καβάρνου. poëtice enim γέννα dicitur pro γενεά. Lycophron 644: Ἄρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρόμοι. VA.

[e] Verba Æschyli etc.] Teste Suida, qui addit: περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος, τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννήτας καλοῦμεν. Etymologus: ὀργεῶνες σύνταγμά τι ἀνδρῶν, ὡς τῶν γεννητῶν καὶ τῶν φρατόρων, ἀπὸ τοῦ κοινῇ ὀργιάζειν καὶ θύειν τοῖς θεοῖς. VA.

225, 1. Ὁρᾷν] Δρᾷν. VA.

225, 2. Ταῖς ἄλσεσι] Τοῖς ἄλσεσι. VA.

225, 5. Ὀργεῶνας] Ὀργεῶνας non legitur in Theoph. testamento apud Laërtium. VA.

225, 7. Non περὶ Θεοπόμπου κλήρῳ, ut antea male erat, excusum est, sed περὶ Θεοπόμπου κλήρου. MA.

225, 9. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας] Ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. Xenophon 7. [5, 2.] ἀναβ. ζεύγη ἡμιονικὰ καὶ βοεικὰ dicit. VA.

225, 11. Ὅμηρος] Ἰλ. α. οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς. Aristoph. autem in Ranis, παντοδαπόν γ' οὖν γίνεται· τότε μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀρεύς. VA.

225, 12. ὈΡΙΓΝΗΣΘΗ͂ΝΑΙ] Lege ὀριγνηθῆναι, ut habet Suid. p. 712. Hesych. in ὀριγνᾶσθαι. Idem ὀριχᾶται, γλίχεται, ἐπιθυμεῖ. Scribe ὀριγνᾶται. Hesiod. Scut. v. 190. et Diacon. Sic et ὀριγνωμένη legendum pro ὀρεγομένη in Æsch. Dial. 3. 5. p. 130. Dius apud Stob. p. 408, fine. Clem. Pæd. 2. p. 188. A. Dion. Hal. A. R. 1. p. 49. Dion. Cass. 47. p. 352. C. 466. B. Theodor. E. Π. Θ. p. 50. v. 53. Galen. vol. 10. p. 3. A. HEMST.

225, 17. Tres Comici hic laudantur, Plato, Cantharus, et Nicostratus. hujus quandam fuisse fabulam quæ vocabatur Ὀρνιθευτὴς, asseritur, quam tamen apud Suidam qui diligenter ex Athenæo omnia dramata hujus Comici collegit, non invenio relatam. Illis aliud drama quod Συμμαχία vocatum fuit, tribuitur: sed non definite, quia dubitabatur quis eorum fabulam illam docuisset. MA.

226, 3. Corruptissimus erat hic locus, quem nos ex manuscriptis et Suida plene restituimus. Cæterum ὅρος tabella erat, quæ affixa designabat ædes, aut prædia, et alias possessiones hypothecæ subjectas. Galli vocant has tabellas, *des panonceaux ou des brandons*, ut docuimus supra in ἄστικτον. Male ineptus interpres apud Pollucem lib. 3. cap. 9. hæc verba ὅρους ἐφεστάναι χωρίων interpretatur *terminos statuere regionum:* debebat *titulos aut tabellas apponere*, quibus loca quælibet creditoribus obligata designabantur. Jurisconsulti nostri ὅρους istos tabellas, aut tabulas proprie vocant, ut alii σανίδια. Venuleius in l. ult. §. si ad januam D. Quod vi aut clam. *Si ad januam meam tabulas fixeris, et ego priusquam tibi denunciarem, eas refixero*, tabulas, id est ὅρους, *des panonceaux ou brandons*. Vide nominatim Magnum Juris interpret. 16. Observat. cap. 12. MA.

226, 3. ὍΡΟΣ] In his titulis seu ὅροις ascriptum erat, quot

talentis oppigneratum esset χωρίον seu οἰκία, idque ὁρίζειν dicebatur. ὅρους τιθέναι ut Demosth. testatur in 2 contra Onetorem, et στῆσαι ibidem. Latini *libellos* vocant. Seneca in lib. 4. de Beneficiis cap. 12. *et suspensum amici bonis libellum dejicio, creditoribus ejus me obligaturus.* Sic Cicero in oratione pro Quinctio: *libellos Alfenus procurator P. Quinctii dejicit.* κατασπᾶν ὅρους dixit Demosthenes adversus Timotheum. VA.

226, 7. Æschyli fabulam Κεραυνῶνα nunquam laudatam inveni. Forte legendum ἐν Κεραυνίᾳ, id est in *fulgurito*. Menandri quidem δευτέραν ἐπίκληρον, nam sic correximus, cum ante esset male ἐν δευτέρῳ ἐπικλήρῳ, sæpius laudat Athenæus ut πρώτην. MA. Legendum παρά τε Αἰσχύλῳ ἐν Κερκύωνι, ita putat eruditissimus Salmazius, cujus sententiæ ego subscribo, nam vox Κεραυνῶνι, quam Aldina et nostra editio habet, corrupta est. Porro fabulam Cercyonem docuisse Æschylum patet ex catalogo ejus Dramatum et ex Polluce. MA. in Append. ad Plutarch.

226, 7. Κεραυνῶνι] Ἴσ. Κερκύονι. Vide Pollucem 10, 175. Et ita Maussacus restituit in appendice ad notas suas in Harpocr. monitus a Salmasio. Etymol. ὅρος καὶ γεωργικὸν σκεῦος, ὅ φασί τινες σχοινίον. VA.

226, 10. ʼΟΡΡΟΔΕΙΓΝ] ʼΟρρωδεῖν. Cæterum non legi hanc vocem in prooemiis. Videtur intelligere locum procemii 62 in fine. καὶ γὰρ ἂν ἡμέρα τῆς λίαν ἀρρωστίας (Harpocr. forte legerat ὀρρωδίας) ἀπηλλάγητε, ταύτῃ τούτους οὐδ' ὁρῶντες ἀνέξετε. νῦν δὲ δραχμῇ καὶ χόῃ καὶ τέτταρσιν ὀβολοῖς ὥσπερ ἀσθενοῦντα τὸν δῆμον διάγουσιν, ὁμοιότατα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδόντες ὑμῖν. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. VA.

226, 10. Legendum est ὀρρωδεῖν. oratio autem Andocidis περὶ τῆς ἀδείας eadem est cum ea quæ hodie inscribitur περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου, quia in ea περὶ τῆς καθόδου ἀδείας causas exponit, vel ἄδειαν τῆς καθόδου. Deinde vox hæc ὀρρωδεῖν statim in initio hujus orationis occurrit, οὐ περὶ ἐμοῦ μόνον ὀρρωδεῖν, εἴ τι ἔδει παθεῖν. MA.

226, 10. Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀδείας] Ἄδειαν sibi a populo dari petit, aut confirmari potius, cum jam data esset, ut idem in fine orationis memorat. VA.

226, 18. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους] Initio: ὥστε τίθησι τουτονὶ τὸν νόμον Timocrates, δι' οὗ τῶν ἱερῶν μὲν χρημάτων τοὺς θεοὺς, τῶν ὁσίων δὲ τὴν πόλιν ἀποστερεῖ. Et longe post p. 472. ἐνταυθοῖ πάλιν τῶν μὲν ἱερῶν χρημάτων τὴν δεκαπλασίαν ἀφῄρηται

(Timocrates) τῶν δὲ ὁσίων, ὁπόσων ἐν τῷ νόμῳ, διπλασιάζεται τὸ ἥμισυ. Nota hoc τίμημα ex lege fuisse contra peculatores, qui pecuniam sacram aut publicam intervertissent, contra hos decuplum, contra illos duplum. Et in eadem: τὰ μὲν ἱερὰ τὰς δεκάτας τῆς θεοῦ καὶ τὰς πεντηκοστὰς τῶν ἄλλων θεῶν σεσυληκότες. Ὅσιον autem pro ἰδιωτικὸν et βέβηλον sumit Aristophanes Λυσιστράτῃ. ὦ ποθεινὴ Εἰλήθυια, ἐπίσχες τοῦ τόκου, ἕως ἂν εἰς ὅσιον ἀπέλθῃ χωρίον. Suidas in ὅσιον. Idem in ὁσιωθῆναι ἡμέρας λέγουσι ἐπὶ θανάτῳ τινὸς, οἷον μὴ ἱερὰς, ἀλλὰ ὁσίας νομισθῆναι. Et supra: ὁσία ἡ ἐπὶ θανάτῳ ἡμέρα. VA.

227, 2. Σεσυληκότας] γρ. σεσυληκότες. VA.

227, 2. Ἐγένετο] γρ. ἐγίγνετο. VA.

227, 4. ἰδιωτικόν] Vox ἰδιωτικὸν non immerito futura esse suspecta videtur, etiamsi eadem apud Suidam lectio exstet. Cæterum et vulgaris nominis ὅσιον usus exemplum habemus apud nostrum Isocratem, cum alibi, tum p. 278. STEPH.

227, 5. Aliquando hæc Hyperidis oratio κατὰ Δημαίου, aliquando vero κατὰ Δημάδου inscribitur. Ita Dinarchus κατὰ Δημάδου orationem habuerat, quæ sæpius in hoc opere laudatur. Porro hæc prætermiserat Notarius in hujus vocis explicatione, ὁ δὲ Ἴστρος ἐν τῷ ιγ περὶ Θησέως, quæ ex manuscript. a nobis fuere de novo data. MA.

227, 5. Κατὰ Δημαίου] Vide s. v. παρεῖαι ὄφεις. Pollux lib. 10 initio, Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημαίαν. VA.

227, 14. Ὅτι ξένους etc.] Suidas in Φωκίων. Libanius declam. 14. ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ πρὸς τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ποιῆσαί τι παραπλήσιον. ἀφεῖναι γὰρ αὐτὰς Σατύρῳ τῷ τῆς κωμῳδίας ὑποκριτῇ τοῦ πατρὸς τῶν κορῶν ἀπεκτονότος αὐτῷ τὸν ἀδελφόν. De clementia Philippi loquitur. At idem declam. 16. τί μέγα Ἀριστοδήμῳ τὰς Ἀπολλοφάνους δοῦναι θυγατέρας. Memoria labitur. Vide Diodorum lib. 16 p. 451. VA.

228, 1. Ὅτι οἱ ἁλόντες etc.] Tria verba dicere damnati poterant in carceris limine, priusquam ad supplicium ducerentur. Græci parœmiog. Zenobius et Suidas in εἴποις τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ. τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένοις τὴν παρρησίαν ταύτην ἐδίδουν, ὥστε τροφῆς καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν, ἃ βούλονται, μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο πρὸς τὴν κόλασιν. τὸ δὲ νῦν ἀρχεῖον λεγόμενον αὐλὴ ἐκαλεῖτο, ὅπου ἀπήγοντο. Cujus rei illustre exemplum est in oratione Lysiæ κατ' Ἀγοράτου p. 128. VA.

228, 6. Σόλων ἐν εἰκοστῇ πρώτῃ τῶν νόμων] Isæus p. 73. VA.

228, 8. Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενά τισι χρήματα] Dio in Euboica ad

finem. οὐκοῦν οὐδὲ κήρυκας ὠνίων, οὐδὲ κλοπῶν, ἢ δρασμῶν μήνυτρα προτιθέντας, ἐν ὁδοῖς καὶ ἐν ἀγορᾷ φθεγγομένους. Philostrat. cap. 17 lib. 6. εἰ μὴ ἐπὶ τραπεζῶν ἐκτεθείη τὸ ἀργύριον. Mos fuit in Græcia per præconem edicere, ei qui hominem proscriptum occidisset, certam pecuniam præmio fore. Hæc proprie dicebantur Ἐπικηρυκευόμενα χρήματα. Vide supra in Ἐπικεκηρυχέναι. Demosth. ἐν τῷ περὶ παραπρ. p. 204. Καὶ διὰ ταῦτα τοὺς Θηβαίους τὰ χρήματα αὐτῷ ἐπικεκηρυχέναι, supple Philippo. Et p. 216. ὡς ἐπικεκήρυκται χρήματα αὐτῷ ἐν Θήβαις. Eam pecuniam aut in foro aut in templis super ara deponebant, quo libentius ad id præstandum plures accenderuntur, ubi cædes gratuita non esset, et interfector præmium propositum auferre illico poterat. Æneas Poliorcet. cap. 10. καὶ ὃς ἂν καταμηνύσῃ τινὰ ἐπιβουλεύσαντα, ἢ ὅ τι τῶν προγεγραμμένων τις πρασσόμενος ἐξαγγείλῃ, ἀναγγέλθαι τε αὐτῷ ἀργύριον, καὶ τὸ ἀγγελθὲν προκεῖσθαι ἐν ἀγορᾷ, ἢ ἐπὶ βωμοῦ, ἢ ἐν ἱερῷ, ἵνα προχειρότερόν τις τολμήσῃ μηνύειν τι τῶν προγεγραμμένων. ἐπὶ δὲ μονάρχῳ ἢ στρατηγῷ ἢ φυγάδι δυναστεύοντι χρὴ καὶ τάδε προκηρύττεσθαι. ἐάν δέ τι καὶ αὐτὸς πάθῃ ὁ ἀποκτείνας, τοῖς τέκνοις αὐτοῦ ἀποδίδοσθαι τὸ ἀγγελθὲν ἀργύριον. ἐὰν δὲ μὴ ᾖ τέκνα, τῷ ἐγγυτάτῳ γενομένῳ, καὶ ἐάν τις τῶν συνόντων τῷ φυγ. ἢ μον. ἢ στρατ. πράξῃ τι τῶν προκειμένων, ἀποδίδοσθαι καὶ κάθοδον αὐτῷ εἶναι. VA.

228, 14. Ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ etc. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξάνδρου κλήρου] Dio Chrysost. λόγῳ οδ' περὶ ἀπιστίας. οὐδὲ γυναικὶ παρ' Ἀθηναίοις συναλλάσσειν, πλὴν ἄχρι μεδίμνου κριθῶν ἔξεστι. Sed verba Isæi leguntur in oratione περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου p. 73. Ejus legis meminit Schol. Arist. in Ἐκκλησ. Suidas in ὅτι, apud quem ἐμβάλλειν legitur male. Volfius συμβάλλειν legit, sed male vertit *conferre*. VA.

228, 16. Athenienses mulieres inornatas mulctasse, mulctasque quæ ipsis infligebantur, ob indecorum, apud platanum quæ in Ceramico erat, scriptas exposuisse certissimum est. Hoc me docuit Pollux lib. 8. cap. 22. τὰς δὲ ἀκοσμούσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες ἐξετίθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου ἐν Κεραμικῷ. Adeo autem hoc religiose observabatur, ut viginti præfectos, quos γυναικοκόσμους ἄρχοντας vocabant, qui huic oneri præficerentur, eligerent. Verum hæc omnia pertinent ad tractatum legum Atticarum, in quo, quæcumque a nobis ex hoc elemento relicta sunt, abunde brevi explicabuntur, ut et quæ ex sequenti prætermittere cogemur, ne immoremur diutius in his notis, quas pedetentim in commentariorum molem excrevisse mirati sumus. MA.

229, 1. Φιλιππίδου] Philippidis comici. Hic enim Atheniensis fuit, et in rep. versatus est, teste Athenæo et Suida. Contra hunc Philippidem comicum extabat oratio Hyperidis. Ælian. lib. 10 Var. Hist. cap. 6. Athenæus lib. 12. Hic est Philippides, quem Lysimachus adamavit. Plutarch. in Demetrio. VA.

229, 9. Ἑλοῦσι] Volfius legit ἁλοῦσι male. nam ἑλοῦσι supple τὴν τρίτην ἐξούλης. Suidas Harpocrationem exscripsit ad verbum, sed præterea habet: *οὐσίας δίκη. οὐσίας εἰσάγουσι δίκην πρὸς τοὺς ἑαλωκότας ἐν προτέρᾳ δίκῃ χρέους ἢ καρποῦ, ὥστε ἀπολαμβάνειν αὐτοὺς ἐξ ὅλης τῆς οὐσίας, ἃ κατεδίκασαν.* VA.

229, 14. Præcedentes editiones habebant ἔν τε τῷ προστιμωνίδην. Nos excudendum curavimus πρὸς Τιμωνίδην. MA.

229, 17. ʼΟΦΡΥΝΕΙΟΝ] Tzetz. ad Lycophr. 1194. τὰ τοῦ Ἕκτορος ὀστᾶ κείμενα ἐν Ὀφρυνῷ, l. Ὀφρυνείῳ. Cf. Id. adv. 1208. Ὀφρύνιον vocat Strabo 13. p. 889. C. ἐφ' ᾧ, inquit, τὸ τοῦ Ἕκτορος ἄλσος ἐν περιφανεῖ τόπῳ. Pejus corruptum in Schol. Hom. ad Il. N. 1. ἐξ Ἀφνειοῦ τῆς Τρωάδος, l. Ὀφρυνείου. HEMST.

229, 17. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον] Οἰκοῦντος γὰρ αὐτοῦ (Παρμένοντος) ἐν Ὀφρυνίῳ διὰ τὴν οἴκοθεν φυγὴν, ὅτε ὁ σεισμὸς ἐγένετο ὁ περὶ χερρόνησον, συμπεσούσης αὐτῷ τῆς οἰκίας, ἀπώλοντο ἡ γυνὴ καὶ οἱ παῖδες. Dionysius Halic. 1, 46. Ὀφρύνιον vocat et Xenoph. Anab. 7, 8, 5. VA.

230, 6. Φερέων] Φεραίων. VA.

230, 9. Pro Δημοσίᾳ hic restituimus nos Δημομέλη, ut recte habent Æschinis libri. [Cæterum de Demomele hoc et Demosthene qui eum prodidit, Tzetzes Chiliade 6. hist. 50. sic scripsit:

Ὁ Δημοσθένης ἑαυτοῦ ἀνεψιὸν μηνύει,
ᾧ κλῆσις Δημομέλης ἦν, ὥσπερ Αἰσχίνης γράφει.

Vide et reliqua. MA. in Append. ad Plut.] Quomodo autem Dinarchus orationem contra Stephanum composuerat περὶ τοῦ ὀχετοῦ, ita Hyperides περὶ τοῦ ὀχετοῦ orationem habuit, teste Polluce lib. 10. cap. 5. MA.

230, 11. ὡς Διόδωρος] οὓς Διόδωρος. VA.

231, 1. Παιανιέαν] Παιανιέων, bis. VA.

231, 3. Ἴστρος ἐν ἀτάκτῳ] Miscellaneorum libri sic dicuntur. Sic Philetas ἐν ἀτάκτοις γλώσσαις laudatur a Scholiaste Apollonii lib. 4. v. 989, et Athenæo. Item Aristoteles teste Laertio ἄτακτα scripserat. Ἴστρος ἐν τρίτῳ ἀτάκτων laudatur a Suida in ταυροπόλαν. Ἐν πρώτῃ ἀτάκτων laudatur a schol. Sophoclis in Œdip. Coloneo 1059. Euphorion Chalcidensis ἄτακτα scripserat, ἔχει δὲ παμμιγεῖς ἱστορίας, Suida teste. VA. Lege ἐν Ἀτάκτων πρώτῳ

σημαίνει. Scriptum fuerat ἐν Ἀτάκτῳ νπ̊. σημ. Ister ἐν Ἀτάκτῳ nusquam citatur, neque Ἄτακτον singulari numero illum usum habet. HEMST.

230, 7. Recte excusum est in hac editione παλιναίρετος uno verbo, aliæ divisim habebant male πάλιν αἱρετός. Non male etiam, ut opinor, Archippi Comici versus ex fabula quæ Ἰχθύες dicebatur, concepti a nobis sunt. MA.

230, 7. παλιναίρετος] παλινάγρετος Numen. apud Euseb. Pr. E. 14. p. 730. A. nisi legendum sit potius παλιναίρετος. Sed prius iterum habet 15. p. 819. B. HEMST.

230, 14. τὴν ἀρχὴν] Suidas ἀρχήν τινα ἄρχειν. VA.

232, 10. Πρὸς τοῖχον etc.] Theophrastus cap. 2. lib. 8. Hist. Plant. καὶ ἐκ χειμερινῶν καὶ παλινσκίων τόπων ἢ ἐκ τῶν εὐηλίων καὶ εὐδιηνῶν. VA.

232, 14. ΠΑΛΙ'ΜΒΟΛΟΝ] Eustathius in Ὀδ. α. p. 14?5. VA

232, 14. Πολλάκις ἐμπολῇ] Πολλάκις ἐπ' ἐμπολῇ Photius. VA.

232, 14. Quidam Codices habent ὁ πολλάκις ἐμβολῇ μεταβεβλημένος. quid intersit inter ἐμπολὴ et ἐμβολὴν, alias docebimus. MA.

232, 19. Vox Παλλήνη male divulsa erat a præcedenti Παλληνεύς. Optime nos conjunximus. MA.

233, 4. Ἀντικλείδης hic etiam restituimus, ut supra in ὀξυθύμια, quia ἐξηγητικῶν verus auctor Anticlides, sicut docuimus in Dissertatione ex Athen. MA.

233, 6. Παμβωτάδαι] Παμβῶται Suidas. VA.

234, 4. Ordinem alphabeticum qui valde hic erat turbatus, servavimus. MA. [Glossarum ordo ab Maussaco institutus hic est, Παμβωτάδεις. Παναθήναια. Πάνακτος. Πανδαισία. Πάνδεια. Πάνδημος Ἀφροδίτη. Πανδοσία. Πανδιωνίς. Πάνδροσος. παραγραφή.]

234, 4. ΠΑ'ΝΔΕΙΑ] Πάνδια Demosth. contra Midiam. VA.

234, 11. Eusebius ex versione D. Hieronymi in Chron. *Agon Gymnicus quem Panathenæa vocant.* Vide p. 86. animadvers. Josephi Scalig. qui hunc auctoris nostri locum illustravit. MA.

234, 13. De Venere vulgivaga et Cœlite, Apuleius in Apolog. Artemidorus, Synes. in epist. Pausanias, et Athenæus p. 569. edit. Commel. unde hæc expiscatus est Harpocration. Cæterum quod hic refertur ex sexto Colophoniacorum Nicandri, de Solone, optime confirmatur his elegantissimis Philemonis Comici versibus:

σὺ δ' εἰς ἅπαντας εὗρες ἀνθρώπους Σόλων,
σὲ γὰρ λέγουσι πρῶτον αὐτὸ τοῦτ' ἰδεῖν
δημοτικὸν, ὦ Ζεῦ, πρᾶγμα καὶ σωτήριον·
καί μοι λέγειν τοῦτ' ἔστιν ἁρμοστὸν Σόλων,
μεστὴν ὁρῶντι τὴν πόλιν νεωτέρων,
τούτους τ' ἔχοντας τὴν ἀναγκαίαν φύσιν,
ἁμαρτάνοντάς τ' εἰς ὃ μὴ προσῆκον ἦν,
στῆσαι πριάμενόν τι γυναῖκας κατὰ τόπους
κοινὰς ἅπασι, καὶ κατεσκευασμένας.
ἑστᾶσι γυμναὶ, μὴ 'ξαπατηθῇ, etc.

Quas hic *γυναῖκας* Philemon vocat, elegantius *σώματα* dixerat Nicander, quia servæ erant et meretrices. Supra docuimus in *ἀφανὴς οὐσία*, Græcos *σώματα* simpliciter servos vocasse, nunc monemus etiam *πρόσωπα* simpliciter eosdem Græcos servos appellare, et *οἰκετικὰ πρόσωπα*, ut *οἰκετικὰ σώματα*, apud Æschin. Chronicon manuscript. ex quo *παρεκβολὰς* suas concinnavit Codinus: *καὶ προσετάγησαν οἱ σωματοπρᾶται ἐκεῖσε πιπράσκειν τὰ οἰκετικὰ πρόσωπα.* Achill. Tat. lib. 8. *ὁ δὲ λοιπὸς τῶν λῃστῶν ὄχλος οὐκ ἔφθασάν με αὐτῷ ἀφήσειν μόνῳ, φθάνειν γὰρ ἤδη λαβόντα σῶμα ἕτερον, ὃ πραθὲν ἂν παρέσχεν αὐτοῖς ἀφορμὴν κέρδους.* Quæ verba ideo protulimus, quia desiderantur in vulgo excusis, quo loco immanis illa lacuna unius aut alterius paginæ visitur. MA. Contra has leges, quibus scortatio publice permittebatur, invehitur Dio in Euboica sub finem. Graviter sane. *ὦ σοφοὶ νομοθέται, καὶ ἄρχοντες οἱ παραδεξάμενοι τὰ τοιαῦτα ἀπαρχῆς, ὡς δή τι θαυμαστὸν εὑρήκατε ταῖς πόλεσιν ὑμεῖς σωφροσύνης φάρμακον, ὅπως ὑμῖν [μὴ] τὰ φανερὰ ταῦτα καὶ ἄκλειστα οἰκήματα τὰς κεκλεισμένας οἰκίας καὶ τοὺς ἔνδοθεν θαλάμους ἀναπετάσῃ.* Ubi negativa particula expungi debet, ut sequentia demonstant, *καὶ τοὺς ἔξω καὶ φανερῶς ἀσελγαίνοντας ἀπὸ μικρᾶς δαπάνης, ἐπὶ τὰς ἐλευθέρας καὶ σεμνὰς τρέψῃ γυναῖκας μετὰ πολλῶν χρημάτων τε καὶ δώρων.* VA.

234, 15. *τὸν παλαιὸν*] *τὸ παλαιόν.* VA.

235, 3. *Δημοσθένης κατὰ Κόνωνος*] *Ἐξῆλθον ἔτος τουτὶ τρίτον εἰς Πάνακτον φρουρᾶς ἡμῖν προγραφείσης.* VA.

235, 4. Forte restituendum est *Εὐριπίδης ἐν Αἰγεῖ.* Ægeum enim composuisse Euripidem patet innumeris veterum testimoniis. MA.

235, 6. *Ψηφώδεσιν*] An *Ψοφοδεεῖ*? Sic Suidas in *ὄνος λύρας*, *Μένανδρος ψοφοδεεῖ. ὄνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὗς.* Est autem *ψοφοδεὴς*, teste Hesychio, *is qui ad quemvis strepitum contremiscit*, qua voce utitur Plutarchus *περὶ τοῦ ὅτι μάλιστα τοῖς*

ἡγεμόσι δεῖ τοὺς φιλοσόφους διαλέγεσθαι. Quintilianus lib. 10. cap. 1. inter Menandri fabulas *Psophodea* recenset. *Nisi forte aut illa mala judicia, quæ Epitrepontes, epicleros, lochos habent, aut meditationes in Psophoda, et nomothete hypobolimæo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ.* Suidas: πανδαισία ἐστὶν, ὅταν δεῖπνον ἕκαστος αὐτῷ κομίζων κατατιθῆται, καὶ πάντες πάντων μετέχωσι. Vetus editio Rom. sic habebat: nisi quod *Sophode enomothete*. An ψοφιδεεῖ? VA.

235, 7. Agrauli soror est hæc Pandrosus. Vide supra Ἄγραυλος. MA.

235, 8. ΠΑΡΑΓΡΑΦΗ'] Dem. contra Midiam. οὑτοσὶ διαιτῶν ὑμῖν ὁ Στράτων, ἐπειδή ποθ' ἧκεν ἡ κυρία, πάντα δ' ἤδη διεξεληλύθει τὰ ἐκ τῶν νόμων, ὑπωμοσίαι καὶ παραγραφαὶ καὶ οὐδὲν ἔθ' ὑπόλοιπον () κατεδιῄτησεν, *Midiam condemnavit.* Et post: ἤδη τὸν Στράτωνα καταλαμβάνει ἀπιόντα καὶ τὴν ἔρημον δεδωκότα. An δεδιῃτηκότα? Et statim: τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἷος ἦν πείθειν αὐτὸν, τὴν δίκην, ἣν καταδεδιῃτήκει, ταύτην ἀποδεδιῃτημένην ἀποφαίνειν. Et in testimonio Dionysii apud eundem ibidem: ἔπειθεν ὑμᾶς διδοὺς κέρματα, τὸν μὲν Ἀρίσταρχον ἀθῷον ἀφεῖναι, Δημοσθένει τὴν γραφὴν τοῦ φόνου παραγράψασθαι. De παραγραφῇ optime Suidas, qui notat exceptionem opponi consuesse, si res jam prius judicata esset, vel si nullus esset magistratus, qui eam introduceret causam, vel si de ea re nulla lex esset: ἐστὶ παραγραφὴ καὶ ἐπ' ἐκείνῃ τῇ δίκῃ, περὶ ἧς οὐδὲν ὥρισται παρὰ τοῖς νόμοις οὐδὲ ἐστὶν αὐτὴν ὁ εἰσάξων ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας δίκας. VA.

235, 12. Παρέγραψα] Sic παραγράφειν usurpat Julianus ad Themistium Ep. Sic videtur sumpsisse Demosth. κατὰ Ἀνδροτ. καὶ περὶ μὲν τῶν νόμων, οὓς παρεγραψάμεθα. i. *quas in medium attulimus.* Et contra Aristocratem. ὁ μὲν νόμος ἐστὶν οὗτος Δράκοντος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ οἱ ἄλλοι, ὅσους ἐκ τῶν φονικῶν νόμων παρεγραψάμην. Et post: οὐ τοίνυν μόνον τούτους τοὺς νόμους, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλους πολλοὺς, οὓς οὐ παραγεγράμμεθα διὰ τὸ πλῆθος. Sumitur et pro expungere, delere. Polybius lib. 9. p. 564. Casaub. ad Athenæum. Ibi ego not. VA.

235, 14. Παραγεγραμμένου, ὅ ἐστι περιγεγραμμένου] Suidas παραγεγραμμένον, ὅπερ ἐστὶν ὡρισμένον. Porro Dionysius περιγράφειν pro *terminare* crebro usurpat, ut περὶ Δημοσθ. λέξεως, ἐγὼ δὲ τῇδέ πῃ περιγράψας τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον ἐπὶ τὸ παραλειπόμενον ἐλεύσομαι μέρος. VA.

235, 14. παραγεγραμμένου, ὅ ἐστι περιγεγραμμένου] Elegans

locus Xenophontis Hell. 7. p. 376, 21. Memor. 1. p. 423, 26. Nota in Tatiano, §. 60. *τοῦ θηριώδους βίου καὶ νομάδος περιγραφή· ἡ τοῦ βίου ἀήττητος καὶ ἀπερίγραπτος δύναμις* Justin. Mart. p. 166, 47. 50. p. 395, 2. *ἡ περιγραφὴ τοῦ βίου καὶ οἴκησις.* Schol. Pind. ad Nem. 6, 7. Artemid. 4. c. 49. Tetigit Casaub. ad Athen. p. 324. Simpl. in Epict. p. 330. *τὴν πρώτην μερίδα τῶν ἱστορουμένων αὐτοῦ περιγράψομεν,* Diod. Sic. 1. p. 27. D. Sed idem p. 99. D. *αὐτοῦ παραγράψομεν τήνδε τὴν βίβλον. Περιγράψαι τὴν περὶ αὐτῆς ἱστορίαν,* Gregor. Nyss. vol. 2. p. 204. D. Athen. 4. p. 180. B. Hesych. in *Ἀπερίγραπτον* etc. Diod. Sic. 16. p. 155, 9. Æschin. in Ctes. p. 83, 44. Euseb. H. E. p. 490, 22. Cf. Diodor. Sic. 3. p. 185, 3. HEMST.

235, 16. ΠΑΡΑΓΓΕΛΙ'Α] [Recte interpretatur Valesius *παραγγέλλειν τὴν ἀρχὴν,* vel *εἰς τὴν ἀρχὴν*] et iisdem usus est ad Evagr. H. E. 2, 1. Ex ea loquendi formula Synesius est intelligendus, de Provid. p. 128. *παραγγεῖλαι γὰρ αὐτὸν εἰς τὸν κόσμον,* quæ correctione prava tentat Davis ad Cic. Tusc. Q. 5, 3. HEMST.

235, 16. ΠΑΡΑΓΓΕΛΙ'Α] Add. *Δημοσθένης περὶ παραπρεσβ.* in quo imitatur Andocidem *περὶ μυστηρ.* initio, et Lysiam. Vide Clementem 6. Stromat. Demosth. in proœmio 64. *οἵ τε χρηστοὶ μὲν ὑμῶν καὶ δικαίως ἄρχοντες, μὴ πάνυ δ' οἷοί τ' ἐνοχλεῖν καὶ παραγγέλλειν, οὐκ ἀπηλαύνοντο τῶν τιμῶν.* Et ipso initio orationis *περὶ τῆς παραπρ. ὅση μὲν,* inquit, *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σπουδὴ περὶ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα καὶ παραγγελία γέγονε, σχεδὸν οἶμαι πάντας ὑμᾶς ᾐσθῆσθαι.* quem locum intelligit. Harpocr. Idem contra Midiam initio, *Ὅσῳ γὰρ πλείοσιν οὗτος ἠνώχληκε καὶ παρήγγειλεν παράταξιν.* Sic usurpat Demosth. *πρὸς Λεωχάρην* initio, Plutarch. in Cimone fine: *καὶ μὴ περιϊδεῖν πένητας ἀνθρώπους καὶ ἀσθενεῖς καὶ καταστασιασθέντας ὑπὸ παρατάξεως ἀδίκου. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ταῖς ἀληθείαις πιστεύοντες εἰσεληλύθαμεν καὶ ἀγαπῶντες, ἄν τις ὑμῶν ἐᾷ, τῶν νόμων τυγχάνειν. οὗτοι δὲ ταῖς παρασκευαῖς καὶ τοῖς ἀναλώμασιν ἰσχυριζόμενοι διατετελέκασι.* Sic et Dionysius usurpat lib. 7. p. 463, et alibi non semel. Idem lib. 11 in fine, *παραγγέλλειν τὴν ἀρχὴν* dicit, quod est *ambire magistratum. εἰς τὴν ἀρχὴν* diceret Appianus. VA.

236, 5. ΠΑΡΑ'ΚΛΗΣΙΣ... *ἀντὶ τῆς δεήσεως*] Demosth. *ἐν τῷ περὶ παραπρ.* initio: *αἱ δὲ τῶν παρακλήτων* (advocatorum) *αὗται δεήσεις καὶ σπουδαὶ τῶν ἰδίων πλεονεξιῶν ἕνεκα γίγνονται.* Sed pro Corona p. 124. *οἱ μὲν οὖν ἐκ παρακλήσεως συγκαθήμενοι οὐκ εἴων με*

λέγειν. Dionysius lib. 10. c. 58. συμπαραγγέλλοντας vocat *competitores*. At lib. 11. c. 37. τῶν τὰ δίκαια λεγόντων παράκλητοι, *advocati in justa causa*. VA.

236, 14. Πάραλοι] Scrib. παράλιοι. Æschin. contra Ctesiph. Hesych. in παράλιοι, et παραλίτης. Tamen Thucyd. lib. 8. παράλους vocat, nisi mendosus codex est, et Plutarchus Lysandro; quare recte hic scriptum est. Demosth. πρὸς Τιμόθεον, μεταπεμψάμενος τὸν πατέρα τὸν ἐμὸν εἰς τὸ Παράλιον. Schol. Comici in Avibus ad 147, κλητῆρ' ἄγουσ' ἔσωθεν ἡ Σαλαμινία, notat, δύο εἰσὶ νῆες ὑπηρετίδες παρ' Ἀθηναίοις, ἡ Πάραλος καὶ ἡ Σαλαμινία. ὧν ἡ μὲν Σαλαμινία τοὺς ἐκκαλουμένους εἰς κρίσιν ἦγεν, ἡ δὲ Πάραλος τὰς θεωρίας ἀπῆγεν, τουτέστι τὰ εἰς θυσίας πεμπόμενα. Sed et τῇ Παράλῳ ad abducendos reos utebantur. Vide in πινάκιον. Parali Herois meminit Euripides ἐν Ἱκετίσι. VA.

237, 1. Judicii in quo jus reddebant οἱ ἕνδεκα, quod Athenis vocabatur παράβυστον, præter Antiphontem in orat. adversus Nicoclem de finibus, et multos Comicorum, Timocles maxime meminerat in dramate quod inscribebatur Ὀρεσταυτοκλείδης. Ita restituimus hoc fabulæ nomen: antea erat Ὀρεσταυτοκλεῖ. Athenæus Δόρευς Ταυτοκλείδης habet, sed ex duabus vocibus una componenda est, Ὀρεσταυτοκλείδης. Orestem autem fabulam docuisse Timoclem auctor est Suidas; sine dubio etiam Ὀρεσταυτοκλείδην docuerat. Sæpissime Comici[f] fabularum nomina composita ex diversis nominibus fingebant, Cratinus Διονυσαλέξανδρον apud Etymol. Timocles Ὀρεσταυτοκλείδην, et multi alii. Posset etiam forsan hic legi Ὀρεσταυτοκλήτῳ, id est in *Oreste spontaneo et ultraneo*. Sed superior conjectura magno Casaubono arrisit, in animadvers. ad Athen. ex Orestis enim et Autoclidis nominibus vult fuisse compositum Ὀρεσταυτοκλείδην. Addit Harpocration παράβυστον lectum quendam esse in sponsi ædibus, auctore Hyperide in orat. contra Patroclem, quod verum est, idem enim docet Pollux, καὶ κλίνη τις ὠνομάζετο γαμική, καὶ ἑτέρα παράβυστος, ἣ καὶ αὐτὴ στρώννυται ἐν τῷ δωματίῳ, ὑπὲρ τοῦ τὴν παῖδα μὴ ἀθυμῆσαι, ὡς Ὑπερίδης ἔφη. In remotiori igitur parte domus reponebatur ille lectus, ne sponsa eum videret. Unde postea quasi per metaphoram dixere de occultis et remotis ἐν παραβύστῳ pro κρύφα et οὐ φανερῶς. MA.

[f] Sæpissime Comici fabularum nomina composita ex diversis nominibus fingebant] Στράττις ἀνθρωπαρέστην. Cæcilius in Duloreste laudatur a Nonio et aliis, nisi in his ῥαίστην scribendum, pro eo qui occidit, ut λυκοραίστης dicitur. VA.

237, 1. ΠΑΡΑ'ΒΥΣΤΟΝ] Sed et ideo illud forum *παράβυστον* Athenis dictum, quod in remota ac secreta urbis parte erat positum, teste Pausania Att. [1, 28, 8.] *τὸ μὲν οὖν καλούμενον παράβυστον καὶ τρίγωνον. τὸ μὲν ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὂν καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐπ' αὐτὸ, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα.* Non recte Etymol. *ἦν δὲ καὶ παράβυστον δικαστήριον, ὃ λάθρα ἔκρινε.* VA.

237, 4. Ὀρεσταυτοκλείδης] Orestes ille, qui fabulæ huic titulum dedit, non erat Agamemnonis ille filius, Electræ frater, sed quidam grassator nocturnus, qui furiosum se simulans, noctu viatores spoliabat, ut memorat Schol. Aristoph. in Ach. v. 116. et in Avibus v. 713, et iterum v. 1491. ad illa: *εἰ γὰρ ἐντύχοι τις ἥρωϊ τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέστῃ, γυμνὸς ὢν πληγεὶς ὑπ' αὐτοῦ,* notat: *χαριέντως δὲ τοῦτο, ὅτι σκότους Ὀρέστης ὁ Τιμοκράτους λωποδυτεῖ τοὺς προστυγχάνοντας. ἥρωα δ' αὐτόν φησι διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τὴν πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονος Ὀρέστην. ἥρωες δὲ δύσοργοι καὶ χαλεποὶ τοῖς ἐμπελάζουσι γίνονται, καθάπερ Μένανδρος ἐν συνερίθοις, ὅτι ἀγαθὸν γάμον χειμῶνος ὁ θεὸς δίδωσιν, οὐδ' ἥρωες κ' εἰς τοῦτο δύνανται, ἀλλ' ἀποπλήκτους μὲν ποιεῖν δύνανται, τὸ δὲ ὠφελὲς οὐ κέκτηνται. διό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες σιγὴν ἔχειν, ὡς Μυρτίλος ἐν τῇ ζανοπάσῃ* (f. *τιτανοπάσῃ*) *φησί.* Idem ait Hesychius in *κρείττονες.* Suidas in *οὐκ εἰμὶ τούτων τῶν ἡρώων.* Sophocles in Œdipode Coloneo v. 130 transeuntes Eumenidum ante fanum præ metu silere ait: *καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως, ἀφώνως, ἀλόγως.* Videtur autem Orestes iste id cognomentum habuisse ex eo, quod furere simulabat, ut Agamemnonis filius furiis agitatus Orestes, neque enim id ejus proprium nomen fuisse crediderim. Ac forte verum ejus nomen fuit Autoclides, unde fabulæ titulus Orestautoclides. *Μυρτίλος* in Lesbicis citatur a Schol. Apollonii 1, 615. Sic Diocles quidam *Φιλεὸς* cognominatus esse Orestes dicitur ab Isæo *περὶ Κίρωνος κλήρου* initio: ubi *Φιλιέα* lego ex Harpocr. Themistius p. 389. *Διοκλῆς ὁ λωποδύτης.* VA.

237, 6. *Κατὰ μεταφοράν*] Similiter Ulpianus ad illa Demosth. in Tim. [p. 715.] *ἐν παραβύστῳ,* ait, *ἀντὶ τοῦ λάθρα, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τῶν παραπληρωμάτων τῶν ἐμβαλλομένων ἐν ταῖς οἰκοδομίαις. βῦσαι τὸ στόμα τῶν ῥητόρων.* Quibus verbis indicat locum Aristoph. in Pluto 379. *τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασι τῶν ῥητόρων.* Quod vero ait Ulp. *ἐν ταῖς οἰκοδομίαις,* satis clarum est. Plato de Legibus p. 902. *οὐδὲ γὰρ ἄνευ τῶν σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι.* Arist. Εἰρήνῃ v. 644. *χρυσίῳ τῶν ταῦτα ποιούντων ἔβυουν τὸ στόμα.* Schol. *ἐπλήρουν, ἔφρασσον.* Suidas *πλή-*

ρωμα ὁ τῶν νηῶν φορτός. Unde παραπλήρωμα est onus, quod adjicitur onerandæ navi, quando scilicet merces omnes in navem illatæ non efficiunt totum pondus, quantum navis ipsa requirit. Aliter Apollonius Dyscolus περὶ παραπληρωματικῶν συνθέσεων. ἀπείκασε δὲ καί τινὰς αὐτῶν ὁ Τρύφων ταῖς καλουμέναις στοίβαις· ὃν γὰρ τρόπον φησὶ εἰς τὰς συνθέσεις τῶν ἀμφορέων (Hesychius ἀμφορέων, φορτίων) εὐχρήστει ἡ τῶν στοιβῶν παρένθεσις ὑπὲρ τοῦ μὴ καταθραύεσθαι τοὺς ἀμφορεῖς (Gallis *estouppe*), τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὑπὲρ τοῦ τὰ τῆς φράσεως μὴ τραχύνεσθαι, ἥδε ἡ σύνταξις τῶν μορίων παραλαμβάνεται. Servius in Virg. *Metaphora*, inquit, *a navibus, in quibus stuppa interponitur vasis, quam stipam dicunt, an* στοιβήν; Hesychius, στοιβὴ σύνθεσις et ἐστοιβασμένη συγκειμένη σύνθεσις. VA. Στοίβη Medici comparant τὸ παρέγχυμα, et στοιβοειδὴς σάρξ. Vid. J. A. van der Linden, Med. Physiol. c. 16. §. 332. Hofman. ad Galen. de Us. part. p. 131. Διαστοιβάζειν habet Herodot. I. 179. De στοίβῃ Salmas. E. Pl. p. 279. sq. ἡνίκα δ' ἂν προσστοιβασθῆναι γένηται τὴν τρίτην ὀροφὴν, Disputat. contra Arium, inter Athan. Op. vol. 2. p. 217. F. Græci interpretes Cant. Cant. στοιβάσατέ με ἐν μήλοις, ubi vide omnino Eusebii Comment. p. 24. Hippon. apud Tzetz. in Lycophr. 1165. Οὐ γὰρ παρῆν ὄφελμα πυθμένι στοιβῆς, ubi στοιβὴν idem esse putat, quod στιβάδα Ez. Spanh. in Callim. H. in Del. vs. 225. Eleganter Aristoph. Ran. 1209. et Schol. quæ descripsit Suid. in στοιβήν. Ruth. 3, 7. Synes. Dion. p. 42. A. δόγμασι βάρος ἔχουσιν ἐστοιβασμένης τῆς διανοίας. 3. Reg. 18, 33. Marc. E. 11, 8. *Stipatores* dicuntur, qui in navibus componunt, a stipa, Servius ad Æn. 3, 465. In origine erravit J. Ulit. ad Grat. v. 47. τὸ στομφῶδες καὶ κατεστοιβασμένον τῆς ἑρμηνείας. Gregor. Nyss. vol. 2. p. 384. C. Gloss. in *constipat, instipat*. κατακόρως ἐπιστοιβάσας διασκευάς, Eustath. ad Il. A. p. 130, 30. Στοίβαζε καὶ συντίθει καὶ ἐμβαλοῦ Lucian. vol. 1. p. 431. B. Hesych. in Ῥαχοί. HEMST.

237, 10. Atheniensium παρακαταβολὴ duplex, una quæ fiebat in controversiis rerum publicarum, altera quæ in controversiis rerum privatarum. Hanc recte compares cum sponsione et sacramento Romanorum, de quo Varro, vel veteri et nova calumniæ actione, quamvis decima pars litis in calumniæ veteri actione actu non deponeretur, sed tantum intercederet nuda quædam repromissio sine satisdatione, ut nos docere videntur imperatores Dioclet. et Maximianus Cod. Gregor. Tit. de Calumniatoribus *Judicio tutelæ* (inquiunt) *convenit excipi actionem, ad quam respondere debet, quippe si per calumniam, hoc eum facere confidis,*

remedio repromissionis initio postulatæ, calumniæ in decimam partem ejus quod petiit, tibi condemnari eum desiderare potes. Et hæc in veteri calumniæ actione observabantur, de qua intelligendus §. hæc autem Tit. de pœna temere litigant. 4. Instit. At in nova non nuda cautio tantum intervenire solet, sed cautio cum satisdatione, idque ex Novel. 112. per quam videtur pene renovari vetus, quæ non utendo extincta fuerat. Propius igitur accedere potest hæc calumniæ actio nova ad παρακαταβολὴν Atheniensium quam vetus, licet hæc decimaria esset, et per eam in decimam litis condemnarentur temere litigantes, quia in παρακαταβολῇ re ipsa actor et reus decimam litis deponebant ipso initio litis, et in nova calumniæ actione non sola cautio, sed cautio cum satisdatione intercedebat. Hanc παρακαταβολὴν privatam vocabant etiam πρυτανεῖα[s], de qua voce infra agemus: alteram παρακαταβολὴν, quæ in controversiis tantum rerum publicarum fiebat, πρυτανεῖα nunquam potuisse dici autumo. Nam πρυτανεῖα proprie decima pars litis erat, quæ deponebatur in Prytaneo, in pœnam temere litigantis, παρακαταβολὴ vero hæc publica, (sic enim eam vocare soleo) quinta tantum pars litis. Harpocrat. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβητήσεων δῆλόν ἐστιν ὅτι τὸ πέμπτον μέρος τοῦ ἀμφισβητουμένου κατετίθετο. Pollux lib. 8. cap. 6. παρακαταβολὴ δὲ ἦν ἐπὶ μὲν πρὸς τὸ δημόσιον ἀμφισβητημάτων τὸ πέμπτον. Atque hæc ita recte distinguere debes, quæ vulgo invenies confusa. Adi ad vocem πρόπεμπτα infra et πρυτανεῖα. MA.

237, 18. Ῥήτορες καὶ Ὑπερίδης] Vide Pollucem 8, 32. p. 384, quæ omnino illustria sunt. Et Demosthenes πρὸς Μακάρτατον initio, περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου, καὶ ἐπιδημῶν, ait, τότε Θεόπομπος ὁ τουτουὶ πατὴρ Μακαρτάτου, καὶ τοῦ κήρυκος κηρύττοντος, εἴ τις ἀμφισβητεῖν ἢ παρακαταβάλλειν βούλεται τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου ἢ κατὰ γένος ἢ κατὰ διαθήκας, οὐκ ἐτόλμησε παρακαταβαλεῖν, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ ἐδίκασεν, ὅτι οὐδαμόθεν αὐτῷ προσῆκεν οὐδὲν τοῦ κλήρου τοῦ Ἁγνίου. *Sacramento contendere* vertit Volfius. Melius, *sponsione ac depositione pignoris.* Dicitur autem παρακαταβάλλειν τοῦ κλήρου πρὸς τῷ ἄρχοντι Demosthen. πρὸς Λεωχάρη non semel. Isæus περὶ τοῦ Νικοστράτου κλήρου p. 43 et p. 76 et 52. In omnibus autem causis sacramento contendebant, præterquam in actione ὕβρεως et αἰκίας, ut ait Isocrates initio orationis contra Lochitem, quo loco παρακαταβολὴν late sumit pro omni pecunia quæ a litigantibus deponitur, et τὰ πρυτανεῖα comprehendit. VA.

[s] Πρυτανεῖα] Falsum. Imposuit Suidas ei in παρακαταβολή. VA.

237, 21. Μέν] In vulg. *με*. Suidas *μέν με*. VA.

237, 22. Πολλάς (post *τὰς*)] Dele. abest enim ab vulg. et a Suida, apud quem legitur *ἐπειδὴ θᾶττον ἂν εἵλετο τὰς παρακαταβολάς*. VA.

238, 1. Παραβάλλοιτο] *Περιβάλλειν* usurpat p. 67. initio. VA.

238, 5. Λαμβάνουσι etc.] Eadem verba habet Hesychius in *εὐθύναι*, ex quo scrib. *δύο ἑκάτερος*, pro *ἑκατέρους*, quod mox sequitur. VA.

238, 9. Consule Schol. Comici[h] ad hæc verba Pluti *ὡς παρείας ὢν ὄφις*, et adverte illic non Hyperidem *κατὰ Δημάδου*, laudari ut hic, sed Lycurgum. uterque orator contra Demadem oraverat. Suidas nominatim orationis Lycurgi *κατὰ Δημάδου* meminit, et auctor noster in *ἀποβάτης* ejusdem epigraphem ita concipit, *ἡ πρὸς Δημάδην ἀπολογία*, ut nullum relinqui dubium possit, quin et Hyperides et Lycurgus contra Demadem oraverint. Forte et Dinarchus inter eos adnumerandus est, citatur enim in hoc opere ejus oratio *κατὰ Δημαίου*, quæ aliquando in *κατὰ Δημάδου* mutatur. MA.

238, 9. ΠΑΡΕΙ'ΑΙ] Oratio Hyperidis contra Demadem laudatur in *ὀξυθύμια*. Erat autem plena maledictorum ac conviciorum teste Plutarcho *ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμασι. αἱ δὲ λοιδορίαι τοῖς πολιτικοῖς ἥκιστα πρέπουσι. ὅρα δὲ τὰ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὸ Δημοσθένους εἰρημένα, καὶ τὰ πρὸς τοῦτον ὑπ' Αἰσχίνου, καὶ πάλιν ἃ πρὸς Δημάδην γέγραφεν Ὑπερίδης*. VA.

239, 1. Non assentior Harpocrationi de hac expositione: sed malim simpliciter exponere, Nimiæ in deos loquendi libertatis. Quod si licentiam loquendi dicamus, adjectivo illo non itidem opus fuerit. Perinde ac si diceret, Tantæ loquendi licentiæ ut ad maledicta usque ad convitia erumpat. STEPH.

239, 1. Λοιδωρίας] *Λοιδορίας*. VA.

239, 2. Non habebant hæc veteres editiones *καὶ περὶ τοῦ Ζεύγους*, quæ nos dedimus de novo ex Cod. Fed. Morelli. MA.

239, 8. ΠΑΡΑΣΚΗ'ΝΙΑ, *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου*] Initio: *τὰ παρασκήνια φράττων, προσαλῶν*. Ulpianus: *τουτέστιν ἀποφράττων τὰς ἐπὶ τῆς σκηνῆς εἰσόδους, ἵνα ὁ χορὸς ἀναγκάζηται περιϊέναι*

[h] Verba Pluti] 690. *εἶδος δὲ ὄφεως ὁ παρείας, παρὰ τῷ ἐπῆρθαι τὰς παρειὰς, φασὶ δὲ αὐτὸν μὴ δάκνειν ἢ καὶ δάκνοντα μὴ λυπεῖν. μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης, τοὺς ὄφεις τοὺς παρείας φάσκων, καὶ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Δημάδου λόγῳ. ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος καὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. τὸ δὲ τοιοῦτον εἶδος εὑρίσκεται ἐν τοῖς ἱεροῖς τοῦ Διονύσου.* Etymol. in *παρείας, παρὰ τὸ πεφυσιωμένας ἔχειν τὰς γνάθους ἤγουν τὰς παρειὰς, αἳ καὶ φοῦγναι λέγονται, οὗ τὸ δῆγμα βλάβης ἀλλότριον*. VA.

διὰ τῆς ἔξωθεν εἰσόδου, καὶ οὕτω βραδύνοντος ἐκείνου συμβαίνῃ καταγελᾶσθαι τὸν Δημοσθένην. Suidas: Σκηνή ἐστιν ἡ μέση θύρα τοῦ θεάτρου. παρασκήνια δὲ τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μέσης θύρας. Etymol. παρασκήνια εἰς τὴν σκηνὴν ἄγουσαι εἴσοδοι. σκηνὴ δέ ἐστι ἡ νῦν θυμέλη λεγομένη. Idem in σκηνή. VA.

239, 13. Παράσημα] Arist. in Ach. 516. ἀλλ' ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα ἄτιμα καὶ παράσημα καὶ παράξενα. Opponitur ἀργύριον δόκιμον, quod usurpat Demosth. adversus Lacritum. VA.

239, 17. Ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους] Imo κατὰ Τιμοκράτους in fine. δεῖν δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον, εἴ τις, ὃ τῆς πόλεώς ἐστι νόμισμα, τοῦτο διαφθείρει καὶ παράσημον εἰσφέρει, μισεῖν καὶ κολάζειν, ἢ εἴ τις ἐκεῖνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐστι. VA.

239, 19. Παράστασις] Διάστασιν vocat Pollux 8, 127. Sed legendum ibi est παράστασιν ex eodem 8, 37 et 39. Isæus p. 39. Andocides p. 16 initio. Suidas, παραστησόμεθα αὐτὸν εἰς κρίσιν. Πλάτων πολιτ. ὀγδόῳ, ἀντὶ τοῦ καταστήσομεν αὐτὸν εἰς κρίσιν. τὸ μὲν γὰρ ἔγκλημα ἀντωμοσία καλεῖται. ὁ δὲ εἰσκαλῶν, γράψας εἰς πινακίδιον καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὸ ἐπίσημον, μεθ' ὑπηρέτου τῷ ἐγκαλουμένῳ ἐπιδίδωσι. Hoc est, *edere libellum actionis*. Porro δίθυρον γρ. quid sit not. ad Hesychium. Sunt et τὰ δίθυρα *valvæ* apud Polyb. [27, 1.] 884, ubi Casaubonus *tribunalia* vertit. Suidas in ἀντωμοσία, παράστασις δὲ, ait, ἡ διδομένη ἴσως τῷ γραμματιδίῳ, ἐν ᾧ ἔγκλημα γέγραπται, ὅπως ἐγγραφῇ εἰς τὰ ἐγκλήματα. Etymologus: παρακατάστασις ἀργυρίδιόν ἐστι παρακαταβαλλόμενον ἐν τοῖς διαιτηταῖς ὑπὸ τῶν δικαζομένων. λέγεται καὶ παρακαταβολὴ, καὶ παρακαταβάλλειν τὸ πρᾶγμα. VA.

240, 1. Versus Menandri ita distingue:

— — Ἕλκει δὲ γραμματίδιον
ἐκεῖσε δίθυρον, καὶ παράστασις μία
δραχμή.

MA. in Append. ad Plutarch.

240, 9. ἀπὸ τῆς λήξεως] Suidas ὑπὸ τῆς λήξεως, ubi Kusterus se malle notat ὑπέρ. Mihi potius placet καὶ τῆς λήξεως. HEMST.

240, 11. ΠΑΡΑΦΡΥΚΤΩΡΕΙ'Ν] Utitur et Lysias κατὰ Ἀγοράτου p. 130 in fine, quem locum laudat etiam Suidas in παραφρυκτωρ. et in φρυκτός. Etymolog. παραφυλακτωρευόμενοι περὶ τὰς φυλακάς. φρυκτοὺς ἀνατείνοντες ἐπὶ τῷ συμφέροντι τῶν πολεμίων. VA.

241, 7. Παρελθεῖν—Δημοσθένης] Initio: ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει, οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν. *Evitare* rectius vertit Volfius. Recte Ulpia-

nus, *προσφόρως* εἶπε τὸ παρελθεῖν, ὡς ἐπὶ δρομέων λαβών. οὐ γὰρ ὁ προδραμὼν καὶ φθάσας νικῆσαι δίκαιος, ἀλλ' ὁ δεύτερος ἐπελθὼν καὶ παρελθεῖν δυνάμενος. εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ φεύγων. Aristoph. in Equit. 277. ἢν δ' ἀναιδείᾳ παρέλθῃς (i. νικᾷς), ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς. Dionysius Halic. in proœmio historiæ suæ, οὔτε παρελθεῖν τὸν ὑπὲρ αὐτῶν λόγον ἐβουλήθην, ubi *præterire* significat. VA.

241, 8. Περιουσία] Add. ἤτοι Suid. et Photius. VA.

241, 8. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως] Semel in ea oratione legitur παρουσία. χωρὶς δὲ τούτων πολλὰ τῶν πραγμάτων τὴν ὑμετέραν ποθεῖ παρουσίαν. Ubi tamen recte Volfius vertit, *Præterea multæ res vestram præsentiam desiderant*, quod confirmat τὸ ποθεῖ. In proœmio autem ejusdem orationis legitur, ἀλλ' ὡς ἑκάτεροι χρείας καὶ περιουσίας ἔχουσι. Num ergo hunc locum intellexit Harpocratio? Dinarchi oratio in indice Dionysii Hal. VA.

241, 11. Εὐπαθῆ] Ἀπαθῆ Photius. VA.

241, 11. Sola conjectura impurissimum hunc locum lustravimus et purgavimus. Desiderabatur ante Cratis Comici nomen, et ita truncate legebatur, θηρίοις ἔχοντες εὐπαθῆ, etc. Nos odorati sumus restituendum Κράτης Θηρίοις, id est Crates in fabula quæ Θηρία vocabatur. Suidas et Athenæus non raro hujus meminere, ut et Pollux lib. 6. cap. 9. Cratetis versus etiam restituti sunt, et suis numeris absoluti, qui huc usque confusi remanserant. MA.

242, 1. Male erat in præcedent. edit. Ἰόκας. Nos reposuimus Ἰόβας, verus enim auctor Juba, qui de pictoribus volumina composuerat. infra voce Πολύγνωτος ejus περὶ γραφικῆς libri laudantur. MA.

242, 4. Hic scripsimus Πασῖνος, et hanc vocem quæ in secunda editione cum præcedenti Παρράσιος confusa erat, distinximus. MA.

242, 5. Τραπεζίτου] Δημοσθ. κατ' Ἀφόβου πρώτῳ, et ὑπὲρ Φορμίωνος, de eo multa habet, et Isocrates. VA.

242, 6. ΠΑΤΑΙΚΙ'ΩΝ] Æschines p. 76. μὴ οὖν ἡμῖν ὡς Παταικίωνος ἄμεινον πεπολίτευσαι, διέξιθι. Suidas: Παταικίων, ἀνὴρ ἀπὸ συκοφαντίας τὸν βίον ποιούμενος, καὶ προσκρούειν ἐπιτηδεύων τοῖς εὐδοκιμοῦσι τῶν νέων. διεβάλλετο δὲ καὶ ὡς κλέπτης καὶ τοιχώρυχος. Dio Chrysost. orat. 52. καὶ οἱ λόγοι οὐ μόνον ἀσχημονέστερον ἥρωϊ πρέποντες, ἀλλ' οὐδ' Εὐρυβάτου ἢ Παταικίωνος. Plutarch. in lib. de legendis poëtis: κρείττονα μοῖραν ἕξει Παταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανὼν ἢ Ἐπαμινώνδας. VA.

242, 11. Πεδάριτος] Παιδάρετος vocatur ab Isocrate et Plutarcho in Apophthegm. Lacedæmoniorum, ubi et mater ejus Teleutia nominatur. Suidas παιδάρετος. Cætera ut Harpocr. Thucyd. lib. 8. Πεδάριτος. Plutarch. in Lycurgo Παιδάρετον vocat. VA.

243, 1. Φιλιππικοῖς] Olynth. 2. Ibi Ulpianus. Sed in responsione ad Philippi epistolam, ubi fere eadem repetit, habet: *τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ὄντας ἑταίρους καὶ τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας εὑρήσετε δόξαν μὲν ἔχοντας ἐπ' ἀνδρείᾳ, περιδεῶς δὲ μᾶλλον τῶν ἀδόξων ζῶντας.* Corruptum id nomen apud Arrianum 6, 6, 1. *καὶ τῶν Ἀσσετέρων τὰς τάξεις.* Lege *πεζεταίρων.* VA.

243, 11. Ἀφαιρεθέντος] Ἀφερηθέντος Photius. VA.

243, 11. Drama Γέλως hic laudabatur sine auctore. Facile nobis fuit ex voce *ναύκληρος* supra restituere Sannyrionem Comicum. Scripsimus igitur *Σαννυρίων Γέλωτι.* At quæ sequuntur ex illa fabula divinitus restituta fuere a magno Casaubono p. 321. animadvers. in Athen. aberant hæc ab excusis omnibus et manu exaratis,

πέλανον καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοί. MA.

243, 12. Πέλανον] Cæterum Euripides proprie locutus est: nam ut notat Schol. Æschyli in Persis v. 521. *πέλανος κυρίως ὁ πεπηγὼς ῥύπος λέγεται. ἄλλως ὁ ἀφρὸς ὁ γινόμενος ἐν τῇ χύτρᾳ.* VA.

243, 14. Παιπάλης] Πετάλης Photius. VA.

244, 1. Ὅμηρος] Ἰλιάδ. κ. Et alibi, *ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνεν*, quem versum citat Etymologus in *ἄλφιτα.* VA.

244, 12. ΠΕΠΑ'ΡΗΘΟΣ] Vide epistolam Philippi ad populum Athen. Ulpianus in orationem pro Corona: *νῆσός ἐστι πρὸς τῷ Αἰγαίῳ πελάγει πρὸ τῆς Θετταλίας. ταύτην ἐπόρθησεν Ἄλκιμος ναύαρχος τοῦ Φιλίππου.* VA.

244, 17. Οἵπερ] Παρά. VA.

245, 2. Περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος] *Εὐκτήμονα τὸν πεντηκόνταρχον.* Volf. ubique vertit *Semicenturionem* pessime. Nam et Poll. sic explicat, ut Harp. Xenoph. etiam in lib. de Rep. Ath. initio. VA.

245, 4. Cap. 4. lib. 2. lectionum nostrarum collegimus quæcumque auctor noster de vectigalibus Atheniensium docuit hoc opere. Cæterum de hoc quinquagesimæ vectigali erudite Etymologus *πεντηκοστευόμενον. τῶν εἰσαγομένων εἰς τὸν Πειραιᾶ φορτίων ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι, καὶ τοῦτο ἐκάλουν πεντηκοστεύεσθαι, καὶ οἱ τὸ τέλος εἰσπράττοντες πεντηκοστολόγοι καλοῦνται.* MA.

245, 4. ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΗ` καὶ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΕΥ'ΕΣΘΑΙ καὶ ΠΕΝΤΗΚΟΣΤΟΛΟ'ΓΟΙ] Demosth. πρὸς Φορμίωνα initio, λάβε δὲ καὶ τὴν τῶν πεντηκοστολόγων ἀπογραφήν. Lysias p. 148. Demosth. contra Neæram de Xenoclide poëta: ἐωνημένος τὴν πεντηκοστὴν τοῦ σίτου ἐν εἰρήνῃ, καὶ δέον αὐτὸν καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον. Apud Harpocr. lego πεντηκοστεύεσθαι ex Etymol. VA.

245, 10. Vide supra ἀρρηφορεῖν. MA.

245, 13. Vox hæc Περγασῇ a præcedenti Περγασῆθεν male luxata erat. MA. Forte Περγασαί. nam Aristoph. in Equit. 321. πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσι, *natabam in calceis*. VA.

246, 3. Vide omnino Suidam in Περίανδρος. MA.

246, 5. Ὄνου σκιᾶς] Apuleius lib. 9. ad calcem. Aristophanes, et Photius, ubi de Demosthene. VA.

246, 8. ΠΕΡΙΘΟΙ'ΔΑΙ] Apostolius ex Suida in Περιθοῖδαι, ut existimo, scribit in proverbio Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενία. νόμος δὲ ἦν Ἀθήνησι ξένους εἰσδέχεσθαι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων. Θεσσαλοὺς δὲ ἐξαιρέτως ὑπεδέχοντο διὰ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενίαν, τούτοις δὲ καὶ χώραν ἐμέρισαν, ἣν ἐκάλεσαν Περιθοῖδα ἀπὸ Πειρίθου τοῦ Ἰξίωνος, ὅθεν καὶ Περιθοῖδαι δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Ἔφορος ἱστορεῖ ἐν τρίτῃ. VA.

246, 10. ΠΕΡΙ'ΛΑΟΣ] Περίλαος Megarensis scribitur semper apud Demosth. περὶ παραπρ. et pro Corona. VA.

246, 12. Ἡ καταβολή] γρ. ἤ. Extant hæc verba in orat. 9. Philipp. Chrysostomus homil. 26. in 2 ad Corinth. p. 738. VA.

246, 15. Vide supra vocem καταβολή. MA.

246, 15. Dubium movet hoc loci Harpocration, (quod sæpissime facit cum veteres auctores non intelligit) cui tam facile respondebimus, ut vel hinc incogitantiæ arguendus videri possit, vel ἀπόρων sermonum ad satietatem amans. Ait Aristotelem in Atheniensium Repub. ita de Ephebis loquutum esse, τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν ἐκκλησίας ἐν τῷ θεάτρῳ γενομένης, ἀποδεξάμενοι τῷ δήμῳ περὶ τὰς τάξεις, καὶ λαβόντες ἀσπίδα καὶ δόρυ παρὰ τοῦ δήμου περιπολοῦσι τὴν χώραν καὶ διατρίβουσιν ἐν τοῖς φυλακτηρίοις. Et ex his concludit observandum esse, Aristotelem putasse unius anni tantum spatio Ephebos περιπόλους sive circuitores fuisse, Æschinem vero e contra non unius, sed duorum annorum curriculo, tandemque eo devenit, ut verba Æschinis ab errore ferme velit excusare. Ait enim forte Æschinem ideo retulisse in orat. de falsa legat. se per duorum annorum spatium περίπολον fuisse, ut

majori laude dignus videretur, et se magis populo commendaret, (legendum enim est *καὶ τάχα διὰ τοῦτο ἐπεσεμνύθη τοῦ πράγματος*, ut habet Cod. Fed. Morelli, non *ἐπεμνήσθη*, quod tamen non omnino rejiculum est.) quod, cum Ephebi lege tantum cogerentur per unum annum *περιπολεῖν*, ipse ex abundanti per duos annos *περίπολος* fuisset. Hæc mens Harpocrationis, quem sine dubio sibi persuasisse ex præcedentibus Aristotelis verbis[i] lege olim Ephebos *περιπολεῖν* coactos fuisse unius tantum anni spatio, ex his optime conjicias. Nos contra illum et contra Aristotelem, si verum sit eum hoc solum spatium Ephebis *περιπόλοις* tribuisse, quod non ita facile est arguere ex supra relatis verbis, probare volumus et docere Æschinis verba nulla egere interpretatione, nullum dubium recipere, et quod præcipuum est, lege nominatim cautum fuisse, ut Ephebi per duos annos *περίπολοι* essent. Quod ut expeditius exsequamur, sciendum est inter leges Atticas, quarum synagogem edituri sumus, unam fuisse, quæ jubebat ad quadragesimum usque annum militare quemlibet apud Athenienses, a decimo octavo anno auspicatum, ad vigesimum usque, urbana et suburbana castella custodire, et vigesimo demum anno ad externa bella proficisci. Hujus legis meminit Ulpian. ad Olynth. 3. *μέχρι πέντε καὶ τετταράκοντα, ὡς παράδοξον τοῦτο εἶπεν, ἵνα ἐμφαίνῃ αὐτῶν τὴν πολλὴν σπουδήν. νόμου γὰρ κελεύοντος παρ' Ἀθηναίοις, μέχρι τε τετταράκοντα ἐτῶν*[k] *στρατεύεσθαι ἀρξαμένους ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα, καὶ μέχρι μέντοι τῶν εἴκοσι παῖδας ὄντας τέως περιπολεῖν τὰ περὶ τὴν πόλιν φρούρια, εἰς ὑπερορίους δὲ πολέμους ἀπὸ εἴκοσιν.* Pollux lib. 8. cap. 9. tmemat. 25. *καὶ εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους εἰσῄεσαν ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι, δύο δὲ εἰς περιπόλους*

[i] Aristotelis verbis] Aristotelis sententiam magis probo: quidni? Nam Artemidorus lib. 1. cap. 56. si rhetor aut operarius somniaverit se *ἐφηβεύειν ephebum esse*, otium et cessationem *in annum* ait portendi. *χρὴ γὰρ τὸν ἔφηβον ἐν τῇ χλαμύδι τὴν δεξιὰν ἐνειλημμένην ἔχειν διὰ τὸ ἀργὴν εἶναι, καὶ πρὸς ἔργα καὶ πρὸς λόγους τὴν χεῖρα. πρὸς ἐνιαυτὸν δὲ εἶπον διὰ τὸν τῆς ἐφηβίας χρόνον, ὃν πρὸς τὸν τόπον ἐξετάζειν χρή.* Nimirum alibi anno tantum, alibi biennio ephebi manebant. Priore igitur anno exercebantur, altero militabant inter *περιπόλους*. Subjicit Artemidorus: *νόμῳ γὰρ ἡ χλαμὺς περιτίθεται· καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκή, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει, εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐεργεστέραν ἑαυτοῦ.* Item ait: *ἔνδημον γὰρ χρὴ εἶναι τὸν ἔφηβον.* et in fine: *οὐ γὰρ ὑπερόριοι οἱ ἔφηβοι ἀγωνίζονται.* *Περιπολάρχου* meminit Hesychius in *κωδωνίζειν*, et Thucyd. lib. 8. in fine: *περιπολεῖα* Dionysius Halic. lib. 9. c. 56. vocat castella, in quæ se recipiebant *περίπολοι τῆς χώρας τῶν Ῥωμαίων*. Strabo, ubi de Cyrene. VA.

[k] *Τετταράκοντα ἐτῶν*] Aliter apud Lacedæmonios: apud illos enim militia solvebantur sexagenarii, seu potius duodesexagenarii: *οἱ τετταράκοντα ἀφ' ἥβης*. Xenoph. lib. 5. *Ἑλλην.* [c. 4, 13.] Hujus enim ætatis extra patriam *εἰς ὑπερόριον στρατείαν* proficisci non cogebantur, ut Xenophon ibi memorat. Vide et lib. 6. [c. 4, 17.] p. 349. VA.

ἠριθμοῦντο, εἰκοστῷ δὲ ἀνεγράφοντο τῷ Ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, καὶ ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου[l], *οὐ καταισχύνω τὰ ὅπλα, οὐδὲ καταλείψω τὸν προστάτην*, etc. quæ verba ineptus interpres non percepit. Putavit enim hæc *ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου* significare, *jurabant sub dio*, imo vertendum erat, *jurabant in æde Agrauli*. Non est enim ignorandum mortua pro patriæ salute Agraulo, exstructum in ejus honorem templum fuisse, in quo jurare solebant Ephebi. Hinc intelligenda illa Philochori[m], *ἡ τοίνυν Ἄγραυλος ἑκοῦσα αὑτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον, ἔρριψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους· εἶτα ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ περὶ τὰ προπύλαια τῆς Ἀκροπόλεως, καὶ ἐκεῖσε ὤμνυον οἱ Ἔφηβοι μέλλοντες ἐξιέναι εἰς πόλεμον*. Ex quibus etiam lucem accipiunt illa Hesychii a paucis hactenus percepta: *Ἄγραυλος. θυγάτηρ Κέκροπος, παρὰ δὲ Ἀττικοῖς καὶ ὀμνύουσιν κατ' αὐτῆς*. Non tantum in ejus templo, sed et per eam jurare solebant. Unde contra vulgarem opinionem semper credidi illa Comici in Thesmophoriazousais intelligenda 540:

Οὔτοι μὰ τὴν Ἄγραυλον ὦ γυναῖκες εὖ φρονεῖτε.

[l] Καὶ ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου] Plutarchus in Alcibiade: *συνεβούλευεν ἀντέχεσθαι τῆς γῆς τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὸν ἐν Ἀγραύλῳ προβαλλόμενος ἀεὶ τοῖς ἐφήβοις ὅρκον ἔργῳ βεβαιοῦν.* Scribe Ἀγραύλου, ex Demosth. et Polluce. Male interpres: *ὀμνύουσι γὰρ ὅροις χρήσασθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίοις.* Quod not. Nec enim in sacramento illo quidquam eorum legitur. Aristoph. in Avibus 1177. *οὐκοῦν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;* ad eum corripiendum, retrahendum. VA.

[m] Hinc intelligenda illa Philochori] Ex Ulpiano ad illud Demosth. *περὶ παραπρ.* in fine: *ἀναγινώσκειν καὶ τὸν ἐν τῷ τῆς Ἀγραύλου τῶν ἐφήβων ὅρκον.* Ulpianus: *ἔστι μὲν μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων ἡ Ἄγραυλος. ἐν δὲ τῷ τεμένει αὐτῆς οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. ἡ δὲ ἱστορία αὕτη. Ἄγραυλος καὶ Ἕρση καὶ Πάνδροσος θυγατέρες Κέκροπος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος. λέγουσι δὲ ὅτι πολέμου συμβάντος παρ' Ἀθηναίοις, ὅτε Εὔμολπος ἐστράτευε κατ' Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλῃ αὑτὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἡ τοίνυν* etc. Falsum est Agraulum se pro patria devovisse in bello Thracico regnante Erechtheo. Primum enim usque ad Erechtheum vitam producere non potuit. Deinde certum ex Lycurgo contra Leocratem et Euripide et Apollodoro et aliis, quos ad v. *Ὑακινθίδες* laudamus, ipsas Erechthei et Praxitheæ filias se devovisse pro patria, quibus consentit autor *παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν*, qui ex Euripidis Erechtheo idem scribit. Accedit quod Agraulus una cum Herse præcipitem se ex Acropoli dedisse dicitur immisso protinus a Minerva furore, eo quod cistam sibi a Pallade commendatam, in qua occultus erat Erichthonius, contra interdictum Palladis aperuerant, ut narrat Apollodorus lib. 3, ac ceteri mythographi, ex quo apparet Aglaurum puero adhuc, adeo non regnante Erichthonio decessisse. Quod si ita est, quomodo regnante Erechtheo post tot annos, rursus ex arce se præcipitare potuit? Hyginus Hersem, Pandroson et Aglauron Erechthei filias vocat fab. 166. et in Poëtico Astronomico, cap. de Heniocho. VA.

Non enim, ut vulgo existimant[n], Ἄγραυλος hic Diana est, sic dicta quod in agris pernoctet venationis gratia, sed Agraulus Cecropis filia, per quam tandem non tantum Ephebos sive parectatos in bellum ituros jurasse, sed et mulieres, et omnes indiscriminatim ex hoc loco auguror. Igitur ne pensum deserere videamur, ita se tota res habet: ab octavodecimo anno usque ad vigesimum, quilibet Ephebus *περιπολεῖν* cogebatur[o] lege Attica, vigesimo in Lexiarchicum librum referebatur, et in æde Agrauli jurejurando se obstringebat, cujus formula integra exstat apud Pollucem illo loco et Stobæum sermon. 41. tum a vigesimo anno ad externa bella mittebatur, et in partibus illis exercitus collocabatur, in quibus nullum periculum imminebat, non enim cum veteranis militibus pugnabat, sed *ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις*. Unde pugna illa *τερθρεία*[p] proprie vocata fuit, id est *ἡ ἐν τοῖς*

[n] Non enim, ut vulgo existimant] Probo Maussaci sententiam. Nam et in *Λυσιστράτῃ* v. 440. Stratonice jurat per Pandrosum Agrauli sororem. *εἶτ' ἄρα νὴ τὴν Πάνδροσον*. VA.

[o] Περιπολεῖν cogebatur] Sic apud Terentium Eunucho Chærea Ephebus Atheniensis, custos in Piræeo fuisse publice dicitur, actu 2, scena 3. *Miror quid ex Piræeo abierit. Nam ibi custos publice est*. VA.

[p] Τερθρεία] Æschines p. 50, et Etymolog. Suidas in *τερθρεία*. *τερθρείαν φασὶ καὶ τὴν ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένην μάχην. οἱ δὲ, ὅτι ἔθος ἦν τοὺς ἐφήβους μετὰ τὸ γενέσθαι περιπόλους τῆς χώρας στρατεύεσθαι μὲν, εἰ συμβαίη πόλεμος, μὴ μέντοι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίᾳ ἐν μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις τῆς μάχης. διὸ τὴν στρατιὰν καλεῖσθαι τὴν ἐν τοῖς μέρεσι*. Porro ephebi chlamyde erant induti. Teles libro de collatione divitiarum et virtutis apud Stob. serm. 237. *καὶ παῖς μὲν ὢν ἐπιθυμεῖ ἔφηβος γενέσθαι. ἔφηβος δὲ γενόμενος ζητεῖ πάλιν τὸ χλαμύδιον ἀποθέσθαι*. mox: *πρεσβύτης γέγονε, πάλιν ἐπιθυμεῖ τὰ ἐν νεότητι. ἡ νεότης μοι φίλον ἀεὶ, τὸ δὲ γῆρας βαρύτερον Αἴτνης*. Quod imitatus videtur Cicero in Catone. Xenophon *περὶ πόρων* 4, 47. *εἰκὸς αὐτοὺς ἀπόλλυσθαι καὶ ὑπὸ ἱππέων καὶ περιπόλων*. mox: *οἵ τε φρουρεῖν ἐν τοῖς φρουρίοις, οἵ τε πελτάζειν καὶ περιπολεῖν τὴν χώραν πάντα ταῦτα μᾶλλον ἂν πράσσοιεν*. Porro *στρατείαν ἐν τοῖς μέρεσι* malim intelligere *ἐν τοῖς μέρεσι τῆς χώρας*, ut indicat Plato 6 Leg. p. 760. Locus illustris est, et observatio Attici ritus. De Epheborum chlamyde est Heliodori locus lib. 1, ubi Cnemon Atheniensis, *ἐτύγχανον μὲν*, ait, *ἐφηβεύων. ᾄσας δὲ τὸν εἰωθότα παιᾶνα τῇ θεῷ, καὶ τὰ νενομισμένα προπομπεύσας, ὡς εἶχον στολῆς, αὐτῇ χλαμύδι καὶ αὐτοῖς στεφάνοις ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἐμαυτόν*. Et initio lib. 3. pompas sacrificii Thessalorum describens: *ὁ μὲν οὖν ἀριθμὸς τοὺς ἐφήβους εἰς ν' συνέταττεν*. Mox: *κρηπὶς μὲν αὐτοῖς ἱμάντι φοινικῷ διάπλοκος ὑπὲρ ἀστράγαλον ἐσφίγγετο. χλαμὺς δὲ λευκὴ περόνῃ χρυσῇ πρὸς τοῖς στέρνοις ἐσφήκωτο, τὴν εἰς ἄκρον πέζαν κυανῇ τῇ βαφῇ κεκυκλωμένη*. Epheborum autem Atheniensium vestitus erat chlamys pulla, idque ob pœnam Coprei nuncii, qui ab Eurystheo missus, ut Heraclidas ab Athen. repeteret, cum eos supplices ab ara per vim abstraheret, ab Atheniensibus erat occisus. Sed longe postea Herodes Atticus nigras chlamydes abolevit, earumque loco albas gestari instituit, ut docet Philostratus in Herode. Suidæ locum, ubi ait *ἐν μέρεσι τοῖς ἀκινδύνοις*, sic interpretor, *in stationibus minus periculosis*, ut loquitur Seneca de Tranquillitate Animi capite 3. *Neque enim solus ille militat qui in acie stat, sed et qui portas tuetur, et statione minus periculosa, non otiosa tamen fungitur, vigiliasque servat et armamentario præest, quæ ministeria quamvis incruenta sint, in numerum stipendiorum veniunt*. VA.

μέρεσι καλουμένη μάχη, et *στρατιὰ ἡ ἐν τοῖς μέρεσι*, eo quod partes tutæ Ephebis assignarentur et ab aliis militibus segregarentur. Atque hæc me ad legem illam Atticam de re militari observasse memini. Apud Romanos longe diverse definitam fuisse ætatem militarem testantur præter innumeros alios, Tubero in 1. historiæ apud Gellium, et Servius ad 7. Æneid. Annum enim decimum septimum ætati militari initium, sextum vero et quadragesimum finem dedisse luculenter docent auctores illi. *Romani* (inquit Servius) *ante pubertatem armis exercebantur, et decimo septimo militabant, quo etiam solo sub custodibus erant.* Quomodo etiam ex sententia Harpocrationis apud Athenienses *περίπολοι* per annum tantum constituebantur. Sed hoc jam prælibasse sufficiat, et auctorem nostrum docuisse non sine ratione Æschinem dixisse orando se per duos annos *περίπολον* fuisse. MA.

246, 18. ΠΕΡΙ'ΠΟΛΟΣ] Apollon. Vit. Æsch. p. 42. F. unde liquet, emendandum Plutarchum in ejusdem Vita, *μειράκιον ὢν ἐστρατεύετο ἐν τοῖς πολλοῖς*, lege *περιπόλοις*. Idem vitium in Dionys. Hal. Jud. de Thucyd. p. 234, 41. Sylburgius emendavit. Suid. in *τερθρεία*. Apud Polyæn. 3, 34. recte Casaub. *περιπόλους*, etsi Codd. habeant *περὶ πολλούς*. Schol. Arist. ad Av. 843. *Περιπόλια* sine dubio legendum in Thucydide 6. 45. Vid. Duk. cf. Thucyd. 8. 92. ubi et *περιπολάρχου* mentio. *Περιπόλους* habet Epicharmus apud Athen. 6. p. 236. A. Poll. 9, 16. HEMST.

247, 2. *Τῷ δήμῳ περί*] *Παρὰ τοῦ δήμου*. VA.

247, 14. ΠΕΡΙ'ΣΤΑΣΙΝ] Cf. Harpocr. in *κύκλοι*. Observa *λόγου μὲν ἀλλότρια καὶ φιλοσοφίας, τρυφῆς δὲ καὶ περιστάσεως οἰκειότερα*, Antig. Caryst. ap. Athen. 12. p. 547 F. Timon. ap. Diog. L. 4, 42. HEMST.

247, 14. *Τοῦ Δάμωνος*] Deest *ἑταῖροι*, aut quid simile. VA.

248, 2. *Ποιήσουσιν*] *Ποιοῦσιν*. Theophrastus in charactere *τῆς λογοποιίας*. *πολλάκις γὰρ αὐτῶν οἱ μὲν ἐν τοῖς βαλανείοις περιστάσεις ποιούμενοι τὰ ἱμάτια ἀποβεβλήκασιν*. VA.

248, 2. *περίστατόν με ἐποίησαν*] Theopomp. apud Athen. 11. p. 485. F. Etym. p. 665. vs. 13. *περιστάσιμος στοά*, Timæus apud Athen. 4. p. 163. F. vid. Casaub. *Ἐρήμους, ἀπεριστάτους*, Hesych. *οἱ περιϊστάμενοι τοὺς ὄχλους*, Theophr. Ch. 6. p. 30. 8. p. 42. Casaub. p. 81. HEMST.

248, 2. *Τὸ περίστατον μετεποίησαν*] Lege *ἵνα τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἔχῃ τῷ περίστατόν με ἐποίησαν*. MA.

248, 4. ΠΕΡΙΣΤΟΙΧΙ'ΖΕΤΑΙ] Himerius in declamatione contra Philippum, *πανταχόθεν ἡμᾶς περιστοιχιζόμενος κατὰ τοὺς δεινοὺς*

τῶν θηρατῶν, οἱ τοσοῦτον φείδονται τῶν θηρίων χρόνον, ὅσον ἔτι παρασκευάζονται. Demosth. locus est in Philipp. 4. Etymolog. *στοῖχοι δὲ εἰσὶ αἱ λεγόμεναι στάλικες, ἀφ' ὧν τὰ δίκτυα καθίεται.* VA.

248, 4. ΠΕΡΙΣΤΟΙΧΙΖΕΤΑΙ] Verbum hoc Photio restituendum Ep. 234. p. 35. ubi pro *περιστοιχηθέντες* lege *περιστοιχισθέντες.* Heliod. Æthiop. 4. p. 196. 8. p. 397. Dion. Cass. p. 438. D. 685. C. 780. A. Ad Demosthenis locum respexit Himer. apud Phot. p. 574, 29. cf. Joh. Chrys. vol. 2. p. 182. D. HEMST.

248, 14. Μήποτε] Dissentit dubitabundus a Didymo. Confirmat Harpocrationis conjecturam locus Aristoph. in Acharn. v. 997. *καὶ περὶ τὸ χωρίον ἅπαν ἐλαΐδας ἐν κύκλῳ, ὥστ' ἀλείφεσθαι σ' ἀπ' αὐτῶν κἀμὲ ταῖς νουμηνίαις:* quæ sunt *στοιχάδες ἐλαῖαι.* Vide Pollucem 5, 36. Theophrastus in lib. 3. cap. 6. ait, in omnibus quidem arboribus germinationes esse manifestas, maxime autem in abiete piceaque *διὰ τὸ στοιχεῖν τὰ γόνατα καὶ ἐξ ἴσου τοὺς ὄζους ἔχειν:* *quoniam genicula in versus rectos porriguntur*, Gaza vertit. VA.

248, 16. Vide supra *ἀποπεφασμένον*, et infra *πωλῶσι.* Cæterum *πεφασμένως* vox est veteris legis Atticæ, quam in synagoge nostra magna diligentia interpretabimur. MA.

248, 16. *ἀντὶ τοῦ γεγενημένης*] An supplendum: *φανερᾶς γεγενημένης*; quamvis vulgatæ consentiat Suidas. HEMST.

249, 3. Nihil præter nugas hoc in loco continebant priores editiones. *περιφοριῶσθαι* nos restituimus pro *πεφοριῶσθαι*[q], quamvis non possim videre cur potius dicere debeamus, *περιφοριῶσθαι* quam *πεφοριῶσθαι*, cum recte dicatur *πεφορινῶσθαι*, et hanc lectionem confirment omnes manu exarati, et ipse Suidas. Vide infra vocem *φορίνη.* Porro corruptissime legebatur *ἐν φορίῳ κέχρηται*, pro *Εὐφορίων κέχρηται.* Euphorio verum nomen auctoris, qui alias in hoc opere laudatur, ut infra voce *ὑποκύδεις.* MA.

249, 3. ΠΕΡΙΦΟΡΙΩΣΘΑΙ] *Πεφοριῶσθαι* bis. VA.

249, 5. *Ἀποκεκλιμένου*] *Ἀνακεκλιμένου* Photius. VA.

249, 10. ΠΗΓΑΙ] Meminit Thucydides lib. 1, 103. et seqq. Plinio aliisque *Pagæ.* VA.

249, 12. ΠΗΛΗΞ, *Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος*] Et *περὶ παραπρ.* p. 42. Stephan. in *Εὐπυρίδαι δῆμος τῆς Λεοντ. φυλῆς. τρικώμους δὲ τούτους ἐκάλουν Εὐπυρίδος, Κεκροπίδος, Πήληκος.* VA.

250, 1. *Κληρονόμων*] *γρ. κληρούντων.* Demosthenis verba retuli

[q] *Περιφοριῶσθαι* nos restituimus pro *πεφοριῶσθαι*] Etymologus *πεφωριῶσθαι τὸν ὀφθαλμὸν πεπαχύνθαι.* VA.

inter leges Atticas. Idem error apud Suidam. Videndus Hesychius in χαλκοῦν. Plato 6. de Legibus p. 753. VA.

250, 4. Τὰ ἐνταῦθα] Demosth. ἐν τῷ περὶ χερρονήσου: ταῦτα πάντα κωλύσαι δύναιτ' ἄν, καὶ λέγουσιν οἱ νόμοι ταῦτα τοὺς ἀδικοῦντας εἰσαγγέλλειν. Et paulo post: ἐπὶ δ' ἡμᾶς αὐτοὺς ψήφισμα, εἰσαγγελία, πάραλος. ταῦτ' ἐστὶν ἱκανά. Sic Paralum Ath. misere, ut Alcibiadem arcesserent ad causam Athenis dicendam. Thucyd. et Suidas in πάραλος. Isocrates in Panegyr. p. 125. VA.

250, 7. Non habebant hæc præcedentes editiones, quæ suppleta fuere ex Codic. manuscript. MA.

250, 7. ΠΙΤΘΕΥ'Σ] Demosth. κατὰ Κόνωνος. Χαιρήτιος Χαρημένους Πιτθεύς. Proclus in Hesiodi lib. 2. Operum et Dierum p. 101. ex Plutarcho scribit: τὸν δὲ τῶν Πιθέων δῆμον διὰ τοῦτο οὕτως ὀνομάσαι, διότι τῶν πίθων ἐπενοήσαντο τὴν πλάσιν. VA.

250, 9. Λυσίας] Vide omnino Pollucem 7, 14, ubi 'Ισαῖος scribitur locusque adducitur. ὑπερβαλέσθαι autem usurpat Andocides p. 17. περὶ μυστηρ. Etymolog. πλειστηριάσαντες ait τὸ πλείονος πωλῆσαι τιμῆς ὅ τις ὠνήσαιτο. Sic et Hesychius. VA.

250, 11. Pertinet hæc vox ad res ἐρανιζόντων, de quibus jam nemo non egit. Vide supra ἄλογοι ἐρανισταὶ, ἔμμηνοι δίκαι, ἐρανίζοντες, καταβολή. MA.

250, 12. Λαχοῦσιν] Vide in ἄλογοι. VA.

251, 1. Μειδίου] Ἔρανον, ὃν συλλέγουσι καὶ οὗ πληρωταὶ γίγνονταί τινες. Et in prima contra Aristogitonem. Lysias κατ' Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ apud Athen. lib. 13. ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐκ εἰς ἐμὲ μόνον τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἄλλους ἅπαντας τοὺς αὐτῷ κεχρημένους. ὅσους δ' ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοίπους φορὰς οὐ κατατίθησιν, ἀλλὰ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον ὡς περὶ στήλην διαφθείρονται. Quæ ultima pessime Casaubonus explicat de caupone vicino, cui multas προπόσεις debebat Æschines. At τοῦτον τὸν κάπηλον ipsummet Æschinem appellat, id est, veteratorem. VA.

251, 3. ΠΛΙΝΘΕΙ'ΟΝ] Pollux 10, 185. VA.

251, 5. Festum hoc institutum fuit in honorem Aglauri Cecropis filiæ, de qua supra egimus in Ἄγλαυρος et περίπολος. MA.

251, 5. Ἀθηναίοις] Varinus in lexico addit, ἣν ἐπὶ Ἀγλαύρῳ τῇ Κέκροπος θυγατρὶ ἄγουσι. VA.

251, 7. ΠΛΩΘΕΥ'Σ] Isæus περὶ τοῦ Δικαιογ. κλήρου p. 48. Πλωθιεύς. VA.

251, 7. Vox Πλωθεῖα male desciverat a præcedenti Πλωθεύς. MA.

251, 9. Vulgo credunt ποδοστράβας tendiculas esse quibus cervi tantum capiuntur, ex Hesych. et aliorum auctoritate, sed omnigenas belluas hoc genere retis capi et detineri posse docet nos hic Harpocration ex Xenophonte, quem consules in Cynegeticis. Recipit et ποδοστράβη aliam significationem, quæ valde notanda est, ait enim Schol. Comici ad Equites, veteres Atticos quoddam genus vinculi habuisse ab Aristophane ξύλον dictum, quod vulgo vocatum fuit ποδοκάκκη, vel ποδοστράβη. Budæus credidit ποδοστράβην idem esse cum mala mansione, de qua Ulpianus Jurisconsultus, cum ait *hominem vinctum et ad malam mansionem extensum*. Sed falli eum aperte demonstrabimus in Synagoge nostra legum Atticarum, in qua differentiam dabimus quæ constitui debet inter ποδοκάκκην, ποδοστράβην, πανσικάπην et πεντεσύριγγον. Pertinet hæc vox ποδοκάκκη ad veteres leges Atticas, ut patet ex orat. Lysiæ contra Theomnestum. MA.

251, 14. Ποδοκάκκην, ποδοστράβην] Idem esse ait Ulpianus in Dem. ut memini legere, nec fallor. Item interpres Aristoph. in Equitibus v. 366. ad hæc: οἷόν σε δήσω τῷ ξύλῳ (in nervo,) notat, εἶδος δὲ δεσμοῦ (male vulgo δεσμωτηρίου) τὸ ξύλον, ἣν ποδοκάκην λέγουσι καὶ ποδοστράβην. κάκκη Attice pro κακία. Aristoph. in Pace 161. ἀπὸ μὲν κάκκης τὴν ῥῖν' ἀπέχων. Ubi tamen pro merda sumitur, unde κακκᾶν apud Aristoph. Porro aliud est ξύλον τετρημένον, quod cervici induebatur, de quo idem Comicus in Λυσιστράτῃ v. 681. ἀλλὰ τούτων χρῆν ἁπασῶν ἐς τετρημένον ξύλον Ἐγκαθαρμόσαι λαβόντας τουτονὶ τὸν αὐχένα. Δίκρουν ξύλον dicitur a quodam comico apud Athenæum 6. p. 243. Suidas ποδοκάκκη ξύλον, εἰς ὃ ἐν εἱρκτῇ τοὺς πόδας ἐμβάλλοντες συνέχουσι, ὃ παρὰ Ῥωμαίοις κίπποs καλεῖται. λέγεται καὶ ποδοστράβη. VA.

252. 3. Novem magistratuum unus Πολέμαρχος dicebatur, de quo hic agit Harpocration. Supra in vocibus Βασιλεὺς, ἐπώνυμοι, et θεσμοθέται de reliquis tractavit, supererat nunc ut de Polemarcho absolveret. Quæ autem ex Aristotele in Athen. Repub. verba hic proferuntur, supra etiam in ἀποστασίου allata sunt, adi et ad vocem ἡγεμονία, et scito eos hic ex conjectura restituendum putasse nomen Apollodori, quod deerat in omnibus excusis et Chirographis. Vide Suid. in Ἄρχων. MA.

252, 3. ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ] De Polemarcho vide Herodotum lib. 6. c. 109. Notat Scholiastes Aristophanis et ex eo Suidas

Polemarchum Ætolorum claves penes se habuisse, et portas urbis clausisse, atque ad portas ἐπὶ τῶν πυλώνων habitasse. Sed fallitur, inductus ex loco Polybii lib. 4. [c. 18, 2.] p. 287, ubi de Cynæthensium Arcadum Polemarcho loquitur Polybius, non vero de Ætolorum. Mirum est in eundem errorem incidisse Casaubonum ad cap. 18. Æneæ Poliorcet. VA.

252, 9. Ὁ Πολέμαρχος. εἰκότως] Sic et Demosth. contra Zenothemin in fine: εἰ μὴ γὰρ δι' ὑμῶν ἔρημος ἐγίγνετο ἡ δίκη, ἅμα ἂν αὐτὸν προσεκάλου καὶ κατηγγύας πρὸς τὸν πολέμαρχον. Erat enim Zenothemis Massiliensis. Item in 2 contra Stephanum in fine: οὐκοῦν εἴπερ ἐβούλετο ὀρθῶς διαπράττεσθαι, αὐτὸν λαχεῖν ἔδει τῆς ἐπικλήρου, εἴτε κατὰ δόσιν αὐτῷ προσῆκε, εἴτε κατὰ γένος, εἰ μὲν ὡς ὑπὲρ ἀστῆς, πρὸς τὸν ἄρχοντα, εἰ δὲ ὡς ὑπὲρ ξένης, πρὸς τὸν πολέμαρχον, καὶ τότε εἴπερ τι λέγειν εἶχε δίκαιον, πείσαντα ὑμῶν τοὺς λαχόντας (supp. δίκαιος) μετὰ τῶν νόμων καὶ τῆς ψήφου κύριον εἶναι. Isocrates Trapezit. 712. VA.

253, 11. Ἀνδροτίων, ἄλλα] Ἀνδροτίων ἄλλα. Hic Androtion in concione pro populo, qui pecunia carebat, trium rerum optionem esse dixit, ἢ τὰ πομπεῖα κατακόπτειν, ἢ πάλιν εἰσφέρειν, ἢ τοὺς ὀφείλοντας εἰσπράττειν. Tertium populus elegit, ut narrat Demosthenes contra Timocratem versus finem: ubi et ab Androtione vasa sacra confecta esse dicit, seu phialas, quibus nomen suum inscripsit, Ἀνδροτίωνος ἐπιμελουμένου ἐποιήθησαν, conflatis coronis aureis, in quibus magnifici erant tituli, ut, *Conon ex manubiis Lacedæmoniorum.* τὰ πομπεῖα ὡς ἐπεσκευάκασι, καὶ τὴν τῶν στεφάνων καθαίρεσιν. Demosth. ib. illud sibi objici prævidens Androtionem virum esse clarum, et de rep. bene meritum, ait: ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. Ἀνδροτίων; respondet: ὦ γῆ καὶ θεοί. πομπεῖα etiam vocat ejusmodi vasa Andocides κατ' Ἀλκιβιάδου, ubi inter ea χέρνιβας et θυμιατήρια recenset. VA.

253, 14. Καὶ πόρος, πέρας, ... etc. usque ad ὑδατικοῦ πόρου] Hæc ab Valesio inclusa sunt parenthesi, et adscriptum: Dele his notis ( ) inclusa.

253, 14. Quæcumque ab his vocibus καὶ πόρος πέρας, usque ad τοῦ ὑδατικοῦ πόρου leguntur, non exstant in manuscriptis quos videre contigit, Vaticano et Fed. Morelli. Ea tamen retinuimus, ne præcedentes editiones auctoritate tantum duorum Codicum condemnare videremur. Sed vereor ne ἀνεμιαῖα sint et spuria, licet a Suida retineantur. MA. Imo ex Suida huc inculcata sunt, ut et alia multa. Nam Suidas in explicatione alicujus vocis primum ex alio Grammatico, si qua habet, referre solet;

postea vero verba Harpocr. plerumque decurtata: ut in hac voce πόρος hæc omnia habet quæ hic leguntur; deinde a capite πόριος etc. ut Harpocr. usque ad illa καὶ πόρος. VA.

254, 1. Melius est Πορθμὸς quam Πορθμεὺς, ut antea erat. Ulpianus ad illa orat. Demosth. de falsa legat. πρὸς Πορθμῷ, Πορθμὸς μὲν γὰρ τῆς Εὐβοίας· αὕτη δὲ νῆσος· τὰ δὲ Μέγαρα ἐν Ἠπείρῳ. MA.

254, 7. Artemon et Jubas de Pictoribus et Pictura scripserant. De Juba supra actum est. De Artemone vix habeo quod dicam: offendi tantum apud Suidam voce ἀρκτῖνος Artemonem quendam Clazomenium laudatum, qui de Homero scripserat. an hic cum nostro idem sit, non mihi liquet. [Nec utrum etiam Artemon ille qui apud Athen. lib. 14. laudatur ἐν τῷ περὶ Διονυσιακοῦ ἐπιστήματος, quid simile habeat, multo minus an Artemo alius, de quo Demetrius Phalerius in lib. de *Interpretatione*, qui epistolas Aristotelis in unum collegerat, conferri possit cum istis. Tu vide fragmenta Aristotel. quæ in fine operum ejusdem leguntur. *Ex Addendis.*] MA.

254, 9. Exstat hodie inter Lysiæ orationes una quæ inscribitur Δήμου καταλύσεως ἀπολογία, quæ in fine manca est et μείουρος. Exstat et alia cujus epigraphe sic concipitur, ὑπὲρ Πολυστράτου, quam ἀκέφαλον esse jurare ausim. Ego aliquando mihi persuasi, et adhuc in hac hæresi sum, ex duobus illis fragmentis posse confici integram unam orationem, quæ inscribatur ὑπὲρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως ἀπολογία. Hanc ita videtur laudare hoc loco auctor noster, dum de secundo Polystrato agit. Ait enim ἕτερος ἂν εἴη Πολύστρατος, ὑπὲρ οὗ λόγος ἐστὶ Λυσίᾳ, ἐπιγραφόμενος ὑπὲρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως ἀπολογία. Verum quidquid sit, nihil decernimus, quin enim quoquo modo hanc orationem consuas et accommodes, semper quid in ea λαγαρὸν restet, non dubito. Hæc tamen conjectura nostra, cui non omnino standum putamus, nec etiam ita ab ea recedendum, ut indicta causa statim condemnari debeat. Tertius est Polystratus, de quo hic disputat Harpocration, cujus verba mihi videntur non fuisse percepta a Suida. Ait enim forte in Philippicis Demosthenis, quo loco de Polystrato sermo movetur, scribendum esse Polytropum. Quod ex sententia Didymi Grammatici apud nullum veterum auctorum invenire sit Polystratum ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν aluisse, Polytropus autem Atheniensis sit. Contrarium omnino vult auctor noster, cujus verba mutilare cum voluit Suidas, ea corrupit et obscuravit. Didymi sententiam ita

refert Harpocration. In Philippicis Demosthenis Polystratus quidam dicitur ξενικὸν ἐν Κορίνθῳ aluisse, atqui nemo antiquorum hoc dixit. Ergo forsan restituendum est illic pro Polystrato, Polytropi nomen: quia Polytropus ille est, qui conductitium pro Atheniensibus exercitum Corinthi aluit. Sed hoc diluendo postea sic pergit argumentari. Hæc quidem ita videri queant, quia invenitur in sexto Ἑλληνικῶν Xenophontis (sic legendum, inepte ante erat ὀγδόῃ pro ἕκτῳ) nomen hujus Polytropi. Verum neque Xenophon[q] ab Atheniensibus conductitium altum fuisse exercitum dixit, neque hunc Polytropum Atheniensem esse: ita ut attentius considerandum sit et videndum an in Philippicis Demosthenis pro Polystrato substituendus sit Polytropus. Hæc est opinio Harpocrationis, quam vides a Suida male fuisse captam. Ego ausim jurare contra Didymum, in Philippicis Demosthenis non esse restituendum Polytropum pro Polystrato, sed potius Callistratum ex Diod. Siculo, aut omnino Polystratum retinendum esse, ut patet ex orat. Demosthenis περὶ ἀτελείας[r], ubi orator ita loquitur, *ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον Στράβακα καὶ Πολύστρατον.* De Strabace auctor noster infra, at de Polystrato hoc loco. Quod si unus et idem sit hic Polystratus, de quo idem orator in Philipp. et in orat. hac de immunitate, causa sine dubio cecidit Grammaticorum probatissimus Didymus. MA. Demosth. Philipp. I. *ὅτι καὶ πρότερον ποτ' ἀκούω ξενικὸν τρέφειν ἐν Κορίνθῳ τὴν πόλιν, οὗ Πολύστρατος ἡγεῖτο καὶ Ἰφικράτης καὶ Χαβρίας καὶ ἄλλοι τινες καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς συστρατεύεσθαι. καὶ οἶδ' ἀκούων, ὅτι Λακεδαιμονίους παραταττόμενοι μεθ' ὑμῶν ἐνίκων οὗτοι οἱ ξένοι καὶ ὑμεῖς μετ' ἐκείνων.* Ξένοι sunt mercenarii. Hinc ξενολόγος *conquisitor*, qui mercenarios conquirit ac conducit, quo nomine fabulam dedit Menander, teste Theone Sophista, quo loco minus recte *latronilegulum* vertit Camerarius. Suidas *ξενολόγιον καὶ ξένος λόγος ὁ ξένους συλλέγων στρατιώτας.* Menander in Sicyonia: *εὐλοιδόρητον, ὡς ἔοικε, φαίνεται τὸ τοῦ στρατιώτου σχῆμα καὶ τὸ τοῦ ξένου.* *Hominis peregrini* interpres reddidit male. Laudantur a Stobæo λόγῳ 170. Ξένους pro mercenariis militibus Æneas in Poliorc. usurpat creberrime. ξενολόγους Polybius lib. 5. p. 407. *conquisitores missos ad etc. con-*

[q] Verum neque Xenophon] Imo Xenophon hoc ξενικὸν diserte docet a Lacedæmoniorum stetisse partibus, ut et Corinthus eo tempore σύμμαχος erat τῶν Λακεδαιμονίων, teste eodem. VA.

[r] Περὶ ἀτελείας] Πρὸς Λεπτίνην. *ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμήσατε, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον Στράβακα καὶ Πολύστρατον, καὶ πάλιν Τιμοθέῳ διδόντες τὴν δωρεὰν, δι' ἐκεῖνον ἐδώκατε καὶ Κλεάρχῳ καί τισιν ἄλλοις τὴν πολιτείαν.* VA.

quisitionem militum habere Livius dicit lib. 23, 32. p. 370. Hoc autem ξενικὸν erant ut plurimum πελτασταί, qui ideo male audierunt teste Isocrate in Panegyr. p. 126. ξενικὸν autem hoc primum fuit in Græcia, quod et indicat Isocrates in Philippo p. 199. ξενοτροφεῖν Isocr. de Pace 334, et ξεναγοὶ præfecti militum mercede conductorum apud Dionem orat. 78. male interpres, *hostium exceptores*. VA.

255, 15. πυλάγορος· οὕτω] γρ. πυλαγόρας. Sic scribitur semper apud Æsch. Demosth. Harpocr. πυλαγόρας οὗτος, sic legitur p. 125. et similiter p. 161. VA.

256, 1. Δὴ βλέπειν] γρ. δὲ, ἢ βλέπειν etc. Locus Demosthenis est in Philipp. 1, ubi Athenienses bellum cum Philippo gerere ait, prorsus ut barbari et imperiti pugiles pugnant. Hesychio προσβολαὶ dicuntur. Eadem metaphora dixit Polyb. lib. 2. p. 150. ὥστε παραπλήσιον εἶναι τὸ σύμπαν σχῆμα τῆς στρατοπεδείας τῆς τῶν ἀγαθῶν ὁπλομάχων προβολῆς. Casaub. *ut castrametationis ejus universa forma similis esset peritorum campidoctorum positioni*. Male. Verto, *gladiatorum, scuto se tegentium*. Schol. Hermogenis περὶ ἰδεῶν cap. περὶ σεμνότητος p. 391 notat προβαλλομένους ἐλπίδας. τοῦτο ἐκ μεταφορᾶς εἴρηται τῶν τὴν ἀσπίδα προβαλλομένων καὶ ἑτοίμων μάχεσθαι, ἢ τῶν προτεινόντων τὰς χεῖρας ἐπὶ τῷ πλῆξαι. Heliodorus lib. 10. de Theagene ad luctam descendente, καὶ ἅμα κόνιν ἀνελόμενος etc. προβάλλει τε ἐκτάδην τὼ χεῖρε, καὶ τοῖν ποδοῖν τὴν βάσιν εἰς τὸ ἑδραῖον διερεισάμενος. Vetus Scholiastes in arg. ad od. 7. Olymp. Pindari scribit Damagetum pancratiastem et Dorieum pugilem Diagoræ fil. ἵστασθαι προβεβλημένους in statuis a Diagora dedicatis. Hinc illa Chrysippi προβολή. Cicero lib. 13. ad Atticum, ep. 20. Hesychius in προτιβάλλεται. Herodianus lib. 7 in fine, τότε δὲ οἱ στρατιῶται πληγέντες, καὶ πῶς ἀπροσδοκήτως προβαλεῖν οὐ δυνηθέντες. Gellius lib. 13. cap. 26. VA.

256, 4. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν] Hodie legitur προσβολάς. ἕως γὰρ ἂν ἐξῇ τῶν κατὰ θάλατταν καὶ μόνων ἀναμφισβητήτως εἶναι κυρίοις, τοῖς γε κατὰ γῆν πρὸς τῇ ὑπαρχούσῃ δυνάμει ἔστι προσβολὰς ἑτέρας εὑρέσθαι. Æschines κατὰ Κτησιφ. p. 79. τί προβαλλόμενος ὑπὲρ τοῦ δήμου πεπολίτευσαι; *quæ dum remp. gereres, munimenta urbi comparasti*, Volfius. Et Demosth. pro Corona p. 166. Isocrates Philipp. p. 210. VA.

256, 5. Παρὰ δ' Αἰσχίνῃ ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας] Τῶν δὲ συκοφαντῶν ὡς κακούργων δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. Vide Pollucem. VA.

256, 9. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου] Non longe ab initio, ubi et ἡ βουλὴ ταῦτα προβεβουλεύκει, et hujusmodi προβουλεύματα

interdum in concione pro populo recitari consuesse dicit. Senatusconsultum, quo patres autores fiebant, sic vocat Dionysius Halic. passim. VA.

256, 11. Τυρρηνῶν] Τριήρων, ut supra s.v. κομιστικὰ πλοῖα. VA.

256, 12. Τροπικῶν] Τροπικῶς. Sic Suidas in ἠμπόληκα et κάλως. VA.

256, 14. ΠΡΟ'ΒΟΛΟΙ] Demosth. ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν χερρον. et in 10 Philipp. in fine: ἀλλ' ἀνάγκη τούτοις ὥσπερ προβόλοις προσπταίοντας ὑστερίζειν ἐκείνων. At in 1 contra Aristogit. in fine: μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας, καὶ προβόλων ἐνέπλησας, πρὸς τούτους προσορμίζου. Προβολὰς appellat Polybius lib. 1. p. 55. καθώρμησαν πρός τι πολισμάτιον ἀλίμενον μὲν, σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς περικλειούσας ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς. *Promontoria* Casaub. In epistola Plinii ad Lupercum. Legitur προσβολὴ in supra allato Demosth. loco. Utitur Aristides in Panath. p. 7, et Libanius in Basilico. Heliodorus lib. 8 in fine: τῷ προβόλῳ τῆς ὄχθης ἀποκρύψαντες. Procopius lib. 4 de fabricis Justiniani: πρὸς δὲ θάλασσαν προβόλους τεκτηνάμενοι βραχεῖς, οὕσπερ καλεῖν νενομίκασι μώλους. id est, *moles*. Et iterum infra. Homerus 'Ιλ. β. προβλῆτι σκοπέλῳ. VA.

256, 14. ΠΡΟ'ΒΟΛΟΙ] Gregor. Naz. Stelit. 1. p. 75. διὰ προβόλων τε καὶ ὑφάλων εἰς ὅρμον ἐπείγεσθαι. Iis, quæ ad hunc locum congesserat Valesius, usus est ad Theodor. H. E. 4, 25. Poll. 9, 32. ibique Comment. Errat Suidas in Πρόβολος, ἔξαρχος τοῦ βουλευτηρίου. Egregius Libanii locus, Orat. 3. p. 138. C. πρόβολος πολέμου, Xenoph. Cyrop. p. 75 et 76. Liban. vol. 2. p. 666. B. Gregor. Nyss. vol. 2. p. 527. C. Masanissa πρὸς τοὺς ὕστερον πολεμίους πρόβολος καὶ φυλακτήριον, Themist. Orat. 16. p. 212. A. Cf. Aristoph. Nub. 1160. Dion. Cass. p. 849. E. HEMST.

256, 16. 'Εκληροῦντο τῶν] 'Υπὸ inserendum. VA.

257, 2. ΠΡΟ'ΕΔΡΟΙ] Ulpianus in Midianam, οἱ γὰρ πρόεδροι, ait, ἦσαν οἱ διὰ τοῦ κήρυκος λέγοντες τῷ δήμῳ. δοκεῖ ὑμῖν περὶ τούτου βουλεύσασθαι, καὶ χωρὶς ἐκείνων περὶ οὐδενὸς ὁ δῆμος ἐσκέπτετο. Itaque dicebantur προθέσθαι τὴν σκέψιν, ut proxime dixerat Ulpianus: at Xenophon προθεῖναι τὴν διαψήφισιν. VA.

257, 7. Sacrificium πρὸ τοῦ ἀρότου fieri solitum προηρόσια, vel προηροσία dicebatur ab Atticis. Vulgus προακτούρια dicebat, quæ vox inter Græcobarbaras referri debet ut obsoleta. MA.

257, 7. ΠΡΟΗΡΟΣΙ'Α] Libanius declam. 19. καὶ τὴν προηροσίαν ὑπὲρ τῆς 'Ελλάδος θύετε. Aristides in fine Panath. VA.

257, 8. ΠΡΟΘΕΣΜΙ'ΑΣ ΝΟ'ΜΟΣ] Æschines in Timarch. p. 11. καὶ ἔστω ταῦτα ἄκυρα, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, ἢ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, ἢ εἴ τις ἄλλη πώποτε τοιαύτη ἐγένετο προθεσμία. Volfius, *si quod aliud hujusmodi præfinitum tempus extitit.* Utitur eodem verbo Demosth. pro Corona p. 119. VA. Non dubito quin de hac προθεσμίας lege loqui voluerit Isæus, cum in orat. de Pyrrhi hæredit. hæc scripsit, ὁ δὲ νόμος πέντε ἐτῶν κελεύει δικάζεσθαι τοῦ κλήρου, ἐπειδὰν τελευτήσῃ ὁ κληρονόμος. Nos de ea in Synagoge nostra, ut et de aliis omnibus legibus Atticis. MA.

257, 11. ΠΡΟ'ΚΛΗΣΙΣ] Æschines περὶ παραπρ. p. 47. Dem. contra Neæram in fine exemplum ac formulam προκλήσεως refert, additque in fine formulæ, καὶ εἴτι ἐκ τῶν βασάνων βλαφθείησαν αἱ ἄνθρωποι, ἀποτίνειν ὅ τι βλαβείησαν. προομόσαι id ipsum vocat Demosth. in 3 contra Aphobum in fine. Solebant autem jurisperitum adire litigantes, qui hos libellos componeret, ut indicat Dio in Euboica p. 123. VA. Πρόκλησιν egregio exemplo illustrat Achilles Tatius libro 7, et ad eum Salmasius in notis. GR.

258, 1. Hic etiam Αὐτοκλείδης male excusum erat pro Ἀντικλείδης. MA.

258, 3. Κάγχρυς] γρ. κάχρυς. Sic enim scribit Hesychius. Pollux tamen et Schol. Aristoph. in Equit. 254. ad κυρηβίων, ἔνθα, ait, αἱ κάγχρυς φρύγονται. κάγχρυς δέ εἰσιν αἱ λελεπισμέναι κριθαί, ἀφ' ὧν ἡ πτισάνη. Sunt autem κάχρυς κατηριγμέναι nil aliud quam λελεπισμέναι *decorticatæ.* Hesychius in ἐρικτὰ et κατερικτά: *orge monde* vocamus. Aliter Galenus in glossis Hippocratis, quid sint ἄλφιτα προκώνια explicat. Eundem vide in ἐρικίδες. MA.

258, 3. προκώνιά ἐστι κάγχρυς κατηριγμέναι] Vel κατηρειγμέναι legendum est, vel κατερηριγμέναι a κατερείκω. In κάχρυς et κάγχρυς monente Valesio, variatur. ταῖς χερσὶν ἀνατρίβειν τὰς ἐπτισμένας κάγχρυς, Etymol. p. 36, 21. [Vid. Interpp. ad Hesych. in v. et ad Poll. 1, 248. GEEL.] Cf. Alciphr. 2. Ep. 27. ibique Bergl. Οἶσι νῦν φρύγουσιν ἤδη τὰς κάγχρυς τοῖς κύρβεσι, Cratin. apud Schol. Aristoph. ad Nub. vs. 447. HEMST. Lucian. vol. 2. p. 322. habet κάχρυς, de cujus loci lectione dubitaverim, propter scholiastæ corruptelam, apud quem legebatur καὶ χρῶν. GEEL.

258, 4. Προμετρητὴς etc.] Pollux 4, 166. VA. Videtur moris fuisse in foro Attico, ut quum illuc frumenta apportarentur, in mensuras certas conjecta emerentur; quæ mensuræ antea inspiciebantur ab certis hominibus publice illic positis, quibus etiam certum inde lucrum. Aut quod verissimum credo, potest in hoc verbo considerari prudentia Atheniensium, quibus inno-

tuerant artes in mensurando eorum qui sciebant *κροῦειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν*, ut loquitur noster in verbo *παρακρούειν*. Unde videntur curavisse, ut non ipsi venditores aut emptores, quorum interesset, metirentur, sed ut alii pro eis, quos recte dixerunt *προμετρητάς*. GR.

258, 7. ΠΡΟ'ΝΟΙΑ] Dem. contra Aristogit. 1. *καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς ὡς μεγάλης καὶ ἀγαθῆς θεοῦ καὶ παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Δελφοῖς κάλλιστος καὶ μέγιστος νεὼς εὐθὺς εἰσιόντι εἰς τὸ ἱερὸν, ὃς ὢν θεὸς καὶ μάντις, κατ' ἀμφότερα εἶδε τὸ βέλτιστον· ἀλλ' οὐκ Ἀπονοίας καὶ Ἀναιδείας*, supple *εἰσὶ βωμοί*. Æschylus initio Eumenid. *Παλλὰς προναία*. Callimachus χ' *ἡ Παλλὰς, Δελφοί νιν δθ' ἱδρύοντο προναίην*. Citat eo loco Scholiastes Æschinem. VA. Vide Æschinem p. 69, 1. 14. 18. p. 70, 37. cf. p. 445. D. 447. B. Non tantum ex diversa hujus vocis scriptione, verum etiam ex duplici etymo liquet, ipsos veteres dubitasse, *Προνοία* diceretur an *Προναία* hæc Minerva. Vid. Suid. in voce, ibique Kust. Plut. vol. 2. p. 825. B. *ὁ ναὸς τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς*, bis apud Diod. Sic. 11. p. 250. H. Stephan. ad Dicæarch. p. 125. Hecate *τῶν βασιλείων πρόδομος μελάθρων* Æschyl. apud Schol. Theocr. Id. 2, 36. Minerva et Mercurius dicti *Πρόναοι* Pausaniæ 9. p. 730. HEMST. Vid. Spanh. ad Callim. Hymn. in Pall. 121. et alios locos ap. Wesseling. ad Diod. Sic. vol. 2. p. 415, quem etiam cf. ad Herod. 1, 38. GEEL.

259, 3. Vix definiunt Grammatici quid proprie fuerint *πρόπεμπτα* apud Atticos. Didymus, ut refert Harpocration, vult fuisse mulctam quandam, sive pœnam quæ solebat infligi ante depositionem, sive *παρακαταβολήν*. Sunt enim qui dicant mulctarum quintas partes solitas fuisse deponi in judicio ante litis contestationem, ut in controversiis rerum publicarum, de quibus egimus supra in *παρακαταβολή*. Harpocration *πρόπεμπτα* videtur potius referre ad quinque illas dies, quæ constituebantur pro magnis causis. Non enim unica dies sufficiebat ad earum contestationem. MA. Utraque sententia falsa est. *Πρόπεμπτα*, id est, *cinq jours auparavant*: sic *πρότριτα*, *trois jours devant*. Thucyd. lib. 2. *πρότριτα σκηνὴν ποιήσαντες*. Schol. *πρὸ τρίτης ἡμέρας*. Demosth. verba retuli in legibus Atticis titulo *περὶ ἄρχοντος*. Adde omnino verba Demosth. quæ retuli p. 31 legum Attic. Vide et p. 9, ubi *περὶ ὕβρεως*. Debuit ergo dicere Harpocratio *πρὸς πέμπτην ἡμέραν*, non *πρὸς πέντε ἡμέρας*. Demosth. contra Euergum: *ἐκέλευσεν ἡ βουλὴ εἰσαγγέλλειν με, καὶ τοὺς*

πρυτάνεις προγράφειν αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐπὶ δύο ἡμέρας ὡς ἀδικοῦντι. Sic *πρότριτα* utitur Synesius ep. 5 in fine. VA.

259, 10. ΠΡΟΠΕΠΩΚΌΤΕΣ] Demosthenes in ea *περὶ παραπρεσβ.* p. 218. *μετὰ ταῦτα ἐν θυσίᾳ καὶ δείπνῳ τινι πίνων καὶ φιλανθρωπευόμενος πρὸς αὐτοὺς* (*Θηβαίους* scil. qui ejus munera respuerant) *ὁ Φίλιππος ἄλλα τε δὴ πολλὰ οἷον αἰχμάλωτα καὶ τὰ τοιαῦτα καὶ τελευτῶν ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ προὔπινεν αὐτοῖς.* Sic in suo codice legi Opsopæus notat, non *προὔτεινεν.* Optime. et hunc locum illustrat. nam Græci sic solebant inter bibendum propinare hujusmodi munera, interdum coronare etiam tot talentis, ut ex Athenæo patet aliisque. Vide Harpocrationem in *στεφανοῦν.* Quin et Diodorus Siculus id explicat, cujus verba habet Faber 2 Agonist. p. 315. Et omnino sic legit Ulpianus, qui ad eum locum notat, *πολλάκις δέ φασι ταῦτα τὰ ποτήρια χαρίζεσθαι τὸν βασιλέα οἷς προπίνοι. τοῦτο γὰρ ἦν τὸ προπίνειν.* Exemplum insigne apud Plutarchum in Alexandro, ubi de Aristone Pæoniensi. Hæc verba porro de Prusia non videntur esse Harpocrationis, sed Suidæ, qui locos ex auctoribus affert innominatis. Sic et in *ἐπιτροπὴ* prima verba non sunt Harpocrat. VA. Sensum video, verba non intelligo. Vult Harpocration docere Demosthenem, cum in orat. pro Ctesiphonte hac voce *προπεπωκότες* usus est, metaphorice loquutum esse, et *προπεπωκότες τὴν ἐλευθερίαν* dixisse, pro *προδεδωκότες*, metaphora sumpta a more conviviorum, in quibus qui socios prodebant, et provocati non respondebant, *προπίνειν* dicebantur, *προπίνειν* est proprie *propinare*, at metaphorice est *alium prodere in alterius gratiam:* unde *ἐλευθερίαν προπίνειν* est libertatem propinare. Budæus, cui multum debent literæ Græcæ, jam multa attulit ad hujus vocis metaphoricæ significationem. Quare non in his hærebimus, imo potius conabimur verba auctoris nostri restituere, quæ ita lacera et corrupta sunt, ut jam fassi sint literatorum principes se in his nihil videre, magnumque Apollinem eum futurum, qui sine aliquo manuscripto bonæ notæ hæc emendanda suscipiet. Sensus hic quidem omnino perfectus, at verba imperfectissima sunt. Nam ab his *πολλὰ μὲν ἀργυρώματα* usque ad finem notæ *οὐδὲν ὑγιές.* afferuntur illa, ut explicetur vox *προπεπωκότες*, et tamen eam non est legere inter omnia illa verba. Cujusdam auctoris, ni fallor, ea sunt, qui sine dubio ita scripserit, *πολλὰ μὲν ἀργυρώματα τὸν προειρημένον, πολλὰ δὲ χρυσώματα τῷ Προυσίᾳ προπεπωκέναι φασίν,* vel *λέγουσι,* aut *τὸ προειρημένον* legendum est, vel *τῷ*

προειρημένῳ, ut concordet cum Προυσίᾳ. Quod si τὸ προειρημένον retineamus, ad προπεπωκέναι referendum illud erit, vel si servetur vetus lectio, modus erit loquendi auctoris illius de quodam alias laudato loqui volentis. Quæ sequuntur deinde Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος, melius essent statim post illa verba ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες, nam desumpta est hæc vox ex illa oratione. Fragmentum denique quod ex principio Myrmidonum Æschyli allatum est, extra rem videri posset, quod in eo de voce προπεπωκότες nulla mentio: sed scito illic sine dubio reponendum post οὓς εἴσω κλισίας, vocem προπέπωκας, vel προπεπωκὼς εἶ, ut sit sensus: *Curæ tibi erunt*[a] *inclyte Achilles Danaum labores hasta exitiales, quos intra tentoria prodidisti.* Maluimus in his balbutire quam omnino obmutescere. Cæterum hinc lucem accipiunt quæ apud Hesych. leguntur, προπέποται, προδέδοται, manet enim hic eadem metaphora. Suidas: προπίνει, διὰ τοῦ οἴνου τιμᾷ καὶ προδίδωσι, καὶ Δημοσθένης δὲ τοὺς προδόντας τὰς πατρίδας τοῖς ἐχθροῖς, προπίνειν ἔφη τοῖς ἐχθροῖς. Quæ verba male hodie cohærent cum præcedenti προπηλακίζων: debet a capite reponi vox προπίνει. MA. [Spectat hæc Maussaci annotatio ad verba Polybii quæ Aldus Harpocrationi temere intulit ex Suida.]

259, 10. Προπεπωκότες] Demosth. Olynth. 3. προπέποται τῆς παραυτίκα ἡδονῆς καὶ χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα. Alio sensu sumitur apud Demosth. περὶ παραπρ. p. 218. μετὰ ταῦτα ἐν θυσίᾳ etc. ut ad calcem libri hujus notavi. [Hæc nunc leguntur supra

[a] *Curæ tibi erunt*] Verte: *hæc porro cernes,* sic enim versum correximus. τάδε μὲν λεύσσεις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ. Et mox lego: οὓς προπέπωκας. εἴσω κλισίας. quæ procul dubio verba erant nuncii, τοῦ ἀγγέλου, qui Achilli ob injuriam sibi ab Agamemnone illatam in castris suis otiosus quiescebat, Græcorum cædem referebat et Trojanorum in castra irruptionem. εἴσω κλισίας, i. *intra tua te castra includens et sedens in otio.* Adiuti autem sumus in ea emendatione ab Aristoph. in Ranis, ubi Euripidis et Æschyli certamen apud inferos Baccho judice describit. Interea chorus hanc coronidem cantat et Æschylum alloquitur: τάδε μὲν λεύσσεις φ. Ἀχ. ubi Scholiastes notat: πρὸς τὸν Αἰσχύλον δὲ ὁ χορὸς ἀπὸ τῶν αὐτοῦ. ἔστι δὲ ἀρχὴ αὕτη Μυρμιδόνων Αἰσχύλου: (tota itaque hæc coronis fere ex versibus Æschyli in ea tragœdia contexta esse videtur.) τοῦτο δὲ παρὰ τὴν ὑπόνοιαν. Pro Æschylo enim Achillem dicit, et Æschylum suadet iram omnem deponere, in quam concitatus erat ex conviciis, quæ in eum jecerat Euripides; prorsus eodem modo quo Ulysses Achillem lenire conabatur. λεύσσεις per duo σσ scribit Harpocr. et ita semper scribitur apud poëtas, sed forte cum hic futurum sit, unico σ λεύσω scribi debet. εἴσω κλισίας. intra tentoria obsessos ab Hectore explicare potes (*superscripsit,* debes) non placet. κλίσιας enim pro tabernaculo singulorum ducum usurpant Græci poëtæ. Verba autem hæc Æschyli dicebantur a choro, ut conjicere licet, Græcorum senum, quemadmodum in Persis ejusdem Æschyli chorus Persarum προλογίζει. τάδε μὲν Περσῶν etc. Eustathius in Ἰλιάδ. α. p. 64. λεύσσω cum duplici σσ scribi ait, cum significat *video,* et sumi pro præsenti, ad differentiam λεύσω *lapidabo.* VA.

p. 398.] Sic Appianus in Mithridat. *εἰστία πάντας, καὶ χρυσίον ἐπί τε τῇ κύλικι καὶ τῇ τροφῇ καὶ ἐπὶ σκώμμασι καὶ ἐπὶ ᾠδῇ καὶ πᾶσιν ὥσπερ εἰώθει προυτίθει.* Aliter tamen explicandus est Appianus. Intelligit enim Mithridatem *πολυποσίας* et vocacitatis præmia proposuisse. VA.

259, 10. *Λέγεται προπεπωκέναι*] *Λέγεται, προπεπωκέναι δὲ* quod addit Suidas. VA.

260, 1. *Με λεύσσεις*] *γρ. μὲν λεύσεις*. VA.

260, 2. Vid. Arist. Ran. 1023, ibique Schol. et Kust. qui legere malit *δοριλυμάντων*, ut referatur ad *Δαναῶν*. Potestas eadem in vulgata lectione, et elegantius quidem expressa. Verum *Δαναῶν μόχθους* intelligo vallum Græcorum, a Trojanis Hectore duce dirutum. HEMST.

260, 4. ΠΡΟΠΥ'ΛΑΙΑ, ΤΑΥ'ΤΑ] *Προπύλαια ταῦτα*. Scholiastes Hermogenis p. 402 ad cap. *περὶ ἐπιμελείας καὶ κάλλους* ait, *ἐνάργειαν* fieri *κατ' ἔννοιαν καὶ κατὰ λέξιν*, ex doctrina Tiberii Grammatici. *κατὰ δὲ λέξιν ποιεῖ ἐνάργειαν τὰ πληκτικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τὰ σημαντικά. οἷον, ὁρᾶτε ὦ ἄνδρες. κατὰ ἄλλους δὲ καὶ τὰ δεικτικὰ σχήματα ἐναργῆ. οἷον, προπύλαια ταῦτα.* VA. In v. *Προπύλαια* quæ habet Harpocration de tempore, quo exstructa sunt, et fabro aliisque, profuerunt Meursio lib. 6. Attic. lect. cap. ult. ubi Mnesiclem architectum quoque firmat ex Plutarcho MS. tamen Mediceus in nostro auctore legit *Μνησικλείδου*, non *Μνησικλέους*. GR.

260, 8. *Τῶν προπυλαίων τῆς Ἀκροπόλεως*] Plutarchus in Pericle. VA.

261, 1. *Πρόσκλησις*] Xenophon [Mem. 2, 9, 5.] *καὶ προεκαλέσατο εἰς δίκην δημοσίαν, ἐν ᾗ αὐτὸν ἔδει κριθῆναι, ὅ τι δεῖ παθεῖν ἢ ἀποτίσαι.* Suidas: *προσκλήσεις, πρὸς ἃς καλεῖ τις εἰς δικαστήριον ἢ βουλὴν κλητῆρας ἔχων. πρόκλησις δὲ χωρὶς τοῦ σ καὶ προκαλεῖσθαι ἐπὶ διαιτητήν.* Thucydides libro primo p. 25 et 28. VA.

261, 6. *Προστάτης*] Isocrates *συμμαχικῷ* p. 337. Dem. in 1 contra Aristog. VA.

261, 11. *Ὁμολογουμένη προστασία*] Possit explicari ex iis, quæ in eadem oratione dixit supra Demosth. *πῶς οὐ φανερὸν, ὅτι προστάντες τοῦ πράγματος τὰ γνωσθέντα ὑφ' ὑμῶν ἀποστερῆσαί με ζητοῦσι.* Sed *προστασία* omnino est *collusio*, ut recte vertit Volfius. Colludebant enim Aphobus una atque Onetor, et conspirabant adversus Demosth. VA.

261, 17. *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Εὐέργου*] *Προσελθὼν αὐτῷ, πρῶτον μὲν ἀπῄτουν τὰ σκεύη, ὡς δὲ οὐκ ἀπεδίδου, ὕστερον αὐτῷ περιτυ-*

χῶν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν πρὸς τῇ πυλίδι, προσεκαλεσάμην πρός τε τοὺς ἀποστολέας καὶ τοὺς τοῦ νεωρίου ἐπιμελητάς. οὗτοι γὰρ εἰσῆγον τότε τὰς διαδικασίας εἰς τὸ δικαστήριον περὶ τῶν σκευῶν. Quin et Isæus p. 53. τῆς ἐν Κεραμεικῷ συνοικίας τῆς παρὰ τὴν πυλίδα. Erat hæc portula non procul ab acta, teste Lycurgo p. 138. VA.

262, 1. Fragmentum Philochori imitatus est Dion Cass. p. 75. B. Antag. apud Diog. L. 4. 21. Parmen. apud Athen. 4. p. 157. D. HEMST.

262, 3. Ἀρξάμενοι...etc.] Hos versus ita concipe:

Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν τόνδ' ἀνέθηκαν
βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι. MA.

Integrum distichum,

Ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν οἵδ' ἀνέθηκαν,
Βουλῆς καὶ δήμου δόγματι πειθόμενοι.

Nam et οἵδ' legendum, non οἱ δ'. Id est, hi quorum nomina infra scripta sunt. VA.

262, 5. Προστιμήματα] Herodianus in libello περὶ ἀριθμῶν. ἀλλὰ καὶ παρὰ Σόλωνι τῷ τοὺς Ἀθηναίων νόμους γράψαντι τὰ ἐπ' ἀργυρίου προστιμήματα τούτοις ὁρῶ γράμμασι σεσημασμένα. VA.

262, 9. Προστρόπαιον] Demosth. Ep. 6. p. 204. D. εἰς κεφαλὴν αὐτῶν προστρέψειαν οἱ θεοί. Male Wolf. p. 1302. προστρίψειαν vel τρέψειαν. Apud Plut. T. 2. p. 520. E. lege λιταῖς τισι καὶ προστροπαῖς. Eurip. Ion. 1260. τοῖς ἀποκτείνασί σε προστρόπαιον αἷμα θήσεις. cf. Heracl. v. 1015. προστροπὴν καὶ ἀρὰν ἰσχυρὰν ποιεῖσθαι, Æschin. adv. Ctesiph. p. 445. C. ποτιτρόπαιος apud Æschyl. Eumen. 177. Exponit Schol. ἐναγής. Choëph. v. 83. Emenda Clem. Al. p. 16 B. ubi προτροπαίους et p. 23. C. 24. C. male legitur προτρέπονται. Sed recte legitur p. 33. B.[t] Ὁ Μυρτίλου προστρόπαιος, Pausan. 2. 18. p. 149. cf. Clem. Al. Strom. 7. p. 731. B. Poll. 5, 131. Plutarch. vol. 2. p. 99. A. Synes. Ep. 58. p. 202. D. ὁ θίγων ἐναγοῦς ἀπολαύει τῆς προστροπῆς. Eupolis apud Harpocr. in Ὀξυθύμια. Dion. Cass. p. 166. E. Etymol. p. 42, 7. θρησκείαις αἷς ὡς θεοὺς προτρέπονται (lege προστρέπονται) Sext. Emp. p. 566, 8. HEMST.

262, 9. Ὅσα τε οὖν αὐτὸς τὸ τοιοῦτον προστρόπαιον] γρ. ἐάσετε οὖν αὐτὸν τοιοῦτον προστρόπαιον, μὴ γὰρ δὴ τῆς πόλεως, ὥστε ἐν ὑμῖν ἀναστρέφεσθαι. Volfius addit ἐμοῦ προστροπ. male. Potius ἑαυτοῦ. Sic φονεὺς, τοῦ ἀποθανόντος προστρόπαιον dicitur apud An-

[t] Sic recte legitur apud eundem Clem. Al. p. 42. D. Ποσειδῶνα μὲν οὐκ ἀναπλάττοντες, ὕδωρ δὲ αὐτὸ προστρεπόμενοι. Sed corrigendum Θεὸν σταγόσι λίκνοις προστρέπεσθε, p. 61. D. GEEL.

tiph. p. 114 et 116 initio, et p. 112 in fine. Plato 9 de Legibus p. 866. τοῦ παθόντος προστρεπομένου τὴν πάθην. Valerius Argon. 1, 804. *Et nostras nequeat præcurrere diras:* ἐμὸν προστρόπαιον. Credebant enim veteres, ut idem canit 3, 389. *quisque suos sontes inimicaque pectora pœnis Implicat, et varia meritos formidine pulsant.* Polybius in excerptis p. 117. Xenophon lib. 8. Cyrop. p. 236. VA.

262, 14. Προτέλεια] Sic προτέλεια γάμων Plato 6 Legum, p. 774. Plato Comicus in Phaone: εἰ γὰρ Φάωνα δεῖσθ' ἰδεῖν, προτέλεια δεῖ ὑμᾶς ποιῆσαι πολλὰ πρότερον τοιαδί. πρῶτα μὲν ἐμοὶ γὰρ κουροτρόφῳ προθύεται πλακοῦς ἐνόρχης etc. quo loco κουροτρόφος est Tellus, quæ eo cognomine culta est Athenis teste Suida, seu potius Vesta, teste auctore Etymologici. VA.

269, 17. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου] Pag. 11. Sophocles tamen in Œdip. Coloneo προφέρτατον pro filio natu maximo usurpavit 1531. ὅταν εἰς τέλος τοῦ ζῆν ἀφίκῃ, τῷ προφερτάτῳ μόνῳ σήμαινε. Et ita sumit Plato in Euthydemo initio. Sic προπόλιος qui ante ætatem præmature canescit, teste Ælio Dionysio apud Eustathium Ἰλ. ψ. p. 1330. VA.

263, 1. Προχειροτονία] Dem. contra Timocratem initio. μετὰ ταῦτα ἐμήνυσεν Εὐκτήμων, ἔχειν Ἀρχέβιον καὶ Λυσιθείδην τριηραρχήσαντας χρήματα Ναυκρατιτικά, τίμημα τάλαντα ἐννέα καὶ τριάκοντα μνᾶς. προσῆλθε τῇ βουλῇ. προβούλευμα ἐγράφη. μετὰ ταῦτα γενομένης ἐκκλησίας προυχειροτόνησεν ὁ δῆμος, ἀναστὰς Εὐκτήμων ἔλεγε ἄλλα τε πολλὰ etc. VA.

263, 6. De festo hoc nihil adhuc legi. Vide num ad rem nuptialem hæc pertinere possint. MA.

263, 6. ΠΡΟΣΧΑΙΡΗΤΗΡΙΑ] Dicitur etiam προχαριστήρια. Suidas: προχαριστήρια, ἡμέρα ἐν ᾗ ἐν τῇ ἀρχῇ πάντες ἀρχομένων καρπῶν φύεσθαι, λήγοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ. τῇ δὲ θυσίᾳ ὄνομα προχαριστήρια. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερωσύνης. τὴν τοίνυν ἀρχαιοτάτην θυσίαν διὰ τὴν ἄνοδον τῆς θεοῦ, ὀνομασθεῖσαν δὲ προχαριστήρια διὰ τὴν βλάστησιν τῶν καρπῶν τῶν φυομένων. Hesych. in ἄνοδος. VA. Quamvis Suidas etiam hinc descripserit, suoque loco posita servet Προσχαιρητήρια, minime tamen dubito, quin genuinum sit προχαριστήρια, ab eodem alibi cum explicatione docti Grammatici prolatum: illam lectionem ipse ordo literarum in Harpocratione postulat. Cæterum apud Suidam, in Προχαριστήρια, Lycurgus affertur ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερωσύνης, quæ oratio videndum est, an eadem sit atque ἡ Κροκωνιδῶν διαδικασία. Χαρίσια Damasc. apud Suid. in Ἀσκληπιόδοτος. Procl. apud Phot.

p. 525, 37. Confer verbum *προσεπιχαρίζεσθαι*, apud Xenoph. Hipp. p. 260, 12. HEMST. Vid. porro Hemst. ad Schol. Arist. ad Plut. 1199. GEEL.

263, 7. *ἀπιέναι*] *ἀνιέναι*. VA.

264, 1. Ne mutata quidem syllaba hæc habet Comici enarrator ad Nubes. Quod autem ab eo dicitur Romanos *πρυτανεῖα*, sive *παρακαταβολὴν* vocasse *σπόρτουλας*, non patet statim primo occurrenti. Quærunt enim literatorum primi quid hic vox *sportula* significet. Budæus et Casaubonus in animadvers. in Athen. ille in comment. linguæ Græcæ, ad Judicum sportulas, de quibus in Cod. Justin. agitur. referunt: Josephus Scaliger in lib. de Emendat. Tempor. ad sportulas, id est ad victum qui in Prytaneo dabatur. MA. Locus Aristophanis sic habet: *πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖα, ἀλλ' ἕνῃ τε καὶ νέᾳ*; Resp. *ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο*. v. 1198. *τὰς γὰρ δεκάτας τοῦ χρέους καταβάλλοντες τοῖς πρυτάνεσιν εἰσῆγον τοὺς χρεωστοῦντας. πρυτανεῖα δὲ τὰ νῦν καλούμενα παρὰ Ῥωμαίοις σπόρτουλα*. Et in notis ad Vesp. 656. *Κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρὶς* (*φόρου* scilicet et tributi, quod urbes pendebant) *καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοστὰς Πρυτανεῖα, μέταλλα, ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς καὶ δημιόπρατα*, sic ait: *ἃς κατέβαλον δεκάτας οἱ δανεισταὶ ὑπὲρ παραστάσεως τῶν χρεωφειλῶν*, (f. *χρεωφειλετῶν*) *ὡς ἀπαιτηθῶσιν ἅπερ ἦσαν τέλη*, quæ ex Aristophane in Nubibus sumpsit. Porro nota in ærarium publicum conversa fuisse hæc *πρυτανεῖα* ex hoc Aristophanis loco, in quo Bdelycleon patri seni tribacissimo et judiciarii lucelli nimis cupido ostendit ex judicum calculis minima in remp. commoda manare; nam tributa, quæ urbi a subditis oppidis penduntur, *οὐ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρὸς προσιέναι*. Præterea, inquit, *πρυτανεῖα* etc. Ergo falsum est *πρυτανεῖα* idem esse ac sportulas. nam sportulæ judicibus ipsis cedebant, et hoc erat lucellum solenne, ut ex Codice patet. At *πρυτανεῖα* erant *τέλη* et ærario publico applicabantur in pœnam temere litigantium. Addit ibi Aristophanes, *τούτων πλήρωμα τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίνεται ἡμῖν* (Nota. vide in *ὅτι τὸ*) *ἀπὸ τούτων νῦν μισθὸν κατάθες τοῖσι δικασταῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἓξ χιλιάσιν, κοὔπω πλείους ἐν τῇ χώρᾳ κατένασθε*. (Nota 6 mille judices in agro Attico) *γίγνεται ἡμῖν* (lege *ὑμῖν* ex Schol.) *ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα*. Suidas: *πρυτανεῖα πρόσοδος εἰς τὰ δημόσια κατατασσομένη, ἣν οἱ δικασάμενοί τισι καὶ ἡττηθέντες κατέβαλον ὡρισμένην ζημίαν κατατιθέντες ἕκαστος*. Erat itaque *πρυτανεῖον* idem quod Romanis sacramentum, quod in ærarium redibat: victor suum auferebat. Vide Pithœum ad-

versar. lib. 1. Prorsus Valerius Max. lib. 7 cap. 8. ubi de testamento Ebutiæ. *Afrania*, inquit, *cum sorore sacramento contendere noluit.* Græce esset οὐκ ἐθέλησεν ἀμφισβητεῖν οὐδὲ παρακαταβάλλειν. Idem lib. 7 cap. 7. Non ignoro ex illa pecunia deposititia judicibus solutum esse τὸ δικαστικόν. i. e. *salarium*. Sed nego πρυτανεῖον idem esse ἓν ἀνθ' ἑνὸς, ac salarium judicum, seu sportulam. Non enim ex solis πρυτανείοις, sed e reliquis etiam vectigalibus seponebatur pecunia, quæ judicibus pro salario solveretur, ut clarissime docet locus Aristophanis quem adduxi. Glossæ: *Concussiones* τὰ σπόρτουλα. VA.

264, 1. ΠΡΥΤΑΝΕΙ῀Α] Dem. κατ' Εὐέργου· ἐξέτινον πολλῶν παρόντων μαρτύρων χιλίας μὲν καὶ ἑκατὸν δραχμὰς καὶ τρεῖς καὶ δύο ὀβολὼ τὴν ἐπωβελίαν, τριάκοντα δὲ τὰ πρυτανεῖα. Infra tamen semper habet χιλίας τριακοσίας δεκατρεῖς δύο ὀβολώ: ter et amplius sic vocat. Porro hæc verba Harpocrationis αὐτολεξεὶ leguntur in Scholiis Aristophanis ad Nubes 1134. Vide omnino Pollucem 8, 37. qui eum locum Demosth. optime explicat. Ait enim eos, qui litigarent de re, cujus pretium intra mille drachmas staret, tres duntaxat drachmas deposuisse; quod si lis mille drachmas superaret, 30. Sic intellige Isocrat. in orat. contra Callimachum: δεινὸν οὖν ἡγησάμην, εἰ τῶν νόμων οὕτως ἐχόντων ἐγὼ περιόψομαι τὸν μὲν συκοφάντην ἐν λ' δραχμαῖς κινδυνεύοντα. Idem infra, πάλιν τὴν αὐτὴν δίκην ἐγράψατο, ὡς ἐν τοῖς πρυτανείοις μόνον κινδυνεύσων, pro eodem dixit. Πρυτανεῖα dicit Xenoph. de rep. Athen. [1, 16.] 404. In levibus autem causis sacramentum non deponebant, eæque causæ ἄνευ πρυτανείων dicebantur, teste Hesychio. VA.

264, 5. Non assentior magno Scaligero, qui lib. 1. de Emendat. Tempor. cap. de anno æquabili minore Græcor. hæc ad primam anni Attici formam reduxit, et auctorem nostrum, cum Prytaniam esse dixit numerum triginta sex, aut triginta quinque dierum, loqui putavit de regno cujuslibet tribus, quæ regnabat anno ultimo Tetraeteridos Græcæ. Nam quia annus ille ultimus ἐξαιρεσιμαῖος erat, et non constabat nisi 359 diebus, una tribus e decem non regnabat nisi 35 dies, aliæ vero novem 36. Unde fit ut regnum illud 35 dierum semper contingere debeat in anno illo exæresimæo Tetraeteridos Græcæ, et unicæ tribui semper tribui. Ego non puto Harpocrationem hæc in mente habuisse, nimiam enim redolent subtilitatem, ideoque minus veritati consentanea sunt. Hoc tantum voluit, ni fallor, Prytaniam numerum esse 36 et 35 dierum, quia Prytaneorum cujuslibet tribus

quidam triginta quinque dies regnabant, anno constante tantum 354 diebus et mero lunari: alii vero 36, primarum scilicet quatuor tribuum quæ in anni principio regnaverant, et quibus hoc datum erat, ut quatuor illæ ἄναρχοι ἡμέραι quæ supererant post regna 35 dierum, quibus quælibet decem tribuum ordine præfecta fuerat, ad eas pertinerent, et ita non ut aliæ 35 tantum, sed 36 dies regnarent. Hæc si vellemus latius persequi, de decem tribubus, πεντακοσίων senatu, πρυτανέων statu, προέδρων ordine, et ἐπιστατῶν regno multa essent afferenda, quæ res nos diutius detineret. Cap. 10. lib. 3. lectionum nostrarum, quæ hic a nobis breviter et obscure dicta sunt, plenius explicabit, simulque Ulpiani verbis quæ in Hypothesi orat. contra Androt. leguntur, et hactenus non fuere intellecta, lucem dabit. MA. Scaliger ait *annum πρυτανείας fuisse lunarem, quo Magistratus Athenis utebatur, in 12 divisum menses, alternis plenos et cavos. Ideo in psephismasi ita præfabantur; ἐπὶ Ἀρρενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος πέμπτης πρυτανείας, μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας. quæ posteriore loco ponitur πρυτανεία, significat annum Magistratus lunarem, qui longe differt ab anno populari seu civili Athen.* Hæc Scaliger lib. 3 Isag. Can. ubi etiam ait, *unaquæque tribus sorte suum diem imperabat, isque dies aut actus illius diei dicebatur πρυτανεία.* An potius mensem dicere voluit, non diem? Suidas: πρυτανεῖαι δὲ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμός. δέκα ἐγίνοντο κατ' ἐνιαυτὸν, ὅτι καὶ δέκα αἱ φυλαί. ἐνιαυτὸν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν σεληνιακὸν ἦγον. ἐπέβαλε δὲ ἑκάστῃ φυλῇ τῶν δέκα λε' ἡμέρας, καὶ ἐπερίττευον ἐκ τοῦ σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι τέσσαρες, ἃς ἐπεμέριζον ταῖς πρώταις λαχούσαις πρυτανεύειν τέσσαρσι φυλαῖς. καὶ τῶν μὲν τεσσάρων πρώτων ἑκάστη εἶχε τὴν πρυτανείαν ἀπαρτιζομένην εἰς λϛ' ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ϛ' ἀνὰ λε'. Porro magistratus per singulas prytanias rationem reddebant, ut ait Lysias κατὰ Νικομάχου γραμματέως initio; quod quomodo fieret, docet Pollux p. 396 et 398. Schol. Hermogenis p. 400. ὡρισμέναι ἦσαν ἐκκλησίαι κατὰ πρυτανείαν ἑκάστην τέσσαρες. δέκα δὲ οὐσῶν Ἀθήνησι φυλῶν ἐπρυτάνευον αἱ μὲν πρῶται λαχοῦσαι φυλαὶ τέσσαρες ἀνὰ λϛ' ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ἓξ ἀνὰ λε'. μετὰ δὲ τὰς ὡρισμένας τοῦ δήμου συνόδους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, εἴ τι ἀναγκαῖον ἐμπέσοι πρᾶγμα, περὶ οὗ τὸν δῆμον ἐχρῆν συνελθόντα γνῶναι, σύγκλητος ἐγίνετο ἐκκλησία. προκατακεχρῆσθαι οὖν apud Demosthenem ἐστὶ τὸ ἤδη τὰς ὡρισμένας ἐκκλησίας παρεληλυθέναι. VA.

264, 9. Δευτέρῳ] Forte ἐννάτῳ. In 9 enim legitur sub finem,

ubi de Oritis: *χορηγὸν ἔχοντες Φίλιππον, καὶ πρυτανευόμενοι παρ' ἐκείνου.* Sic Isocrates in Panegyr. p. 128. VA.

264, 12. Pro *φυλῆς* reposuimus *βουλῆς*, *πεντακοσίων* enim senatus ille erat, quem *πεντήκοντα ἄνδρες* cujuslibet tribus, qui *πρυτάνεις* vocabantur, constituebant. MA.

264, 12. Βουλῆς] Sic apud Schol. Comici in Ἐκκλησ. v. 396. ubi integra hæc annotatio iisdem verbis legitur usque ad *λαχοῦσαι*, nisi quod male *πράττ.* pro *τάττ.* VA.

264, 13. Πεντακοσίων] Ita obtinuit, cum 10 tribus essent, sed postquam duæ tribus accessere, Antigonis et Demetrias, tum primum Senatus non quingentorum hominum, ut prius, sed sexcentorum factus est, cum singulæ tribus quinquaginta homines conferrent, ut refert Plutarchus in Demetrio, et Stephanus in *Βερενικίδαι, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος, δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι προσέθεσαν δύο, Ἀντιγονίδα καὶ Δημητριάδα καλοῦντες, ὕστερον δὲ Πτολεμαΐδα καὶ Ἀτταλίδα, ὅθεν καὶ τὴν βουλὴν πεντακοσίων οὖσαν ἑξακοσίων ἐποίησαν, ἑκάστη γὰρ φυλὴ ν' εἶχεν, οἳ κατὰ μῆνα ἐπρυτάνευον*: tumque demum prytania unius mensis fuit spatium, ut Ammonius dicit, et diserte Pollux 8, 115. Hic autem Senatus initio 400 duntaxat viros habuit. Nam Solon, qui primus eum constituit, ex singulis tribubus (erant autem tum temporis tantum quatuor) centum homines elegit. Plutarchus in Solone: *συστησάμενος δὲ τὴν ἐν Ἀρειοπάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων, ἧς διὰ τὸ ἄρξαι καὶ αὐτὸς μετεῖχεν, ἔτι δ' ὁρῶν τὸν δῆμον οἰδοῦντα καὶ θρασυνόμενον τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει, δευτέραν προσκατένειμε βουλὴν ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης, τεττάρων οὐσῶν ρ' ἄνδρας ἐπιλεξάμενος, οὓς προβουλεύειν ἔταξε τοῦ δήμου, καὶ μηδὲν ἐᾷν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεσθαι. τὴν δ' ἄνω βουλὴν ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν*, Areopagum scilicet, *οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀτρεμοῦντα τὸν δῆμον παρέξειν.* Nota Areopagum dici *τὴν ἄνω βουλήν*. Sic etiam Heliodorus lib. 1. Æthiop. *Ἀρίστιππος τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, βουλῆς δὲ τῆς ἄνω.* Idem Plutarchus in Cimone: *Ἐφιάλτου προεστῶτος ἀφείλοντο τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς τὰς κρίσεις πλὴν ὀλίγων ἁπάσας.* Mox: *τοῦ Κίμωνος πειρωμένου πάλιν ἄνω τὰς δίκας ἀνακαλεῖσθαι.* Dio in orat. 50. *καὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις οὐδεὶς πώποτε ἐγένετο οὕτω θρασὺς δημαγωγός, ὥστε τὸν Ἄρειον πάγον ἢ τὴν βουλὴν τοὺς ἑξακοσίους ἀτιμότερον τοῦ δήμου νομίζειν.* Sextus advers. Mathem. cap. 10. *ἡ βουλὴ οἱ ἑξακόσιοι.* VA.

264, 14. Διαπιστοῦντες—etc. usque ad εἶναι] Hæc sunt insititia et aliena. Locus autem Æschinis, quem Harpocr. intelligit, sic habet. VA. [Hæc annotatio Valesii duæque proximæ spectant ad verba quæ Aldus post Κτησιφῶντος intulit ex Suida, quæ vide in annot. nostra.]

264, 14. Οἱ Πρυτάνεις] Rhodiorum, ut puto. Nam fragmentum videtur ex historia Polybii, et quidem ex libro ejus 13, in cujus excerptis legitur, ὁ δὲ Φίλιππος Ἡρακλείδῃ μὲν καθάπερ ὑπόθεσιν δοὺς ἐπέταξε φροντίζειν, πῶς ἂν κακοποιήσῃ καὶ διαφθείρῃ τὰς τῶν Ῥοδίων νῆας. εἰς δὲ τὴν Κρήτην πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε τοὺς ἐρεθιοῦντας καὶ παρορμήσοντας ἐπὶ τὸν κατὰ τῶν Ῥοδίων πόλεμον. Tum deinde multa de Heraclide, ut patriam suam Tarentum prodiderit Rom. et alia de ejus audacia subjicit. A quibus non longe aberant hæc, quæ refert Suidas in ἀναδέξασθαι, Πάνυ γὰρ βουληθῆναι τὸν Φίλιππον ἀναδέξασθαι καὶ καταφανῆ γενέσθαι Ῥοδίοις τὴν ἐν τούτοις αὐτοῦ προαίρεσιν· ᾗ καὶ τὸν Ἡρακλείδην ἀπέλυσε τῆς ὑποψίας. Ex hoc Polybiano lib. 13 fragmento patet recte a nobis in Harp. emendatum Κρητικά. Philippus enim societatem cum Cretensibus fecerat, ut discimus ex prologo lib. 29 Trogi Pompeii, ex Plutarcho in Arato versus finem, et Polybio lib. 4. De hoc Heraclide Livius lib. 30, 31, maxime 32 p. 590. VA.

264, 14. Κριτικά] Ἴσ. Κρητικά. is vero est Heraclides architectus, qui Philippo Persei patri pollicitus erat navale Rhodiorum se incensurum, de quo multa Polyænus lib. 5. VA.

265, 1. Πτυόδωρος scripsimus, non Ποιόδωρος, quia ordo alphabeticus hoc postulabat. MA. At Πτοιόδωρος scribi poterat, ut apud Demosthenem semper id nomen scribitur: sed υ et οι literæ sunt æquipollentes teste Helladio Bezantinoo. Demosth. περὶ παραπρ. in fine: οὐ Περίλαος ἐκρίνατο ἔναγχος ἐν τοῖς Μεγάροις ἐν τοῖς τριακοσίοις, ὅτι πρὸς Φίλιππον ἀφίκετο, καὶ παρελθὼν Πτοιόδωρος αὐτὸν ἐξῃτήσατο καὶ πλούτῳ καὶ γένει καὶ δόξῃ πρῶτος ὢν Μεγαρέων. Sic ὕαξ et οἴαξ dicitur teste Hesychio in ὕαξ. Λυδίας et Λοιδίας fluvius in Macedonia. Πύθιοι apud Xenoph. de Rep. Laced. in fine, Suidæ Ποίθιοι. Idem Suidas Πτοιόδωρος et Πτυόδωρος agnoscit. Sic et pro ἀνεμοίτας Suidas ἀνεμύτας legit. Sic Κοινοπολίτης apud Photium de Sotericho poeta pro Κυνοπολίτης: et in libris præsertim ab Aldo editis is error frequenter occurrit. Eodem modo apud Latinos *Mœsia* pro *Mysia*: et *Megalinæ pelles* pro *Mygalinæ*. *Hippo Diarrœtus*, pro *Diarryto*: *mattea* pro *mattya*: *Cenocephali* in tab. Peuting. quæ notavit Salmasius ad hist. Aug. VA.

265, 5. Male hæc initium faciebant in præcedentibus edit. in quibus perverse omnino legebatur, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ τὰ Πυανέψια Ἀπολλώνιος ἄγεσθαί φησι. Nos correximus Ἀπόλλωνι ἄγεσθαι, et nullo dato interstitio hæc conjunximus. MA.

265, 9. ΠΥ'ΓΕΛΑ] Ita Strabo 14 p. 631. Suidas. Πύγελα τόπος ὁ παρ' ἡμῖν λεγόμενος φύγελλα, ὅθεν ἔστι περαιώσασθαι τὸν πρὸς Κρήτην κατάγοντα πορθμόν. Sed Mela *Phygela* facit. *Pygela* Livius 37, 11. VA.

265, 13. ΠΤΩ'ΜΑΤΑ 'ΕΛΑΙΩ'Ν] *Caducam oleam* Latini dicunt. Plin. lib. 17 initio *caducos fructus*, quos pendentibus opponit. VA.

266, 1. Non πυθαεῖα ut ante erat, sed πύθια scripsimus. MA.

266, 1. Ὑπερίδης πρὸς Ἀπελλαῖον] Ejus orationis meminit Pollux 3, 27. καὶ παρ' Ὑπερίδῃ. ἐξέδωκε τὴν πρόγονον τὴν αὐτοῦ, ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ θησαυροῦ. VA.

266, 1. ἄπορον πῶς ἀπὸ τούτου ἐσχημάτισται] Πυθίου forte pro τούτου, quod probabilius sane quam Meursii (Att. Lect. 4, 2.) ἄπορον πῶς ἂν τοῦτο. Thucyd. 5, 53. περὶ τοῦ θύματος τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθέως. ibi unus alterque Cod. Πυθιέως· Ἀπόλλων Πυθαεὺς, quod nomen ejus etiam filio, apud Pausan. 2. p. 194, 14. sqq. p. 197, 39. 231, 2. 233, 23. Πυθαῶς apud Steph. in Πυθώ. ἐν τῷ Πυθαίῳ Jambl. V. P. §. 50. HEMST.

266, 4. ΠΝΥΚΙ'] Suidas habet πυκνί. τῶν Ἀθηναίων ἐκκλησία οὕτως ἐκαλεῖτο. Κλείδημος δέ φησι πύκνα ὀνομασθῆναι διὰ τὸ etc. Idem, πνὺξ, inquit, ἔδει, ἀλλὰ μεταθέσει στοιχείου Ἀριστοφάνης πυκνὸς λέγει τὴν γενικήν. Mox, πνὺξ πυκνὸς πυκνὶ καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν πυκνί. Sic ergo legendum in Harpocr. At Maussacus, qui hoc non vidit, ut ordinem alphab. servet, πυκνὶ post πλωθεὺς collocandum esse censuit in appendice. Etymolog. in πνὺξ, ἡ γενικὴ πυκνός. διὰ δὲ εὐφωνίαν πυκνός. Eadem habet Stephanus Byzantius in πνύξ. VA.

266, 4. ΠΝΥ'ΚΑ] Videtur ex serie literarum legendum esse Πύκνα, et sic Hesychius appellat in πυκνάπτερα. ubi tamen allusio Comici potius esse videtur, qui πυκνὰ πτερὰ in concione videre se dicebat. Thucyd. lib. 8. sub finem. οἱ Ἀθηναῖοι ναῦς τε εἴκοσιν ὅμως ἐπλήρουν, καὶ ἐκκλησίαν συνέλεγον μίαν μὲν εὐθὺς πρῶτον εἰς τὴν Πύκνα καλουμένην, οὗπερ καὶ ἄλλοτε εἰώθεσαν. Sed vide omnino Stephanum de Urbibus, cujus verba sunt corrupta et mutila, et in MSS. Demosth. Πυκνὶ legitur argumento orationis pro Corona. Utitur et Æschines contra Ctesiph. p. 80, οὐ Πύκνα προσιὼν ἀπήνεγκα τὴν γραφήν. Nota. ἀπήνεγκα. Aristoph.

in Equitibus initio, δῆμος Πυκνίτης. et iterum, καὶ τῆς Πυκνός. Ubi Schol. μετάθεσις, inquit, ἐστὶ τῶν στοιχείων. εἰ γὰρ Πνὺξ ἐστιν, ἔδει Πνυκὸς, ἔτι δὲ Πνυκί. Et in Ἐκκλησιαζ. 243. ἐν ταῖς φυγαῖς μετ' ἀνδρὸς ᾤκησα ἐν Πυκνί. Et mox 281. εἰς τὴν Πύκνα ἥξειν ἄντικρυς bis ait. VA.

267, 7. In manuscriptis ita legebatur, Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς β θεσμοφοριαζούσαις. Hanc lectionem nos expressimus, quæ melior est, nam quæ nobis hodie supersunt Comici θεσμοφοριάζουσαι, priores sunt, ut docemur a Clemente Alexandrin. Stromat. 6. et ab Aulo Gellio lib. 15. cap. 10. In ea fabula de Pylagoris ne verbum quidem, unde satis conjicere licet loqui hic voluisse Harpocrationem de secundis. MA.

267, 8. ΠΥΡΙΛΑ'ΜΠΟΥΣ] Erat Pyrilampes studiosus alendarum avium, ut ait Plutarchus in Pericle, et in Antiphonte. De Demo ejus f. Eupolis ἐν Πόλεσι. καὶ τῷ Πυριλάμπους Δήμῳ ἄρα κυψέλη ἔνεστι, ut refert Schol. Comici. De studio alendarum ad certamen avium Plato 7. de Legibus initio præclare. Ælianus 5, 21. de Hist. Animalium, Ἀθήνησι μέν γε ἐν ταῖς νουμηνίας ἐκάλουν τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας ἐπὶ τούτων (τῶν ταῶν) ἱστορίαν. καὶ ἐτίμησαν τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ χιλίων δραχμῶν, ὥς φησιν Ἀντιφῶν ἐν τῷ λόγῳ πρὸς Ἐρασίστρατον. Idem ait Athenæus 9, p. 397. qui Antiphontis verba ex oratione περὶ ταῶν refert, ἀλλὰ τὰς μὲν νουμηνίας ὁ βουλόμενος εἰσῄει, τὰς δ' ἄλλας ἡμέρας εἴ τις ἔλθοι βουλόμενος θεάσασθαι, οὐκ ἔστιν ὅστις ἔτυχεν. καὶ ταῦτα οὐκ ἐχθὲς οὐδὲ πρώην, ἀλλ' ἔτη πλέον ἢ τριάκοντα. VA.

267, 8. Supra in εὐοφθάλμως excusum est περὶ ταώνων, sed melius est ut legatur περὶ ταῶν, licet Ταώνων dicant Attici. Eustath. ad Iliad. β. p. 346. edit. Roman. τοιοῦτον δέ τι καὶ ὁ ταῶς. Ἀντιφῶν μὲν γάρ φασιν ὁ ῥήτωρ δισυλλάβως κλίνει, λόγον γράψας ἐπίγραμμα ἔχοντα περὶ ταῶν. Ἀττικοὶ δὲ εἰπόντες ταῶνι ἐμφαίνουσιν ὡς ὁ ταῶν ἐστιν ἡ εὐθεῖα. Athen. lib. 9. Dipnosoph. Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται ἔχων ἐπίγραμμα περὶ ταῶν. Quæ verba ob oculos habebat Eustathius, cum illa scriberet. Cæterum ne mireris Harpocrationem de Pyrilampe loquutum esse, filius enim ejus Demus innumeros pavones alebat, et de eo sine dubio sæpius Antiphon in illa oratione fecerat mentionem, ut patet ex hoc Athenæi loco: καὶ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ οὐδεμία μνεία τοῦ ὀνόματος γίγνεται. ὄρνεις δὲ ποικίλους πολλάκις ἐν αὐτῷ ὀνομάζει, φάσκων τούτους τρέφειν Δῆμον τὸν Πυριλάμπους. Male Dalecampius, *ibidem* (vertit) *ab Atheniensi populo nutriri multos prænitidos refert*, debebat, *Demum Pyrilampis filium*

multos alere inquiens. Quod postea vidimus observatum a magno Casaubono in cap. 12. lib. 9. Animadvers. In eumdem ferme errorem incidit Florens Christianus ad illa Vesparum 97:

> *καὶ νὴ Δί' ἂν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον*
> *τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλὸν,*
> *ἰὼν παρέγραψε πλησίον, κημὸς καλός.*

Vertit enim,

> *Si forte scripta vidit ad quasdam fores*
> *Hæc verba, bellus Pyrilampis vicus est,*
> *Tum pro suo addet more, bellus fiscus est.*

Voluit præstantissimus ille vir hic servare leporem verborum Græcorum, sed lapsus est lepide, nam *non bellus Pyrilampis vicus est,* vertendum erat, sed *bellus Pyrilampis Demus aut filius,* ut lex metri stet, et ferme idem lepor, qui est in verbis vicus et fiscus. De hoc Pyrilampe et demo eleganter Lysias in orat. *ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων πρὸς τὸ δημόσιον. Δῆμος γὰρ ὁ Πυριλάμπους τριηραρχῶν εἰς Κύπρον, ἐδεήθη μου προσελθεῖν αὐτῷ, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου, φιάλης μὲν χρυσῆς.* Quæ verba sine dubio auctoris nostri oculos effugerant. Hesychius; *Δῆμος καλὸς, Πυριλάμπους υἱὸς ἦν οὗτος.* Rursus: *Δῆμος, ὄνομα κύριον, τὴν ὥραν κάλλιστος. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἐρασταῖς ἐπιγράφειν πανταχοῦ τὰ τῶν παίδων ὀνόματα.* De quo more nos alibi agemus fusius, ut et de Demo et Pyrilampe. sufficiant hæc in præsens. MA. Callimachus de Diagora apud Laërtium: *αὐτὸς ὁ μῶμος ἔγραφεν ἐν τοίχοις ὁ κρόνος ἐστὶ σοφός.* Et Aristophanes Acharn. *ὑμῶν τ' ἐραστὴς ἦν ἀληθῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφεν, Ἀθηναῖοι καλοί.* Schol. *ἴδιον ἐραστῶν ἦν τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις, οὕτως, ὁ δεῖνα καλὸς, καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ,*

> *ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτο*
> *γράμματα, Κυδίππην ὡς ἐρέουσι καλήν.*

Plutarchus in libello *περὶ τοῦ τὰ ἄλογα λόγῳ χρῆσθαι, ἐν δὲ τῇ θόλῳ τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος λαθών τις ὑμῶν ἐνέγραψεν· Ἀχιλλεὺς καλὸς ἤδη τοῦ Ἀχιλλέως υἱὸν ἔχοντος.* Et Phidias in digito Jovis Olympii inscripserat *Παντάρκης καλὸς,* teste Nazianzeno in Iambicis, et Suidas in *Ῥαμνούσιος.* VA.

267, 9. ΠΥΡΡΑ] Thucyd. 3, 18. *Πύρραν καὶ Ἔρεσον καὶ Ἀντίσσην* urbes in Lesbo memorat, quibus adde Methymnam et Mitylenem. Erat enim Lesbos Pentapolis. Schol. Lycophronis v. 1098. VA. Duplex hic error erat in prioribus editionibus.

Nam male legebatur Πυρραμία uno verbo, et pejus adhuc luxata erat hæc vox a præcedenti Πύρρα. Nos conjunximus, et una scripsimus Πύρρα μία πόλις, etc. MA.

267, 12. ΠΩΛΗΤΑΙ' καὶ ΠΩΛΗΤΗ'ΡΙΟΝ] An vero diversi sunt ab his πωληταὶ et πωλητήριον τῶν μετοίκων, ubi inquilini, qui pensionem τὸ μετοίκιον non solverant, publice vendebantur, de quibus Dem. in 1. contra Aristog. cujus verba citat Suidas in μέτοικοι non laudato autore. Ζωβίαν ὑποδεξαμένην Ἀριστογείτονα φυγόντα καὶ ἀξιοῦσαν εὐπαθεῖν, ὅτι ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τοῦ μετοικίου πωλητήριον ἤγαγε, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακε. καὶ αὖθις. τοῦτον δὲ ἐπίπρασκον τὸ μετοίκιον ἀποτονοῦντα θεῖναι, quæ ultima sunt ex Laërtio in Xenocrate, ubi ἀπονοῦντα. Lege ἀτονοῦντα. Sic Origenes lib. 5. contra Celsum 271. Suidas in πωληταί. οὗτοι τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ κατὰ προθεσμίαν, καὶ μὴ ἀποδιδόντων ἐπίπρασκον τὰς οὐσίας· ὑπέκειντο δὲ τοῖς πωληταῖς καὶ ὅσοι τὸ διαγραφὲν ἀργύριον ἐν πολέμῳ μὴ εἰσέφερον. ἔτι καὶ οἱ ξενίας ἁλόντες. καὶ ὁ μέτοικος προστάτην οὐκ ἔχων, καὶ ὁ ἀποστασίου γραφείς. τούτων γὰρ τὰς οὐσίας πωλοῦντες παρακατέβαλλον εἰς τὸ δημόσιον. VA.

265, 19. ΠΩ'ΛΑΣ] Suidas πωλάς. VA.

268, 1. Vide supra ἀποπεφασμένον, et πεφασμένης, quæ eadem sunt, et ad legem veterem Atticam spectant, cujus verba explicantur ex professo in orat. Lysiæ contra Theomnestum. Nostra synagoge hæc non prætermittet. MA.

268, 2. Τὸ παρέχειν ἑαυτὴν τοῖς βουλομένοις, ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστὶ περνάναι] F. τὸ περνάναι, ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν, ὅπερ ἐστὶ παρέχειν, etc. (Sic in margine. Sed in primis paginis scripsit:) Lego ὅπερ ἐστὶ περνάναι, ὅθεν καὶ τὸ πορνεύειν. Sic enim deducit τὸ πορν. ἀπὸ τοῦ περνάναι, quod est πωλεῖν seu πιπράσκεσθαι, ut usurpat Aristoph. in Equit. 176. Schol. Lycophronis p. 54. Suidas πέρναται πιπράσκεται. ἔνθεν καὶ πόρνη ἡ πωλοῦσα τὴν μίξιν. Hipponax, καὶ μὴν καλύπτει μῶν χαράδριον περνᾶς apud Suidam in χαράδριος. Ita Etymologus in πόρνη. VA.

268, 7. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου] Καὶ ἐπιστολὰς ἔπεμψεν ὁ Φίλιππος δύο καλούσας ὑμᾶς, οὐχ ἵν' ἐξέλθητε. πώμαλα. Ulpianus, ὄνομα δέ ἐστιν ὑφὲν ἀναγινωσκόμενον, ὥς μέν τινές φασι Σικελῶν κομισάντων τῶν ἐκεῖθεν φυγάδων. ἰσοδυναμεῖ δὲ τῷ κατ' οὐδένα τρόπον. οὐδ' ὅλως. Aristoph. ἐν Πλούτῳ scena 2. ait Plutus, ὦ τᾶν ἀπαλλάχθητον ἀπ' ἐμοῦ. Chremylus resp. πώμαλα. Ubi Scholiastes, οὐδαμῶς. ἔστι δὲ Ἀττικὸν καὶ ἐπίρρημα ἀρνήσεως. VA.

269, 1. Fragmentum hoc est e Cocalo Aristophanis. auctor

Suidas. MA. Suidas post illa οὐ πάνυ ait: ἔστι δὲ Ἀττικόν. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Ἀσύβαρον ἐπιστολῇ. γενναίως γὰρ αἱ γυναῖκες πώμαλα ἔφασαν ὀρχεῖσθαι αὐτὰς, δέον οὐδὲ ποιούσας ἀπηλλάχθαι τοῦ συμποσίου ἐγένοντο. VA.

269, 6. ῬΑΙ'ΣΑΣ—Δημοσθένης Φιλιππικοῖς] Non memini legere apud Demosth. Imo in prima Olynth. ubi historiam ὡς ἐν συντόμῳ Philippi scribit. ἠσθένησε πάλιν, ῥαΐσας οὐκ ἐπὶ τὸ ῥᾳθυμεῖν ἀπέκλινε, ἀλλ' εὐθὺς τοῖς Ὀλυνθίοις ἐπεχείρησε. Ulpianus notat, οὐ τὸ ὑγιάνας σημαίνει, ἀλλὰ κουφότερον ἔχων ἐκ τοῦ νοσήματος. Eustathius Ὀδυσσ. δ. p. 1509. λέγεται δὲ καὶ ῥᾴων ὁ ἐκ νόσου ὑγιής. καὶ ῥαΐζειν τὸ ἀπὸ νόσου ἀνασφάλλειν. VA.

269, 6. ῬΑ'ΙΩΣ] Ῥᾷον Suidas. VA.

269, 16. Inepte omnino ante nostram editionem excusum erat Ἰσαῖος ἐν τῇ πρὸς Καλλίμαχον παραγραφῇ. Fecimus nos ex Isæo Isocratem, quia hujus exceptionis, quæ etiamnum exstat, verus et legitimus parens Isocrates. Sed inquiet pervicax quidam et durus capito, ubi in illa oratione de Rhinone mentio? Nullibi, respondebo, si mendum quod hactenus latuit in omnibus libris Isocratis, retineatur. At si ope nostra veram lectionem amplecti velint studiosi homines, luculentissima et splendidissima erit commemoratio illa, quam in ea oratione Isocratem de Rhinone facere demonstrabimus. Leguntur hæc ipso initio exceptionis, ἀμφισβητοῦντες δὲ περὶ τούτου, καὶ λοιδορίας αὐτῆς γενομένης, ἄλλοι μὲν πολλοὶ συνέδραμον, καὶ κατὰ τύχην Οἴνων εἷς τῶν δέκα γενόμενος προσῆλθεν. Ita hucusque omnes legerunt cum interprete, ita ut hactenus persuasum fuerit doctis, Œnonem quendam fuisse decem virorum, qui triginta tyrannis successere, unum. Nos e contra corrigimus in textu Isocratis, et legimus Ῥίνων, qui Rhinon ille est, qui vere decemvir, sive Δεκαδοῦχος fuit. Facilis mutatio τοῦ ρ in ο, nam si caudam τοῦ ρ demas, remanebit ο. Heraclides in fragmento de Politiis pro nobis fidejubet: τούτων δὲ καταλυθέντων Θρασύβουλος καὶ Ῥίνων προειστήκεσαν, ὃς ἦν ἀνὴρ καλὸς κἀγαθός. Xenophon, mel Atticum, lib. 2. rerum Græcarum, inter Decemviros[u] illos qui successere triginta Tyrannis Rhinonem hunc recenset. Ita Æschines Socraticus dialogum composuerat, qui inscribebatur Ῥίνων, ut testantur Diogenes Laert. et Suidas. Quid si etiam dicamus Archippum Comicum drama docuisse, cujus epigraphe in hunc modum erat concepta Ῥίνων, hoc aperte nos docet Pollux lib. 2. cap. 4. et

[u] Inter Decemviros illos] Falsum est, nec verbulum ullum de Rhinone profert Xenophon. VA.

lib. 7. cap. 33. et lib. 10. cap. 45. Sed videndum num alio referri debeat hæc dramatis epigraphe. MA.

270, 1. 'ΡΟΔΟΓΟΥΝΗ] De qua Dio Chrysost. orat. 64. et Philostratus in Imagnibus lib. 1. VA.

270, 6. 'ΡΟΘΙΟΝ] Suidas in *ῥόθιον*. *'Υπερίδης τῷ ῥοθίῳ ἐπὶ τῆς εἰρεσίας χρῆται συντονωτάτης. φησὶ οὖν, τὸ μὲν οὖν ἐλαυνόντων πλῆθος καὶ τὸν τοῦ ῥοθίου ψόφον καὶ τὸ μέγεθος τοῦ σκάφους ἐκπεπληγμένοι δεινῶς ἦσαν.* VA.

270, 10. Laudatur tribus in locis hæc oratio Lysiæ *κατ' 'Ανδοκίδου ἀσεβείας*, et in *καταπλήξ*, et in *φαρμακός*. Hodie ejus inscriptio non exstat in orationibus Lysiæ quæ nobis supersunt, quamvis fragmentum ex ea oratione nobis supersit amplum illud quidem et luculentum, sed male hodie confusum et immixtum alteri fragmento orationis *ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας*, quod ipsamet prima verba indicant quæ leguntur in lacuna p. 103. edit. Henr. Stephan. illic legitur l. 16. *ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ.* Ad illa verba Harpocration laudat Lysiam in oratione *κατ' 'Ανδοκίδου ἀσεβείας*, et ex ea fragmentum hoc depromit, *ἔδησεν τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ῥόπτρου τοῦ ἱεροῦ.* Ergo dubitandum non est quin ea verba non ex oratione *ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας* sint, sed ex oratione *κατ' 'Ανδοκίδου ἀσεβείας*. Separanda sunt et distinguenda illa fragmenta: primum orationi quæ inscribitur *ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας* relinquendum est, secundum orationi quæ est inscripta *κατ' 'Ανδοκίδου ἀσεβείας*. in hoc nulla usquam de Callia mentio, imo semper de Andocide loquitur[x] orator, unde suspicari licet ad aliam hoc fragmentum pertinere. Verba etiam quæ ex oratione *ὑπὲρ Καλλίου* citantur ab Harpocratione, hodie non leguntur in illo fragmento. Unde certissimum est non ex ea illud esse, sed potius ex oratione *κατ' 'Ανδοκίδου ἀσεβείας*, quod non latuit Guilelmum Canterum, qui lib. 8. novarum lectionum cap. 4. hæc etiam divinitus animadvertit, et hanc confusionem sustulit. In fine hujus notæ male erat *Ξενοφῶν 'Ελληνικῶν ὀγδόῃ*. Nos restituimus *ἕκτῳ*. MA.

270, 13. *Συνεσταλμένως* et *ἐκτεταμένως* voces sunt quæ ad Grammaticorum filios pertinent. Ammon. aliter aliquando loquitur, *ἐάν τε ἐκτείνηται, ἐάν τε συστέλληται*, voce *λείαν*. Sensus Harpocrationis hic est, si *ῥυτὰ* contracte scribas, poculi genus significabit, at si simpliciter *ῥητὰ*, ea quæ a nobis dicuntur (male

[x] De Andocide loquitur] Illo oratore, ut patet ex verbis Lysiæ p. 103. Harpocr. in *καταπλήξ* et in *φαρμακὸς* Lysiam laudat *ἐν τῷ κατ' 'Ανδοκίδου ἀσεβ.* quæ verba in eo fragmento, quod habemus, cum legantur, dubium non est inscribi debere *κατ' 'Ανδοκίδου*. VA.

habet Suidas παρ' ἥβην pro ἡμῖν.) Quomodo Ammonius στρατείαν ἐκτεταμένως significare dixit τὸ πρᾶγμα, συνεσταλμένως vero, ut cum scribitur per contractionem στρατιὰ, τὸ τῶν στρατιωτῶν πλῆθος. Idem Ammonius χόας συνεσταλμένως significare festum asserit, ut στάχυς ἐκτεταμένως plurale esse: at vero βραχέως nominativum: quæ vox βραχέως respondet alteri συνεσταλμένως. Cæterum quæ de poculis quæ olim ῥυτὰ vocabantur hic dixit Harpocration, ea verbo ad verbum hausta sunt ex undecimo lib. Dipnosoph. Athenæi. Consule p. 496 et 497. edit. Commelinensis. MA.

270, 13. 'ΡΥΤΑ'] Ulpianus: ῥυτὰ δὲ ἐπιμήκη ποτήρια κερατοειδῆ, ἄνω μὲν εὐρυνόμενα, εἰς ὀξὺ δὲ λήγοντα. Eorum formam ex vett. nummis proponit Salmasius tomo 2 in Solinum. Athenæus illud poculum solis heroibus competere scribit ob capacitatem lib. 11. VA.

270, 17. Primi sunt Phryges qui Βάκχους dixere Σαβοὺς, ex his deinde Græcorum quidam Βάκχον dixere Σαβάζιον, et Βάκχους Σαβούς. Lego in textu auctoris mei, οὕτω δέ φασι καὶ τῶν Ἑλλήνων τινες τοὺς Βάκχους Σαβοὺς καλεῖν. Eustath. in schol. ad Dionys. de situ orbis: ἦσαν δὲ καὶ ἔθνος Θρᾳκικὸν Σάβοι, ὅπερ τοὺς Βάκχους δηλοῖ Φρυγίᾳ διαλέκτῳ, ἐξ οὗ καὶ ὁ Διόνυσος ἔοικε Σαβάζιος λέγεσθαι, διότι καὶ Βάκχος αὐτός. Phrygum autem Deum fuisse Σαβάζιον certissimum est. Comicus Av. 874. καὶ Φρυγίλῳ Σαβαζίῳ. Idem Ὧραις, τὸν Φρύγα, τὸν αὐλητῆρα, τὸν Σαβάζιον. Iidem Σαβάζειν pro εὐάζειν dixere. Unde postea Διόνυσος dictus fuit Σαβάζιος, et Σαβοὶ οἱ ἀφιερωμένοι αὐτῷ τόποι καὶ οἱ Βάκχοι αὐτοῦ. Heracleotes, quem auctor noster Amphitheum vocare videtur, in duodecimo de Heraclea, (forte enim legendum pro δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας, δωδεκάτῳ) φαίνεται γὰρ ἐξ ὧν εὑρίσκω μὲν (sic lego, συλλογιζόμενος, aut εὑρίσκομεν συλλογιζόμενοι) πολλαχόθεν, ὅτι Διόνυσος καὶ Σαβάζιος εἷς ἐστι θεὸς, τυχεῖν δὲ τῆς προσηγορίας ταύτης παρὰ τὸν γενόμενον περὶ αὐτὸν θειασμόν. τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ Βάρβαροι Σαβάζειν φασίν. ὅθεν καὶ τῶν Ἑλλήνων τινες ἀκολουθοῦντες τὸν εὐασμὸν Σαβασμὸν λέγουσιν. Hæc sunt quæ referri voluit auctor noster, sed τεμάχιον tantum ultimum allatum est.

7 Δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας] Plurimi autores περὶ Ἡρακλείας scripsere. Καλλίστρατος ἐν δευτέρῳ τοῦ καθ' Ἡράκλειαν memoratur in scholiis ad primum Apollonii 1125. itemque Προμαχίδας εν τοις περὶ Ἡρακλείας ibid. Κόνων ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ, quod opus de Herculis rebus fortasse scriptum erat, ut Pisander Rhodius Καμιρεὺς poëta Ἡράκλειαν scripsit, sed et Νύμφις Ἡρακλεώτης περὶ Ἡρακλείας scripsit teste eodem Schol. lib. 2, 731. 754. et Athenæo, et Plutarcho. VA.

Ex illis Amphithei verbis poetarum enarratores omnes et Grammatici suas epulas extruxerunt. Schol. epigrammat. Græcor. lib. 2. Tit. *εἰς θεούς*. Etymologus et alii quorum verba purgari debent et sanari beneficio luculenti illius loci, ex quo auctorem nostrum et Comici enarratorem ad Aves tanquam ex eodem fonte sua hausisse statim odorati sumus. MA. Strabo lib. 10. *καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστι, καὶ τρόπον τινα τῆς μητρὸς τὸ παιδίον παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός*. Proverbiale est *τοῦ πατρὸς* aut *τῆς μητρὸς τὸ παιδίον*, quo usus est Basilius ep. 146. ad Libanium. Tertullianus 2. ad nationes cap. 13, et Varro eo titulo satiram scripserat, ut testis est Nonius Marcellus. Sic apud Aristoph. in Av. 768. *πέρδιξ γενέσθω τοῦ πατρὸς νεόττιον*. Porro sacra hujus Sabazii Romam translata sunt. Vetus Inscriptio apud Onufrium in civit. Rom. p. 247. *L. Luceio L. f. Tep. Hibero sacerdoti sacrorum Savadior.* Sabadius enim dicebatur vulgo, non Sabazius, teste Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 18, Arnobio lib. 5, Apuleio lib. 8. Cicero 3. de Nat. Deorum. *Tertium Dionysum Caprio patre, eumque Regem Asiæ præfuisse dicunt, cui Sabazia sunt instituta.* Sic pro *oryza*, *orydia*, *et trapedia* pro *trapeza*, ut notat Salmasius in Julium Capitolinum, ubi et inscriptionem illam profert. Origenes lib. 1. contra Celsum, *πιστεύοντας μητραγύρταις καὶ τερατοσκόποις μίθραις τε καὶ σαβαδίοις*. VA.

271, 11. Philemon Comicus Eumenides distinguebat *ἀπὸ Σεμνῶν θεῶν*, sed fallebatur, ni nos ipsimet fallimur. Nam si Athenienses ex Harpocratione Erinnydes vocaverint *Σεμνὰς θεὰς* [z], quid prohibet quo minus Eumenides sint *Σεμναὶ θεαί*? Erinnydes a judicio Orestis Eumenides dictæ fuere, ante enim *εὐμενεῖς* non fuerant. Ergo non male *Σεμναὶ θεαὶ* vocabuntur Eumenides, quod non differant Erinnydes et Eumenides. Certe ex variis istis denominationum generibus ortum esse *παροιμιῶδες* non dubito, *ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλὰ*, quod alii eas Erinnydes, alii *Σεμνὰς θεὰς*, alii Eumenides vocarent, et tandem nomen Eumenidum prævaluerit: ne quæras aliam proverbii originem. Frustra omnes qui aliter opinantur. Porro quin Harpocration cum hæc scriberet, Dinarchi et Demosthenis verba in mente haberet, non dubito. Ille in orat. *κατὰ Δημοσθένους· Αὗται αἱ Σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ, καὶ τῇ τούτου*

[z] *Σεμνὰς θεάς*] *Σεμνὰς Ἐρινῦς* vocat Sophocl. in Ajace Mastigoph. p. 50. Pausanias Corinth. p. 42 *σεμνὰς θεὰς* ab Ath. dici notat, quæ ab aliis Eumenides, et Eustathius Ἰλ. ι' p. 763. VA.

ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. Demosthenes orat. adversus Midiam: *περιεῖδε δὲ ταῖς Σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν, καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν.* Quæ verba hactenus ita lacere et corrupta remanserunt, nec est ullus, ex his qui in Demosthenem aliquid contulerunt, qui non crediderit veram hanc esse hujus loci lectionem, et qui non concluserit cum Ulpiano ex horum verborum auctoritate, tres tantum antiquitus fuisse Dearum illarum *ἱεροποιούς.* Ulpian. *τρεῖς δὲ ἴσως ὑπέστησεν, ἐπεὶ καὶ τρεῖς δοκοῦσιν εἶναι θεαί*[a]. Eamdem opinionem amplexati sunt viri doctissimi post illum Budæus, Sigonius, et omnis ferme eruditorum caterva. Nos primi monere volumus textum Demosthenis corruptissimum esse et non tres Dearum illarum *ἱεροποιοὺς* tantum fuisse, sed decem. Togam compone lector, et te a regina veritate abduci patere. Verba Demosthenis sic corrigo: *περιεῖδε ταῖς Σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν*[b] *καιρὸν καταρξάμενον.* Ex *περὶ τὸν* fecerunt *τρίτον* Notarii, et vo-

[a] *Εἶναι θεαί*] Adde verba elegantissima, quæ ibi sequuntur: *ἡ δὲ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ τὸν ἱεροποιὸν ᾑρεῖτο, ᾗ τὰ τῶν Εὐμενίδων ἐπετέτραπτο, ὧν καὶ τὸ ἱερὸν πλησίον ἵδρυτο τῆς βουλῆς, καὶ οἱ μέν φασιν, ὅτι διὰ τὸν Ὀρέστην ἐκεῖ καθιδρύθη, βέλτιον δὲ λέγειν διὰ τὰ φονικά. ἐπειδὴ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὰ τῶν φονέων ἐδικάζοντο, ἐκεῖ καθιδρύθησαν, ἵν' εἴ τι καὶ λανθάνειν μέλλοι τὴν βουλὴν, αὗται συναγωνίζωνται πρὸς τὸν ἔλεγχον ἐγγὺς ἐφεστῶσαι.* Vide Harpocr. in Eumenides, ubi tres recensentur, sed Schol. Sophoclis in Œdipode Coloneo 39. ad illa

Αἱ γὰρ ἔμφοβοι
Θεαί σφ' ἔχουσι γῆς τε καὶ σκότου κόραι.

Mox idem hospes:

Τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ὢν
Εἴποι λεὼς νιν. ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.

Schol. notat, *Φύλαρχός φησι δύο αὐτὰς εἶναι, τά τε Ἀθήνησιν ἀγάλματα δύο, Πολέμων δὲ τρεῖς αὐτάς φησι.* Mox: *Ἐπιμενίδης Κρόνου φησὶ τὰς Εὐμενίδας, ἐκ τοῦ, καλλίκομος γένετο χρυσῆ Ἀφροδίτη Μοῖραί τ' ἀθάνατοι καὶ Ἐριννύες αἰολόδωροι. Ἴστρος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ, μητέρα τῶν Εὐμενίδων Εὐωνύμην ἀναγράφει, ἣν νομίζεσθαι γῆν. ἔνιοι δὲ μεταβαλεῖν αὐτῶν φασὶ τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέστῃ. τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας, κριθέντι νικᾷν παρ' Ἀθηναίοις καὶ ὁλοκαυτώσαντι αὐταῖς ὄϊν μέλαιναν ἐν Καρνίᾳ τῆς Πελοποννησίας. Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ἑτέρας φησὶ τὰς σεμνὰς θεὰς τῶν Εὐμενίδων.* Porro hæ Eumenides, de quibus ibi Sophocles agit, erant in Hippio Colono, ut ipse poëta ait. Aliud earum templum juxta Areopagum fuit, de quo vide Paus. Atticis p. 20, ubi Erynnides et *σεμνὰς θεὰς* easdem ait esse. VA.

[b] *Περὶ τὸν αὐτόν*] Inepta emendatio. Longe modestius, si contentus fuisset dicere: *καὶ τρίτον αὐτὸν καταρξάμενον τῶν ἱερῶν,* in qua emendatione tantum *καὶ* transponitur. *κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν* est victimam cædere, de quo ad Diodorum Sic. notavi. Aristoph. in Avibus v. 960. *ἱερεὺς* ait, *Εὐφημία 'στω.* Ait *χρησμολόγος, μὴ κατάρξῃ τοῦ τράγου.* Andreas Justinopol. qui barbare hanc comœdiam vertit, verbum verbo reddidit, *ne incipias hirco.* Occurrit frequenter apud Dionysium Halic. VA.

cem *καιρὸν* prætermisere. Quæ cum ita se habeant, corruit omnino fundamentum omne, quo suffulta videbatur sententia prior. Ex verbis enim Demosthenis *καὶ τρίτον αὐτὸν*, conjiciebant omnes tres tantum fuisse *ἱεροποιοὺς* Eumenidum. Sed non sufficit corruisse fundamentum, nisi tota domus, aut ædificium susque deque vertatur et pessum detur. Superest probandum decem fuisse *ἱεροποιοὺς* venerandarum Dearum, ut nostra melius adstruatur opinio, quod exsequimur breviter, ne vadimonium videamur deserere. Nam fidejussorem habemus Dinarchum qui est solvendo, et in oratione *κατὰ Λυκούργου εὐθυνῶν*, quæ nobis periit, ita locutus est: *Καὶ τὰς Σεμνὰς θεὰς αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιὸς καταστὰς δέκατος αὐτός.* Quisquis ille erit qui imposterum ibit infitias, et hæc negare audebit, næ Cerritus ille, et qui ad Prætorem et cognatos amandetur dignus erit. *ἱεροποιῶν* alii erant Athenis venerandarum Dearum decem, de quibus jam egimus. Alii etiam numero decem[c] dissimiles, qui vaticinia sacra instituebant, et si quando opus esset, litationibus, ut propitium fieret numen, cum auspicibus sacra faciebant: et sacrificia constituta perficiebant, et pentaeteridas omnes administrabant regebantque exceptis Panathenæis, teste Aristotele in lib. de Repub. Atheniens. et Demosth. in Philippic. 4.[d] quæ vulgo inscribitur prima. Sed ejus verba quæ hodie male habent sananda sunt, *οἱ λογοποιοὶ πομπὰς πομπεύουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν.* Male est in omnibus Demosthenis libris, *οἱ λοιποὶ*[e] *πομπὰς πέμπουσιν*, quamvis *πέμπουσιν* non reprobum sit. Nam *πομπὰς πέμπειν*, et *πομπεύειν* dicunt Attici. MA.

[c] Alii etiam numero decem] Pollux diserte 8, 107. *περὶ ἱεροποιῶν. δέκα ὄντες οὗτοι ἔθυον θυσίας τὰς πενταετηρίδας* etc. quæ ibi vide. Habet hæc Maussacus ex Etymol. *ἱεροποιοὶ κληρωτοὶ ἄρχοντές εἰσι, ι' τὸν ἀριθμὸν, οἳ τά τε μαντεύματα ἱεροθυτοῦσι, κἂν τι καλλιερῆσαι δέῃ, καλλιεροῦσι μετὰ τῶν μάντεων καὶ θυσίας τὰς νομιζομένας ἐπιτελοῦσι, καὶ τὰς πενταετηρίδας ἁπάσας διοικοῦσι πλὴν Παναθηναίων. ταῦτα δὲ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Δημοσθένης ἐν Φιλιππ. δ'. οἱ λογοποιοὶ τὰς πομπὰς πομπεύουσιν ὑμῖν μετὰ τῶν ἱεροποιῶν. μὴ ἀγνοῶμεν ὅτι καὶ ἄλλοι εἰσὶν ἱεροποιοὶ τῶν σεμνῶν θεῶν τὸν ἀριθμὸν δέκα. Δημοσθ. ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. οὐ περιεῖδε ταῖς σεμναῖς θεαῖς l. a. ἐξ. a. a. καὶ περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν κατ. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Λυκούργου εὐθύνων φησὶ καὶ τὰς* etc. Athenæus lib. 4. p. 137. *τοῦ μὲν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν εἰσενέγκαντος ὀψοποιοῦ λοπάδα πρὸς ἑτέραν τινὰ χρείαν, τὸν κέραμόν φασι κατάξαι πάντα τοὺς ἱεροποιοὺς ὡς μακρόθεν οὐκ ἀστείας παρεισδύσεως γινομένης. Συνιεροποιὸν* dixit Dinarchus. Sic enim in Polluce scribendum 6, 159. VA.

[d] Demosth. in Philippic. 4.] Errat Maussacus, nec locum Demosthenis intellexit. VA.

[e] Οἱ λοιποὶ] Supple *στρατηγοὶ, ταξίαρχοι* pompas vobis deducunt, Delum videlicet aut Delphos, ubi sacra patria faciebant Athenienses, et propter Philippi classem opus habebant armatis militibus ac ducibus, qui pompam tuto deducerent. VA.

271, 13. Σεσημασμένῳ] Suidas in συσσημαίνεσθαι. VA.

272, 3. ΣΗΚΟ'Σ] Σηκὸς plura significat, ut *stabulum*: hinc σηκηκόρος apud Pollucem 7, 151. ὁ τὰς μάνδρας καθαίρων. Significat et *adytum templi*. Sed hoc loco apud Lysiam pro *stipite sacra olivæ* sumitur. Suidas in μορίαι. τῆς δὲ μορίας ἐκείνης ὁ στέλεχος σηκὸς ἐκαλεῖτο. Ante dixerat: μορίαι ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια. ἦσαν δὲ πρῶτον ιβ' τὸν ἀριθμὸν αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν. VA.

272, 3. Τῆς εὐσεβείας] Τῆς ἀσεβ. VA.

272, 3. Exstat adhuc hæc oratio, inscribiturque hodie ἡ ὑπὲρ Σηκοῦ ἀπολογία. MA. Photius in bibliotheca, Παῦλος δέ γε ὁ ἐκ Μυσίας τόν τε περὶ τοῦ σηκοῦ λόγον τῆς γνησιότητος τῶν Λυσιακῶν ἐκβάλλει λόγων etc. VA.

272, 9. ΣΗΡΑ'ΓΓΙΟΝ] Ἐν τῷ σηραγγείῳ apud Isæum p. 54. unde corrige Hesych. in σηράγγων βαλανεῖον. VA. τὸ ἐν Σηραγγείῳ βαλανεῖον Alciphr. 3, 43. ubi v. Bergler. Hudsonus ad Dicæarch. p. 14. magnum errorem committit, dum ex hac voce Posidippi loco, qui sanus est, medicinam facere conatur. HEMSTER.

272, 12. Confer voces σεσημασμένον, ἀσήμαντα, et alias. Hinc autem recte ἀργυροκοπεῖον dixere σημαντήριον. Et ita in Suida legendum, male hodie est ἡμαντήριον. Habet auctor ille integra verba ex nostro, et tamen maluit vir doctissimus in Glossario suo veterem lectionem retinere, et ἡμαντήριον legere, quam σημαντήριον. Ego e contra illo loci contendo esse legendum σημαντήριον, nam si hoc non admittamus, torquenda erit lectio auctoris nostri. Certe apud eumdem Suidam voce ἡμαντήριον recte ἡμαντήριον legitur. Hæc enim vox detorta est a priori σημαντήριον, et non male inter Græcobarbaras recenseri potest, quod ita posteriores Græci loquuti sint. MA.

272, 12. Σημεῖα] Xenophon lib. de Vect. [4, 21.] p. 540. VA.

272, 17. Inepte priores editiones retinuere οὐκ ἄπωθεν τοῦ ἡλίου. Nos restituimus Ἰλίου, ut supra in καθελὼν pro ἐν ἡλίου Περσίδι restitutum est ἐν Ἰλίου Πέρσει. MA.

272, 19. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος] Et contra Neæram: Σιμὸς ὁ Θετταλός. Et in fine rursus: Σιμὸς ὁ Λαρισσαῖος. VA.

273, 1. Bene est, rem hodie omnibus Reipub. literariæ fautoribus gratissimam faciemus, et Demosthenem ab insigni mendo, in quo hactenus cubavit, liberabimus. Ait ille in orat. pro Ctesiphonte: ἀλλὰ μισθώσας σαυτὸν τοῖς βαρυστόνοις ἐκείνοις ἐπικαλου-

μένοις ὑποκριταῖς Σιμμύκκᾳ καὶ Σωκράτει ἐτριταγωνίστεις. Ego assero esse legendum Σιμύλῳ καὶ Σωκράτει cum Harpocratione, qui eadem verba ferme repetiit. Confirmant opinionem meam manuscripti Demosthenis Codices, in quibus manifeste exaratum invenitur Σιμίλῳ, sed per υ melius est ut legatur Σιμύλῳ. Simylus histrio erat, cujus nomen non ita cognitum hactenus fuit ac Socratis. Quare juvabit aliquid afferre ad illustrationem hujus insignis loci. Auctor incertus vitæ Æschin. καὶ κατὰ Σωκράτους καὶ Σιμύλου τῶν κακῶν ὑποκριτῶν ἀλᾶσθαι κατ' ἀγρούς, εἴη ἂν οὖν ἐνθένδε Ἀρουραῖος λεγόμενος. Pollux lib. 10. cap. 8. Philistum laudat ἐν τῇ ἕκτῃ Σιμύλου Μεγαρικῇ. An de eodem Simylo hypocrita loquatur nescio. Hoc tantum scio apud Athenæum p. 348. lib. 8 edit. Commel. Σίμυλον legendum esse, non ut hodie excusum est Σίμυλαν. En tibi verba Philologi: Θεόφραστος δ' ἐν τῷ περὶ γελοίου λεχθῆναι μέν φησι τὴν παροιμίαν ὑπὸ τοῦ Στρατονίκου, ἀλλ' εἰς Σίμυλον τὸν ὑποκριτὴν, διελόντος τὴν παροιμίαν, μέγας, οὐδεὶς, σαπρὸς, ἰχθῦς. Sciendum est Stratonicum Citharistam, viso Propide Rhodio Citharœdo, staturæ proceræ, artis inscio, et corpore grandiore, interrogatum qualem illum esse existimaret, respondisse, οὐδεὶς, κακὸς, μέγας, ἰχθῦς, distinctis proverbii vocibus, quibus obscure innuebat Propidem primo nullum esse, deinde malum, et magnum, et tandem quod non loqueretur, piscem. Auctor est Clearchus ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν. Verum Theophrastus, ut vidimus, hæc dicta voluit ab Stratonico in Simylum hypocritam, diviso in hunc modum proverbio, id est translatis in hanc formam proverbii vocibus, magnus, nullus, putris, piscis, μέγας, οὐδεὶς, σαπρὸς, ἰχθῦς. Proverbium vetus erat μέγας οὐδεὶς κακὸς, vel σαπρὸς ἰχθῦς, indistincte prolatum. Stratonicus interpunctionibus adhibitis mutavit, et dixit οὐδεὶς, κακὸς, μέγας, ἰχθῦς. Quod Lucilius apud Varron. in lib. 6. de lingua Latin. imitari videtur: *Nequam, magnus homo, laniorum immanis canis.* Hæc est hujus parœmiæ et dicterii vis, quæ vulgo non percipitur. MA.

273, 1. Σίμυλος] Σιμύλος. Suidas in Τερτύλος. VA.

273, 4. Σίμων] Demosth. Simonem et Bianorem memorat Thracas: est et Simon quidam, quem perstringit Aristoph. VA.

273, 5. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος] Imo κατ' Ἀνδροτίωνος et κατὰ Νεαίρας in fine. VA. Duplex hic error est, et Harpocrationis et Notarii. Harpocration dixit Demosthenem in orat. pro Ctesiphonte de Sinope meretrice loquutum esse, quod falsum est: debebat dicere ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος, ut infra voce Φανο-

στράτη. Pejus etiam Notarius prætermissis tribus aut quatuor vocabulis hæc omnia corruperat et mutilaverat, ideoque absurdissimus hinc oriebatur sensus. Non enim Demosthenes in orat. contra Androtionem nos docuit Sinopem meretricem *Ἄβυδον* dictam fuisse, quod vetula esset, sed Herodicus Cratetius. Manuscripti Codices amplius hæc habuere quam excusi, *Ἡρόδικος ἐν γ κωμῳδουμένων φησίν*, quam lectionem nos expressimus, sed melius adhuc legeretur cum Athenæo *Ἡρόδικος ὁ Κρατήτιος ἕκτῳ κωμῳδουμένων*. Vide lib. 13. Dipnosoph. unde hæc excerpta sunt. Quæ sequitur parœmia vulgaris est et in promptu omnibus. MA.

273, 7. [in verbis ab Aldo ex Suida illatis] *Κατασχημενῆσαι*] *Κατασχημονῆσαι*. VA.

273, 10. *Ἀριστοφάνης Τελμισεῦσιν*] Et in Pluto 807. *ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων*. Scholiastes, *σιπύη δὲ ἡ ἀρτοθήκη*. VA.

274, 1. *Σῖτος*] Dicitur et *σίτησις*. Demosth. contra Theocrinem, ubi ait eum accusasse patrem suum *παρανόμων*, quod decretum tulisset, *ἐν ᾧ τὴν σίτησιν ἔγραψε Χαριδήμῳ πατὴρ τῷ Ἰσομάχου υἱῷ*. Dicebat enim Theocrines puero insidias strui hoc decreto: *λέγων ὡς ἐὰν ἐπανέλθῃ εἰς πατρῷον οἶκον ὁ παῖς, ἀπολωλεκὼς ἔσται τὴν οὐσίαν ἅπασαν, ἣν Αἰσχύλος ὁ ποιησάμενος αὐτὸν υἱὸν, ἔδωκε αὐτῷ, ψευδόμενος. οὐδενὶ γὰρ πώποτε τοῦτο τῶν εἰσποιηθέντων συνέβη*. Vide supra in *ὅτι οἱ ποιητοί*. Patrem suum, intellige omnino patrem Epicharis accusatoris, cui Demosthenes hanc orationem scripsit. Isæus p. 36. *δίκην σίτου ἢ τῆς προικὸς* etc. Porro *ἓν ἀνθ' ἑνὸς* dicunt Grammatici, i. simpliciter et absolute. Eustathius 'Οδ. α. p. 1393. Sic Suidas in *κάπηλος*. *ἓν ἀνθ' ἑνός τινες οἴονται εἶναι οἰνοπώλην* etc. Athenæus lib. ult. *Τιμαχίδας δὲ καὶ Σιμμίας οἱ Ῥόδιοι ἀποδιδόασιν ἓν ἀνθ' ἑνὸς Ἴσθμιον στέφανον*. Dalech. *uno ore*. VA.

274, 3. *Ἐν τῷ ἐκ τοῦ Σόλωνος*] Dele *ἐν τῷ*. VA.

274, 3. *καὶ ἐκ τοῦ Σόλωνος*] Tentarunt Meurs. L. A. 1. 22, et S. Petit. L. A. p. 106. Forte legendum, *καὶ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτου* (scil. *νόμου*) *τοῦ κάτω ἄξονος*. Omnino confer quæ J. Scaliger notavit ad Fest. in *Nuptias*. [*ἓν ἀνθ' ἑνὸς*, Valesius ad h. l. Grammaticos ita dicere existimat pro *simpliciter* et *absolute*. Sed. Græcorum quoque optimi scriptores eo sensu usurpant.] Plat. de Rep. p. 574. B. Euripid. Orest. 650. Emendandus Erotian. in præf. p. 9. cf. Diog. L. 8, 9. ubi vid. M. Casaub. Clem. Al. p. 563. D. Dioscor. 3. p. 205. A. cf. Suid. in *κάπηλος* et *πάππα*, ibique Kust. Eustath. ad Il. Λ. p. 844, 12. Α. p. 132,

23. Paulo aliter in Harpocratione intellexit Salmas. de modo Us. p. 159. Idem videtur ἓν πρὸς ἕν, apud Eustath. ad Il. Λ. p. 1347, 40. cf. Jambl. p. 68, 13. HEMST.

274, 3. Κατὰ τοῦ] Καὶ δεκάτου. Suidas legit: ἐν τῷ τοῦ Σόλωνος πρώην κατὰ τοῦ ἄξ. VA.

274, 7. ΣΙΤΟΦΥ΄ΛΑΚΕΣ] Demosth. πρὸς Λεπτίνην, αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου (Leuconis Bospori domini) δεῦρ' ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες, supple μεδίμνων, περὶ τετταράκοντά εἰσι. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. Et Lysias ἐν τῷ κατὰ σιτοπωλῶν p. 156 in fine. Lego autem in Harpocr. πεντεκαίδεκα δέκα μὲν etc. VA.

275, 1. ΣΚΑΜΒΩΝΙ΄ΔΑΙ] Κοινὸν Σκαμβωνιδῶν. Nummus Hadriani teste Goltzio in Thes. VA.

275, 3. ΣΚΑΦΗΦΟ΄ΡΟΙ] Pollux lib. 3. cap. 4. Ælianus lib. 6. Var. Hist. cap. 1. Ammonius in ἰσοτελής. Suidas in ἀσκοφορεῖν, ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πομπαῖς τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἀστῶν ἐπράττετο, τὰ δὲ τοῖς μετοίκοις ποιεῖν ὑπὸ τῶν νομοθετησάντων προσετέτακτο. οἱ μὲν οὖν μέτοικοι χιτῶνας ἐνεδύοντο χρῶμα ἔχοντας φοινικοῦν, καὶ σκάφος ἔφερον, ὅθεν σκαφοφόροι προσηγορεύοντο. οἱ δὲ ἀστοὶ ἐσθῆτα εἶχον, ἣν ἐβούλοντο, καὶ ἀσκοὺς ἐπ' ὤμων ἔφερον, ὅθεν ἀσκοφόροι ἐκαλοῦντο. Vide quæ notavi ad Castellanum in κανηφόρια de Sciadophoris et Diphrophoris. Eadem quæ Suidas, habet Etymologus in ἀσκοφορεῖν, nisi quod τὰς σκάφας rectius legit, non σκάφος. Athenæus lib. 8. p. 335. ταύτῃ οὖν ὅταν θύουσιν αἱ Δηλιάδες, προσφέρουσιν αὐτῇ σκάφας πάντων πλήρεις ἀγαθῶν. Μέτοικοι servorum et ancillarum loco erant. Nam servis non licebat in pompa adesse etc. Isæus p. 55. Suidas in Συστομώτερον. VA.

275, 4. Σκαφηφόρων ἔφηβοι] Σκαφηφόρων, ἔφηβοι. VA.

275, 8. Αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν] Xenophon περὶ προσόδων [c. 2.] p. 538. VA.

275, 8. Ὑδρεῖα] Quod proprium ancillarum, teste Homero Ἰλ. ζ. Καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης. Et Herodoto 3, 14. p. 166. Catullus in carmine de nuptiis Pelei p. 47. *Quæ tibi jucundo famularer serva labore, Candida permulcens liquidis vestigia lymphis.* VA.

275, 10. ΣΚΑΦΙ΄ΟΝ] Meminit et Arist. in Av. 807. σὺ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ. Supple ἔοικας. Schol. δύο δὲ εἴδη κουρᾶς, σκάφιον καὶ κῆπος. τὸ μὲν οὖν σκάφιον τὸ ἐν χρῷ. ὁ δὲ κῆπος τὸ πρὸ μετώπου κεκοσμῆσθαι. Hinc chorus mulierum in θεσμοφ. v. 845. ait ei mulieri, quæ bonum imperatorem aut gubernatorem navis genuisset, primas sedes in Theseorum et Scirorum festis dari

oportere, contra illam quæ malum imp. *ὑστέραν αὐτὴν καθῆσθαι σκάφιον ἀποκεκαρμένην*. VA.

275, 15. 'Ὡς εἰς] 'Ὡσεί. VA.

275, 16. 'Εν Σκηναῖς] In casis. Juvenalis Sat. 6. *Mense quidem brumæ, quo jam mercator Iason Clausus et armatis obstat casa candida natis.* Vetus Schol. *Romæ in porticu Trajanarum thermarum tempore Saturnaliorum sigillaria sunt, tunc mercatores casas de linteis faciunt* etc. Plura Casaubonus ad Theophrasti Characteres p. 349. Juven. Sat. 7. *Institor hibernæ tegetis niveique Cadurci.* Schol. *Cadurcum quidam cucullum dicunt* etc. *alii tabernaculum aut tentorium, quibus merces suas protegere consueverunt.* Etymol. in *σκηνή. οἱ δὲ εἶδος κόσμου γυναικείου. οἱ δὲ σκεῦός τι οὕτω καλούμενον. οἱ δὲ τὴν νῦν δελφικὴν καλουμένην.* Sic Theodorus Mopsuest. patrem Aëtii hæretici ait aurificem fuisse papilionarium, qui vile tabernaculum ex pilis confectum circumferret. Nicetas lib. 5 Orthodoxæ Fidei c. 30. VA.

276, 7. Auctor innominatus apud Suidam voce *τετραποδηγὸν*, de Sciapodibus: *οὕτως ἐβάδιζον οἱ ἐν Λιβύῃ Σκιάποδες, πλατύποδες ὄντες, καὶ ἀνορθοῦντες τὸν ἕτερον τῶν ποδῶν, καὶ κατασκιάζοντες τὸ λοιπὸν σῶμα εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐν αὐτοῖς ὄντος καύματος.* MA. De modo eliciendi animas apud Sciapodes vetus autor apud Suidam in *ψυχαγωγία*. VA.

276, 12. Hæc omnia exstant apud enarratorem Comici ipso initio Concion. 18. MA. Additurque amplius *Σκίρωνος τοῦ συνοικίσαντος Σαλαμῖνα. Σκιράδα δὲ 'Αθηνᾶν Θησεὺς ἐποίησεν, ὅτε ἐπανήει ἀποκτείνας τὸν Μινώταυρον.* VA.

277, 5. ΣΚΙΡΑ'ΦΙΑ] Isocrates Areop. p. 195. VA.

277, 6. Σκίρωνι] 'Εν Σκίρῳ. VA.

277, 11. ΣΜΙΚΥΘΙ'ΩΝ] A quo Miltocythem Thracem, qui longe antea a Coty rege desciverat, proditum esse ac traditum Charidemo Oritæ post Cotyis mortem narrat Demosth. ad calcem ejus orat. Charidemus Miltocythem tradidit Cardianis. (nam se invicem occidere Thraces nefas habent.) Cardiani in Atheniensium odium Miltocythem cum filio trucidarunt. VA.

277, 14. ΣΠΑΡΤΩΛΟ'Σ, 'Αντιφῶν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ ἐπιτροπικὸς Τιμοκράτους] Meminit Xenophon 'Ελλην. 5. [3, 6.] p. 328. Isæus p. 50. VA.

278, 6. Περὶ τῆς μεταστάσεως] I. e. de mutatione status reip. cum a populari statu in oligarchiam 400 virorum mutata est Ath. resp. quam mutationem adjuvit ac persuasit maxime Antiphon, ut testis est Thucyd. lib. ult. Postea vero pulsis 400 ipse in

jus vocatus ob eam causam una cum Archept. capite damnatus est, ut refert Plutarch. in ejus vita. Tunc ergo videtur Antiphon causam dixisse περὶ τῆς μεταστάσεως ἀπολογίαν. Errat autem Harpocr. Aliud enim sunt στασιῶται. nempe *earundem partium homines in civilibus discidiis.* Sic apud Herodotum in 1. Hesychium. Inter Antiphontis vero et Archeptolemi accusatores fuit Theramenes teste Lysia κατ' Ἐρατοσθ. p. 122. Idem Lysias contra Nicomachum μετάστασιν eo sensu, quem diximus, usurpat. et Isocrates contra Callimach. p. 745. Aristides in Panath. p. 17. VA.

278, 7. Ὁ στασιώτης] ᾧ vel οὗ στασιώτης. VA.

278, 10. οἱ πρόγονοι] Ald. οἱ πρόγονοι καλέσαι δορυφόρους, τοὺς δὲ ἠδυνάτησαν. legendum puto οἱ πρ. ἀπολέσαι vel παῦσαι, τοὺς δὲ δορυφ. ἠδ. Sine dubio de quadringentis est sermo: illi sunt οἱ τυραννοῦντες; qui partes eorum adjuverunt, inter quos præcipuus Antipho, δορυφόροι et στασιῶται. Ita *tyranni satellites*, Liv. 24, 32. Aristoph. Eq. 446. HEMST.

278, 11. Vide ὅρος supra. MA.

278, 15. Male habebant priores editiones Θυεστίου pro Θεστίου. Sed Θυέστου excudit pejus typogr. [De Stephanephoro loquitur hic Harpocration, qui fuit unus ex Herculis filiis, quos ex filiabus Thestii, Erechthei secundum quosdam, at secundum alios Teuthrantis filii, numero quinquaginta, totidem numero sustulit. De his diligenter egit Diod. Sicul. lib. 5. *Ex Addendis.*] MA.

278, 15. Θυέστου] Θεστίου, ex Suida et Photio. VA.

279, 3. Ex duabus vocibus αὐτῷ πενθοῦντι unam fecimus Αὐτοπενθοῦντι. Nam ut Ἑαυτοντιμωρούμενον, ita Αὐτοπενθοῦντα, vel addito ν Αὐτουπενθοῦντα fecerat Menander. MA.

279, 3. Αὐτοπενθοῦντα] Quam Menandri fabulam laudari memini a Stobæo, sed index Autorum, quos laudat Stobæus, ut sciunt cuncti, Latinus est, atque utinam Græcus extaret, certe necesse est in veteribus impressis ab Aldo et Basileæ cusis Græcum Indicem extare. Ante editionem enim Gesneri Latino-Græcus non est editus Stobæus. Apud Stobæum igitur serm. 233 ex versione Gesneri laudatur Menander in seipsum lugente, ut proculdubio αὐτουπενθοῦντι legerit Gesnerus. quidam se ipsum lugebat ut mortuum. Eodem titulo comœdiam scripserat Damoxenus quidam, ut Suidas scribit in Δαμοξ. laudans autorem hujus rei Athenæum lib. 11. p. 468. ubi de Elephante poculo. VA.

279, 4. ΣΤΕΙΡΙΕΥΣ] Στιριεὺς Photius. Lysias p. 140. τοῦ σεμνοῦ Στειριέως, id est Thrasybuli, de quo adde quæ not. ad Diodorum. VA.

279, 4. Στειριεὺς] Emenda Æschin. adv. Tim. p. 10, 15, ubi male vulgatur Σπειριεύς. vid. Æschin. adv. Ctesiph. p. 82, 2. Philostr. Her. p. 670, 18. Theramenes etiam Στειριεὺς τὸν δῆμον. Schol. Arist. Ran. 546. ita lege [Cave emendes. GEEL.] Diogen. L. 3, 48. Ἀλεξάμενον Στυρέα ἢ Τήϊον· intelligendus Alexamenus Styrensis, urbe Styra Eubœæ. De Stiria pago vid. I. Meurs. qui non una in parte erravit. Vid. Pausan. 10. p. 889, 13. Strabo 10. p. 685. A. [et Interpp. ad Thucyd. 1, 57. GEEL.] HEMST. Vid. Wessel. ad Diod. Sic. vol. 1. p. 667. quem videntur fugisse quæ notavit Hemst. ad Aristoph. Plut. 550. p. 165. sq. GEEL.

279, 4. In Ἀγυιᾶς supra male excusum erat ante nostram editionem στηριᾶς. Nos Στειριᾶς recte restituimus, ut apparet ex hoc loco, in quo male etiam legebatur Στιρεὺς et Στιρία, pro Στειριεὺς et Στειρία. MA.

279, 6. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας] p. 50. Dem. in Midiam de Stratone quodam, οὗτος μέντοι πολίτης ὢν ἐστρατευμένος ἁπάσας τὰς ἐν ἡλικίᾳ στρατείας. Libanius declam. 16. p. 447. στρατευσάμενός τις τὰς ἐφ' ἡλικίαν στρατείας ἀφεῖται τοῦ λοιποῦ τῶν καταλόγων. VA.

279, 7. Vide supra vocem ἐπώνυμοι, et quæ annotavimus ad vocem περίπολος. MA.

280, 2. Προσγράφουσι] Προγράφουσι. VA.

280, 3. Ἐπωνύμου] Vide in ἐπώνυμοι. VA.

280, 5. Στρατηγοί] Horum munus describit Demosth. ἐν τῷ περὶ ὀνόματος πρὸς Βοιωτόν. τίνα δ' οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἐὰν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν, ἢ ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσι, ἢ ἂν στρατεία τις ᾖ, τῷ δῆλον ἔσται, πότερός ἐσθ' ὁ κατειλεγμένος; τί δὲ ἂν ἄλλη τις ἀρχὴ καθιστῇ λειτουργεῖν, οἷον ἄρχων, βασιλεὺς, ἀθλοθέται; τί σημεῖον ἔσται, πότερον καθιστᾶσι; Sed et permutationes facultatum iidem curabant, teste Dem. πρὸς Φαίνιππον initio, ἐποίουν οἱ στρατηγοὶ τοῖς τριακοσίοις τὰς ἀντιδόσεις. Creabantur autem στρατηγοὶ ex censu πεντακοσιομεδίμνων. Eupolis apud Stob. serm. 141.

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω.
Οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν.
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν, ὦ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι,
Οἷς ὡσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα. καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν. νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν,
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

Erant autem *χειροτονητοὶ*, ex Isocrate de Pace, ex sexcentis aliis. Optime Tzetzes Chiliad. Plato 6 Legum 755. VA.

280, 8. ΣΤΡΑ'ΒΑΞ] Demosth. adversus Leptinem. VA.

280, 14. ΣΤΡΟΜΒΙΧΙ'ΔΗΣ] *Στρόμβιχίδης Διοτίμου ναύαρχος Ἀθηναίων.* Thucyd. 8, 15. Alter Strombichides apud Lysiam in orat. in Nicomachum p. 172. VA.

280, 16. ΣΤΡΟΥ'ΘΗΣ] Hujus meminit Xenophon lib. 4. *Ἑλλην.* ad calcem. VA.

280, 18. ΣΤΡΟΜΦΙ'ΔΕΣ] *γρ. στροφάδες.* VA.

280, 18. *Τυραννικῷ*] *Τυρρηνικῷ.* VA.

280, 19. Pro *Κύνθου* restituimus nos *Ζακύνθου.* MA.

281, 1. ΣΤΡΥ'ΜΗ] De Stryma eadem ait Herodotus lib. 7, 108. p. 417. VA.

281, 1. *Τριηραρχήματος*] *Ἐπιτριηραρχήματος.* Locus sic habet: *ὁ δὲ στρατηγὸς Τιμόμαχος ἀφικομένων ὡς αὐτὸν πρέσβεων Μαρωνειτῶν, καὶ δεομένων, αὐτοῖς τὰ πλοῖα παραπέμψαι* (*conduire*) *τὰ σιτηγὰ, προσέταξεν ἡμῖν τοῖς τριηράρχοις, ἀναδησαμένοις τὰ πλοῖα* (*τὰ σιτηγὰ*) *ἕλκειν εἰς Μαρώνειαν.* Et mox: *παρέπεμπε πάλιν ὁ Τιμόμαχος μετὰ τῶν Θασίων εἰς τὴν Στρύμην σῖτον καὶ πελταστὰς ὡς παραληψόμενος αὐτὸς τὸ χωρίον. παραταξαμένων δὲ τῶν Μαρωνειτῶν ἡμῖν ταῖς ναυσὶν, ὑπὲρ τοῦ χωρίου τούτου καὶ μελλόντων ναυμαχήσειν.* VA.

281, 1. Scripserant sine dubio Heraclides et Philostephanus de Insulis, sed nobis perierunt illa opera. Corrupte autem hic erat *Ζάληψος* pro *Γαληψὸς*, et *προσμαρωνήτας* uno verbo, pro *πρὸς Μαρωνήτας.* Vide supra *Γαληψὸς* et *Οἰσύμη.* MA.

281, 4. *Μαρωνήτας*] *Μαρωνείτας* ex nummis veterib. VA.

281, 4. *Τῶν Θασίων πρὸς Μαρωνήτας*] Philippus in epist. ad sen. pop. que Athen. *καὶ λογίζεσθ᾽ ὡς ἄλογόν ἐστιν Ἀθηναίους Θασίους μὲν καὶ Μαρωνείτας ἀναγκάσαι περὶ Στρύμης διακριθῆναι λόγοις.* Satis indicat Demosth. in suprad. oratione, Strymen tunc obsessam fuisse a Maronitis. Addit enim, *καὶ περικαθημένων κύκλῳ τὸ τεῖχος καὶ ξένων μισθοφόρων καὶ βαρβάρων προσοίκων.* VA.

281, 4. *Μαρωνήτας*] Scr. *Μαρωνείτας.* Sic enim scribitur id nomen in oratione *περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν*, quam Hyperidis esse putat Libanius: Ulpianus Hegesippi Crobyli, ejus, qui Timarcho familiaris fuit, cujus et 7 Philippicam esse habitam scribit. *Μαρωνίτας* vocat Polybius semper in Excerptis legationum. VA.

281, 9. *Ἀκοντίῳ*] *Ἀκοντίου.* Schol. *στυράκιον. ὁ καλούμενος σαυρωτὴρ τῶν δοράτων.* VA.

281, 11. ΣΤΡΩΤΗ'Ρ etc.] Gallice *solives*, quasi *sublicæ*. Pro δουροδόκων Etymolog. δορόκων. Lege δοροδόκων, non δουροδόκων. Suidas habet tantum δοκῶν. Polybius lib. 5. c. 89, 6. inter munera Rhodiis data ab Antigono recenset στρωτῆρας. Apud Suidam in Λυκοῦργος, πρὸς Ἰσχυρίαν dicitur hæc oratio: an is est improbus calumniator tempore 30 tyrannorum, qui Æschylides Lysiæ dicitur κατ' Ἐρατοσθ. p. 121? *Asseres* apud Polybium vertit Casaub. Etymolog. præterea addit, ἢ τὰ εἰς ὀροφὰς πεποιημένα, ἄλλοι δὲ πλέγμα ἀπὸ ῥάβδων εἰς ὄροφον πεποιημένον. Legendum autem puto δουροδόχων aut δοροδόχων. Suidas δουροδόχος τὸ ὑποδεχόμενον τῆς οἰκίας τὸν ὄροφον. leg. δοροδόχος. Glossæ, *lacunar*, ὀρόφωμα οὐροδόχιον, leg. δουροδόχον. *Asserculi* στρωτῆρες in Glossis cap. de habitatione. Festus, *Asseres dicti, quod assideant parieti trabibusque*. Arrianus rerum Indicarum p. 189 in fine. Libanius in ep. ad Basilium: στρωτήρων δέομαι. κάμακας δ' ἂν ἢ χάρακας ἄλλος εἶπε σοφιστής. VA.

281, 11. κατ' Αἰσχυρίου] Lege κατ' Ἰσχυρίου. Suidas memorat ejus λόγον πρὸς Ἰσχυρίαν. alioqui poterat legi κατ' Αἰσχρίου. Αἰσχραῖος Ἀναγωράσιος a Philochoro memoratur apud Harp. in Κατατομή. HEMST.

281, 14. Σύλας—Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ Στεφάνου τῆς τριηραρχίας] Dem. περὶ ἐπιτριηραρχ. πάλιν κατάγουσι τὰ πλοῖα καὶ ἀναγκάζουσι τὸν σῖτον ἐξαιρεῖσθαι. Pollux 9, 34. Etymolog. ἐξαίρεσις τόπος τις Ἀθήνησι, ἔνθα ὑπεξαιρούμενοι τὰ φορτία ἀπετίθεντο. Locus autem ille ex oratione περὶ Στεφάνου τῆς τριηραρχ. sic habet: καὶ μόνοις ὑμῖν οὐδαμόσε ἔστιν ἄνευ κηρυκείου βαδίσαι διὰ τὰς ὑπὸ τούτων ἀνδροληψίας καὶ σύλας κατεσκευασμένας. De trierarchis loquitur, de quibus dixerat: ἐπειδὰν γάρ τις μισθωσάμενος τριηραρχίαν ἐκπλεύσῃ, πάντας ἀνθρώπους ἄγει καὶ φέρει. VA.

281, 15. Ἐξελόμενος ὁπόταν μὴ συλαιῶσιν Ἀθηναίοις] Lege, ut in vulgatis est, ἐξελόμενοι ὅπου ἂν μὴ σῦλα ὦσιν Ἀθηναίοις. Verba sunt syngraphæ, quæ Volfius vertit: *si exoneraverint, ubi Atheniensibus pignora capere non licet*. Forte melius sic: *si a prædonibus spolientur* etc. Sed tamen optime Volfius. Nam Demosth. in eadem infra pro *exonerare* usurpat bis: ἐπεσκοποῦμεν, εἴ τι ἐξαιροῦνταί ποτε ἐκ τοῦ πλοίου ἢ πεντηκοστεύονται. Et mox: οὐδ' ὁτιοῦν εὑρίσκομεν, οὔτε ἐξῃρημένον, οὔτε πεντηκοστευόμενον. VA. Bene Valesius Wolfii interpretationem tuetur. GEEL. Sic et Lycurg. adv. Leocr. p. 150, 13. Thucyd. 8, 91. Egregius Pollucis locus, 9, 34. ὁ δὲ Δίων ἐξελόμενος ἐκ τῶν φορτηγῶν πανοπλίας πεντακισχιλίας. Diod. Sic. 16. p. 515 B. ἐξαίρεσις τῆς ἀγορᾶς

p. 519. D. Strabo, 14. p. 985. B. Herod. 4. 196, [ibique Valcken.] Male Meurs. Att. L. 3, 18. Ἐξαίρεσις locus Athenis ἔνθα ὑπεξαιρούμενοι τὰ φορτία ἀπετίθεντο, Etymol. p. 347, 30. Scyl. Per. p. 127. [Cf. Reisk. in Indice Gr. Demosth. Ad illa, quæ de voce ῥύσια habet Valesius, ad h. l. GEEL.] cf. Apoll. Rhod. 1. 1351, 1357. Schol. τὰ ἀντί τινος ἐνέχυρα διδόμενα ὑπὲρ τῆς ἄξεως: mox ὅμηρα vocat et ὁμηρεύσαντας, qui eo nomine a Mysis Herculi erant traditi. Dion. Perieg. 527. et Eustath. Æschyl. Suppl. 618. ibique Stanl. Restitue pro χρυσία Dioni Cassio p. 803. C. HEMST.

281, 16. Σύλας] Sic συλᾶσθαι Demosthenes περὶ τῶν ἐν χερρονήσῳ. ἀλλ' ὠνούμενοι μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς παρ' αὐτὸν ἐμπλέοντας ἐμπόρους μηδὲν συλᾶσθαι· παραπέμπεσθαι δὲ τὰ πλοῖα τὰ ἑαυτῶν τὰ τοιαῦτα. φασὶ δ' εὐνοίᾳ διδόναι. Chii et Erythræi ducibus Atheniensium pecuniam dabant, ut tuto commeare ad se navigia mercatorum sinerent. καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχει τὰ λήμματα ταῦτα. Sic Polybius ut notavi p. 746. τὰ ῥύσια διδόναι κατὰ τῶν Αἰτωλῶν dixit. Vide quæ notavi in Excerptis Gallici Polybii p. 746. Idem legat. 123. ᾐτοῦντο ῥύσια τοὺς Ἀχαιοὺς οἱ Δήλιοι κατὰ τῶν Ἀθηναίων. Livius p. 733, *si quæ pecuniæ debentur, earum exactio esto* et cæt. eleganter. Contra in Latino fœdere apud Festum in nanciscor, *pecuniam qui nactus est habeto I.* τὰ σῦλα διδόναι *lettres en prise.* Etymologus, ῥύσια ἐνέχυρα τὰ ἀντὶ τινῶν ἑλκόμενα, ἅπερ ἀντὶ τῶν ἡρπασμένων ἁρπάζονται. Sic συλωμένους dicit Isocrates in Nicocle p. 65. Aristot. 2. Rhetor. συλῶντες Καρχηδονίους. Quod et Olynthiac. 2. in fine dicit, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ τῶν στρατιωτῶν Λάμψακος, Σίγειον πλοῖα ἃ συλῶσι. Et pro Ctesiphonte p. 123. In argumento in orationem contra Timocratem: πολέμου τυγχάνοντος Ἀθηναίοις πρὸς βασιλέα κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐγράφη ψήφισμα πλοῖα σῦλα πολεμίων εἶναι, καὶ γίνεσθαι τὰ τιμήματα τῶν ἁλόντων δημόσια. *estre de bonne prise.* Corrige Lysiam p. 173. σκῦλα ποιουμένους. Lege σῦλα. Apud Suidam in Σύλας pro συλλήψεις lege συλήσεις. Tamen nil temere. Sed et Servius in 2 Æneidos scribit in Fuldensibus membranis, *σύλαι enim Græce aut furta aut spolia dicuntur.* In Etymologico σύλαι scribitur. VA.

282, 1. Ὑπὸ Φασηλιτῶν ὥσπερ] Ὑπὸ τούτων Φασηλιτῶν ὄντων ὥσπερ. VA.

282, 3. Θέλωσιν] Ἐθέλωσιν. VA.

282, 3. Τις ἔχοι ἄλλο] Ἄλλο τις ἔχοι. VA.

282, 3. Τῷ τοιούτῳ] Τοῖς τοιούτοις. VA.

282, 4. Ἀναιροῦνται τά] Ἀφαιροῦνται βίᾳ τά. VA.

282, 8. Σύμβολα] Antiphon περὶ τοῦ Ἡρώδου φόνου p. 124. Dionysius in excerptis legationum initio, σύμβολα ποιησαμένους πρὸς ἀλλήλους. Mox: ἀξιώσαντες μήτε σύμβολα ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους. Quæ Sylburgius non intellexit, qui συμβόλαια rectius dici annotat. Sed fallitur. Nam σύμβολα eo loci sunt pacta et leges, quibus populi amici ac fœderati controversias, si quæ orirentur, dirimere sanxerunt, quod declarat locus integer: ἡ δὲ βουλὴ ( ) ἀπέστειλε τοὺς ἀξιώσοντας αὐτοὺς μηδὲν εἰς τοὺς ὑπηκόους τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας παρανομεῖν, ἀλλὰ καὶ διδόναι τὰ δίκαια καὶ λαμβάνειν. [καὶ] εἴγε διαφέρωνται πρὸς ἀλλήλους, μὴ δι' ὅπλων, ἀλλὰ διὰ λόγων, σύμβολα ποιησαμένους πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνην ἄγειν. Dele [καὶ,] sensum enim turbat. Polybius legatione 46. τοῦ γὰρ Φιλίππου συγκλεισθέντος εἰς τὴν κατὰ τὸ σύμβολον δικαιοδοσίαν πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας. Casaubonus, *ex formula fœderis*, pessime. sequitur enim: οἱ μὲν περὶ χώρας, οἱ δὲ περὶ σωμάτων, οἱ δὲ περὶ θρεμμάτων ἧκον ἀμφισβητοῦντες. ἔνιοι δὲ περὶ συμβολαίων καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων. τινὲς μὲν οὖν φάσκοντες μὴ δύνασθαι τυχεῖν τοῦ δικαίου κατὰ τὸ σύμβολον (*secundum pacta* Casaubonus) διὰ τὸ τὸν Φίλιππον ἐγκόπτειν τῇ δικαιοδοσίᾳ. τινὲς δ' ἐγκαλοῦντες τοῖς κρίμασιν ὡς παραβεβραβευμένοι διαφθείραντος τοῦ Φιλίππου τοὺς δικαστάς. Sic legatione 123. Livius p. 755 *formulam juris exequendi* vertit, Festus *Reciperationem*, quem vide. VA. Hinc oritur ἀπὸ συμβόλων δικάζειν. Hesych. ἐδίκαζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ συμβόλων τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τοῦτο ἦν χαλεπόν. MA. Pollux 8, 88. de thesmothetis: καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι, καὶ δικαστὰς ἀπὸ συμβόλων εἰσάγουσι. Demosth. περὶ Ἁλοννήσου. ταῦτα δὲ κύρια ἔσεσθαι, οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ἡμῖν κυρωθῇ, ὡς ὁ νόμος κελεύει. Et post: οὐκ ἐλυσιτέλει σύμβολα ποιησαμένους οὔτ' ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας ληψομένους, οὔθ' ἡμῖν εἰς Μακεδονίαν, ἀλλ' ἡμεῖς τε τοῖς ἐκεῖ νομίμοις, ἐκεῖνοί τε τοῖς παρ' ἡμῖν τὰς δίκας ἐλάμβανον. Ait sub Amynta patre Philippi, et aliis regibus Maced. qui Atheniensibus tributum pendebant, tamen non fuisse facta symbola, licet subdita esset tunc Athen. Macedonia, ac nondum inventis mercatorum judiciis, ἐμπορικαῖς δίκαις, seu potius nondum severe et exacte constitutis, quæ faciunt, ne symbola sint necessaria. Vide in ἔμμηνοι. Minus id erat quam societas: nam cum iis, quibuscum societas aut amicitia non erat, σύμβολα intercedere poterant. Xenarchus apud Livium 41, 28. *Nemo novæ societatis constituendæ est autor; sed commercium tantum*

juris præbendi repetendique sit. Æschylus Suppl. 701. *ξένοισί τ' εὐξυμβόλους πρὶν ἐξοπλίζειν πρὶν δίκας ἄτερ πημάτων διδοῖεν.* Isocrates in orat. ad Nicoclem p. 37, et p. 97, et in Panegyrico p. 125. Thucydides lib. 1. p. 27. *ξυνθήκας* vocat, et p. 51, *ξυμβολαίας πρὸς τοὺς συμμάχους δίκας.* additque: *καὶ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς ποιήσαντες τὰς κρίσεις.* Id est, *in nostro foro causas eorum disceptantes.* Eleganter Valla vertit *recuperatoria judicia.* Vide Festum in reciperationem. Et Demosthenes contra Midiam: *καὶ τὸ σύμβολα συγχέων, τὴν μὲν πόλιν ἔχθραν τῇ πόλει πεποίηκεν.* Hæc fœdera aliquando æqua erant, aliquando iniqua, pro potestate atque opibus ejus populi, cum quibus jungebantur ab Athen. Hinc est, quod ait Hesychius: *καὶ τοῦτο ἦν χαλεπὸν, durum atque onerosum.* Eo siquidem abutebantur Athenienses. Athenæus lib. 9. *καθ' ὃν δὲ χρόνον θαλασσοκρατοῦντες 'Αθηναῖοι ἀνῆγον εἰς ἄστυ τὰς νησιωτικὰς δίκας, γραψάμενός τις καὶ τὸν 'Ηγήμονα τὸν Θάσιον ἤγαγεν εἰς τὰς 'Αθήνας·* (Et Xenophon de Rep. Athen. p. 494; et Isocrates in Panath. p. 495, 496. ex quo hæc etiam ad *σύμβολα* referri debere apparet. Libanius etiam declam. 19. de Atheniensibus: *οὐ τὰς ἐν πόλεσι δίκας εἰς ἑαυτοὺς μετέθεσαν:* et Dio orat. 38. ad Nicomediens. *'Αθηναῖοι ἐπολέμουν περὶ τοῦ δικάζειν οἴκοι τὰς ἁπάντων δίκας.*) Hoc tamen ad *σύμβολα* non refero: sed *νησιωτικαὶ δίκαι* ad distinctionem *τῶν ἀστικῶν δικῶν* dicuntur, de quibus Lysias p. 142. *πρὸς δημοσίων ἀδικημ.* ubi tempore belli justitium fuisse ait. At vero *σύμβολα* erant certa pacta, quæ inter liberas urbes aut populos convenerant, ut sibi invicem jus redderent. Sic Achæi jus sibi reddi a Bœotis postulant apud Polybium p. 847, ut prius invicem solebant. Fuerat enim justitium in tota Bœotia, et ob continuos tumultus jura tam suis quam peregrinis reddere intermiserant per multos annos. Et Pollux 8, 63. optime ad nostram mentem: *ἀπὸ συμβόλων δὲ δικάζεσθαι, ὅτε οἱ σύμμαχοι ἐδικάζοντο.* Sic et Delii, cum ex SCto Delos tradita esset Atheniensibus, ipsique, ne Atheniensibus parerent, Achaiam fugissent, atque ab Achæis civitate donati essent: *ἐβούλοντο τὸ δίκαιον ἐκεῖ λαβεῖν κατὰ τὸ πρὸς τοὺς 'Αχαιοὺς σύμβολον. τῶν δ' 'Αθηναίων φασκόντων μηδὲν εἶναι πρὸς αὐτοὺς (Δηλίους) τῆς δικαιοδοσίας ταύτης, ᾐτοῦντο ῥύσια τοὺς 'Αχαιοὺς οἱ Δήλιοι κατὰ τῶν 'Αθηναίων.* Casaubonus *juxta leges fœderis* vertit, minus recte. Senatus autem jusserat Delios insula excedere, ita tamen ut res suas asportare eis liceret, unde materia litium, ut conjicere licet, extiterat Deliis adversus Athenienses. Polybius Legat. 123. Aristot. 3. Polit. cap. 1. *οὐδὲ οἱ τῶν δικαίων*

μετέχοντες οὕτως ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ λαμβάνειν. (Supple *πολῖταί εἰσι*) *τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι.* Vide et cap. 6, et in Rhetor. 1. lib. 1. cap. 4. VA.

282, 12. *Συμμορία*] Porro hoc munus personale non erat, sed indictum possessionibus, neque pupilli ab eo liberi nec immunes erant, ut testis est Demosth. in 1 contra Aphobum: *εἰς γὰρ τὴν συμμορίαν ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξαντο* (supple *οἱ ἐμοὶ ἐπίτροποι*) *κατὰ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μνᾶς, πεντακοσίας δραχμὰς εἰσφέρειν, ὅσονπερ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος καὶ οἱ τὰ μέγιστα κεκτημένοι τιμήματα, εἰσέφερον.* Unde et *ἡγεμὼν συμμορίας* factus est Demosth. tum adhuc pupillus, ut ipse testatur 2 contra Aphobum. Contra Lysias p. 295. VA.

282, 15. *Χιλίων καὶ διακοσίων*] Dem. in Midiam, *τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος* (*τοῦ λειτουργεῖν*) *ἧπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς.* Hanc orationem Demosth. 32. natus annos recitasse se ipse ibi dicit. VA. Vide infra vocem *Χίλιοι διακόσιοι.* Pollux lib. 8. cap. 17. videndus et Ulpian. ad Olynth. MA.

283, 1. *Συμμορίας ὥσπερ εἴκοσι ναῦς εἰσι σώματα ἑξήκοντα ἑκάστην ἔχουσαν*] Scribe *συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσιν. ἑξήκ. σώμ. ἔχ. ἑκάστην,* ut legitur in Demosth. oratione. Erant enim 20 classes Atheniensium, ut ex Hyperidis loco patet, etiam post illam Dem. legem, qua cautum est, ut viri 300 triremes instruerent. Ea lex Demosth. refertur in oratione pro Corona p. 113. Vide Dinarchum contra Demosth. p. 85. Isæum p. 61 et 56. Classes Romanas Dionysius Hal. vocat *συμμορίας* p. 222. lib. 4. c. 18. VA.

282, 9. *τοὺς τριακοσίους*] Isæus p. 62, 20, 22. Hos intelligit Dinarch. in Demosth. p. 95, 29. Ulpian. ad Demosth. Olynth. 2. p. 33. D. E. Argum. Action. Demosth. adv. Phæn. p. 1022. HEMST.

282, 11. *Οἱ δημοποίητοι*] Ulpian. ad [p. 26, 21.] Dem. Olynth. *δέκα οὐσῶν φυλῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καὶ εἰς ι' ὥσπερ μεμερισμένης τῆς πόλεως, ἀνάγκην εἶχεν, ὥσπερ ἑκάστη φυλὴ ἀπὸ πάσης προβάλλεσθαι τοὺς πλουσιωτέρους αὐτῆς ἑκατὸν εἴκοσι ἄνδρας τοὺς λειτουργοῦντας, εἶτα οἱ ἑκατὸν εἴκοσι οὗτοι ἐμερίζοντο ἑαυτοὺς εἰς β μερίδας, ἵνα ἑξήκοντα αὐτῶν ἄνδρες ἔσωνται οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ δ' ἄλλοι ἑξήκοντα ἧττον πλούσιοι. ἐποίουν δὲ τοῦτο, ἵνα μή, ἐὰν ἐξαίφνης πόλεμος αὐτοὺς ἐπείξῃ, καὶ τύχῃ πρὸς τὸ παρὸν μὴ ἔχειν χρήματα τοὺς ἧττον πλουσίους. εἰσέφερον γὰρ οἱ πλουσιώτεροι ὑπὲρ αὐτῶν καὶ προετέλουν, καὶ ἐδέχοντο* (*recipiebant*) *ταῦτα ὕστερον κατὰ σχολήν.* Et mox:

ἐμέριζον οὖν αὐτοὺς ἀπὸ ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ὅ ἐστιν ἀπὸ ι' συμμοριῶν. πάλιν δὲ ἑκατέραν τῶν δύο μερίδων τούτων ἔτεμνον εἰς δύο, ὅ ἐστιν εἰς τριακοσίους μὲν ἄνδρας, κατὰ ε' δὲ συμμορίας. οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τριακόσιοι οἱ πάνυ πλούσιοι, οἵτινες προεισέφερόν τε τῶν ἄλλων, καὶ εἶχον αὐτοὺς ὑπακούοντας εἰς πάντα, ὥστε συμβαίνειν εἰς β' (lego δ') μερίδας εἶναι τοὺς πάντας, εἴ γε οἱ τῶν ἑκατέρωθεν ἦσαν ὥσπερ ἡνωμένοι τοῖς ἑκατέρωθεν τριακοσίοις τοῖς πλουσιωτάτοις. εἶχε δὲ ἑκάστη μερὶς τῶν τεσσάρων καὶ ἴδιον στρατηγὸν καὶ ἴδιον ῥήτορα. ὅμως δὲ πάλιν τῶν δευτέρων καὶ οἱ ῥήτορες καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπεῖκον ταῖς προτέραις. Hæc falsa esse existimo. Sunt enim desumpta ex Demosthenis loco male intellecto, ut ad ἡγεμὼν notavi. Porro quod ait Harpocr. οἱ δημοποίητοι etc. etiam Pollux lib. 8. cap. 13. καὶ τὸ παρ' Ὑπερίδῃ μετοικικῆς συμμορίας. Xenoph. de Rep. Ath. [3, 4.] καὶ τριήραρχοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ. VA.

283, 14. Ναυσινίκου] Meminit Demosth. κατὰ Ἀνδροτ. ὑμῖν παρὰ τὰς εἰσφορὰς τὰς ἀπὸ Ναυσινίκου παρίσως τάλαντα τριακόσια ἢ μικρῷ πλείω ἐλλείμματα τέτταρα καὶ δέκα ἐστὶ τάλαντα. εἰσφοραὶ enim proprie sunt ἐν τοῖς τριακοσίοις, ut ait Isæus p. 56. VA.

284, 1. Καταστάσεως τῶν νῦν] γρ. υ'. id est, *quadringentorum*. Locus Isocratis est p. 299. Porro ante oligarchiam 400 constituti sunt decemviri cum summa potestate legibus scribendis, ut ait Thucyd. qui πρόβουλοι sunt dicti, quibus postea additi sunt viginti viri. Sic 30 omnes fuerunt συγγραφεῖς, ut scripsit Philochorus et Androtio in Atticis. At Thucyd. horum xx virorum non meminit, sed x virorum duntaxat. Rem vero ita actam esse Suidas docet: πρόβουλοι πρὸς τοῖς οὖσι ι' ᾑρέθησαν ἄλλοι κ' εἰσηγησόμενοι τὰ δοκοῦντα τῇ πολιτείᾳ συνοίσειν, μετὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ συμφοράν. Sic legendus locus ille sane illustris, quum vulgo habeatur οὖσι διῃρέθησαν. Ex his κ' προβούλοις unus fuit Agno pater Theramenis teste Lysia in orat. contra Eratosthenem p. 122. πείσας ἡμᾶς τὴν ἐπὶ τῶν υ' πολιτείαν ἑλέσθαι, καὶ ὁ μὲν πατὴρ αὐτοῦ τῶν προβούλων ὢν ταῦτ' ἔπραττε etc. Alter Sophocles teste Aristotele 3 Rhetor. cap. 18. Sed vide, num Thucyd. eos nominet. Etymol. addit συγγραφεῖς. ἄνδρας ᾑροῦντο, ἵνα συγγράψωσι τοὺς μετέχοντας τῆς τῶν υ' ἀρχῆς, καὶ τῆς τῶν λ'. ἐκαλοῦντο δὲ οἱ αὐτοὶ καὶ καταλογεῖς. Quod falsum est: alii enim sunt καταλογεῖς, de quibus Suidas in καταλογεύς. VA.

284, 1. Docuimus supra in Ἀπόληξις, adverbium νῦν tria tempora significare, et pro τότε accipi posse. Ne mireris igitur si hoc loco legas. τοῦτο δὲ καὶ πρὸ τῆς καταστάσεως τῶν νῦν ἐγένετο. Hanc enim lectionem Suidas et Etymologus confirmant. MA.

284, 9. Προβούλων] Confundit Harpocration decem ξυγγραφεῖς, quorum meminit Thucydides, qui priores ante quadringentos electi sunt, cum 30 illis ξυγγραφεῦσι, quorum meminisse Androtionem dicit aliosque. nam 30 illi ξυγγραφεῖς ii sunt, qui postea 30 tyranni evaserunt, et cum ξυγγραφεῖς τ' νόμων electi essent, nullam tamen legem tulerunt, teste Xenophonte lib. 2. VA. Descripsit Suidas e Schol. ad Arist. Lys. 422. Apud Eretrienses fuerunt πρόβουλοι. Diog. Laërt. 2, 142. sq. Polyæn. 6, 16. Jos. Ant. Jud. 4, 3. §. 1. προβόλους Cod. Bibl. Reg. pro προβούλους. HEMST.

284, 10. Σύνδικοι] Dem. κατ' Ἀριστοκράτους in fine, ὑμεῖς δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς τὰ μέγιστα ἀδικοῦντας καὶ φανερῶς ἐξελεγχομένους, ἂν ἐν ἢ δύο ἀστεῖα εἴπωσι, καὶ παρὰ τῶν φυλετῶν τινες ᾑρημένοι σύνδικοι δεηθῶσιν, ἀφίετε. Nil aliud hic sunt quam συνήγοροι, *advocati*. De his συνδίκοις loquitur et Lysias ἐν ἀπολογίᾳ ὑπὲρ Μαντιθέου p. 139, et in orat. ὑπὲρ Ἀριστοφ. χρημ. p. 147, et περὶ δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφιδοῦ in fine p. 144, et δημοσίων ἀδικ. p. 142, in quibus de descriptis et publicatis bonis agit. VA.

284, 14. Θεσμοθέταις, γραφὰς] Θεσμοθέταις γραφάς. VA.

284, 14. Γραφὰς γραφόμενος ... ἀπογραφὰς ἀπογράφων] Sic et Lysias κατ' Ἀγοράτου p. 130. περὶ δὲ συκοφαντίας, ὅσας οὗτος ἢ δίκας ἰδίας συκοφαντῶν ἐδικάζετο, ἢ γραφὰς ὅσας ἐγράφετο, ἢ ἀπογραφὰς ἀπέγραφεν: et tota oratione ἀπογράφειν dicit de delatore, qui nomen alicujus defert. VA.

285, 1. ΣΥΝΗΓΟΡΟΙ] Demosth. κατὰ Τιμοκράτους initio, ᾔδει γὰρ ἐκεῖνο (ὁ νομοθέτης) ὅτι τὰς ἄλλας, ἃς γέγραφεν αὐτῶν (τῶν νόμων) φυλακὰς ἔστι πολλαχοῦ διακρούσασθαι, τοὺς συνηγόρους, οὓς χειροτονεῖτε δύναιτ' ἂν πεῖσαί τις σιωπᾶν. Et tandem post: τίς οὖν μόνη φυλακὴ καὶ δικαία καὶ βέβαιος τῶν νόμων, ὑμεῖς οἱ πολλοί. δικασταὶ scilicet. Et Aristoph. in Equit. Sic et κατήγοροι sortito eligebantur teste Dinarcho κατὰ Δημοσθ. p. 86 et 87 et 93 in fine. Vide quæ not. ad Aristotelem in rep. Athen. VA.

285, 8. ΟΙΚΗΣΙΣ] Forte διοίκησις. VA.

285, 9. Καὶ μίαν σύνταξιν etc.] Hæc Demosthenis verba leguntur in Olynthiaca 1 initio. Isocrat. in Panath. p. 507. συντάξεις καὶ φόρους ὑποτελεῖν. Quinto quoque anno fiebant ut plurimum hæ τάξεις τοῦ φόρου teste Xenoph. de Rep. Ath. in fine. VA.

285, 15. Confer supra ἀπόταξις. MA.

285, 15. ΣΥΝΤΕΛΕΙΣ] Latinis *contributi*. Græcis etiam ὁμοτελεῖς. Imo *contributi* προσνεμόμενοι et συμπολιτευόμενοι. συντελεῖν ait Isocrates in Platæico initio p. 587, quod πολιτείας κοινω-

νεῶν p. seq. dicit. Etymol. in *συντελής. ὅτι οἱ τριηραρχοῦντες νεὼς μιᾶς ἅμα ἐπεμελοῦντο, συντελεῖς ἐλέγοντο.* VA.

285, 15. *Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος*] et contra Leptinen initio. VA.

286, 3. ΣΦΙΤΤΟ'Σ] *Σφηττὸς*, ex Suida, bis. VA.

286, 9. ΤΑΥΡΕ'ΑΣ] Demosth. in epist. 3 ad senat. populumque Ath. pro Lycurgi liberis, qui vincti in carcere fuerant ob patris factum: quod iniquum esse probat Demosth. primo patris Lycurgi in remp. merita recensens, deinde quod ob delictum patris iniquum sit plecti liberos, *πᾶσι γὰρ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ὅρος ἐστὶ τελευτή.* Secundo, quod ipsi accusatori Mœrocli, cum in custodia esset cum Taurea, Pataco et Aristogitone, hanc gratiam populus fecit, non modo ut vinctus non esset, sed et *δημηγορεῖν orationem habere* permisit. Alius est Taureas, de quo Demosth. in Midiam de Alcibiade, *Ταυρέαν ἐπάταξε χορηγοῦντα ἐπὶ κόρρης. ἀλλὰ χορηγῶν γε χορηγοῦντα τοῦτ' ἐποίησεν. εἶρξεν Ἀγάθαρχον τὸν γραφέα, λαβών γέ τι πλημμελοῦντα, ὥς φασι.* VA.

286, 9. ΤΑΥΡΕ'ΑΣ] Elementum quod *υ ψιλὸν* dicimus æquipollet literæ *β*. Hinc ab Harpocratione consideratum istud nomen quasi *Ταβρέας*, quo vergebat pronuntiatio Græcorum, etiam hodiernorum. Huc pertinet, quod in voce *Δικαιόπολις* occurrat vox *Αὐδήρων*, quam in libro Gœsiano mutabant viri docti in *Ἀβδήρων*, contra arbitrium Harpocrationis: et in Strabonis libro tertio *Αὔδηρα* Hispaniæ. GR. in Præfat.

286, 9. ΤΑΥΡΕ'ΑΣ] Taureæ, cui alapam impegerit Alcibiades, meminit Demosth. in Mid. p. 626. F. Explanatius eam historiam narrat Andocid. in Alcib. p. 31, 35. HEMST.

268, 12. *Καὶ τὰς νίκας*] Demosth. in oratione contra Androtionem in fine: *τὴν μὲν γὰρ θεὸν τοὺς στεφάνους σεσυλήκασι.* Hi in Parthenone erant, cujus ibi meminit Demosth. et in ea contra Timocratem, *ἵν' ὥσπερ οἱ τὰ ἀκρωτήρια τῆς νίκης περικόψαντες ἀπώλοντο αὐτοὶ ὑφ' αὑτῶν.* Ubi Ulpianus, *οἱονεὶ τὰ πτερά. οὕτω γὰρ γράφεται ἡ νίκη. τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται νίκης Ἀθηνᾶς ἄγαλμα εἶναι ἐν τῇ ἀκροπόλει. ταύτης τὰς πτέρυγας χρυσᾶς οὔσας ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι.* Vide Harpocr. in *νίκη*: et nota incogitantiam. Dem. contra Timocratem de Glauceta: *ἔπειτα ταμιεύσας, ἐν ἀκροπόλει τὰ ἀριστεῖα τῆς πόλεως, ἃ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ὑφῃρημένος ἐξ ἀκροπόλεως τόν τε δίφρον τὸν ἀργυρόποδα καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου, ὃς ἦγε τριακοσίους δαρεικούς.* Ad quæ Ulpianus: *ἐπὶ τούτου ἐκαθέζετο ὁ Ξέρξης ἐν ἀγγαλέῳ* (lege *Αἰγαλέῳ*) *ὄρει τῆς Ἀττικῆς θεωρῶν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν.* *Νίκαι* vero

sunt, quas Cicero *Victoriolas* vocat 3 de Nat. Deorum. Schol. Aristoph. in Ranas actu 2 in fine, τῷ προτέρῳ ἔτει ἐπὶ Ἀντιγένους, ἀλλὰ νικᾷ φησι χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι καὶ Φιλόχορος ὁμοίως, τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν νικῶν. Et mox, ἐπὶ γὰρ Καλλίου, inquit, χαλκοῦν νόμισμα ἐκόπη. De victoriolis autem illis ad Ammianum notavi multa. Meminit Plutarchus in Lycurgo rhetore, qui fuit ταμίας τῶν δημοσίων χρημάτων, *quæstor ærarii*. Magna dignitas Athenis hæc fuit, penes quam erat annulus publicus, unde apud Aristoph. in Equit. populus iratus Cleoni, καὶ νῦν, ait, ἀπόδος τὸν δακτύλιον, ὡς οὐκ ἔτι ἐμοὶ ταμιεύσεις. Porro videtur fuisse decretum ab Athen. ut æreo numismate uterentur: id decretum proposuerat Dionysius, qui Chalcus ideo dictus est, teste Athenæo lib. 15, cujus Dionysii Chalci meminit Plutarchus in Nicia. Quod decretum paulo post abrogarunt, ut objicit Aristoph. in Ἐκκλησιαζ. v. 817. Andocides περὶ μυστηρ. p. 17. ταμίαν ἐν πόλει τῶν ἱερῶν χρημάτων fuisse se dicit. Sic penes στρατηγὸν Achæorum erat δημοσία σφραγὶς teste Polybio lib. 4. p. 277. Plutarcho in Arato. Meminit et Demosth. contra Androt. in fine, quem ταμίαν et ἀντιγραφέα fuisse ait, et habuisse curam τῶν παλαιῶν στεφάνων χρυσῶν καὶ ἀναθημάτων τῇ θεῷ, et exegisse publicas functiones: ubi ἀντιγραφεὺς τῶν εἰσενεγκόντων dicitur. Is Androtion populo persuasit conflandas esse eas sacras coronas, quippe quæ ob vetustatem defluerent, et loco nobilium illarum inscriptionum Κόνων ἀπὸ τῆς ναυμαχίας τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους et Εὐβοεῖς ἐλευθερωθέντες ἐστεφάνωσαν τὸν δῆμον, is inscribi recenter conflatis phialis jussit nomen suum, Ἀνδροτίωνος ἐπιμελουμένου ἐποιήθησαν. Pollux lib. 8 de his loquitur, additque, εἶχον δ' ἐξουσίαν καὶ ζημίαν ἀφελεῖν, εἰ ἀδίκως ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐπιβληθείη. Quod testatur et Lysias p. 113. Suidas: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι ταμίαι ἄρχοντες χειροτονητοὶ ἐπὶ τὰς ἱερὰς καὶ δημοσίας τριήρεις. ὁ μὲν ἐπὶ τὴν πάραλον, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν του Ἄμμωνος. Nam alteri erant κληρωτοὶ, ut idem dicit supra, et Pollux. VA.

287, 2. Σίμων] Σιμωνίδης. VA.

287, 4. Optime φώρων habuit Codex Fed. Morelli, male omnino φόρων habebant veteres editiones, quam lectionem etiam servavit ipse Suidas, et post illum omnes parœmiographi, et ipsamet novissima Andreæ Schotti proverb. Græcor. editio. Nos melius putavimus proverbium ita concipi posse τὰ τῶν φώρων κρείττω, *furum potior est causa*. Hæc etiam fuit opinio eruditissimi viri Guilelmi Canteri, qui novar. lection. lib. 8. cap. 9. proverbium hoc recte emendavit. MA.

287, 4. ΦΩ'ΡΩΝ ΚΡΕΙ'ΤΤΩ] Ἀρχιφῶρα dixit Diodorus Siculus lib. 1. c. 80. VA.

287, 5. Πλείω] Πλοίῳ Photius. VA.

287, 10. ΤΕΤΡΑΚΟ'ΣΙΟΙ] Quatuor menses duntaxat imperium tenuisse ait Aristoteles teste Harpocratione. Constituti sunt anno 1 Olympiadis 92, pulsi anno 2 teste Diodoro Siculo lib. 13. cæsi ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος teste Plutarcho in Antiphonte, quod consentit plane cum Diodoro Siculo. Olympiadis autem 93 anno 3 prætore Callia constituti sunt 30 tyranni teste Diodoro. Ergo vera Maussaci emendatio seu potius Suidæ lectio. VA.

287, 11. Videtur hic deesse vox ἐτῶν, nam ita melius legas. οἱ Τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κατέστησαν τῶν τριάκοντα Τυράννων. Ciphra ζ' adhæsit adverbio πρὸ, et πρὸς hactenus lectum fuit pro πρό. Igitur Quadringenti septem annis ante Triginta Rempublicam gubernarunt. MA. πρὸ ἑπτὰ diserte Suidas. VA.

287, 11. Πρὸς ἑπτὰ κατέστησαν τῶν] Ἑπτὰ ἐτῶν, aut potius ἑπτὰ ἔτη κατεστήσαντο πρὸ τῶν etc. πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν Photius. VA.

287, 14. In Thessalia Philippum Tetrarchias constituisse, non autem Decadarchias, supra nos docuit auctor noster voce Δεκαδαρχία, contra Demosthenem: hoc jam plenius hic confirmatur. Vide sextam Demosthenis Philippicam; pergimus enim ad alia, cum hæc jam illustrarint viri doctissimi Joannes Hartungus et Petrus Victorius variar. lect. lib. 32. cap. 17. MA.

287, 14. ΤΕΤΡΑΡΧΙ'Α. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς] Philipp. 2 de Thessalis: προσδοκᾷν τὴν καθεστῶσαν νῦν δεκαδαρχίαν ἔσεσθαι παρ' αὐτοῖς. Vide supra in δεκαδαρχία. At in Philipp. 9, ut quidem vocaret Harpocratio: καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσι. VA.

287, 14. ΤΕΤΡΑΡΧΙ'Α] Arist. vol. 2. p. 229. B. καὶ Θετταλίαν ἅπασαν ἔχειν φρουραῖς καὶ τετραδαρχίαις κατειληφώς. Ad hunc locum vide, quæ notavit Palm. p. 472. Cf. Jos. Scaliger, Anim. in Euseb. p. 178. Sic intelligenda τετρὰς, apud Plut. vol. 2. p. 822. E. ubi longe aberrat Interpres. HEMST.

288, 1. Ἀλευάτου Πύρρου] Sic diserte Suidas. γρ. Ἀλεύα τοῦ Πύρρου. *post Aleuam Pyrrhi filium.* Hic Aleuas Thessalorum Rex fuit, de quo Plutarchus περὶ φιλαδελφίας ad calcem, ubi oraculum refertur quoddam hujusmodi: τὸν φάσκω τὸν πυῤῥὸν, ὃν Ἀρχεδίκη τέκε παῖδα. Vertendum est, *sub Aleua qui rufus dictus est.* Rationem hujus cognomenti pete ex Plut. cit. De Aleua Theocritus eidyll. 16. Vid. Ulpianum in Demosthenis Philippicas, in

Olynth. 1. Ἀλεύας ἀπόγονός τις τοῦ Ἡρακλέος Θετταλὸς ἐτυράννησε Θετταλῶν, εἶτα καὶ οἱ τούτου παῖδες. μὴ φέροντες οὖν τὴν τυραννίδα οἱ Θετταλοὶ, καὶ ἀποροῦντες τί δεῖ ποιεῖν, μετεπέμψαντο εἰς συμμαχίαν τὸν Φίλιππον. εἶτα ἐλθὼν ἐκεῖνος ἐξέβαλε τοὺς Ἀλευάδας ἐκ τῆς τυραννίδος. Maussac. in Append. Ἀλεύου τοῦ Πύρρας. De hac Archedice, cujus mentio fit in oraculo, vetus est epigramma, quod refert Isidorus Pelusiota lib. 3 ep. 224. Ἀρχεδίκη πατρὸς, ἀνδρὸς, ἀδελφῶν τ' οὖσα τυράννων, Παίδων τ' οὐκ ἤρθη νοῦν ἐς ἀτασθαλίην. Vide Thucydidem lib. 6, ubi integrum epigramma legitur. Simonidis esse dicit Aristoteles lib. 1 Rhetor. cap. 9, ut docet Casaubonus epistola ad Rittershusium. Sed fallor. Thucydides enim de Archedice loquitur Hippiæ filia, ut didici ex ipso Thucydide. Aleuas etiam dictus est Argi τοῦ πανόπτου filius, teste Schol. Æschyli 568. in Prometh. Vineto. Aleuadarum familia diu stetit usque ad tempora Philippi Macedonis; at Scopadarum cito extincta est. Phavorinus apud Stobæum serm. 103. ἄνθρωπος ἐὼν μηδέποτε φῇς, ὅ τι γίνεται αὔριον, μηδ' ἄνδρ' ἰδὼν ὄλβιον, ὅσσον χρόνον ἔσσεται, ἀλλὰ μηδὲ οἶκον, ὥσπερ ἐν μέλει ὁ ποιητὴς διεξέρχεται τὴν τῶν Σκοπαδῶν ἀθρόαν ἀπώλειαν. Simonidem melicum intelligit, cujus versus a Stobæo ibidem relati sunt. Athenæus lib. 10 ex Phania, Σκόπαν Κρέοντος μὲν υἱὸν, Σκόπα δὲ τοῦ παλαιοῦ υἱωνόν. De vetere Scopa vide Herodotum. De Aleua Suidas: Ἀλευάδαι οἱ ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας εὐγενέστατοι ἀπὸ Ἀλεύου βασιλέως τὸ γένος ἔχοντες. Horum historiam scripserat Ephorus junior, qui sub Galieno vixit, teste Suida: Ἔφορος Κυμαῖος ἱστορικὸς ὁ νεώτερος ἔγραψε τὰς Γαληνοῦ (lege Γαλιηνοῦ) ἱστορίας ἐν βιβλίοις κζ'. Κορινθιακὰ, περὶ τῶν Ἀλευάδων. Reges Thessalorum ταγοὶ proprie dicebantur, et ab iis tempora numerabant. ἐπὶ Ἀλεύα Arist. Sic ἐπὶ Σκόπα Xenophon 6 Ἑλλην. initio. Clemens 1 Stromat. Εὐφορίων δὲ ἐν τῷ περὶ Ἀλιάδων. Lege Ἀλευάδων. Ælianus lib. 8 Animalium cap. 11. VA.

288, 5. ΤΕΤΡΥΠΗΜΕ'ΝΟΙ] τετρυπημένη. Idem error in Suida. VA.

288, 5. Τιμάρχου] Ulpianus in Timocratem: αἱ ψῆφοι δὲ ποτὲ μὲν τετρημέναι καὶ ἄτρητοι, ποτὲ δὲ μέλαιναι καὶ λευκαί. αἱ μὲν τετρημέναι καὶ μέλαιναι ἦσαν καταψηφιζόμεναι. φασὶ δέ τινες τῶν ἐξηγησαμένων ὅτι ἀπὸ χοιρείων ὀστῶν αὗται ἐγίνοντο. αἱ δὲ λευκαὶ καὶ ἄτρητοι ἦσαν αἱ σώζουσαι. Mox infra, τετρυπημέναι καὶ ἄτρυτοι scribitur apud eundem. Schol. Comici in Vespis. VA.

288, 12. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος] Et Philipp. 9. ἂν δὲ λήγειν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ. Et περὶ παραπρ. ἐγὼ δὲ μαίνομαι καὶ

τετύφωμαι νῦν κατηγορῶν αὐτοῦ, et alibi sæpe. Quin et contra Aristocratem p. 448. absolute usurpat et adverbialiter, ἁπλῶς καὶ κομιδῇ τετυφωμένως. Polybius lib. 3 p. 232. ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται. VA.

288, 17. Melius ut opinor legas in Alcæi versu,

Πάμπαν δὲ τυφὼς ἐκ δ' ἐλέγετο φρονῶν.

[vel melius lege, πάμπαν τετυφὼς ἐκ δ' ἐλήγεται φρονῶν. Et hæc sufficient.

Τὸν μὴ λέγοντα παρὰ δεόντων μηδὲ ἓν
μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς,
τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
μηδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ καὶ πολὺν χρόνον.

Ex Addendis in fine operis]. MA.

288, 17. Ἐλέγεται] Ἐλέγχεται. Photius ἐκδελέγετο. VA.

289, 1. Τηλεφάνης, αὐλητής] De quo fuse Leopardus lib. 12. cap. 9. VA.

289, 3. Πρὸς Πυθόδημον] Ὑπὲρ ἀποστασίου inscripta erat hæc oratio teste Polluce 7, 17. VA.

289, 6. Palus hæc Copaïs in Bœotia est, in qua magnæ et immanes anguillæ nascebantur. Comici enarrator ad Pacem: Κωπαΐς, λίμνη Βοιωτίας, ἐν ᾗ μεγάλαι ἐγχέλεις γίνονται. MA.

289, 9. Oratio hæc est Lysiæ ὑπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας. Aliam composuerat idem rhetor quæ inscribebatur κατὰ Καλλίου ὕβρεως. Pollux auctor. MA.

289, 10. Καταστήσεσθαι] Καταστήσασθαι Suidas. VA.

289, 11. Οἷον Κεφάλαιον] Ἴσ. ἐπικεφάλ. Sic Isæus p. 61. VA.

290, 2. Περὶ τῶν δήμων δηλοῖ] Addit Etymolog. τὸ δὲ Τιτακίδαι καὶ Θυργωνίδαι φρατριαί τινες καὶ γένη ἄδοξα. εἰς γὰρ εὐτέλειαν ἐκωμῳδοῦντο, οὐχὶ δὲ δῆμοι, ὥς τινες οἴονται. VA.

290, 5. Τὰ σχοινία] Pollux 7, 150. VA.

290, 7. Hic locus valde corruptus et lacer ex parte fuit restitutus a magno Casaubono, quomodo hic a nobis excusus est, cap. 20. lib. 4. animadvers. in Athen. Porro verba Strattidis Comici ex ejus Macedonibus allata, integrari non possunt sine manuscripto, nec suis numeris absolvi, versus enim sunt hic confusi. Et si hoc scire aves, adeo verum est vocem hanc τοπεῖον ex Isæi orat. contra Dioclem adferri, ut Pollux ipsemet lib. 7. cap. 32. hoc idem testetur. Sed apud eum Isæi oratio ita plenius inscribitur πρὸς Διοκλέα ὕβρεως. Et quod notandum, τοπίον illic scribitur, non τοπεῖον. De Archippi dramate quod vocatur Ὄνος consule cap. 20. lib. 4. animadvers. in Athen. ubi Casaubonus ejus verba sic concipit, Τραχηλίαις ταῦτα καὶ τοπείοις ἱστᾶσιν

οὐκ ἄνευ πόνου. Lexicon manu exaratum recte *τοπεῖον* habet, deinde *σχοινίον τὸ δεσμεῦον τοὺς ἄνδρας*. Unde in verbis Strattidis correximus nos *δεσμεύοντες* pro *δονεύοντες*, licet sustineri possit *δονεύοντες*. MA.

290, 11. Τραχιλίαις] An *τροχειλίαις*, ut sint trochleæ, qua voce usus Aristoph. *Λυσιστράτῃ* v. 723. *τὴν δ' ἐκ τροχειλίας αὖ κατειλυσπωμένην*. Dicitur et *τροχιλία*, et sic scribendum, ut versus constet. Polybius lib. 8. p. 515. *πρὸς δὲ τοῖς ἱστοῖς ἐκ τῶν ἄνω μερῶν τροχιλίαι προσήρτηντο σὺν κάλοις*. Casaub. *in summis vero navium malis trochleæ, et in iis ductarii funes aptantur*. Et mox: *ἕλκουσι διὰ τῶν τροχιλίων τοὺς κάλους ἑστῶτες ἐν πρύμναις*. Moschion de nave illa Hieronis *διὰ τροχιλίων εἰς τὰ θωράκια λίθοι παρεβάλλοντο*, apud Athenæum. lib. 5. VA.

291, 11. ΤΟΥ'Σ ΧΩΡΙ'Σ ΟΙ'ΚΟΥ'ΝΤΑΣ] *Χωρὶς οἰκεῖν* dicuntur etiam, qui judicio familiæ herciscundæ cum fratribus experti sunt, et divisa hæreditate seorsum habitant. Sic Dem. *κατὰ Εὐέργου, ἠρόμην αὐτὸν, πότερα μεμερισμένος εἴη πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ἢ κοινὴ οὐσία εἴη αὐτοῖς. ἀποκριναμένου δέ μοι Εὐέργου ὅτι νενεμημένος εἴη καὶ χωρὶς οἰκοίη ὁ Θεόφημος, αὐτὸς δὲ παρὰ τῷ πατρί*. Huic opponitur *ἀνέμητος οὐσία*. Æschines contra Timarch. p. 18. Lysias *κατὰ Διογείτονος, ἀδελφοὶ ἦσαν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, Διόδοτος καὶ Διογείτων, καὶ τὴν μὲν ἀφανῆ οὐσίαν ἐνείμαντο, τῆς δὲ φανερᾶς ἐκοινώνουν*. Tamen aliquando fratres, qui patrimonium non diviserant, seorsum habitabant. Sic Demosth. *πρὸς Λεωχάρην* initio, *καὶ γίγνεται αὐτῷ* (*Μειδυλίδῃ* Archiadæ fratri) *θυγάτηρ, ᾗ ὄνομα Κλειτομάχη, ἣν ἠβουλήθη μὲν ἐκεῖνος ἀγάμῳ τῷ Ἀρχιάδῃ τῷ ἀδελφῷ ὄντι τῷ ἑαυτοῦ ἐκδοῦναι, ἐπειδὴ δὲ ὁ Ἀρχιάδης οὐκ ἔφη προαιρεῖσθαι γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν ἀνέμητον διὰ ταῦτα συγχωρήσας εἶναι, ᾤκει καθ' αὑτὸν ἐν τῇ Σαλαμῖνι*. Aliquando fratres *τὴν ἀφανῆ οὐσίαν* inter se dividebant, *φανερὰν* indivisam relinquebant, quod memini me legere apud Lysiam. Divisa hæreditate jurabat uterque se divisionem eam ratam habiturum, teste Isæo *περὶ Δικαιογένους κλήρου* initio: de fratribus qui patrimonium non dividunt, Dio orat. 38 ad Nicomed. p. 481. Alii sunt *χωρὶς οἰκοῦντες*, de quibus Demosthenes Philipp. 1. *καὶ τριηράρχους καθίσταμεν, καὶ τούτοις ἀντιδόσεις ποιούμεθα, καὶ περὶ χρημάτων πόρου σκοποῦμεν, καὶ μετὰ ταῦτα ἐμβαίνειν τοὺς μετοίκους ἔδοξε καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας. εἶτ' αὐτοὺς πάλιν ἀντεμβιβάζειν*. Volfius *libertinos* vertit, qui suam ipsi rem familiarem administrant. An potius sunt rustici, qui rure habitant, *χωρίται*, Hesychio, Dionysio lib. 1. p. 68. an potius *ξένοι*, qui *οἰκοῦντες Ἀθήνησιν*, de quibus Demo-

sthenes contra Leptinem, qui scripserat legem μηδένα ξένον εἶναι ἀτελῆ, μὴ διορίζων τῶν οἰκούντων Ἀθήνησι, quod reprehendit eo loco. VA.

291, 11. ΤΟΥ͂Σ ΧΩΡΙ͂Σ ΟΙΚΟΥ͂ΝΤΑΣ] χωρὶς οἰκεῖν uxor dicitur, quæ a marito discessit, ab Artemidoro, 4. 22. Sic χωρὶς εἶναι, *sejungi*, *separari*. Plato, Phædr. p. 1225. B. τρέφειν χωρὶς Menand. apud Suid. in Ἄβρα. ἀποκοιτεῖν καὶ καθεύδειν χωρὶς Aristæn. 2, 3. Contrarium ἐν τῷ αὐτῷ οἰκεῖν, Platoni, p. 1261. C. HEMST.

291, 13. Προσκεῖσθαι] Supple τῶν δεσποτῶν, id est, sed etiamsi abessent ea verba τῶν δεσποτῶν in loco Demosthenis. Certe hodie in Philipp. 1. Dem. ubi hæc habentur, τῶν δεσποτῶν abest, et recte quidem. Sic ἐν τῷ κατ' Εὐέργου in fine: ἀφεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα καὶ χωρὶς ᾤκει καὶ ἄνδρα ἔσχε. VA.

291, 18. Manca erant hæc ante nostram editionem. Codex Fed. Morelli amplius habuit ἢ τραγῳδεῖν δυναμένου. MA. Et Photius in lexico. VA.

292, 13. In omnibus excusis deerant hæ duæ voces ἐν τῇ, quas tamen agnoscunt omnes exarati manu. Nos putamus deesse nomen dramatis cujusdam fœminini aut ἀνατιθεμένης, aut παρακαταθήκης, aut denique alterius ejusdem generis. MA.

293, 2. Τριηραρχήματος] Ἐπιτριηραρχ. quæ oratio etiam πρὸς Πολυκλέα inscribitur. In ea sic legitur, οὔτε γὰρ τῷ τριηραρχήματι, οὔτε τοῖς ἐπιβάταις καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ χρήσοιτο, versus finem. Pollux 1, 23. VA.

293, 4. Ἐν' τῷ] Add. ὑπὲρ τῶν. νυνὶ γάρ φασιν ἐκεῖνοι δεῖν Ἠλείους μὲν τῆς Τριφυλίας τινα κομίσασθαι, Φλιασίους δὲ τὸ Τρικάρανον. VA.

293, 4. Προκλείδης] Etymol. π̄ρ̄οκλείδης habet, quod est πατροκλείδης. VA. [Hæc et proxima annotatio spectant ad verba ab Aldo ex Suida illata, quæ v. in annot. nostra.]

293, 7. Τοῦ τρικεφάλου Ἑρμοῦ] Hesychius in Ἑρμῆς τρικέφαλος, et Lycophron in Cassandra p. 99. τρικέφαλος φαιδρὸς θεὸς, ubi Tzetzes rationem cognomenti affert. Eustathius Ἰλ. ω. ex veteri scriptore sic refert: Ἑρμῆς τετρακέφαλος ἐν Κεραμεικῷ Τελεσαρχίδου ἔργον, ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου ἔργον Πάνθ' ὁράας· καὶ ἡ τετρὰς φασιν ἱερὰ τοῦ θεοῦ. Idem in Ὀδ. δ. p. 1504. τρικέφαλον Ἑρμῆν memorat. VA.

293, 9. Ad finem hujus sectionis, teste Gronovio, cod. Med. addit τοῦτον δὲ φησὶ Φιλόχορος ἐν γ̄ Εὐκλείδην ἀναθεῖναι Ἀγκύλησι. Lege autem Ἀγγέλησι vel Ἀγρύλησι, quod posterius verum puto.

Idem in Alciphrone (Ep. 3. p. 368.) vitium, cui pariter duplici conjectura suppetias ferre conatus est Berglerus. HEMST.

293, 10. ΤΡΙΠΤΗ'ΡΑ. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Διοκλέους] Vide Pollucem 7, 151. Theon Sophista, τὰ Ἰσαίου ἐν τῷ κατὰ Διοκλέους ὕβρεως. VA.

293, 11. Πιθάκνη] Demosth. in 1 adversus Onetorem: καὶ τὰ σκεύη γεωργικὰ πάντα (supple ᾤχετο λαβὼν) πλὴν πιθακνῶν. Glossæ: *tolus*, τριπτήρ. τριπτῆρα pro *prælo* sumit Nicander in Alexipharm.: ὥσπερ νοττεύουσαν ὑπὸ τριπτῆρσιν ἐλαίην. Scholiast. τριπτ. κατασκεύασμά τι ἐν ᾧ τὰς σταφυλὰς ἀποθλίβουσι. VA.

293, 14. Nihil diximus de vocibus ἡμίεκτον, ἡμιμέδιμνον, ἡμιολιασμὸς, τεταρτημόριον, τριτημόριον, τρίτον ἡμίδραχμον, quia in cap. 11. lib. 5. lectionum nostrarum de his abunde disputamus. MA.

293, 14. ΤΡΙΤΗΜΟ'ΡΙΟΝ] Suidas post verba autoris nostri hæc amplius habet, θαυμάζω μὲν οὖν ἔγωγε, πῶς τεταρτημόριον εἰσὶ δύο χαλκοῖ, τριτημόριον δὲ ἕξ. εἰ μὴ ἄρα ἐκεῖνο μὲν κυρίως ὠνομάσθη τέταρτον μέρος τοῦ ὀβολοῦ. τὸ δὲ τριτημόριον, ὡς ἀπὸ δ' μερῶν ὄντων, ἀνὰ δύο χαλκοῦς τρία ἔχων μέρη ς' χαλκοῦς συνάγει. Vide Pollucem 9, 56. VA.

294, 15. Γενέσθαι] Γεγενῆσθαι. VA.

295, 3. Aliam affert rationem Placidus Lactantius, vetus Papin. Statii enarrator, ad illud Thebaid. 2. *seu tu Libyco Tritone repexas læta comas. Tritone*, inquit, *fluvius vel palus, in qua Minerva dicitur nata, sicut Lucanus affirmat. Unde Græci eam Tritogeniam vocant.* Ennius,

Corpore Tartarino prognata palude virago.

Non enim audiendus est doctissimus Togatorum Varro, qui pro palude hic legit paluda, quæ vox fictitia est. MA. Et Suidas longe doctius in τριτογενὴς plures ejus cognomenti affert rationes. VA.

295. 3. ΤΡΙΤΤΥ'Σ] Plato Polit. lib. 5. p. 475. καὶ μὴν φιλοτίμους γε, ὡς ἐγ' ὦμαι, καθορᾷς, ὅτι, ἂν μὴ στρατηγῆσαι δύνωνται, τριττυαρχοῦσι. Melius forte dixisset φυλαρχῆσαι. VA.

295, 9. Exstat hujus poëtæ luculentissimum fragmentum in oratione Lycurgi contra Leocratem, quæ a nobis brevi notis illustrabitur. MA.

293, 12. ῾ΥΑΚΙΝΘΙ'ΔΑΙΣ] γρ. ὑακινθίδες. Diodorus lib. 17, Φωκίων μὲν χρηστὸς ἔφη δεῖν τοὺς ἐξαιτησομένους μιμήσασθαι τὰς Λέω κόρας καὶ τὰς Ὑακινθίδας, καὶ τὸν θάνατον ἑκουσίως ὑπομεῖναι

ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν τὴν πατρίδα. Demosthenes ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ, ᾔδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς προῦπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. Male ergo Harpocration. Hæ κατ' ἐξοχὴν παρθένοι dicebantur ab Atheniensibus. Autor Suidas in παρθένιοι. ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων Ἐρεχθέως θυγατέρες. Mox: παρθένοι. τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον καὶ ἐτίμων. ἦσαν δὲ ἀριθμὸν ἕξ. ἦν δὲ πρεσβυτάτη μὲν Πρωτογένεια, β δὲ Πανδώρα, γ Πρόκρις, τετάρτη Κρέουσα, ε Ὠρείθυια, ἕκτη Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένεια καὶ Πανδώρα δοῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιᾶς ἐλθούσης ἐκ Βοιωτίας. ἐσφαγίσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων. διὸ καὶ οὕτω καλοῦνται παρθένοι Ὑακινθίδες, καθάπερ μαρτυρεῖ Φανόδημος ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδι μεμνημένος τῆς τιμῆς αὐτῶν, καὶ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. Idem Suidas in Ὑακινθίδες (sic enim scribit) eadem habet quæ Harpocr. Cicero pro Sextio p. 657. *mortem, quam etiam virgines Athenis regis, opinor, Erechthei filia pro patria contemsisse dicuntur. Ego vir Cons.* etc. Euripides in Erechtheo vocat ζεῦγος τριπάρθενον teste Hesychio. Hyginus fab. 46. *Erechtheus Pandionis f. habuit filias IV, quæ inter se conjurarunt,* etc. ubi *Otioniam* vocat, quæ se sponte immolandam obtulit: qua immolata cæteræ se interfecere. Sed in fabula 238 *Colophoniam* eam vocat, ubi et id legitur: *Hyacinthus Spariantidem filiam ex responso occidit pro Atheniensibus.* Sed legendum est *Chthoniam.* Procridis porro Erechthei filiæ meminit Hyginus fab. 253. *Procris cum Erechtheo patre, ex quo natus est Aglaurus.* Theon in Arati Phænomena: Εὐριπίδης οὖν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας Ὑάδας φησὶν γενέσθαι τρεῖς οὔσας. VA.

295, 9. ὙΑΚΙΝΘΙ'ΔΕΣ] His Athenienses νηφάλια θύουσι, Philoch. apud schol. Soph. ad Œd. Col. 101. Vid. Vales. ad Euseb. de L. C. p. 757. Omnino cf. Demaratum, apud Stob. p. 228, 38. qui uxorem Erechthei vocat Thrasytheam. Hesych. Ὑακινθίδες, ἐπώνυμοι Ἀπόλλωνος ἀπὸ Ὑακίνθου. Arist. vol. 1. p. 205. B. Vid. Meurs. de Regn. Ath. 2. v. 9 et 13. qui male cepit ista Demarati apud Stobæum: ἐὰν μὲν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνην θύσῃ atque inde effingit Proserpinam filiarum Erechthei natu maximam: legendum enim Περσεφόνῃ, quod Interpretem non præteriit: *si filiam natu maximam Proserpinæ immolasset:* quæ inferorum Dea, quod sæpius factum, sanguine humano placari debuit. Philarg. ad Virg. Georg. 4. 463. Orithya Erechthei et Praxiotelis filia; lege *Praxitheæ.* Sic edidisse

Maevicium postea vidi. Apollod. Bibl. 3. 15. §. 5. narrat. Mino Athenas obsidente, fame et peste pressos Athenienses *κατὰ λόγιον παλαιὸν τὰς Ὑακίνθου κόρας Ἀνθηΐδα, Αἰγληΐδα, Λυταίαν* [Ὀρθαίαν] *ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τάφον κατασφάξαι· τούτων δὲ ὁ πατὴρ Ὑάκινθος, ἐλθὼν ἐκ Λακεδαίμονος, Ἀθήνας κατῴκει.* Quæ sane Harpocrationem erroris absolvunt. Erechtheus certe alio in bello, quod adversus Eumolpum Thracem et Eleusinios gessit, oraculi monitu filiam natu majorem, ut Demaratus, minimam, ut Apollod. 3. 15. §. 9, immolavit, cui sorores superstites esse noluerunt: *ἐπεποίηντο γάρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι.* Hyacinthi filiarum una Λουσία, unde nomen est δήμῳ· vid. Steph. in Λουσία. Lycurg. in Leocr. p. 160. vs. 11. Ἐρεχθέα γαναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα etc. Liban. vol. 1. p. 589. B. *ἐπέδωκεν* Ἐρεχθεὺς τὴν παῖδα. HEMST. Hæc disputata sunt propter Valesium, qui Harpocrationem erroris accusaverat. Illum eodem fere, quo Hemsterhusius, modo refutat Wessel. ad Diod. Sic. 17. p. 171. Cf. omnino Heyn. ad Apollod. 3. 15. §. 5. qui recte, ut opinor, Wesselingii rationem tuetur. GEEL.

295, 18. Ἐργάνη] Artemidor. lib. 2. VA.

296, 3. ὙΠΕΡΗ'ΜΕΡΟΙ] Demosth. contra Midiam: *δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας, εἷλον ἐρήμην, οὐ γὰρ ἀπήντα. λαβὼν δὲ ὑπερήμερον καὶ ἔχων, οὐδενὸς ἡψάμην πώποτε τῶν τούτου. ἀλλὰ λαχὼν ἐξούλης πάλιν, οὐδέπω καὶ τήμερον εἰσελθεῖν δεδύνημαι.* VA.

296, 5. ὙΠΕΡΗΜΕΡΙ'Α] Sic utitur Demosth. πρὸς Ὀνήτορα 1, et πρὸς Ἀπατούριον initio, et in oratione κατ' Εὐέργου. *μελλούσης μοι ἤδη ἐξήκειν τῆς ὑπερημερίας.* Et mox: *ἐδεόμην δ' αὐτοῦ ἀναβαλέσθαι τὴν ὑπερημερίαν.* Etym. *ὑπερήμεροι, οἱ ἐν ταῖς καταδίκαις πρὸς ἔκτισιν ἡμέραν λαβόντες, καὶ μὴ διαλυσάμενοι.* VA.

296, 7. ὙΠΟ' ΓΗ'Ν ΟΙΚΟΥ'ΝΤΕΣ] Nil aliud sunt, quam Antipodes. Cleomedes libro 1. Τρωγλοδύται quidem Straboni lib. 2. dicuntur *ἐν φωλεοῖς οἰκοῦντες διὰ τὰ ψύχη.* Sed Philostr. lib. 3. cap. 14. Pygmæos *ὑπὸ γῆν οἰκοῦντας* memorat. VA.

296, 9. Κατουδέους] Κατουδαίους ex Suida scrib. Homerus hymno in Mercurium *κατουδαίῳ ἐνὶ βόθρῳ*, *in subterraneo specu.* Diomedes lib. 3. *Exegetici poëmatis species sunt tres.* **Historica, qua narrationes et genealogiæ componuntur, ut est Hesiodi γυναικῶν κατάλογος.* Scripsit et virorum catalogum. Unde Hesiodus *ἐν καταλόγοις* citatur ab Schol. Homeri Ἰλ. β. de Nestore et Periclymeno. VA.

297, 1. Lege uno verbo ὑπόλογον: veterem errorem retinuit Chalcographus. Ita etiam in auctoritate Lysiæ οὐχ ὑπόλογον ὄντα legendum est. MA. Ὑπόλογον Suidas. VA.

297, 2. Ἐν λόγῳ] Hinc ὑπολογίζεσθαι pro *rationem habere* apud Dionys. Hal. lib. 11. c. 17. τὸν δὲ τῶν γεωργῶν ὄλεθρον οὐχ ὑπολογιούμεθα. Et Demosth. pro Corona p. 111. VA.

297, 3. Βουλή] Βουλῇ Suidas. VA.

297, 9. Quod oratores Attici ὑποφόνια dicunt, id alii Græci simpliciter ποινὴν vocant. Hesych. Grammaticorum facile princeps: ποινὴ, ἀντέκτισις ἡ ὑπὲρ φόνου διδομένη, καὶ ἡ δωρεὰ, καὶ τὰ διδόμενα χρήματα ὑπέρ τινος ἀνῃρημένου τοῖς αὐτοῦ οἰκείοις. Igitur pœna pretium est, quod tribuebat homicida propinquis et affinibus mortui, ne eum homicidii reum agerent. ποιναὶ proprie de cædibus, unde eleganter ab Electra apud Sophoclem Clytæmnestra dicitur ἀντίποινα λαμβάνειν, cum ob interfectam Iphigeniam Agamemnona interficit. et pœnæ dicuntur ipsæmet pœnarum exactrices Erinnyes, furiæ, quas τοὺς φονεῖς proprie persequi putabant, unde ἐμποίνιμοι a Sophocle dicuntur. Ita leges ἐμποίνιμοι illæ sunt, quæ pœnas infligunt his qui earum præcepta violare ausi sunt. Sanctiones has vocat Imperator Justin. Tit. 1. lib. 2. Institut. *Ideo et legum eas partes, quibus pœnas constituimus adversus eos qui contra leges fecerint, Sanctiones vocamus* Græci ἐμποινίμους νόμους. Porphyr. 4. περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων· Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον, θεοὺς τιμᾶν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους, ἐν κοινῷ, ἐμποινίμοις νόμοις πατρίοις (sic ego lego[r], hodie excusum est ἐμποίνοις) ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ, καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, πελάνοις ἐπετείοις. Quæ omnia in synagoge legum Atticarum explicabuntur accuratius. MA. Ποίνιμος δίκη Sophocli in Trachin. 803. ποίνιμοι δαίμονες dicuntur Synesio ep. 57. ποίνιμοι Ἐριννύες Sophocli in Ajace Mastigoph. Ælianus apud Suidam in ποινή. ὁ Ἀπόλλων φησὶ πρὸς Λοκροὺς, μὴ ἂν αὐτοῖς τὸ δεινὸν λωφήσειν, εἰ μὴ πέμποιεν ἀνὰ πᾶν ἔτος δύο παρθένους εἰς τὴν Ἴλιον τῇ Ἀθηνᾷ Κασάνδρας ποινὴν, ἕως ἂν ἱλεώσητε τὴν θεόν. Quem morem paulo ante suam memoriam cessavisse ait Plutarchus de sera Numinis vindicta, ubi et versus affert elegantes. Hieronymus contra Jovin. lib. 1. cap. 26. *Justum est et Locras virgines non tacere, quæ cum Ilium mitterentur ex more, nulla obscœni rumoris et pollutæ virginitatis ullam fabulam dedit.* De quo Locrensium more plura Casaubonus ad Æ-

[r] Ἐμποινίμοις (sic ego lego, hodie excusum est ἐμποίνοις)] Errat. Legendum enim est ἑπομένους. VA.

neæ Poliorcet. cap. 31. Sed nemo luculentius id narrat, quam Scholiastes Lycophronis 1141, ubi primas a Locris virgines ait missas esse Peribœam et Cleopatram, postea puellas annotinas cum nutricibus Ilium destinatas, quæ sorte ductæ fuissent, quas Trojani in mari occurrentes si forte ceperant, occidebant, *καὶ καίοντες ἀκάρποις καὶ ἀγρίοις* (Harpocratio in *ὀξυθύμια*) *ξύλοις τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἀπὸ Τρήρωνος ὄρους τῆς Τροίας τὴν σποδὸν εἰς τὴν θάλατταν ἔρριπτον.* Locri vero alias mittere cogebantur. Quod si quæ evadere poterant, in templo Minervæ ministrabant, tonsis capillis priva tunica et discalceatæ. *χιλίων δὲ ἐτῶν παρελθόντων μετὰ τὸν Φωκικὸν πόλεμον ἐπαύσαντο τῆς τοιαύτης θυσίας, ὥς φησιν Τίμαιος ὁ Σικελός. ἀκαρπίας δὲ μετὰ τὴν παῦσιν τῆς θυσίας κατασχούσης τὴν Λοκρίδα, ἔπεμπον οὐκέτι δύο, ἀλλὰ μίαν ἀρκοῦσαν εἶναι δοκοῦντα τὴν τιμωρίαν.* Schol. Homeri Ἰλ. N. VA.

299, 9. ῬΠΟΦΟΝΙΑ] Nota. meminit Pollux. Xiphilinus in Caracalla: *οὐ κατ᾽ ἐκεῖνο μόνον, ὅτι ἐπὶ μεγίστῳ τῶν ἀνθρώπων κακῷ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σφαγῆς ὑποφόνια τοῖς στρατιώταις ἐδεδώκει.* Philostratus quoque junior lib. 1. Imaginum, in Pyrrho seu Mysis: *καταθεὶς δὲ τὰ ὑποφόνια καθαρὸς ἥκειν.* Eustathius Ἰλ. σ. p. 1158. *ἐλέγετο τὰ τοιαῦτα χρήματα ὑποφόνια διδόμενα τοῖς φόνου κατηγοροῦσι, ἵνα μὴ ἐπεξέλθωσι. ἦν γὰρ παλαιὸν ἔθος καὶ τὸ ποινὴν δίδοσθαι ὑπὲρ φόνου, καὶ μὴ ἀνάγκην εἶναι φεύγειν ἀεὶ τὴν πατρίδα τὸν πεφονευκότα.* Ita et Didymus in Ἰλ. σ. *ποινῆς τῆς καλουμένης παρ᾽ Ἀττικοῖς ὑποφόνια.* Et Il. ι. p. 779. VA.

297, 10. *ἵνα μὴ ἐπεξίωσιν*] Hæc supervacua sunt et delenda: idem enim significatur sequentibus: *ἐπὶ τῷ μὴ ἐπεξέρχεσθαι.* HEMST.

297, 12. ῬΠΩΜΟΣΙΑ] Vide Demosth. pro Corona p. 112, ubi *prævaricari* vertit Volfius. Et contra Theocrinem: *τὸν μὲν Δημοσθένην τις ὑπωμόσατο καλουμένης τῆς γραφῆς, ὡς νοσοῦντα, τὸν περιϊόντα καὶ λοιδορούμενον Αἰσχίνῃ. τοῦτον δ᾽ οὗτος τὸν ἐχθρὸν εἴασε, καὶ οὔτε τότε ἀνθυπωμόσατο, οὔθ᾽ ὕστερον ἐπήγγελκεν.* Aristoph. Pluto 725. *ἵν᾽ ἐπομνύμενον παύσω σε τῆς ἐκκλησίας.* Schol. *ἀντὶ τοῦ ἐκκαλούμενον. ἐπωμοσία δέ ἐστιν, ἣν ἐπιδίδωσι ὁ βουλόμενος ἀντειπεῖν ψηφίσματι εἰσφερομένῳ. καλοῦνται δὲ εἰς δικαστήριον πολλάκις,* (quæ *ὑπωμοσία* dicitur a Polluce 8, 44. 54. et Xenoph. in fine lib. 1 Ἑλλην.) *ἄλλως. ἐπωμοσία ἐστὶν ἀπόδοσις αἰτίας, δι᾽ ἣν οὐχ ὑπαντᾷ τις πρὸς τὴν δίκην. Ὑπερίδης. καὶ ἐμοὶ μὲν συμβάσης ἀρρωστίας καὶ ὑπομοσθείσης ταύτης τῆς γραφῆς ἀνεβλήθη ὁ ἀγών. Σαλούστιος δέ φησιν, ὡς μέλλοντες εἴς τινα δημοτικὴν ἀποστέλλεσθαι χρείαν*

παρὰ τοῦ δήμου, πολλάκις ἐπώμνυον τὸ μὴ δύνασθαι αὐτὸ ποιεῖν, ἵνα μὴ συκοφαντῶσιν οἴκοι μένοντες. At hoc est *ἐξωμοσία*, non *ἐπωμοσία*. VA.

297, 19. ΦΑΛΑ'ΓΓΙΑ] Demosth. in 1 contra Aristogit. in fine: *ὡδὶ γὰρ ὁρᾶτε. οὐδένα ὑμῶν ἴσως ἔχις ἔδακεν, οὔτε φαλάγγιον, μήτε δάκοι ποτε. ἀλλ' ὅμως πάντα τὰ τοιαῦτα, ἐπὰν ἴδητε, εὐθὺς ἀποκτενεῖτε.* Sic igitur et sycophantis ac delatoribus facere oportet, non expectare, ut ab eis mordeantur. De phalangiis vide Scholiastem in Nicandri Theriaca. Nicander multa phalangiorum genera recenset: 1. *ῥώξ*. 2. *ἀστέριον*. 3. *κυάνεον*. 4. *ἀγρώστης*. 5. *δύσδηρι*. 6. *μύρμηκα* seu *μυρμήκιον*. 7. quod inter legumina reperiri ait. Plato Comicus, *ἐοίκασιν ἡμῖν ὁ νόμοι τοῖσι λεπτοῖς ἀραχνίοις, ἃ τοῖσι τοίχοις ἡ φάλαγξ ὑφαίνει.* citat Ælius Dionysius apud Eustathium 'Ιλ. *ν*. p. 924. VA. Vid. Thom. Mag. in 'Ράξ. Moschop. p. 200. Diogen. Laërt. 6. 44. Artemid. 2. 13. p. 102. Suid. in *ῥάξ* et *ῥώξ*. Aristot. Top. 6. p. 363, 28. Philo Jud. p. 1120. A. B. Etymol. in V. p. 786. v. 48. Sext. Emp. p. 25, 3. p. 22, 7. Galen. vol. 7. p. 520 A. Ælian, V. H. 1, 8. HEMSTERH.

298, 8. Optima sane ratione sordidissima hæc meretrix *φθειροπύλη* dicta fuit, quod pediculos ante januam quæritaret, nam quod extremæ egestatis firmius argumentum proferri potest? Hoc faciunt tantum illi, qui ad incitas redacti sunt. Habet autem hæc auctor noster ex Athenæi lib. 13. Dipnosoph. ubi ipsissima verba leguntur, quæ non repetam, ut brevis sim. MA.

298, 9. Eadem ferme retulit Helladius Besantinous in Chrestomatheiais, quas vide apud Photium. Consule et Ammonium voce *φαρμακὸς* et *μάγος*. Cæterum qui hic laudatur Istri *περὶ 'Απόλλωνος ἐπιφανειῶν* liber, de Sacris agebat, quæ peragebantur ad celebrandam memoriam alicujus Deorum *ἐπιφανείας*. Deorum præsentiam in terris Græce *ἐπιφάνειαν* vocarunt, nam cum vel se oculis spectandos præbebant, vel quodam alio modo præsentiam suam testabantur, tunc *ἐπιφαίνεσθαι* dicebantur: unde *ἐπιφάνειαι* et *ἐπιφάνεια* sacra ad memoriam illarum præsentiarum. Nos Christiani Epiphaniam Salvatoris nostri celebramus. Epicurei *θεῶν ἐπιφανείας* insectabantur, ideoque graviter a Dionys. Halicarnass. lib. 2. reprehenduntur. *Πάνυ δ' ἄξιον* (ait ille eod. lib.) *καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἱστορῆσαι τῆς θεᾶς.* Ister hic de Epiphaniis Apollinis egerat peculiari volumine, cujus primus liber hoc loco laudatur. MA. Apud Plutarchum in tract. de Musica: *καὶ ἡ ἐν Δήλῳ τε τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ* (*Apollinis* supple) *ἀφίδρυσις ἔχει*

ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ χάριτας τῶν τῆς μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν etc. *ὅτι δ' οὗτος οὐκ ἐμὸς λόγος, Ἀντικλῆς* (f. Ἀντικλείδης) *καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο.* Ἀντικλείδης ἐν Δηλιακοῖς laudatur a Schol. Apollonii 1, 1207. et 1289. *ἐν τῇ β Δηλιακῶν.* *Deorum præsentiam* Cicero dixit, ut notat Casaubonus ad Athenæum. Horatius:

Præsenti tibi maturos largimur honores.

Ovidius 2 Tristium initio:

Per te præsentem conspicuumque Deum.

Vetus Glossarium: *præsens, ἐπιφανείς.* male vulgo *ἐπιφανής*. Sic Livius 29. p. 529 in fine: *quæ non augendæ religionis caussa, sed præsentis Deæ numine sæpe comperta.* Et mox p. 530. *At Hercules in ducibus ipsis nullum Deæ numen apparuit, imo ibi præsens maxime fuit.* Hæc est vis hujus vocis tam apud Græcos, quam Latinos. Plutarch. in Marcello. Athenæum lib. 15. p. 672. De præsentia deorum notavi ad Themistium. Athenæus lib. 12. *Καρύστιος ὁ Περγαμηνὸς ἐν τρίτῳ ὑπομνημάτων, Δημήτριός φησιν ὁ Φαληρεὺς Ἱμεραίου τοῦ ἀδελφοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Ἀντιπάτρου αὐτὸς μετὰ Νικάνορος διέτριβεν αἰτίαν ἔχων, ὡς τὰ ἐπιφάνεια τοῦ ἀδελφοῦ θύων.* Idem lib. 15. de Admeta Eurysthei filia sacerdote Junonis Argivæ, *θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν.* Proclus in Hesiodum p. 155. VA.

298, 9. ΦΑΡΜΑΚΟ'Σ] Aristoph. in Ranis 741.

Καὶ ξένοις καὶ Πυρρίαις
Καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν εἰς ἅπαντα χρώμεθα
Ὑστάτοις ἀφιγμένοισιν, οἷσιν ἡ πόλις προτοῦ
Οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἄν.

Pessime interpres: *quibus antehac civitas ne quidem usa fuisset temere ac facile pro unguentariis.* Scholiastes Græcus: *φαρμακοῖσι δὲ τοῖς λεγομένοις καθάρμασι.* Aristoph. in Equitibus de his sic loquitur. Chorus: *εἰ τούσδ' ἐπίτηδες ὥσπερ δημοσίους τρέφεις ἐν τῇ πυκὶ, κᾆθ' ὅταν μή σοι τύχῃ ὄψον ὂν, τούτων, ὃς ἂν ᾖ παχὺς, θύσας ἐπιδειπνεῖς.* Schol. *δημοσίους δὲ τοὺς λεγομένους φαρμακοὺς* etc. Verba Lysiæ in orat. *κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβ.* leguntur p. 106 in fine. Latini *piaculum* dicunt. Sic Livius sæpe, nominatim lib. 10. sub finem de Decio. Idem p. 530. *sacrum piaculare fieri,* et 531. Servius ad illud 3 Æneid. *Auri sacra fames,* insigne exemplum hujusmodi *φαρμακῶν* apud Massilienses refert. Hinc *piacularis porta* Festo. VA.

298, 14. Ἀποτιμήματα] Ἀπομιμήματα ex Etym. VA.

299, 4. ΦΑΡΜΑΚΩ͂ΝΤΑ] *Παρανοεῖν καὶ ὑπὸ φαρμακῶν διεφθαρ-*

θαι, Isæus p. 48, 36. p. 8, 27. διεφθάρθαι ita simpliciter positum videtur ab Isocrate, p. 298. C. ὑπὸ φαρμακῶν βεβλάφθαι, et διαφθαρεὶς, Exc. Nicol. Damasc. p. 445. Quum sibi venenis ereptam memoriam diceret, Cic. Orat. c. 129. Liban. vol. 1. p. 306. C. 307. C. τῶν οὔτερος μὲν διέφθαρτο· ἦν γὰρ δὴ κωφός. Herodot. 1. p. 14, 9. Athen. 12. p. 536. E. παρακεκίνηται καὶ διέφθαρται τὴν γνώμην, Argum. Ajacis Flag. Sophoclis. HEMST.

299, 4. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου] Aristoph. Θεσμοφ. v. 541. ἀλλ' ἢ πεφάρμαχθε, ἢ κακόν τι μέγα πεπόνθατ' ἄλλο. *Incantatæ estis.* Plutarchus πρὸς Κολώτην. εἰ γὰρ οὐ κραιπαλῶντες οὐδὲ φαρμακῶντες ἄνθρωποι καὶ παρακόπτοντες, ἀλλὰ νήφοντες καὶ ὑγιαίνοντες. VA.

299, 15. ΦΑΣΚΩ΄ΛΙΟΝ, ἱμάτιον, φορεῖον] Scribendum existimo φάσκωλον ἱματιοφορεῖον, vel ἱματίων φορεῖον. Thomas Magister. φάσκαλος ὁ ἐκ δέρματος ὁ λεγόμενος ἰδιωτικῶς τζαμανδᾶς, ἐν ᾧ τὰ ἱμάτια φέρομεν. Ammonius. φάσκαλος φασκωλίου διαφέρει. φάσκαλος μὲν γάρ ἐστιν ἱματιοφορία. Melius φάσκωλος ex Polluce, Hesychio, Etymologo, qui et φάσκωλον in neutro genere dici notat. Deinde scribo φασκώλιον δὲ πήρα τις. φάσκαλος tamen dici potest et Dorice φάσκωλος. Sic θᾶκος θῶκος, sedes: φειδαλὸς φειδωλὸς, ut memini notari a Schol. Aristoph. φασκώλιον vero Latine *pasceolus*, id est *sacculus ex aluta*, teste Nonio Marcello. Pollux 7, 79. VA.

300, 1. ΦΑΥ΄΄ΛΟΣ, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους] γρ. Φάϋλλος. Strabo lib. 9, et Pausanias in Phocicis. Diodor. lib. 16. Onomarchi meminit Demosth. περὶ παραπρ. in fine. Verba Demosth. κατ' Ἀριστοκράτους sunt: φέρ' ἐὰν δὴ καὶ Μενέστρατος ἡμᾶς ὁ Ἐρετριεὺς ἀξιοῖ ταῦτα καὶ αὐτῷ ψηφίσασθαι, ἢ Φάϋλος ὁ Φωκεὺς, ἤ τις ἄλλος δυνάστης. Melius scribitur Φάϋλος quam Φάϋλλος. Sic apud Polybium lib. 5. p. 415. Φαΰλον ἐπὶ πάντων καταστήσας. Sic Θρασύλος scrib. apud Xenoph. lib. 1 rerum Græc. qui aliis Θράσυλλος. Eusebius Φάϋλλον vocat lib. 18 de Evang. Præpar. et Theopompus apud Athenæum. VA.

300, 1. ΦΑ΄Υ΄΄ΛΛΟΣ] Sic scribitur apud Aristoph. Acharn. 213. et Schol. qui ἄριστον δρομέα fuisse dicit. Hinc emenda Maxim. περὶ καταρχῶν, v. 4. 8. εἰ καὶ γοῦνα θοώτερα καὶ πόδας ἴσχοι, Κουφοτέρους Λάδαο καὶ ὠκυδρόμοιο Φαΰλλου. Fabricius edidit Φαάλλου. Phaylli meminit Athen. 5. 2. p. 338. D.[s] De Lada Plut. vol. 2.

[s] Hujus animadversionis origio fuit Valesii disputatio, ubi melius scribi Φάϋλος quam Φάϋλλος perhibet. Ipse tamen merito dubitabat. Vid. quæ habet Wessel. ad Diod. Sic. 11. p. 471. cf. idem Diod. 16. p. 109. Herod. 8.

p. 796. E. Anthol. 4. c. 2. 4. Cujus carminis Grotianam versionem edidit Fr. Junius in Myron. p. 129. Pausan. 3. p. 263. Rader. ad Martial. 10, 82. quem etiam vide 2, 86. Ejusdem meminit Cornif. ad Herenn. 4, 3. Cf. Pausan. 2. p. 153, 34. HEMSTER.

300, 3. ΦΕΛΛΕΊΤΑΣ] Φελλεάτας habet Scholiast. Aristoph. Vide Plato in Critia p. 111. VA.

300, 5. ΦΥΓΑΙΕΥΣΙ] Φηγαιεῦσι. Hesychius. VA.

300, 10. Φιγούσιον] Φηγούσιον Photius. VA. Purius legas Φηγούσιον, ut postea Φηγοῦς, quæ vox male desciverat a præcedenti Φηγούσιον. Hinc intelligenda quæ supra in Ἀλκιβιάδης leguntur, ἔστι δὲ Φηγούσιος Ἀλκιβιάδου ξένος. MA.

300, 10. Περὶ τοῦ βατράχων φόνου] Lego ὑπὲρ τοῦ Βατράχου φόνου. Sic Lysias ὑπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου orationem scripsit. Batrachus et Æschylides delatores et calumniatores improbissimi, qui multos cives sub 30 tyrannis interemerant, memorantur a Lysia ἐν τῷ κατ' Ἐρατοσθένους p. 121, et ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας. VA.

301, 1. ΦΘΟΉΣ] Exstat hodie is locus in 3 Epist. Demosth. quæ est pro Lycurgi liberis. In ea sic de Pythea oratore loquitur. καὶ μὴν οὐδὲ τὸν Πυθέαν παραλείψω τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικόν. μετὰ ταῦτα δ' ἕτοιμον εἰς τὰ καθ' ὑμῶν πάντα. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τοῦτον, ὅτε μὲν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν τάξιν ἔχων εἰς τὸ πολιτεύεσθαι παρῄει ὡς δοῦλον ἐλαυνόμενον καὶ γραφὴν ξενίας φεύγοντα. (Dinarchus eum accusavit. ejus oratio κατὰ Πυθέου ξενίας laudatur ab Athenæo et Harpocr. p. 102 et Dionysio inter δημοσίους. Ab Harp. dicitur εἰσαγγελία p. 39 et sic Dionysius ib. κατὰ Πυσικλέους εἰσαγγελία ξενίας) καὶ μικροῦ πραθέντα ὑπὸ τούτων, οἷς νῦν ὑπηρετῶν τοὺς κατ' ἐμοῦ λόγους ἔγραφεν. ἐπειδὴ δ' ἃ κατηγόρει τότε τῶν ἄλλων, νῦν αὐτὸς πράττει, εὐποροῦντα μὲν οὕτως ὥστε δύ' ἔχειν ἑταίρας, αἳ μέχρι φθόης (Dionysius in Isæo citat Pythiam ἐν τῇ Δημοσθένους κατηγορίᾳ) καλῶς ποιοῦσαι προπεπόμφασιν αὐτόν. Ex his patet has Demosthenis epistolas non esse spurias ac supposititias. Sed et Plutarchus in Lycurgi Rhetoris vita hujus Demosthenis Epistolarum meminit, et Æschines Ep. 12, ubi testatur etiam Athenienses absolvisse hujus Lycurgi liberos, quod et Plutarchus scribit. At in Καλαύρεια Harpocr. citat epistolam Demosthenis περὶ τῆς ἑαυτοῦ καθόδου. ea est secunda, in qua ad

47. ibique Valcken. alios Phayllos recensens. Est autem Φάϋλος vel Φάϋλλος diminutivi nominis forma, de qua vide Bast. Ep. Crit. p. 243. Schaef. ad Greg. Corinth. p. 281. et Meinek. ad fragm. Menandri p. 113. GEEL.

finem Calaureæ etiam meminit. Utriusque epistolæ meminit Hermogenes p. 354. VA.

301, 3. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος] In fine, Æschines p. 76. VA.

301, 9. Φιλοσοφεῖν] Dem. κατ' Ὀλυμπιοδώρου sub finem: ἀλλ' οὕτω πεφιλοσόφηκεν. *Sed operam dedit et studuit maxime, ut* &c. Isocrates panegyr. initio. VA. In v. Φιλοσοφεῖν demiror certe illud φάσκειν, quod quum in toto Harpocratione non exsistat, hoc uno in loco debuit inculcari; tanto absurdius, quod utique in loco Menandri, qui adducitur, non certe de opera sumpta ad dicendum, ut reddidit Frisius interpres, possit intelligi. Etiam viri docti in codice Gœsiano prorsus id non concoquentes restituerant ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι φησὶν Ἰσοκράτης. Et sane id longe melius est, ac vel unice verum, vel quod mihi succurrit forsan commodius ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι καὶ ἀσκεῖν. Et hæc significatio jam monstrata est ab eruditis. GR.

302, 1. Ἐνεβάλλοντο] Adde ἀστράγαλοι ex Etymol. Deest etiam in Suida hæc vox. Sed apud eum Diphili versus integrior legitur sic: Δίφιλος δέ φησιν, ἕλκ' εἰς μέσον τὸν φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλῃ. *Phimus* igitur turricula est seu pyrgus, crebris intus gradibus excisus, ex quibus fundebantur tali. Horatius: *Mitteret in phimum talos.* Ea turricula statuebatur in media parte alveoli. Vetus Epigramma, quod profert Salmasius ad Vopiscum in Proculo, de Tabula.

In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,
Qui vomit internis tesserulas gradibus.

Urnam judicialem intelligit. Κημὸς igitur hic pro urna ponitur, cum tamen proprie sit infundibulum urnæ, teste Hesychio et Polluce, ut in truncis, quos vocant, in ecclesiis videmus. Orificium est patens in superiori parte et in angustias desinens paulatim ac rimam, qua stipes transmittuntur. Tale colum vel infundibulum erat in urnis judicum Athenis, qui σχοίνινος ἠθμὸς dicebatur, quod ex virgis textum esset, teste Hesychio, de quo Casaubonus ad Athenæum. Tale etiam fuit in pyrgo aleatorum. A quo distinguendum est ψηφόβολον, de quo præter Suidam et Joannem Antiochenum a Salmasio ibi citatos loquitur Cedrenus p. 103. id est *fritillus*, seu *pyxis cornea.* Male Salmasius p. 469 ait ψηφόβολον esse κημὸν seu φιμὸν pyrgi. Male item fritillum et cornetum cum pyrgo confudit. E fritillo enim talos in pyrgum jaciebant, ut apparet in Calendario veteri apud D. Peirez. ad mensem Januarium pictus est aleator e fritillo talos mittens in

pyrgum. Pyrgus ipse est in margine tabulæ, turris formam referens, ut notavit narravitque mihi testis oculatus I. Sirmondus. Seneca in ludo:

Nam quoties missurus erat resonante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.

Claudii ineptiam et stuporem ridet, qui ex fritillo volens conjicere talos in pyrgum a pyrgo aberrabat. Fundus enim de fritillo seu cornu dicitur. Vetus cento de alea Salmasii: *Terna tibi hæc primum fundo volvuntur in imo.* VA.

302, 2. Forte sic recte absolvas e Diphili Synoride versum,

ἕλκ' εἰς μέσον τὸν φιμὸν ὡς ἂν ἐμβάλῃ.

Quæ lectio a quibusdam Codicib. confirmatur. MA.

302, 3. Vox Φλυεῖς male separata erat a præcedenti Φλυεῖα. Similes errores spissius purgavimus in hoc opere. MA.

302, 6. Φλυεῖα] Demosth. pro Corona, Δημοκράτης φλυεύς. VA.

302, 6. ΦΟΡΒΑΝΤΕΓΟΝ] Andocides p. 10 initio: περικόψειν τὸν Ἑρμῆν τὸν παρὰ τὸν Φορβάντιον. lege: τὸ Φορβαντεῖον. Hic Phorbas rex fuit Curetum, qui Eubœam habitabant. Eubœam enim initio habuere Curetes, ut Archemachus Eubœensis scribit apud Strabonem. Cum ergo inter Athenienses et Eubœos motum esset bellum, Xuthus Erechtheo suppetias tulit, cumque præcipuus autor fuisset victoriæ, Creusam Erechthei filiam in præmium accepit, ut ait Euripides in Ione sub initium, ἦν ταῖς Ἀθήναις τοῖς τε Χαλκοδοντίδαις, οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιος κλύδων, ὃν συμπονήσας καὶ συνεξελὼν δορὶ, γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο. Hujus Phorbantis, qui ex Acarnania in Eleusina irrupit, meminit Eustathius Ἰλ. σ. p. 1156. VA.

302, 8. Illustrissimus Scaliger p. 25. animadvers. in Euseb. Chron. hunc locum illustrat. Hoc nos addemus, Andronem qui hoc loco laudatur ἐν ὀγδόῃ τῶν συγγενειῶν, ab Schol. Apollonii Rhodii in primum Argonaut. in medium etiam produci. Ait ille ad v. 45. Ἄνδρων ἐν ἐπιτομῇ συγγενειῶν. MA. Imo eo loco de variis Phorbantibus duntaxat loquitur, et de hoc solum Harpocr. locum, nil præterea affert. Fuit et Phorbas Atheniensis æqualis Theseo, qui contra Thebanos pugnavit una cum Theseo et Paralo, ut docet Euripides in Ἱκετίσι. VA. Schol. Apoll. l. c. Ἄνδρων ἐν ἐπιτομῇ τῶν συγγενειῶν Θεογνήτην τὴν Λαοδίκου μητέρα Ἰάσονος εἶναί φησι. Laudatur etiam Andron a Stephano de urbibus in Ἄργος, ni fallor. Schol. Æschyli in Persis v. 185. Ἄνδρων ὁ Ἁλικαρνασσεύς φησι τὸν Ὠκεανὸν γῆμαι Πομφολύγην καὶ Παρθενόπην, σχεῖν δὲ ἐκ μὲν Παρθενόπης Εὐρώπην καὶ Θρᾴκην, ἐκ

δὲ Πομφολύγης Ἀσίαν καὶ Λιβύην, ἀφ' ὧν τὰς ἠπείρους ὀνομασθῆναι συμβέβηκεν. Laudatur a Strabone non semel. VA.

302, 11. Lusit joculariter in hac voce Phryne apud Athenæum in Grasonem quendam. Φρύνη, inquit, συνδειπνοῦσά ποτε Γράσωνι ἄρασα φορίνην, λάβε εἶπε καὶ κατέτραγε. At drama Γόητες Aristomenis, quod deinde laudatur, ab Athenæo etiam et Polluce lib. 8. citatum invenies. Unde conjiciebam ego apud Priscianum lib. 18. cap. de constructione verborum, quo loco legitur Aristomenes Βοηθοῖς corrigendum et restituendum esse Γόησι, id est *in præstigiatoribus*, nam inepte ineptus Pollucis interpres *in luctibus* vertit. Βοηθοὺς composuisse Aristomenem nusquam legi, [nisi apud Suidam voce ψαμμοκοσιογάργαρα, ubi ita legitur καὶ παρὰ Ἀριστομένει ἐν Βοηθοῖς. Unde conjicere licet futilem esse conjecturam nostram, et veterem Prisciani lectionem retinendam. Consule Acharnens. Comici et ejus Schol. [v. 3.] p. 370. hinc enim sua Suidas. Sed Macrobius p. 423. ult. edit. cap. 20. lib. 5. habet, *nec aliter Aristomenes* ἐν μύθοις, forte illic restituendum βοηθοῖς, pro μύθοις. MA. in Append. ad Plut.] Γόητες vero eum docuisse clamant ubique veterum scripta. MA. Βοηθοῖς recte habet. Nam et Βοηθοὺς docuit Aristomenes teste Schol. Aristoph. in Acharnens. initio, ubi de hac voce ψαμμακοσιογάργαρα notat, unde corrigendus est Macrobius lib. 5. cap. 20, apud quem legitur Aristomenes ἐν μύθοις. Hæc omnia in Appendice sua notat Maussacus. Sed Priscianum corrigo potius, apud quem bis legitur Aristophanes Βοηθοῖς lib. 17 et 18. VA.

303, 1. Φρατρίζειν] Φρατριάζειν Eustathius Ἰλ. ι. p. 735. φρατριάζειν dicit Demosth. πρὸς Μακάρτατον initio: ubi et Διὸς Φρατρίου meminit, et alia memorat, quæ operæ pretium est legere. Sed in MS. Aug. optimæ notæ legitur ἐφράτριζεν, non vero ἐφρατρίαζεν. Dionysius Halic. lib. 2. c. 23. καθωσίωτό τις, ὥσπερ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πρυτανείοις ἑστία κοινὴ τῶν φρατριῶν. Stephanus tamen φρατριάζειν Atticum esse ait. VA.

303, 1. Conjunximus nos vocem Φρατρίαρχος cum præcedenti Φράτορες, a qua male divulsa fuerat, nam a Φρατρία dicitur Φρατρίαρχος, ut a Φητρία Φήτραρχος, vel Φρήτραρχος a Φρητρία. Veteres Φητρεῖον aliquando dixere, Φητρίαν, et Φήτραρχον, pro Φρητρεῖον, Φρητρίαν, et Φρήτραρχον. Ita Romani Phetrium, ut apparet ex duabus tabulis, una Romana, altera Græca, quæ inter veteres inscriptiones exstant. MA.

303, 1. ΦΑΤΡΙΆΡΧΟΣ] Περὶ τῶν φρατόρων ὡς εἵλοντό με φρατρίαρχον. Demosth. ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει. Et infra: ἀλλὰ

μὴν ὁ πατὴρ αὐτὸς ζῶν, ὀμόσας τὸν νόμιμον τοῖς φράτορσιν ὅρκον, εἰσήγαγέ με ἀστὸν ἐξ ἀστῆς ἐγγυητῆς αὐτῷ γεγενημένον εἰδώς. Nota hoc sacramentum. Supra dixerat, ὡς εἰσήχθην εἰς τοὺς φράτορας, ὡς ἐνεγράφην εἰς τοὺς δημότας. Simile jusjurandum apud γεννητὰς aliquando præstitum esse testatur Demosth. contra Neæram. Locum not. ad Pollucem. Porro et notum est ex Polluce, prius induci in curiales oportebat quam inscribi inter tribules. Unde Demosth. πρὸς Λεωχάρην graviter reprehendit Leocharem, ὁ νῦν διαμεμαρτυρηκὼς πρότερον εἰς τοὺς δημότας ἢ εἰς τοὺς φράτορας ἐνεγράφη. Utrumque enim dicitur, et εἰσάγειν et ἐγγράφειν εἰς τοὺς φράτορας. Demosth. πρὸς Λεωχάρην supra. τηνικαῦτα πείσας ἕνα τῶν φρατόρων, ἐνέγραψεν εἰς τὸ φρατορικὸν γραμματεῖον. Suidas: ἐγράφοιτο δὲ πατρόθεν εἰς τοὺς φράτορας τῇ τῶν Ἀπατουρίων ἑορτῇ. Mox τὸ δὲ γράφεσθαι εἰς τοὺς φράτορας σημεῖον εἶχον τῆς συγγενείας. VA.

303, 3. Non Φρεάρριος populus est Leontidos tribus, sed Φρέαρροι, qui nomen acceperunt a Phrearo heroë illustrissimo. Verum quid crebrius in hoc auctore et apud Ethnicographos his conversionibus? Civium denominationes pro civitatum nominibus ponuntur, ut et popularium pro populis ipsis. Ita supra voce Ἀταρνεὺς ait auctor noster τὸ Ἀταρνεὺς civitatem esse prope Lesbum, cum tamen Ἄταρνα vocari debeat illa civitas, ejus vero civis sit Ἀταρνεύς[t]. Quemadmodum non Φρεάρριος dicitur hic populus tribus Leontidos, sed Φρέαρροι, populares autem sive tribules Φρεάρριοι. VA.

303, 10. Ut extranei et adulteri omnes a Democlide Δημοκλείδαι dicti sunt, a Timarcho lascivi omnes, petulantes et pæderastæ Τίμαρχοι, a Cillicone proditores omnes Κιλλίκωνες, ita ab Eurybato et Phrynonda omnes nefarii et improbi homines Eurybati, Phrynondæ. Hinc Hesychius Φρυνώνδας exponit per πονηρούς, quod ex insigni ejus malitia omnes nebulones dicti sint postea Phrynondæ. His omnibus Philergum etiam addere possumus sacrilegum, de quo elegantissime Isocrates in except. adversus Callimachum, ὅμοιον ἐργαζόμενος ὥσπερ ἂν εἴ τῳ Φρυνώνδας κακουργίαν ὀνειδίσειεν, ἢ Φίλεργος ὁ τὸ Γοργόνιον ὑφελόμενος, τοὺς ἄλλους ἱεροσύλους ἔφασκεν εἶναι. Vide supra Εὐρυβάτης. MA.

[t] Ἄταρνα vocari debeat illa civitas, ejus vero civis sit Ἀταρνεύς] Falsum, ut notavi ad calcem Herodot. ἐθνικὸν Ἀταρνείτης. Callimachus apud Laërtium in Pittaco. Ab Atarna Ἀταρνεύς. Ovidius in Ibim. Hesych. Ἀτάρνα habet. Isocrates in Paneg. p. 137, et Xenophon [Hell. 3, 2, 11.] p. 249. VA.

303, 15. Lege ἱππάρχῳ, non ὑπάρχῳ. Chalcographus sequutus est veteres editiones. MA. Scribe ἱππάρχῳ ex Etymol. VA.

304, 1. ΦΥΛΗ'] Æschines contra Ctesiphontem. Hesychius Φυλὴ τόπος τῆς Ἀττικῆς οὕτω λεγόμενος. Demosth. περὶ στεφ. Etym. Φυλάσιοι ἐκ τοῦ δήμου τῆς Φυλῆς. VA.

304, 3. Νομίζει εἶναι τόπον τὴν φυλήν] Leg. νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν. Ita Schol. Aristoph. in Acharnens. Φυλὴ ὄνομα δήμου, καὶ Μένανδρος Δυσκόλῳ νομίζετ' εἶναι τὸν τόπον Φυλήν. Hos autem *vicos* et *pagos* et *castella* Livius vocat 31. p. 579. VA.

304, 4. Τὸ Νυμφαῖον δ' ὅθεν π. Φυλὴν ἰών] Menandri verba e Dyscolo sic correximus. Quid Νυμφιαῖον, quod agnoscunt priores editiones, non agnosco, nec quid Φυλασίας. Optime quidem si legeretur Φυλασίους. Nam Φυλάσιοι sunt tribules aut cives Φυλῆς populi. Vide enarrat. Comici ad Plutum. Vide et Stephanum, apud quem corriges pro Φίλαρχος, Φιλόχορος, et repones Οἰνηΐδος pro Οἰνΐδος. MA.

304, 8. Idem χαράκωμα et ὁ χάραξ, utrumque vallum aut castra significat. ἡ χάραξ longe diversam recipit significationem, palum enim denotat, pedamentum, aut ridicam, unde in Glossario non cum viro doctissimo Bonaventura Vulcanio legendum Χάραξ, *sudis pertica*, sed *sudis ridica*; hodie inepte legitur *redica*. Cassianus in Geoponicis ridicas χάρακας optime vocat. Ita Ulpianus in lege is qui in puteum §. si quis vineas. D. quod vi aut clam, hac voce in ea significatione usus est: *Si quis in vineas meas venerit, et inde ridicas abstulerit, hoc interdicto tenebitur.* Ridicas, id est χάρακας, non ut Basilicorum auctores ῥίζας ἀμπέλων, radices enim legendum esset, ut in §. Ofilius. l. ligni D. de legatis 3. Nos Galli ridicas illas vocamus *des eschalats*, quæ vox detorta videtur a Græca χάρακας. MA.

304, 12. Laudatur aliquando Hyperides ἐν τῷ κατὰ Δημαίου, et ἐν τῷ κατὰ Δημάδου. An hæc oratio quæ hic inscribitur κατὰ Δημίου ξενίας, ab aliis differat plane ignoro, nec Schol. Comici ad Aves 880. intelligo, qui ad illa verba Χίοισιν ἥσθην Hyperidem laudat ἐν χαλκῷ. Menandri vero drama Χαλκεῖα raro inveni laudatum, si unum excipias Athenæum, apud quem lib. 11. ejus mentio fit. Eum Comicum ἐν Χαλκιδωνίῳ citatum etiam observavi apud Pollucem lib. 10. cap. 20. MA. Ἐν Δηλιακῷ conjiciebam, cum Aristoph. legerem una cum Scholiis Græcis Av. 880. Verba sunt: ὁ δὲ Ὑπερίδης ἐν τῷ χαλκῷ καὶ ὅτι Χῖοι ηὔχοντο Ἀθηναίοις, δεδήλωκε. Supra dixerat: ηὔχοντο γὰρ Ἀθηναῖοι κοινῇ ἐπὶ τῶν θυσιῶν αὐτοῖς τε καὶ Χίοισι, καθάπερ (Hesychius

in Χίοις) Θεόπομπος ἐν τῷ ιβ' τῶν Φιλιππικῶν φησιν οὕτως. οἱ δὲ πολλοὶ τοῦ ταῦτα πράττειν ἀπεῖχον, ὥστε τὰς εὐχὰς καὶ περὶ ἐκείνων καὶ σφῶν αὐτῶν ἐποιοῦντο, καὶ σπένδοντες ἐπὶ ταῖς θυσίαις ταῖς δημοτελέσιν ηὔχοντο τοῖς θεοῖς, Χίοις διδόναι τ' ἀγαθὰ καὶ σφίσιν αὐτοῖς. Sed et Platæensibus, ut narrat Herodotus. Eupolis ἐν Πόλεσιν ait: αὕτη ἡ Χῖος καλὴ πόλις. πέμπει γὰρ ἡμῖν ναῦς μακρὰς, ἄνδρας τε, ὅταν δεήσει, καὶ τ' ἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος. absque virgæ ictu et absque calcaribus. Apud Plutarchum sæpe legitur, ἄθηλος ὥσπερ ἵππος. Possit legi ἐν τῷ Κυθνιακῷ. Sic enim laudatur Hyperides a Suida in θαρραλέον. VA.

305, 1. Ἀθηνᾷ] Eustath. p. 1437. VA.

305, 3. ΧΑΡΙΚΛΗ͂Σ] Is ut videtur, cujus meminit Isocrates ἐν τῷ περὶ ζεύγους, et Andocides περὶ μυστηρίων p. 14. VA.

305, 4. Καὶ χερνίβων καὶ κανῶν &c.] Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δεῖν τὸν εἰς ἱερὰ εἰσιόντα καὶ χ. καὶ κ. ἀψόμενον, καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς ἐπιμελείας προστάτην ἐσόμενον οὐχὶ προειρημένων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἁγνεύειν μόνον, ἀλλὰ τὸν βίον ὅλον ἡγνευκέναι. Quæ repetit rursus ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. Nonius Marcellus. *Polubrum quod Græci χέρνιβα, nos trullum vocamus.* Dicitur et χερνίβια. Nam in Lysia et Andocide legi p. 31. VA.

305, 17. Χίλια σοφὰ ὄντα] Lege, χιλίας ὀφείλοντα, *qui mille drachmis multatus est.* Confirmat Hesychius, apud quem χιλιοῦσθαι seu potius χιλιωθῆναι, χιλίας δραχμὰς ζημιωθῆναι. VA.

305, 18. Κεχιλιῶσαι] Κεχιλιῶσθαι. Sic enim Pollux lib. 8. cap. 5 in fine et Hesychius. Autor Etymol. ἐχιλιώθη. χίλια ἐζημιώθη. Leopardus Emend. lib. 16. cap. 20. ὄφλοντα in Suida corrigit. VA.

306, 2. ΧΛΗ͂ΔΟΝ] Χλῖδον hodie scribitur hic et infra. ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι καὶ εἰς τὴν ὁδὸν χλῖδον ἐμβεβλήκασι, καὶ τὴν αἱμασίαν προαγαγόντες στενωτέραν τὴν ὁδὸν πεποιήκασι. Sed in MS. Aug. legitur χλῆδον. Sequitur paulo post. Αὐτοὶ τὴν αἱμασίαν προαγαγόντες καὶ τὴν ὁδὸν ἀνακεχωκότες, ἑτέροις βλάβης δικάζονται καὶ ταύτην χιλίων δραχμῶν ἀτίμητον. Notat Suidas χιλιῶν δραχμῶν. οὕτως οἱ Ἀττικοὶ περισπῶσι. Porro Suidas, qui ab Harpocr. habet, χλῖδος tamen legit. At Etymolog. χλῆδος et Hesych. VA.

306, 11. Æschyli drama Ἀργεῖοι nobis notum, non Ἀργεῖαι, ex dramatum syllabo, Athenæo, et Hesychio, apud quem corruptum invenitur aliquando hujus fabulæ nomen, ut voce ἀπόσκημμα, illic enim restituendum est Αἰσχύλος Ἀργείοις, hodie male legitur Ἀργείᾳ. At fragmentum quod ex eo dramate hic affertur, a nemine quod sciam probe intellectum est. ultima

verba καὶ χλῆδον βαλών facilia sunt, prima difficillima et intricatissima. Quid enim hæc sibi volunt καὶ πολτακὰν κυλητάν. Iambus suis numeris non constat, nec unde orta sint hæc portenta verborum facile dignosci potest, κυλητὴς quidem versatorem significare potest: et κυλητὰν Dorice dici pro κυλητὴν non novum est, sed quid fiet hoc Πολτακάν? An dicendum scribi debere πόλτακα a recto πόλταξ, vel πόλτα καὶ, aut ποῦλτα καὶ divisis vocibus a ποῦλς vel πόλτον, aut denique πολλὰ καί? Si ferri potest πόλτον in neutro, vel ποῦλς, rectius legetur πόλτα καὶ, nam sensus hic erit, *et pultem et versatorem et immunditias jacens.* Forte πόλταξ κυλητὴς periphrastice dictum pro cribro, aut cerciniculo pultario, in quo pultem cernebant. Hæc nos dubitabundi in hunc locum latebrosum protulimus. MA.

306, 12. Καὶ πολτακὰν κυλητάν] An forte καὶ πόρτακος aut πορτακῶν κύλιγμα. i. *bovinum fimum, stercus.* Sed κύλιγμα a κυλίειν nolim affirmare. πορτακῶν autem videtur omnino verum esse. Vide Hesychium, apud quem πορτιφόροι dicuntur οἱ τὰ κόπρια ἐπὶ τῶν ὤμων αἰρόμενοι. Male κόρρεια legitur. An πόρδακον, i. *humidum*, teste Strabone. Salmasius teste Maussaco in Appendice legit καὶ πέλτ' ἀναγκύλητα. id esset, *peltas, quæ ansa retineri haud facile possent.* Est enim ἀγκύλη, *ansa, jaculi amentum.* Ego malim παλτ' ἀναγκύλητα. est enim παλτὸν, ἀκόντιον, ut nemo nescit; at πέλτον Græcum non est: itaque errat Salmasius. Versus Æschyli intelligendus est de his, qui in extremo periculo se omni telo, quod obvium est, defendunt. Et jacula, inquit, sine amentis, et lapides qui ad manum sunt obvii, jaciens in hostem. Sic ἐνηγκυλωμένα τόξα apud Suidam: *probe tensi arcus.* et ἐπηγκυλημένα ξύλα idem explicat εἰς ὅπλων χρῆσιν. Porro Æschylus in ea fabula Græcos post epulas ebrios inducit: et inter se rixantes prorsus ut Lapithas ac Centauros, quolibet telo certare, ac matulas etiam in capita adversariorum illidere. Athenæus lib. 1.

Ὁ δ' ἐστὶν ὅς ποτ' ἀμφ' ἐμοὶ βέλος
Γελωτοποιὸν τὴν κάκοσμον οὐράνην
Ἔρριψεν, οὐδ' ἥμαρτε. περὶ δ' ἐμῷ κάρα
Πληγεῖσ' ἐναυάγησεν ὀστρακουμένη
Χωρὶς μυρηρῶν τευχέων πνέουσ' ἐμοί,

quod iisdem pene verbis imitatus est Sophocles in Ἀχαιῶν συνδείπνῳ, ut refert Athenæus lib. 1 p. 17. Sic ἀγκυλητοὺς κοττάβους dixit Æschylus teste Eustathio Iliad. β. p. 344. metaphora sumpta ἀπὸ τῶν δοράτων, ἅπερ ἀγκυλητὰ καὶ μεσάγκυλα ἐκάλουν. Strabo in lib. 10 palta amentis jaci sueta testatur his verbis:

Διττὴ δ' ἡ δοράτων χρῆσις, ἡ μὲν ἐκ χειρὸς, ἡ δ' ὡς παλτοῖς. Plura Cluverius in lib. 1 cap. 40 Germaniæ p. 352. VA.

306, 13. Insignem hunc locum insigniter hiulcum et luxatum ita redintegratum dedimus: φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος Ἀνθεστήρια μὲν καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ἑορτὴν ὅλην Διονύσῳ ἀγομένην, κατὰ μέρος δὲ Πιθοιγίαν, Χόας, Χύτρους. Postrema verba male desciverant a præcedentibus. Integrum festum quod in honorem Bacchi duodecima Ἀνθεστηριῶνος agebatur, Ἀνθεστήρια vocabatur, ut testantur vetus Comici enarrator, Suidas et alii, qui omnes in hoc conveniunt. Partes vero festi Πιθοίγια, Χόες, Χύτροι. Apud Hesych. male hodie legitur πιθοίπα pro πιθοίγια. Χοᾶς etiam hic male ante legebatur περισπωμένως, nam discrimen quod poni debet inter Χόας, cum festi Ἀνθεστηρίων partem significat, et Χοᾶς, cum pro mensura vini accipitur, in eo consistit, ut hoc circumflectatur, illud vero acuatur. Testis Ammonius, quem consules diligenter. De Chytris vide quæ paulo post auctor noster disputat. MA.

306, 13. Φησὶ δὲ Ἀπολλόδωρος] Hæc et sequentia, quæ a se emendata fuisse ait Maussacus, leguntur apud Schol. Comici in Acharnens. ne una quidem syllaba minus. VA.

307, 1. Male etiam hæc divulse et vellicatim legebantur, antequam monuissemus nos legendum δῆμος τῆς Ἀττικῆς Χολαργία, τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Ita nominatim Comici enarrator ad Acharnens. cum quo convenit Hesychius. MA.

307, 1. Χολαργία] Scribe Χόλαργοι ex Dionysio Tryphonis filio, aut Χόλαργος ex Didymo et Diodoro, ut ait Stephanus. VA.

307, 3. ΧΟΛΕΙΓΔΑΙ] Μίκωνα Χολλίδην Demosth. κατὰ Θεοκρίνου initio, et in ea κατὰ Κόνωνος Εὐξίθεον τουτονὶ τὸν Χολλίδην perscriptum est. Sic apud Arist. in Acharn. 405. Δικαιόπολις καλεῖ σε Χολλίδης ἐγώ. Ubi scholia, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. Stephanus: Χολλίδαι· δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Διογένης δ' ὁ Λαερτιεὺς ἐν β' φιλοσόφου ἱστορίας Χολλιδεύς φησι. Locus Laërtii est in Platone p. 211. VA. Suidas habet Χολλεῖδαι. MA.

307, 4. χρῆσται duo diversa et contraria significat. Creditores enim et debitores χρῆσται dici possunt. Ex innumeris quos producere possem, veterem Phocylidem seligo, qui semel sic loquutus est,

— — χρήστης κακοῦ ἔμμεναι ἀνδρὸς
φεῦγε, μή σ' ἀνιήσειε διδοὺς παρὰ καιρὸν ἀπαιτέων.

Ubi χρήστης debitor est; alias vero,

μηδέποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.

Ubi *χρήστης* creditor. Quæ ideo libens in medium adduxi, quia hodie non inveniuntur apud Pseudophocyliden, *νουθετικοῦ* carminis quod adhuc superest auctorem. MA.

307, 4. ΧΡΗ῀ΣΤΑΙ] Dem. *περὶ παραπρ. συγκαλέσας ἐγὼ τούτους, οἷς αὐτὸς ἔχρησα τὰ ἀργύρια. quibus pecuniam mutuam dederam.* Supra dixit de captivis illis Halensibus, *καὶ ἐδανείζοντο ὁ μὲν τρεῖς μνᾶς, ὁ δὲ πέντε, ὁ δὲ ὅπως συνέβαινεν ἑκάστῳ τὰ λύτρα. χρήστης* pro debitore sumitur a Demosth. *ἐν τῷ πρὸς Ὀνήτορα ἐξούλης.* Versus hi Phocylidis descripti sunt ex Schol. Arist. in Nubes, 240, ubi Schol. notat Athenis *χρήστας* proprie dici feneratores, ut Aristophanes usurpat; debitores vero *χρεωφειλέτας* et *χρεωστάς*. Idem notat Suidas in *χρῆσται. Ἀθηναῖοι δὲ τοὺς μὲν δανειστὰς χρήστας λέγουσι, τοὺς δὲ ὀφειλέτας χρεωφειλέτας.* Supra notarat, *τὸ χρῆσαι τοῦ δανεῖσαι αἱρετώτερον· τὸ μὲν γὰρ χρῆσαι ἐπὶ φίλων, τὸ δὲ δανείσασθαι πρὸς τοὺς τυχόντας.* Eadem ambiguitas in *δανεισταί*, teste Etymol. in *δανειζομένους*. Scholia anonyma in Homer. Odyss. *π*. v. 422. *ὥσπερ χρῆσται λέγονται οἱ ὀφείλοντες καὶ οἱ δανείζοντες.* VA.

307, 11. Ἠπατημένοι] Ἐξηπατημένοι. VA.

307, 12. Ἑαυτούς] Ἑαυτοῖς. VA.

307, 12. Ἄλλο δ' οὐδέν] In vulgatis: *ἀλλ' οὐδ' ἐλπίδα ἔχοντες ὑπὸ τούτου.* Sed in MS. legitur *ἄλλο δ' οὐδὲν ἐλπίδας.* Forte: *ἄλλο δ' οὐδὲν οὐδ' ἐλπίδας*, absque *τῷ ἔχοντες ὑπὸ τούτου*, quæ absunt a MS. VA.

307, 14. Χρυσὶς—Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος] Οὐκ ἀμφορίσκοι δύο, οὐδὲ χρυσίδες τέτταρες. in fine. VA.

307, 16. ΧΡΥΣΟΧΟΕΙ῀Ν] Χρυσοχοεῖον ἐν τῇ ἀγορᾷ, *aurificina. boutique d'orfevre.* Demosth. contra Midiam initio. VA.

307, 16. Παρ' Αἰσχίνῃ, Ἀποφοιτήσας] Forte *παρ' Αἰσχίνῃ ἀποφοιτήσας* etc. verba sunt Dinarchi. VA.

308, 3. Τί δαί] *γρ. τί δέ; ἦ δ' ὃς ὁ Θρασύμαχος.* VA.

308, 4. Χρυσοχοεῖ, εἰς τούσδε] Χρυσοχοήσαντας οἴει τούσδε etc. VA.

308, 8. Ἀναλαμβάνοντες] *γρ. ἀναλαβόντες* ex Suida. VA.

308, 10. Parœmia est *σὺ δὲ ᾠὸν χρυσοχοήσειν*, cujus enarrationem quæ ab Harpocratione affertur, integravimus, et distinximus. Consule Parœmiographos. Eubuli vero versus e Glauco Comœdia allati corrupte et confuse huc usque lecti fuere. MA.

309, 3. Καὶ σύ] *γρ. καὶ σῖτον* recte legit Erasmus. sic *ἐπισιτισμὸν ἡμερῶν μ'* Philippus in Epist. apud Demosthenem pro Corona. Potest legi *καὶ σιτί' ἐπί.* Sic Aristoph. Εἰρήνῃ 311. *οὐ γὰρ*

ἦν ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. VA. Tertium Eubuli versum hoc modo cum Salmazio redintegra:

Καὶ σῖτον ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν. MA.

309, 8. Xenagoras de insulis libros composuerat, adinstar Heraclidis et Philostephani, qui etiam in hoc opere laudantur. In eo opere autem docuerat Χύτρους Cypri civitatem a Chytro Aledri filio, Acamantis vero nepote, denominationem sumpsisse, quod hic indicare voluit Harpocration. Porro de festo Attico quod vocabatur Χύτροι nominatim consulendus Schol. Comici ad Acharnenses. 1075. MA.

309, 13. ΨΕΥΔΕΓΓΡΑΦΗ′] De ψευδεγγραφῇ Pollux 8, 43. ubi addit, κατὰ δὲ τούτου ἦν καὶ ἐπιβουλεύσεως γραφή. Lege βουλεύσεως γραφὴ, de qua Harpocr. sed quid differt actio ψευδεγγραφῆς a βουλεύσεως actione? Sane nullum discrimen notat Harpocratio: sed Suidas in ψευδὴς ἐγγραφὴ ait, ζητήσειε δ' ἄν τις τίνι διαφέρει ψευδεγγραφὴ βουλεύσεως; καὶ γὰρ διαφέροντα τίθησιν ὁ Λυκοῦργος. τάχα οὖν ψευδεγγ. μὲν ἐλάγχανον οἱ μὴ ὀφείλοντες μὲν, ἐγγραφέντες δὲ ψευδῶς. βουλεύσεως δὲ οἱ πάλαι μὲν ὠφληκότες, ἀποδόντες δὲ καὶ αὖθις κατ' ἐπιβουλὴν ψευδῶς ἐγγραφέντες. VA.

309, 15. Deerat ante editionem nostram vox σανίδι hoc in loco, quam tamen Suidas ipse agnovit, et omnes manu exarati. MA.

309, 18. Ψευδοκλησία] Athenæus lib. 6. Θεόπομπός φησι πλήρεις εἶναι τὰς Ἀθήνας διονυσοκολάκων καὶ ναυτῶν καὶ λωποδυτῶν, ἔτι δὲ ψευδομαρτύρων καὶ συκοφαντῶν καὶ ψευδοκλητήρων. VA.

310, 3. Quæ hic laudatur Isæi oratio, sic inscribebatur πρὸς Νικοκλέα περὶ χωρίου. Inepte aliæ editiones περὶ θρίου habebant. MA.

310, 4. Ultimus hic totius operis locus diligentiam nostram desiderabat. Solus enim Lil. Gregorius Gyraldus hactenus de Susurrone Mercurio, Venere et Cupidine tractavit, et unicum hunc auctoris nostri locum attigit. Nihil enim præterea de Diis illis Susurronibus addidit. En igitur quæ nos de iisdem legendo comperimus et annotavimus, ad hujus loci illustrationem. Demosthenes in orat. contra Neæram, ita loquutus est, καὶ εἰσάγει αὐτὴν καὶ τὰ παιδία εἰς τὸ οἰκίδιον, ὃ ἦν αὐτῷ παρὰ τὸν ψιθυριστὴν Ἑρμῆν. Ad hæc Harpocration animadvertit Athenis quendam fuisse Mercurium sic vocatum et Venerem et Cupidinem ψιθυριστάς. Non solum ergo Mercurii Susurronis statua erecta erat,

sed et Veneris[u] et Amoris *ψιθύρων*, quod valde notandum ex Harpocratione, et ex Zopyro, qui retulerat Theseum omnia illa simulachra erigenda jussisse, quod Phædra Hippolytum exosa in ejus aures plurima insusurrasset, accusationis loco futura. Docet etiam nos Suidas quosdam alios auctores credidisse *ἀνθρωπινώτερον* dictum fuisse Mercurium illum *ψιθυριστὴν*, ex eo quod homines in locum in quo erat erectus, convenirent, ut de silentio suppressis, et de his quæ vulganda non erant, ad invicem agerent, et quasi per susurros et succrotillam voculam (ut Titinnius loqueretur) inter se confabularentur. Quid si dicamus nos de hoc Mercurio susurrone forte intelligenda illa, quæ antiquitus dicere solebant, cum silentium imperabant, Ἑρμῆς *ἐπεισελήλυθεν*[x]? Plutarchus *περὶ ἀδολεσχίας*: *καὶ καθάπερ ἐν συλλόγῳ τινὶ γένηται σιωπὴ, τὸν* Ἑρμῆν *ἐπεισεληλυθέναι λέγουσιν*, etc. quæ verba non adhuc fuere intellecta. Certe paulo post ex Eustathio Homeri interprete docebimus Venerem ideo *ψίθυρον* dictam fuisse, quod quæ illam precabantur mulieres, sibi adinvicem in aures insusurrarent, quibus susurris demonstrabant ita mysteria peragi debere cum silentio et veneratione. Allusit forte ad hunc morem Eumathius, quem vulgo Eustathium vocant, lib. I. de Amor. Ὑσμίνου *καὶ* Ὑσμινίας, cum ita loquutus est: *ὁ δέ γε Σωσθένης δριμὺ καὶ αὐτὸς, καὶ κινήσας τὴν κεφαλὴν, ἐκεῖθεν εὐθὺς ἀφαρπάζει τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ φησὶ, Διασίων καιρὸς, καὶ κατατρυφήσομεν τὰ Διάσια, ὅλοι γενώμεθα τῆς ἑορτῆς, ὅλοι τῆς πανηγύρεως, Ζεὺς παρὰ τῇ τραπέζῃ, καὶ Διὸς Τράπεζα. ὅτι καὶ κήρυξ οὗτος Διὸς, τῇ χειρί με παραδεικνὺς, καὶ ὁ Κρατισθένης ἐγγύς μου παρακαθήμενος, πλήττει με σιγῇ τῇ χειρὶ, τῷ ποδὶ τὸν πόδα προσεπιθλίβει μου, καὶ σίγα φησί μοι τῷ ψιθυρίσματι.* Cur enim *ψιθυρίσματι*? nisi dicamus allusisse eum ad morem illum in aurem insusurrandi, et silendi dum alicujus Dei mysteria peragebantur, præsertim Mercurii, Veneris, et Cupidinis *Ψιθύρων*? Vis audire Eustath. de omnibus illis Diis? en tibi quid dicat ad Odyss. Υ. Ὅρα *δὲ ὡς οὐ μόνον πολυλογεῖν ἀνοίκειον*

[u] Veneris] Ita Hesychius in Ἀφροδίτῃ. Suidas, *ψιθυριστοῦ Ἑρμοῦ καὶ Ἔρωτος καὶ Ἀφροδίτης, ἅπερ πρῶτος ἐποίησεν, ὥς φησι Ζώπυρος, Θησεὺς, ἐπειδὴ Φαίδρα, ὥς φασι, ἐψιθύριζε Θησεῖ κατὰ Ἱππολύτου διαβάλλουσα αὐτόν. οἱ δὲ ἀνθρωπινώτερον φασὶ ψιθυριστὴν παρὰ τὸ ἀνθρώπους ἐκεῖ συνερχομένους τὰ ἀπόρρητα συντίθεσθαι, καὶ ψιθυρίζειν ἀλλήλοις, περὶ ὧν βούλονται.* Sophocles in Ajace Mastig. 148. *τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάττων εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεὺς, καὶ σφόδρα πείθει.* Interpres recte *ψιθύρους λόγους διαβόλους* interpretatur. recte. Sic de Phædra Suidas supra *ἐψιθύριζε*. VA.

[x] *Ἑρμῆς ἐπεισελήλυθεν*] Melius explico ex Servio in I Æn. ad illa, *tum facta silentia tectis*, notat, ut diis honos haberetur tacendo, qui mos cum intercessit inter cœnandum, Græci quoque *θεῶν παρουσίαν* dicunt. VA.

γυναιξὶν, αἷς κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, ἀλλὰ καὶ ὁ ἄθρους γέλως, καὶ ἡ ἀκόλουθος εὐφροσύνη· χρὴ γὰρ ὡς τὰ πολλὰ ἡσύχως ἔχειν αὐτὰς, διὸ καὶ ψιθύρου Ἀφροδίτης κατὰ Παυσανίαν ἱερὸν ἦν Ἀθήνησιν, καὶ Ἔρωτος δὲ, οὗ καὶ Δημοσθένης, φησὶ, μέμνηται ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. ἐκαλεῖτο δέ φασι ψίθυρος, διὰ τὸ τὰς εὐχομένας αὐτῇ πρὸς τὸ οὖς λέγειν, ὅπερ ἐδήλου μὲν χρῆναι μυστηριάζεσθαι τὰ τοιαῦτα. οὐκ ἦν δὲ ἀπεικὸς δηλοῦν καὶ τὸ δεῖν εἶναι ἀπέχειν τὸ τρανὲς τῶν φωνῶν, ὧν μέρος καὶ τὰ θρασέα γελοιαστικά. Ait ex Pausania loquutum esse Demosthenem in oratione contra Neæram de Venere et Amore Susurrone, quod falsissimum est, meminit enim tantum Demosthenes in illa oratione Susurronis Mercurii, ut ex supra relatis apparet. In Pausaniæ vero[y] verba ab Eustathio laudata nondum incidere potui. Quare num Pausaniæ vel Eustathio *μνημονικὸν* hoc *ἀμάρτημα*, vel potius hæc incogitantia, tribuenda sit, amplius quærendum censeo. MA.

[y] In Pausaniæ vero] Alius est Pausanias, qui *τὸ Ἀττικὸν λεξικὸν* scripserat, quod illius opus laudat idem Eustathius commentario in Dionys. de situ orbis et passim comment. in Homerum. Citatur etiam a Scholiast. Apollonii lib. 4. v. 1187, et a Photio in Bibliotheca sua cap. 153. Duos Pausanias commemorat Suidas. VA.

EX ADVERSARIIS

HENRICI VALESII [a].

OMISIT quid sit ἀντίδοσις. de qua Isocrates orationem scripsit. Porro in permutatione et actiones omnes ad actorem transibant, quas reus cedere debebat. Sic tutores Demosthenis, ἀντίδοσιν ἐπ' ἐμὲ παρεσκεύασαν, (ὡς τὰς δίκας ἔμελλον εἰσιέναι κατ' αὐτῶν) ἵνα εἰ μὲν ἀντιδώην, μὴ ἐξῇ μοι πρὸς αὐτοὺς ἀντιδικεῖν, ὡς καὶ τῶν δικῶν τούτων τοῦ ἀντιδόντος γινομένων. Sed Demosthenes ἀπέτισε τῶν λειτουργιῶν in 2 contra Aphobum. Semel atque iterum sic ἀντιδιδόναι usurpat Demosthenes, contra Leptinen bis et contra Midiam.

Omisit δημεύειν. quod ἁπλῶς et solitarie usurpat bis Demosthenes ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ. explicat Hesych. utitur Andocides p. 28.

Omisit ἐπιπολάζειν. Demosth. orat. 9. in Philipp. καίτοι πάνθ' ὅσα ἐξημάρτηται καὶ Λακεδαιμονίοις ἐν τοῖς τριάκοντα ἐκείνοις ἔτεσι καὶ τοῖς ἡμετέροις προγόνοις ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα, ἔλαττον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν Φίλιππος ἐν τρισὶ καὶ δέκα οὐχ ὅλοις ἔτεσι οἷς ἐπιπολάζει, ἠδίκηκε τοὺς Ἕλληνας. quod notandum ad chronologiam illis temporis. Supra πλεονάζειν dixerat de Lacedæmoniis, quod idem videtur ac πλεονεκτεῖν: *s'emanciper et se licentier plus qu'il n'estoit de raison.* Isocrat. 358.

Μενεσθεὺς στρατηγὸς Ἀθηναίων, *Admiral.* Demosthenes sive Hyperides περὶ τῶν πρὸς Ἀλέξανδρον συνθηκῶν. Hujus meminit

[a] Hæc in Appendice ad Valesii annotationes edita sunt cum hac præscriptione "*Sequuntur ea quæ Henricus Valesius, in primis et postremis paginis notavit, partim ad antiquos Græciæ Oratores spectantia, partim ad Harpocrationem, quæ suis locis ob certas causas posita non sunt.*"

Demosth. in epist. 3. pro Lycurgi liberis, et popularem ac δημοτικὸν fuisse ait, cumque eo Nausiclem, Charetem, Diotimum, Eudoxum, Eudemum, Ephialtem, (cujus meminit Dinarchus contra Demosthenem,) Lycurgum. Hos quidem ait sua et fatali morte ablatos esse. Ipsos autem Athenienses expulisse viros, qui populi partes tuebantur, Charidemum, cujus meminit Dinarchus ibid. et Philoclem et se ipsum. *Μενεσθέως στρατηγίας* meminit Dionysius Halicarn. in Dinarcho in fine, ubi male *νεμεσθήσεως* legitur.

Ἐγκαθέτων ἀνθρώπων, hominum insidiatorum. Demosth. in epist. 3. *ὑπὲρ τῶν Λυκούργου παίδων.*

Εἰσιτήρια dies erat, quo Senatores primum magistratum inchoabant, sicut quo deponebant *ἐξιτήρια*, teste Hesychio. Suidas in *εἰσιτήρια* addit, *ταύτην τὴν ἡμέραν Ἀθηναῖοι πρώτην τοῦ ἔτους νενομίκασι.* Demosthenes *περὶ παραπρ. καὶ ἡ βουλὴ τὰ αὐτὰ ταῦτα εἰσιτήρια ἔθυσε, συνειστιάθη.* Volfius: *Senatus item communia sacra habet auspiciorum*, ut Senatores Rom. ad aram Victoriæ et Concordiæ in ingressu sacrificabant, teste Symmacho aliisque. Idem contra Midiam: *εἴασε μέν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι καὶ θῦσαι καὶ κατάρξεσθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ ὅλης τῆς πόλεως. εἴασε δὲ ἀρχιθεωροῦντα ἀγαγεῖν τῷ Διὶ τῷ Νεμίῳ τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεωρίαν, περιεῖδε δὲ σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα τρίτον αὐτὸν καὶ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν.* Ulpianus in Midianam: *εἰσιτήρια δὲ ἐγίγνετο θυσία μελλούσης εἰσιέναι τῆς βουλῆς εἰς τὸ βουλευτήριον ὥστε κατὰ γνώμην ἀπαντῆσαι πραγμάτων σκέψιν.*

Item *ἀπογνῶναι.* Contrarium *καταγνῶναι.* Æschines *περὶ παραπρ.* initio: et *κατὰ Κτησιφ.* p. 60. et Demosthenes *κατὰ Ἀνδροτίωνος.* et similiter *ἀποδιαιτᾶσθαι* et *καταδιαιτᾶσθαι* de arbitris eodem sensu dicitur, quo *ἀπογνῶναι* et *καταγνῶναι* de judicibus. Dem. *πρὸς Βοιωτὸν*, de materna dote sic sæpe loquitur.

Ἔνορκος. Æschines *περὶ παραπρ.* ubi de Amphictyon. et *κατὰ Κτησιφῶντος* p. 61. *compris dans le serment du traité de pais.* qui jurejurando continetur.

Ἀνεμέσητον. Æschines p. 61.

Παραγγέλλειν στρατιὰν ἐπί τινα: milites scribere, expeditionem parare adversus aliquem. Æschines bis usurpat *ἐν τῷ κατὰ Κτησιφ.*

Εἰρηνοφύλακα. Æschines *κατὰ Κτησιφ.* p. 72.

Ἔναυλον ἦν. In omnium auribus vox ea personarat. Æschines *κατὰ Κτησιφ.* p. 77. initio.

ʼΕλκοποιεῖς, exulceras, Æschines ib. p. 79.

ʼΑρπάγματα. Æschines ib. p. 80.

ʼΑγοράσματα ibidem. ἀγοράσματα item in prologo ad orationem contra Phormionem, (et in ipsa etiam oratione:) *ἀγοράσματα τῶν ἐμῶν χρημάτων*, empta mea pecunia merces.

Διαπραξάμενος, qui malis artibus et ambitu aliquid perfecit. usurpat Æschines in eadem oratione sæpissime, p. 81. tamen et in bonam aliquando partem sumitur a Demosthene et aliis.

Κοιταῖον: pernoctantem. Decretum Callisthenis Phalerei apud Demosth. pro Corona.

Κλισίῳ, aut *κλησίῳ*, ut est in MS. Demosth. pro Corona p. 119. *πρὸς τῷ καλαμίτῃ ἥρωι*. Vide Hesych. in *καλαμίτης*, et corrige *κλισίῳ*, non *ἠλισίῳ*.

ʼΑποφοιτᾷν *παρὰ Λυσίᾳ τὸ παύσασθαι φοιτῶντα, ὅ ἐστι μανθάνοντα*. Eustath. Il. ό. 1166.

ʼΕπικέρδης ὁ Κυρηναῖος: immunitate donatus ab Atheniens. quod in Sicula calamitate captivis Atheniensibus frumentum dederat, et postea reip. Ath. talentum *αὐτὸν ἐπαγγελλόμενος* et sua sponte dederat. Demosth. in Leptinen.

Κορυφαῖος ἡγεμὼν in unaquaque tribu, qui chorum ducebat in Dionysiis. Demosth. contra Midiam p. 393.

ʼΑχερδούσιος. est *δημότης*. Demosth. contra Midiam. Νικήρατος ʼΑχερδούσιος, et Æschines in Timarchum.

Προαγῶνας *τῆς γραφῆς κατασκευάσαι*. i. præparare actionem suam sæpe jactando se illum et illum accusaturum, aut aliud quid faciendo, ut calumniando eos homines quos accusare velis, et testes adversus eos exarando. Demosth. contra Androtionem versus finem, ibique Ulpianus. Est et *proagon* pars quædam in comœdia. Sic *proagonem Acharnensium* dicit Scholiastes Comici p. 435. Occurrit etiam apud Demosth. ut certo scio, forte *ἐν τῷ περὶ παραπρ.* imo apud Æschinem p. 61. contra Ctesiph. at Ulpianus in Leptinianam versus finem pro *præjudiciis* usurpat, et *προδιαγνώσεσι* utitur Plato de Legibus p. 796.

Χοινικίδες. modioli coronarum, ubi Inscriptiones ponebantur ejus, qui eam obtulisset. Demosth. *κατὰ ʼΑνδροτίωνος* in fine. *οἶμαι γὰρ ὑμᾶς ἅπαντας ὁρᾷν ὑπὸ τῶν στεφάνων ταῖς χοινικίσι κάτωθεν γεγραμμένα, οἱ σύμμαχοι τὸν δῆμον ἀνδραγαθίας ἕνεκα καὶ δικαιοσύνης*. etc.

ʼΑποστρατηγὸν *ποιεῖν*. *deposer de l'office de Capitaine*. discingere. Demosth. *κατ' ʼΑριστοκράτους* p. 449. *ἐπειδὰν τὸν μὲν ʼΙφικράτην ἀποστρατηγὸν ἐποιήσατε. Τιμόθεον δ' ἐπ' ʼΑμφίπολιν καὶ*

Χερρόνησον ἐξεπέμψατε στρατηγὸν, πρῶτον μὲν τοὺς Ἀμφιπολιτῶν ὁμήρους οὓς παρ' Ἁρπάλου λαβὼν Ἰφικράτης ἔδωκε φυλάττειν αὐτῷ (Χαριδήμῳ) ψηφισαμένων ὑμῶν ὡς ὑμᾶς κομίσαι, παρέδωκεν Ἀμφιπολίταις, καὶ τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν τοῦτ' ἐμποδὼν κατέστη. Nota hic Harpali nomen, qui diversus ab Harpalo eo qui postea Alexandrum fugiens Athenas venit. ἀποδοκιμάζειν differt et ἀποχειροτονεῖν.

Καιροφυλακεῖ τὴν πόλιν ὑμῶν, καὶ οὐδὲν ἁπλοῦν ἔγνωκε ποιεῖν οὐδ' ἴσον. Demosth. κατὰ Ἀριστοκράτους versus finem, ubi de Charidemo: quæ post hæc verba sequuntur, vide ad ἐκ προαγωγῆς.

Εὐδέρκης quidam nominatur a Demosth. in fine orationis κατ' Ἀριστοκράτους, quem in gratiam Cersobleptæ civitate donari una cum Charidemo, Aristocrates decretum scripserat.

Ζῆν φιλοψυχήσαντας. Demosth. ἐν ἐπιταφίῳ λόγῳ ad finem.

Ἐρραψῳδηκότες μάτην ἡμεῖς. Demosth. contra Aristogitonem in initio. i. perierunt nobis omnia nostra verba.

In eadem p. 496. legitur συνδιαβαπτίζεσθαι. παλιγκάπηλος. μεταβολεύς.

P. 497. Μοσχεύετε. *propagetis viridaria*, Volfius. μοσχίδια τὰ νέα βλαστήματα. Schol. Comici in Acharnens. 995.

Ib. Δυσκατάπαυστον δέ τι κινδυνεύει πρᾶγμ' εἶναι πονηρία.

Ib. Σπαράττων.

Προεισφορὰς et προεισφέρειν, qui ante tempus inferuntur. Dem. πρὸς Πολυκλέα.

Ἀνέκδοτος pro nondum elocata puella apud Demosth. contra Neæram initio et in fine.

Καταστασιάζεσθαι et καταστασιασθεὶς, sæpe apud Demosth. ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει, et ante in Demosth. legeram, id est, injuria et factionibus oppressus κατεστασιασμένοι.

Ἔριθοι. usurpat Demosth. contra Eubulidem: πολλὰ δουλικὰ καὶ ταπεινὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν. ἐφ' οἷς ἐλεοῖντ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἢ προσαπολλύοιντο. ὡς γὰρ ἐγὼ ἀκούω πολλαὶ καὶ τίτθαι καὶ ἔριθοι καὶ τρυγήτριαι γεγόνασιν ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους συμφορῶν.

Ἀπρασία. Demosth. κατ' Ἀφόβου πρώτῳ. cum nil vendi potest. *quand on n'a pû vendre ny debiter*. Sic contra Phormionem.

Ἀργὸν καὶ ἐνεργὸν ἐργαστήριον ibidem sæpe dicit, id est, officina infructuosa aut fructuosa; cum ex opere aut negotiatione fructus percipitur, ἐνεργὸν dicitur; cum vero officina vacat et clausa est, ἀργόν. Vide ad Strabonem et Isocratem 290.

Ἐπικαρπίαι, ususfructus, apud Demosth. ibidem. et tota oratione καρποῦσθαι pro usumfructum percipere. et in 3 contra Aphobum in fine: ὅλα τὰ κεφάλαια καὶ τὰς ἐπικαρπίας ἀπεστέρησε. *Le principal et les arrierages.* Sic semper opponit. ἐπικαρπίαι pro fructibus apud Andocidem p. 13. pro proventibus ἐπικαρπίαι Aristoteli Œconom. 2.

Ἀπέκλεισα pro eo, quod Jurisconsulti dicunt, excepi mihi: *je me suis reservé.* Demosth. in 2 κατ' Ἀφόβου.

Γόμος pro onere et mercibus navis, apud Demosth. contra Zenothemidem initio, ἀπὸ τοῦ γεμίζεσθαι, quod est onerare navem, ut usurpat Demosth. adversus Leptinem, et Isocrates in Trapezitico. Demosth. κατὰ Διονυσοδώρου, καὶ τὸν γόμον ἐκεῖσε ἐξελόμενος: *ayant ici dechargé.* et ibidem: ἐξαιρεῖται τὸν σῖτον ἐν τῇ Ῥόδῳ, κἀκεῖ ἀποδίδοται. Vendit.

Ἀποφαίνειν τὴν δίαιταν. arbitrium seu sententiam arbitralem pronunciare Demosth. πρὸς Ἀπατούριον. et ἀπόφανσις τῆς διαίτης bis usurpatur ibidem.

Ἀνέπαφον ὑποθήκην. liberum pignus. i. e. nulli alteri obligatum quam creditori cui datur. Demosth. adversus Lacritum, et iterum ἀνέπαφα vocat simpliciter παρέχειν.

Δεῦρο. Vide Suidam in δεῦρο.

Ἐξέρα τὸ ὕδωρ. Demosth. ὑπὲρ Φορμίωνος in fine, effunde aquam. Aristoph.

Τὰς διαδύσεις καὶ κακουργίας. Demosth. contra Timocratem p. 474, tergiversationes et elusiones.

Βασανιστὰς Demosth. πρὸς Πανταίνετον. Locus est in ἐπιγνώμ. Isocrates. qui distinguendus est a δημοκοίνῳ, licet et δημόκοινος esset βασανιστὴς aliquando. Antiphon contra novercam p. 101. Aristoph. in Ranis: καὶ πῶς βασανίζω; respondet Xanthias: πάντα τρόπον ἐν κλίμακι δήσας, κρεμάσας, ὑστριχίδι μαστιγῶν, δέρων, στρεβλῶν ἐπί τε τὰς ῥῖνας ὄξος ἐγχέων, πλίνθους ἐπιτιθείς. Mox: κἄν τι πηρώσω γέ σοι τὸν παῖδα τύπτων, τἀργύριόν σοι κείσεται. i. e. æstimatio.

Ζυγομαχεῖν. ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν περὶ ὀνόματος, initio. est digladiari.

Dem. ibidem. μὴ ἔχε οὕτω πρὸς ὑμᾶς ἐθελέχθρως.

Ib. Ἀντιλαγχάνειν τὴν μὴ οὖσαν, et ἀντίληξις formula resortitionis dicitur.

Φυγοδικεῖν. Dem. πρὸς Βοιωτὸν ὑπὲρ προικὸς μητρῴας. Judicium detrectare. *reculer, fuir.* at φυγοδικεῖν videtur aliud esse Polluci 8, 26. Sic φυγομαχεῖν. Polyænus.

Κάμμει τῷ τυραννοῦντι τῆς Μιτυλήνης ὑπηρετῶν, ὃς καὶ ὑμῖν κοινῇ καὶ ἐμοὶ ἰδίᾳ ἐχθρός ἐστι. Dem. ibidem.

Συστῆσαι ἀποδοῦναι. Satisfieri jubere, Volfius in oratione contra Spudiam: et ibidem initio, *καὶ τὸν Λεωκράτην συνέστησε,* prædem dedit Leocratem. In ea vero contra Callippum initio, et sæpissime in sequentibus: *συστήσειν καὶ δείξειν τὸν ἄνθρωπον*: cum quis pecuniam dat mensario, quam restitui Titio jubeat, si mensarius Titium noverat, satis habebat ejus nomen adscribere cum nomine illius qui pecuniam dederat; quod si Titium non noverat, addebatur nomen alicujus noti, qui Titium *συστῆσαι καὶ δεῖξαι* mensario debebat.

Ἐπιβιοῦντος μετὰ ταῦτα Πολυεύκτου πλέον ἢ πένθ' ἡμέρας. Dem. contra Spudiam, *ayant survescu après avoir fait testament.* et *πρὸς Καλλικλῆν.* Aliter Isocrates Trapez. *πλέα,* sicque usurpat initio.

Ὀτρυνέος. *δημότου* nomen apud Dem. *πρὸς Λεωχάρην* initio, et iterum. *καὶ πρῶτον μὲν ἐλθὼν οἷός τ' ἦν εἰς τὸν Ὀτρυνέων πίνακα τὸν ἐκκλησιαστικὸν ἐγγράφειν αὐτόν, Ἐλευσίνιος ὤν, καὶ τοῦτο διῳκεῖτο. ἔπειτα πρὶν ἐγγραφῆναι καὶ αὐτῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ τῷ τῶν Ὀτρυνέων, μετέχειν τῶν κοινῶν,* qui locus notandus. paulo post, *ἐνεγράφη εἰς τὸ φρατορικὸν γραμματεῖον,* quod differt a Lexiarchico: illud enim Lexiarch. erat *τῶν δημοτῶν.* et mox: *κωλυθεὶς δὲ καὶ ἐξελεγχόμενος πρὸς τῷ πίνακι.* Hic *πίναξ* videtur fuisse penes *ληξιάρχους.* Vide Pollucem.

Ἐπικληροῦν est *sortiri,* et *ἀποκληροῦν.* Dem. *κατ' Εὐέργου* initio. *τούτου τοίνυν τοῦ ψηφίσματος γεγενημένου ἡ μὲν ἀρχὴ* (sic sæpe infra eo loco pro *ἄρχοντε,* ut videtur) *ἐπεκλήρωσε καὶ παρέδωκε τοὺς ὀφείλοντας τὰ σκεύη τῇ πόλει.* Volfius male, *hoc decretum magistratus jussit.* *ἐπεκλήρωσε* enim refertur ad *τοὺς ὀφείλοντας,* *debitores fisci, quos prætor sortito educens ex urna delegabat creditoribus fisci.* Sic *ἀποκληροῦν* et *ἐπικληροῦν* apud Æschinem contra Timarchum. Demosth. contra Midiam initio: *παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει.* Nota. vide ad Xenoph. Sic *ἐπικληρῶσαι* crebro dicit Demosth. *περὶ συμμοριῶν.*

Καὶ ἐγὼ ἐπιμαρτυρησάμενος τοὺς παρόντας ἠμυνάμην. Demosth. *κατ' Εὐέργου.* Ego vero testatus eos qui aderant, me defendi. Infra: *μάρτυρας μὲν ἐποιησάμην τοὺς παρόντας*: testimonium denunciavi eis qui aderant.

Ὡς οὖν ἀληθῆ λέγω καὶ ἦρξε χειρῶν ἀδίκων Θεόφημος etc. et mox: *ἡ δὲ αἰκία τοῦτ' ἔστιν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων.*

Ἄκακος. Demost. *κατ' Εὐέργου. καὶ προσποιούμενος ἄκακος εἶναι*: simulata simplicitate. et mox: *ὁ δὲ ῥᾳδίως καὶ ἀκάκως ἀποκρίνεται*. facile et simpliciter. et in fine *ἄκακος καὶ ἀπράγμων* dicit.

Ibidem, *τὴν καταδίκην ἀπολαβεῖν* et *κομίσασθαι*, rem judicatam recipere. *reçevoir la somme en laquelle un autre a esté condamné envers vous.*

Ib. *Ἀμυχὰς δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ εἶχεν ἀγχομένη. πελιδνὸν δὲ τὸ στῆθος.* Ibidem: lividum pectus et unguium notas.

In *κατὰ Ὀλυμπιοδώρου βλάβης λόγῳ* initio: *οὐδὲ διαλλακτὴν οὐδένα φεύγων*: nec sequestrum ullum detrectans.

Ὑπεραβέλτεροι, Dem. *κατ' Ὀλυμπιοδώρου* versus finem, *εἰσὶν αἱ προφάσεις καὶ αἱ αἰτίαι*. Nugatoriæ sunt cavillationes. Vide Suidam in *ἀβέλτερος*.

In eadem *κατ' Ὀλυμπ. ἢ διὰ τί σύ, Ὀλυμπιόδωρε, οὐδεπώποτέ μοι ἔλαχες ἐνοικίου δίκην τῆς οἰκίας ἧς ἔφασκες μισθῶσαί μοι.*

In eadem *μελαγχολᾶν δοκεῖ πᾶσιν*. hoc est, ut supra dixerat, *μαίνεσθαι, διαφθαρῆναι, παραφρονεῖν.*

In eadem: *ἐξόδους λαμπρὰς ἐξιοῦσαν καὶ ὑβρίζουσαν ἐκ τῶν ἡμετέρων.* Supra dixerat, *καὶ χρυσία πολλὰ ἔχουσαν καὶ ἱμάτια καλά.* splendide prodeuntem in publicum; *bravant de nostre bien.* Sic *ἔξοδος* sumitur apud Platonem de Legibus.

Χῶμα in Piræo apud Demosth. *περὶ Στεφάνου τῆς τριηραρχίας.* Libanius in argumento explicat, *οἰκοδόμημα ἐν τῷ λιμένι προβεβλημένον προσορμίσεως ἕνεκα καὶ ἀγορᾶς τῶν ναυτῶν.*

Φερεφάττιον. Demosth. *κατὰ Κόνωνος*. Hesychius *τόπος ἐν ἀγορᾷ*. recte. nam ex loco Demosthenis patet in foro illud fuisse. *Proserpinæ templum* vertit Volfius. Nam *Φερεφάττη* est Proserpina, seu potius Hecate. Hesychius *Φερεά.* apud Aristoph. *Θεσμοφ.* 294. *περσέφαττα.*

Orationis Hyperidis, quæ *ἐπιτάφιος* dicitur, elegans est fragmentum apud Stobæum *λόγῳ* 278.

Θεοφράστου διαθηκῶν. *Ὀργεῶνας* non legitur in Theophr. testamento apud Laërtium.

Βλιμάζειν Schol. Comici in Equit. *βλίττειν ἐστὶ τὸ ἀφελεῖν τὸ μέλι ἀπὸ τῶν κηρίων. τὰ κηρία τῶν μελισσῶν θλίβειν.*

Adde p. 82. *εὐξύμβολος καὶ δυσξύμβολος*, pro eo qui libens aut ingratis confert, *ἐρανίζει* sæpe Xenophon 2. *ἀπομν.* 436.

Suidas in *ναυμάχιον*. *ὡς τοῦ μὴ στρατεύεσθαι καὶ τοῦ λιπεῖν τὴν τάξιν καὶ τοῦ τὰ ὅπλα ἀποβαλεῖν ζημίαι ἦσαν ὡρισμέναι ἐκ τῶν*

νόμων, οὕτω καὶ τοῦ μὴ ναυμαχῆσαι, τοῦτο τὸ ὄφλημα ναυμάχιον ἐκαλεῖτο.

Suidas: *παλαιὸν, οἱ ῥήτορες ἐχρήσαντο τῷ παλαιῷ ἐπὶ ἀργυρίου ἐκ δανείσματος ὀφειλομένου. οὕτω Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἀρχίβιον, καί τοι εἰ ἀπέδωκε τῷ Κτησικλεῖ ν′ παλαιὰς, ὥσπερ οὗτός φησι.*

Suidas: *πεπρᾶσθαι καὶ πωλεῖσθαι διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ πεπρᾶσθαι πάντη καὶ πάντως ἀπέβη. τὸ δὲ πωλεῖσθαί ἐστιν, ὅτε καὶ οὐκ ἀποβαίνει. ἐνδέχεται γὰρ τὸ ἔτι πωλούμενον μὴ πραθῆναι.*

Suidas: *προδικασία, οἱ τὰς ἐπὶ φόνῳ δίκας ἐγκαλούμενοι, ἐν πρυτανείῳ,* (hoc erat forum criminale) *πρὸ τῆς δίκης διατελοῦσιν ἐπὶ τρεῖς μῆνας, ἐν οἷς ἐξ ἑκατέρου μέρους λόγοι προάγωνται, καὶ τοῦτο ἔλεγον προδικασίαν.*

Suidas: *πύθιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονὸς, εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἀνετίθεσαν οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ θαργήλια.*

Στράττις Λιμνομέδα. Suidas in *Στράττις*, inter ejus fabulas *λιμνομέδων.*

Suidas in *συγκομιδή. Θουκυδίδης ἐν γ′. καὶ ἐν συγκομιδῇ καρποῦ ἦσαν. καὶ Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα.*

Suidas in *ὑπὸ μάλης* citat Lysiam *ἐν τῷ πρὸς Κλεινίαν.*

Suidas in *φαῦλον. Λυσίας ἐν ἐπιστολῇ. ὡς οὐ φιλῶ σε, φαυλότητά μου μεγάλην καταγινώσκεις. Εἰ γὰρ ἦθος τοιοῦτον καὶ τρόπον καὶ ψυχὴν καὶ ἔννοιαν οὕτως ἀπροφασίστως, ἔτι δὲ συνουσίας οἰκειότητα καὶ λόγων κοινωνίαν μὴ καθ' ὑπερβολὴν ἀσπάζομαι, τίς γένοιτ' ἂν ἐμοῦ ἀθλιώτερος, ὃς ἀναισθήτως ἔχω πρὸς τὸ φρονεῖν.*

Φορμίσιος nomen porprium apud Aristoph. in Ranis. et Dinarchum *κατὰ Δημοσθένους.*

Idem de Æaco scribit Ovidius Metam. Libanius *βασιλικῷ. ἐπεὶ καὶ τὸν Αἰακὸν οὐδὲν ἂν ἐκώλυσε μέγιστον μαρτύριον δικαιοσύνης παρῃρῆσθαι, εἰ μὴ τῶν ἀέρων ἀκρασία τοὺς Ἕλληνας τὴν ἐκείνου χρείαν καταστήσασα παρέσχεν, ὅστις ἦν, ἐπιδείξασθαι.* Idem de Minoe Plutarchus Theseo. Isocrates Evagora p. 379.

Ἀειλογία] Demosth. prooemio 58 sic utitur: *τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ἔγωγε ὁρῶ τὴν ἀειλογίαν προτεινομένους ὅταν τι πιστεύωσι δικαίως αὐτοῖς πεπρᾶχθαι. οὗτοι δ' αὖ τοὐναντίον ἐγκαλοῦσιν, εἰ περὶ ὧν ἡμάρτετε νῦν ἀναθέσθαι βούλεσθε, τὴν ἀπάτην κυριωτέραν οἰόμενοι τῆς μετὰ τοῦ χρόνου βασάνου.* Ubi Volfius male vertit, *prorogare vultis. ἀναθέσθαι* enim aliud est. de quo vide Harpocr. et *ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει· καὶ περὶ ὧν μὲν ἄν τις ζῶν αἰτίαν σχῇ περὶ τοῦ γένους, δίκαιον τοὺς παῖδας τὴν ἀειλογίαν παρέχειν.* Et initio *περὶ παραπρ. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ δικαίως προσέρ-*

χονται, κἂν δεδωκότες ὦσιν, εὐθύνας τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προτεινομένους, τουτονὶ δ' Αἰσχίνην πολὺ τἀναντία τούτων.

In Ἀκαμαντίδαι. Demosth. *ἐν ἐπιταφίῳ λόγῳ. ἐμέμνηντο Ἀκαμαντίδαι τῶν ἐπῶν, ἐν οἷς Ὅμηρος ἕνεκα τῆς μητρός φησιν Αἴθρας Ἀκάμαντα εἰς Τροίαν στεῖλαι.* Æthra mater Thesei fuit, Phædra conjux. recte ergo Phædram legit Volfius.

Ἀντιοχίς] Demosth. ibidem, *οὐκ ἠμνημόνουν Ἀντιοχίδαι Ἡρακλέους ὄντα Ἀντίοχον.* ex Midia Phylantis f. Pausanias Phocicis p. 258 et p. 3. in fine. Sed Μιδέας utrobique scribendum est.

Adde p. 29. *pes veli* videtur intelligi, quem Græci *πόδα* appellant.

Ἑστίαν βουλαίαν] Notandum est. de Vesta multa Plato. *ἑστίας βουλαίας* meminit Æschines *περὶ παραπρεσβ. Διὸς βουλαίου*, qui erat in curia 500, meminit Pausanias p. 3. Atticis.

Μαρτυρίαν ἐμβαλέσθαι, *proferre testimonium*, seu *testem*. Dem. πρὸς Τιμόθ. et initio jam dixerat et alibi legi. In fine ejusdem, *ἐμβαλλομένου γάρ μου ὅρκον εἰς τὸν ἐχῖνον, ἐν τῇ προκλήσει τοῦ ὅρκου* scilicet. An inde ergo dictum est? Dem. *κατὰ Κόνωνος. ἐμβάλλεται μαρτυρίαν ψευδῆ.* Supra dixerat, *ἐπὶ διακρούσει καὶ τῷ μὴ σημανθῆναι τοὺς ἐχίνους ἐθέλειν.*

Ἀπαγορεύειν] Lysiam ait usurpasse in *ἐρωτικῷ. ἐρωτικὸς* Lysiæ fere integer est apud Platonem in Phædro initio. Lysias septem epistolas composuit, unam *πραγματικήν*, cæteras *ἐρωτικάς, ὧν αἱ ε' πρὸς μειράκια.* Demosthenes *ἐρωτικὸν λόγον* scripsit, quem tamen ejus esse legitimum opus dubitat Pollux. In Demosthenis *ἐρωτικῷ* legitur, *νῦν δὲ δέδοικα μὴ πρὸς τὰ λοιπὰ ἀπειρηκόσι χρησόμεθα τοῖς ἀκροαταῖς, εἰ περὶ τοῦτο μάτην τερθρευώμεθα, nugemur.*

Hyperides laudatur *ἐν τῷ ὑπὲρ Καλλίππου.* Callippum Pæaniensem accusavit Hegesippus teste Libanio in argumento ad orationem *περὶ Ἁλοννήσου.* Sed quod ait in ea oratione dici ab oratore, se fecisse reum *τῶν παρανόμων* Callippum, id non legitur in ea oratione; sed de Philocrate tantum id dicitur: ut Libanii sit error.

711,345

INDEX SCRIPTORUM.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

B.

Z.

Θ.

ADDENDUM.

Pag. 39. l. 8. excidit Maussaci nomen "MA."

Paginæ editionis Aldinæ oratorum minorum collatæ cum paginis editionis Stephanianæ.*

Æschines.		Ald.	Steph.	Ald.	Steph.	Ald.	Steph.
Ald.	Steph.	36 ..	34,13	66 ..	68,30	95 ..	196,18
7 ..	1, 1	37 ..	35,19	67 ..	69,37	96 ..	197,24
8 ..	2,12	38 ..	36,26	68 ..	70,44	97 ..	96,31
9 ..	3,19	39 ..	37,33	69 ..	72, 6	98 ..	97,37
10 ..	4,24	40 ..	38,38	70 ..	73,12	99 ..	98,43
11 ..	5,29	41 ..	40, 1	71 ..	74,18	100 ..	100, 5
12 ..	6,35	42 ..	41, 7	72 ..	75,24	101 ..	101,12
13 ..	7,39	43 ..	42,15	73 ..	76,31	102 ..	102,19
14 ..	9, 1	44 ..	43,21	74 ..	77,38	103 ..	103,27
15 ..	10, 7	45 ..	44,26	75 ..	79, 1	104 ..	104,33
16 ..	11,12	46 ..	45,33	76 ..	80, 9	105 ..	105,38
17 ..	12,19	47 ..	46,39	77 ..	81,16	106 ..	107, 1
18 ..	13,26	48 ..	48, 2	78 ..	82,22	107 ..	108, 8
19 ..	14,33	49 ..	49, 6	79 ..	83,29	108 ..	109,16
20 ..	15,40	50 ..	50,12	80 ..	84,36	109 ..	110,24
21 ..	17, 3	51 ..	51,19	81 ..	85,43	110 ..	111,31
22 ..	18, 9	52 ..	52,23	82 ..	87, 5	111 ..	112,39
23 ..	19,18	53 ..	53, 1	83 ..	88,10	112 ..	114, 2
24 ..	20,24	54 ..	54,39	84 ..	89,14	113 ..	115,11
25 ..	21,29	55 ..	56, 1	85 ..	90,21	114 ..	116,20
26 ..	22,33	56 ..	57, 8	Lysias.		115 ..	117,28
27 ..	23,37	57 ..	58,15	86 ..	91, 1	116 ..	118,34
28 ..	24,42	58 ..	59,22	87 ..	92,41	117 ..	119,40
29 ..	26, 3	59 ..	60,29	88 ..	94, 3	118 ..	121, 6
30 ..	27, 9	60 ..	61,35	89 ..	95, 9	119 ..	122,12
31 ..	28,13	61 ..	62,41	90 ..	190,12	120 ..	123,19
32 ..	29,34	62 ..	64, 4	91 ..	191,20	121 ..	124,26
33 ..	30,39	63 ..	65,10	92 ..	192,27	122 ..	125,33
34 ..	32, 1	64 ..	66,17	93 ..	194, 6	123 ..	126,40
35 ..	33, 7	65 ..	67,23	94 ..	195,12	124 ..	128, 2

* Editionis Aldinæ paginæ non solum ab Valesio in annotationibus ad Harpocrationem, sed etiam ab aliis multis illorum temporum viris doctis citantur. Quamobrem hanc tabulam adjecimus, qua paginæ Aldinæ cum Stephanianis conferuntur: quod facere neglexit Reiskius in oratorum minorum editione, licet Demosthenis editionis Aldinæ paginas cum suæ editionis paginis collatas proposuisset.

Ald.	Steph.	Ald.	Steph.	Ald.	Steph.	Ald.	Steph.
125	129,10	167	177,25	23	23,40	64	70,21
126	130,18	168	178,33	24	25, 3	65	71,26
127	131,25	169	179,42	25	26, 9	66	72,33
128	132,29	170	181, 4	26	27,16	67	73,39
129	133,37	171	182,13	27	28,22	68	75, 5
130	135, 1	172	183,28	28	29,17	69	76,12
131	136, 7	173	184,35	29	30,33	70	77,18
132	137,13	174	185,42	30	31,38	71	78,24
133	138,19	175	187, 5	31	33, 1	72	79, 1
134	139,22	176	188,12	32	34, 9	73	80,25
135	140,28	177	189,18	Isæus.		74	81,33
136	141,34	Alcidamas.		33	35, 1	75	83, 1
137	142,40	178	184, 9	34	36,11	76	84, 9
138	144, 2	179	185,22	35	37,20	77	85,15
139	145,10	180	186,31	36	38,21	78	86,20
140	146,17	Antisthenes.		37	39,36	79	87,26
141	147,23	181	181,25	38	40,42	80	88,52
142	148,31	182	182,44	39	42, 4	Dinarchus.	
143	149,38	Demades.		40	43,12	81	90, 1
144	150,44	183	178,34	41	44,19	82	91,16
145	152,10	184	179,41	42	45,25	83	92,25
146	153,17	Andocides.		43	46,30	84	93,33
147	154,23	3	1, 1	44	47,35	85	94,41
148	155,29	4	2,12	45	48,42	86	96, 3
149	156,34	5	3,19	46	50, 7	87	97,10
150	157,41	6	4,25	47	51,11	88	98,16
151	159, 6	7	5,32	48	52,18	89	99,23
152	160,17	8	6,39	49	53,24	90	100,28
153	161,18	9	8, 1	50	54,31	91	101,33
154	162,27	10	9, 7	51	55,40	92	102,40
155	163,33	11	10,13	52	57, 2	93	104, 3
156	164,38	12	11,19	53	58, 9	94	105, 7
157	166, 1	13	12,25	54	59,14	95	106,17
158	167, 8	14	13,31	55	60,23	96	107,23
156	168,16	15	14,37	56	61,28	97	108,34
160	169,22	16	15,43	57	62,33	98	109,39
161	170,28	17	17, 6	58	63,19	99	111, 1
162	171,38	18	18,13	59	64,40	Antiphon.	
163	172,44	19	19,18	60	66, 1	100	111,26
164	174, 7	20	20,26	61	67, 7	101	112,31
165	175,11	21	21,32	62	68,14	102	114,36
166	176,17	22	22,37	63	69,14	104	115,29

Ald.	Steph.
105	116,43
106	118, 1
107	119,11
108	120,11
109	121,11
110	122,16
111	123,43
112	124,29
113	125,33
114	126,30
115	127,37
116	128,41
117	129,43
118	131, 5
119	132,11
120	133,19
121	134,28
122	135,35
123	136,44
124	138, 7
125	139,14
126	140,21
127	141,22
128	142,28
129	143,33
130	144,40
131	146, 2
132	147, 9

LYCURGUS.

Ald.	Steph.
133	148,14
134	149,22
135	150,28
136	151,35
137	152,41
138	154, 3
139	155, 9
140	156,16
141	157,22
142	158,28
143	159,33
144	160,38
145	161,42
146	163, 1
147	164, 5
148	165,12
149	166,17
150	167,24
151	168,31

GORGIAS.

Ald.	Steph.
152	187,34
153	188,41
154	190, 3
155	191, 9

LESBONAX.

Ald.	Steph.
156	170, 3
157	171,11
158	172,17
159	173,24

HERODES.

Ald.	Steph.
160	174,30
161	175,39
162	177, 2
163	178, 8

Books printed for the University of Oxford:

SOLD BY

JOHN HENRY PARKER, Oxford; and 377 Strand, London:
and E. GARDNER, 7 Paternoster Row, London;

At the following Prices in Sheets.

EUSEBII PAMPHILI ECLOGÆ PROPHETICÆ. E Cod. MS. Bibl. Cæs. Vindob. ed. T. GAISFORD, S.T.P. 1842. 8vo. 10*s.*

—— EVANGELICÆ PRÆPARATIONIS Libri XV. ad Codd. MSS. recensuit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi IV. 1843. 8vo. 2*l.* 8*s.*

—— EVANGELICÆ DEMONSTRATIONIS Libri X. cum versione Latina Donati Veronensis. Recensuit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo. 1*l.*

—— CONTRA HIEROCLEM ET MARCELLUM Libri. Ed. T. GAISFORD, S.T.P. 1852. 8vo. 10*s.*

GEORGII CHŒROBOSCI Dictata in Theodosii Canones, necnon Epimerismi in Psalmos. E Codd. MSS. edidit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi III. 1842. 8vo. 1*l.* 5*s.*

ETYMOLOGICUM MAGNUM. Ad Codd. MSS. recensuit T. GAISFORD, S.T.P. 1848. fol. 3*l.*

PARŒMIOGRAPHI GRÆCI, quorum pars nunc primum ex Codd. MSS. vulgatur. Ed. T. GAISFORD, S.T.P. 1836. 8vo. 10*s.* 6*d.*

SCRIPTORES LATINI REI METRICÆ. Ed. T. GAISFORD, S.T.P. 1837. 8vo. 11*s.* 6*d.*

STOBÆI, (J.) FLORILEGIUM. Ed. T. GAISFORD, S.T.P. Tomi IV. 1822. 8vo. 2*l.* 8*s.*

—— ECLOGARUM PHYSICARUM ET ETHICARUM libri duo. Accedit Hieroclis Commentarius in Aurea Carmina Pythagoreorum. Ad MSS. recensuit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi II. 1850. 8vo. 1*l.*

SUIDÆ LEXICON. Ad Codd. MSS. recensuit T. GAISFORD, S.T.P. Tomi III. 1834. fol. 7*l.*

THEODORETI GRÆCARUM AFFECTIONUM CURATIO. Recensuit T. GAISFORD, S.T.P. 1839. 8vo. 13*s.* 6*d.*

LECTIONES PLATONICÆ. E Membranis Bodl. eruit T. GAISFORD, S.T.P. Accedunt R. Porsoni Annott. ad Pausaniam. 1820. 8vo. 6*s.* 6*d.*

PEARSONI, (J.) ADVERSARIA HESYCHIANA. Tomi II. 1844. 8vo. 15*s.*

ÆSCHYLUS DINDORFII. Ed. sec. 1851. 8vo. 5*s.* Annotationes 1841. 15*s.* Scholia Græca 1851. 8*s.*

ARISTOPHANES DINDORFII. Tomi II. 1835. 8vo. 10*s.* Annotationes 18*s.* Scholia Græca 1839. 8vo. 1*l.* 10*s.*

DEMOSTHENES DINDORFII. Tomi IV. 1846. 8vo. 2*l.* Annotationes 1849. 1*l.* 14*s.* 6*d.* Scholia 1851. 8vo. 14*s.*

DINDORF. METRA Æschyli Sophoclis Euripidis et Aristophanis descripta. Accedit CHRONOLOGIA SCENICA. 8vo. 1842. 8*s.*

EURIPIDES DINDORFII. Tomi II. 1834. 8vo. 13*s.* Annotationes 1840. 1*l.*

SOPHOCLES DINDORFII. Ed. 3. 1849. 8vo. 5*s.*
—— cum notis DINDORFII. Tomi II. 1849. 8vo. 12*s.*
—— Scholia in Sophoclem. Ed. P. ELMSLEY. 1825. 8vo. 8*s.*

CATENA GRÆCORUM PATRUM in Novum Testamentum. Tomi VIII. Ed. CRAMER, S.T.P. 1838–44. 8vo. 4*l.* 14*s.*

APSINIS ET LONGINI RHETORICA. E Codd. MSS. recensuit J. BAKIUS. 1849. 8vo. 6*s.*

ARISTOTELES ex recens. IM. BEKKERI. Accedunt Indices Sylburgiani. Tomi XI. 1837. 8vo. 3*l.* 6*s.*

CASAUBONI, (Is.) EPHEMERIDES. Tomi II. 1850. 8vo. 1*l.* 3*s.*

CICERONIS TUSCULANÆ DISPUTATIONES, recognovit J. C. Orellius, accedunt Paradoxa, F. A. Wolfii scholarum excerpta Anglice redd. 1834. 8vo. 9*s.*

ORATORES ATTICI, BEKKERI, accedunt Indices Græcitatis, opera T. MITCHELL, A.M. Tomi X. 1822–28. 8vo. 5*l.* 15*s.*

December, 1879.

Clarendon Press, Oxford.

BOOKS

PUBLISHED FOR THE UNIVERSITY BY

MACMILLAN AND CO., LONDON;

ALSO TO BE HAD AT THE

CLARENDON PRESS DEPOSITORY, OXFORD.

LEXICONS, GRAMMARS, &c.

(*See also Clarendon Press Series* pp. 21, 24.)

A Greek-English Lexicon, by Henry George Liddell, D.D., and Robert Scott, D.D. *Sixth Edition, Revised and Augmented.* 1870. 4to. *cloth*, 1*l.* 16*s.*

A Greek-English Lexicon, abridged from the above, chiefly for the use of Schools. *Eighteenth Edition. Carefully Revised throughout.* 1879. Square 12mo. *cloth*, 7*s.* 6*d.*

A copious Greek-English Vocabulary, compiled from the best authorities. 1850. 24mo. *bound*, 3*s.*

Graecae Grammaticae Rudimenta in usum Scholarum. Auctore Carolo Wordsworth, D.C.L. *Nineteenth Edition*, 1877. 12mo. *cloth*, 4*s.*

A Greek Primer, for the use of beginners in that Language. By the Right Rev. Charles Wordsworth, D.C.L., Bishop of St. Andrews. *Sixth Edition, Revised and Enlarged.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 1*s.* 6*d.*

A Practical Introduction to Greek Accentuation, by H. W. Chandler, M.A. 1862. 8vo. *cloth*, 10*s.* 6*d.*

Etymologicon Magnum. Ad Codd. MSS. recensuit et notis variorum instruxit Thomas Gaisford, S.T.P. 1848. fol. *cloth*, 1*l.* 12*s.*

Suidae Lexicon. Ad Codd. MSS. recensuit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 1834. fol. *cloth*, 2*l.* 2*s.*

Scheller's Lexicon of the Latin Tongue, with the German explanations translated into English by J. E. Riddle, M.A. 1835. fol. *cloth*, 1*l.* 1*s.*

Scriptores Rei Metricae. Edidit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Sold separately:

Hephaestion, Terentianus Maurus, Proclus, cum annotationibus, etc. Tomi II. 10*s*. Scriptores Latini. 5*s*.

The Book of Hebrew Roots, by Abu 'L-Walîd Marwân ibn Janâh, otherwise called Rabbi Yônâh. Now first edited, with an Appendix, by Ad. Neubauer. 4to. *cloth*, 2*l*. 7*s*. 6*d*.

A Treatise on the use of the Tenses in Hebrew. By S. R. Driver, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Thesaurus Syriacus: collegerunt Quatremère, Bernstein, Lorsbach, Arnoldi, Field: edidit R. Payne Smith, S.T.P.R.

Fasc. I–IV. 1868–77. sm. fol. *each*, 1*l*. 1*s*.

A Practical Grammar of the Sanskrit Language, arranged with reference to the Classical Languages of Europe, for the use of English Students, by Monier Williams, M.A. *Fourth Edition*, 1877. 8vo. *cloth*, 15*s*.

A Sanskrit-English Dictionary, Etymologically and Philologically arranged, with special reference to Greek, Latin, German, Anglo-Saxon, English, and other cognate Indo-European Languages. By Monier Williams, M.A., Boden Professor of Sanskrit. 1872. 4to. *cloth*, 4*l*. 14*s*. 6*d*.

Nalopákhyánam. Story of Nala, an Episode of the Mahá-Bhárata: the Sanskrit text, with a copious Vocabulary, and an improved version of Dean Milman's Translation. By Monier Williams, M.A. *Second Edition, Enlarged and Improved.* 8vo. *cloth*, 15*s*.

Sakuntalâ. A Sanskrit Drama, in seven Acts. Edited by Monier Williams, M.A. *Second Edition*, 8vo. *cloth*, 21*s*.

An Anglo-Saxon Dictionary, by Joseph Bosworth, D.D., Professor of Anglo-Saxon, Oxford. *New edition. In the Press.*

An Icelandic-English Dictionary. Based on the MS. collections of the late Richard Cleasby. Enlarged and completed by G. Vigfússon. With an Introduction, and Life of Richard Cleasby, by G. Webbe Dasent, D.C.L. 4to. *cloth*, 3*l*. 7*s*.

A List of English Words the Etymology of which is illustrated by comparison with Icelandic. Prepared in the form of an Appendix to the above. By W. W. Skeat, M.A., *stitched*, 2*s*.

A Handbook of the Chinese Language. Parts I and II, Grammar and Chrestomathy. By James Summers. 1863. 8vo. *half bound*, 1*l*. 8*s*.

Cornish Drama (The Ancient). Edited and translated by E. Norris, Esq., with a Sketch of Cornish Grammar, an Ancient Cornish Vocabulary, etc. 2 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

The Sketch of Cornish Grammar separately, *stitched*, 2*s*. 6*d*.

An Etymological Dictionary of the English Language, arranged on an Historical Basis. By W. W. Skeat, M.A., Elrington and Bosworth Professor of Anglo-Saxon in the University of Cambridge. To be completed in Four Parts. 4to. 10*s*. 6*d*. each. Part I, A—D. Part II, Dor—Lit. *Just Published.*

GREEK CLASSICS, &c.

Aeschylus: quae supersunt in Codice Laurentiano typis descripta. Edidit R. Merkel. 1861. Small folio, *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Aeschylus: Tragoediae et Fragmenta, ex recensione Guil. Dindorfii. *Second Edition*, 1851. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Aeschylus: Annotationes Guil. Dindorfii. Partes II. 1841. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Aeschylus: Scholia Graeca, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. 1851. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Sophocles: Tragoediae et Fragmenta, ex recensione et cum commentariis Guil. Dindorfii. *Third Edition*, 2 vols. 1860. fcap. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Each Play separately, *limp*, 2*s*. 6*d*.

The Text alone, printed on writing paper, with large margin, royal 16mo. *cloth*, 8*s*.

The Text alone, square 16mo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Each Play separately, *limp*, 6*d*. (See also p. 26.)

Sophocles: Tragoediae et Fragmenta cum Annotatt. Guil. Dindorfii. Tomi II. 1849. 8vo. *cloth*, 10*s*.

The Text, Vol. I. 5*s*. 6*d*. The Notes, Vol. II. 4*s*. 6*d*.

Sophocles: Scholia Graeca:

Vol. I. ed. P. Elmsley, A.M. 1825. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.
Vol. II. ed. Guil. Dindorfius. 1852. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Euripides: Tragoediae et Fragmenta, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi II. 1834. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Euripides: Annotationes Guil. Dindorfii. Partes II. 1840. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Euripides: Scholia Graeca, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. Tomi IV. 1863. 8vo. *cloth*, 1*l*. 16*s*.

Euripides: Alcestis, ex recensione Guil. Dindorfii. 1834. 8vo. *sewed*, 2*s*. 6*d*.

Aristophanes: Comoediae et Fragmenta, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi II. 1835. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Aristophanes: Annotationes Guil. Dindorfii. Partes II. 1837. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Aristophanes: Scholia Graeca, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. Partes III. 1839. 8vo. *cloth*, 1*l*.

Aristophanem, Index in: J. Caravellae. 1822. 8vo. *cloth,* 3*s.*

Metra Aeschyli Sophoclis Euripidis et Aristophanis. Descripta a Guil. Dindorfio. Accedit Chronologia Scenica. 1842. 8vo. *cloth,* 5*s.*

Anecdota Graeca Oxoniensia. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi IV. 8vo. *cloth,* 1*l.* 2*s.*

Anecdota Graeca e Codd. MSS. Bibliothecae Regiae Parisiensis. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi IV. 8vo. *cloth,* 1*l.* 2*s.*

Apsinis et Longini Rhetorica. E Codicibus MSS. recensuit Joh. Bakius. 1849. 8vo. *cloth,* 3*s.*

Aristoteles; ex recensione Immanuelis Bekkeri. Accedunt Indices Sylburgiani. Tomi XI. 1837. 8vo. *cloth,* 2*l.* 10*s.*

The volumes (except vol. IX.) may be had separately, price 5*s.* 6*d.* each.

Aristotelis Ethica Nicomachea, ex recensione Immanuelis Bekkeri. Crown 8vo. *cloth,* 5*s.*

Choerobosci Dictata in Theodosii Canones, necnon Epimerismi in Psalmos. E Codicibus MSS. edidit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 1842. 8vo. *cloth,* 15*s.*

Demosthenes: ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi I. II. III. IV. 1846. 8vo. *cloth,* 1*l.* 1*s.*

Demosthenes: Tomi V. VI. VII. Annotationes Interpretum. 1849. 8vo. *cloth,* 15*s.*

Demosthenes: Tomi VIII. IX. Scholia. 1851. 8vo. *cloth,* 10*s.*

Harpocrationis Lexicon, ex recensione G. Dindorfii. Tomi II. 1854. 8vo. *cloth,* 10*s.* 6*d.*

Heracliti Ephesii Reliquiae. Recensuit I. Bywater, M.A. 8vo. *cloth,* price 6*s.*

Herculanensium Voluminum Partes II. 8vo. *cloth,* 10*s.*

Homerus: Ilias, cum brevi Annotatione C. G. Heynii. Accedunt Scholia minora. Tomi II. 1834. 8vo. *cloth,* 15*s.*

Homerus: Ilias, ex rec. Guil. Dindorfii. 1856. 8vo. *cloth,* 5*s.* 6*d.*

Homerus: Scholia Graeca in Iliadem. Edited by Prof. W. Dindorf, after a new collation of the Venetian MSS. by D. B. Monro, M.A., Fellow of Oriel College.

Vols. I. II. 8vo. *cloth,* 24*s.* Vols. III. IV. 8vo. *cloth,* 26*s.*

Homerus: Odyssea, ex rec. Guil. Dindorfii. 8vo. *cloth,* 5*s.* 6*d.*

Homerus: Scholia Graeca in Odysseam. Edidit Guil. Dindorfius. Tomi II. 1855. 8vo. *cloth,* 15*s.* 6*d.*

Homerum, Index in: Seberi. 1780. 8vo. *cloth,* 6*s.* 6*d.*

Oratores Attici ex recensione Bekkeri:

I. Antiphon, Andocides, et Lysias. 1822. 8vo. *cloth,* 7*s.*
II. Isocrates. 1822. 8vo. *cloth,* 7*s.*
III. Isaeus, Aeschines, Lycurgus, Dinarchus, etc. 1823. 8vo. *cloth,* 7*s.*

Scholia Graeca in Aeschinem et Isocratem. Edidit G. Dindorfius. 1852. 8vo. *cloth*, 4*s*.

Paroemiographi Graeci, quorum pars nunc primum ex Codd. MSS. vulgatur. Edidit T. Gaisford, S.T.P. 1836. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Plato: The Apology, with a revised Text and English Notes, and a Digest of Platonic Idioms, by James Riddell, M.A. 1867. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Plato: Philebus, with a revised Text and English Notes, by Edward Poste, M.A. 1860. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Plato: Sophistes and Politicus, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. 1866. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Plato: Theaetetus, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. 1861. 8vo. *cloth*, 9*s*.

Plato: The Dialogues, translated into English, with Analyses and Introductions, by B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek. *A new Edition in 5 volumes*, medium 8vo. *cloth*, 3*l*. 10*s*.

Plato: Index to. Compiled for the Second Edition of Professor Jowett's Translation of the Dialogues. By Evelyn Abbott, M.A., Fellow and Tutor of Balliol College. Demy 8vo. *paper covers*, 2*s*. 6*d*.

Plato: The Republic, with a revised Text and English Notes, by B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek. Demy 8vo. *Preparing*.

Plotinus. Edidit F. Creuzer. Tomi III. 1835. 4to. 1*l*. 8*s*.

Stobaei Florilegium. Ad MSS. fidem emendavit et supplevit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 8vo. *cloth*, 1*l*.

Stobaei Eclogarum Physicarum et Ethicarum libri duo. Accedit Hieroclis Commentarius in aurea carmina Pythagoreorum. Ad MSS. Codd. recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi II. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Thucydides: History of the Peloponnesian War, translated into English by B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek. *In the Press*.

Xenophon: Historia Graeca, ex recensione et cum annotationibus L. Dindorfii. *Second Edition*, 1852. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Xenophon: Expeditio Cyri, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. *Second Edition*, 1855. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Xenophon: Institutio Cyri, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. 1857. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Xenophon: Memorabilia Socratis, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. 1862. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Xenophon: Opuscula Politica Equestria et Venatica cum Arriani Libello de Venatione, ex rec. et cum annotatt. L. Dindorfii. 1866. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

THE HOLY SCRIPTURES, &c.

The Holy Bible in the earliest English Versions, made from the Latin Vulgate by John Wycliffe and his followers: edited by the Rev. J. Forshall and Sir F. Madden. 4 vols. 1850. royal 4to. *cloth*, 3*l.* 3*s.*

The New Testament in English, according to the Version by John Wycliffe, about A.D. 1380, and Revised by John Purvey, about A.D. 1388. *Reprinted from the above.* With Introduction and Glossary by W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s.*

The Holy Bible: an exact reprint, page for page, of the Authorized Version published in the year 1611. Demy 4to. *half bound*, 1*l.* 1*s.*

Vetus Testamentum Graece cum Variis Lectionibus. Editionem a R. Holmes, S.T.P. inchoatam continuavit J. Parsons, S.T.B. Tomi V. 1798–1827. folio, 7*l.*

Vetus Testamentum ex Versione Septuaginta Interpretum secundum exemplar Vaticanum Romae editum. Accedit potior varietas Codicis Alexandrini. Tomi III. *Editio Altera.* 18mo. *cloth*, 18*s.*

Origenis Hexaplorum quae supersunt; sive, Veterum Interpretum Graecorum in totum Vetus Testamentum Fragmenta. Edidit Fridericus Field, A.M. 2 vols. 1867–1874. 4to. *cloth*, 5*l.* 5*s.*

Libri Psalmorum Versio antiqua Latina, cum Paraphrasi Anglo-Saxonica. Edidit B. Thorpe, F.A.S. 1835. 8vo. *cloth*, 10*s.* 6*d.*

Libri Psalmorum Versio antiqua Gallica e Cod. MS. in Bibl. Bodleiana adservato, una cum Versione Metrica aliisque Monumentis pervetustis. Nunc primum descripsit et edidit Franciscus Michel, Phil. Doct. 1860. 8vo. *cloth*, 10*s.* 6*d.*

Libri Prophetarum Majorum, cum Lamentationibus Jeremiae, in Dialecto Linguae Aegyptiacae Memphitica seu Coptica. Edidit cum Versione Latina H. Tattam, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo. *cloth*, 17*s.*

Libri duodecim Prophetarum Minorum in Ling. Aegypt. vulgo Coptica. Edidit H. Tattam, A.M. 1836. 8vo. *cloth*, 8*s.* 6*d.*

Novum Testamentum Graece. Antiquissimorum Codicum Textus in ordine parallelo dispositi. Accedit collatio Codicis Sinaitici. Edidit E. H. Hansell, S.T.B. Tomi III. 1864. 8vo. *half morocco*, 2*l.* 12*s.* 6*d.*

Novum Testamentum Graece. Accedunt parallela S. Scripturae loca, necnon vetus capitulorum notatio et canones Eusebii. Edidit Carolus Lloyd, S.T.P.R., necnon Episcopus Oxoniensis. 18mo. *cloth*, 3*s.*

The same on writing paper, with large margin, cloth, 10*s.* 6*d.*

Novum Testamentum Graece juxta Exemplar Millianum. 18mo. *cloth*, 2*s.* 6*d.*

The same on writing paper, with large margin, cloth, 9*s.*

Evangelia Sacra Graece. fcap. 8vo. *limp*, 1*s.* 6*d.*

The New Testament in Greek and English. Edited by E. Cardwell, D.D. 2 vols. 1837. crown 8vo. *cloth*, 6s.

Novum Testamentum Coptice, cura D. Wilkins. 1716. 4to. *cloth*, 12s. 6d.

Evangeliorum Versio Gothica, cum Interpr. et Annott. E. Benzelii. Edidit, et Gram. Goth. praemisit, E. Lye, A.M. 1759. 4to. *cloth*, 12s. 6d.

Diatessaron; sive Historia Jesu Christi ex ipsis Evangelistarum verbis apte dispositis confecta. Ed. J. White. 1856. 12mo. *cloth*, 3s. 6d.

Canon Muratorianus. The earliest Catalogue of the Books of the New Testament. Edited with Notes and a Facsimile of the MS. in the Ambrosian Library at Milan, by S. P. Tregelles, LL.D. 1868. 4to. *cloth*, 10s. 6d.

The Five Books of Maccabees, in English, with Notes and Illustrations by Henry Cotton, D.C.L. 1833. 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

Horae Hebraicae et Talmudicae, a J. Lightfoot. *A new Edition*, by R. Gandell, M.A. 4 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 1l. 1s.

FATHERS OF THE CHURCH, &c.

Liturgies, Eastern and Western. Edited, with Introduction, Notes, and a Liturgical Glossary, by C. E. Hammond, M.A. Crown 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

An Appendix to the above. Crown 8vo. *paper covers*, 1s. 6d.

St. Athanasius: Orations against the Arians. With an Account of his Life. By William Bright, D.D., Regius Professor of Ecclesiastical History, Oxford. Crown 8vo. *cloth*, 9s.

St. Augustine: Select Treatises. By the same Editor. *In the Press.*

The Canons of the First Four General Councils of Nicaea, Constantinople, Ephesus, and Chalcedon. Crown 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

Catenae Graecorum Patrum in Novum Testamentum. Edidit J. A. Cramer, S.T.P. Tomi VIII. 1838–1844. 8vo. *cloth*, 2l. 4s.

Clementis Alexandrini Opera, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi IV. 1869. 8vo. *cloth*, 3l.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in XII Prophetas. Edidit P. E. Pusey, A.M. Tomi II. 1868. 8vo. *cloth*, 2l. 2s.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini in D. Joannis Evangelium. Accedunt Fragmenta Varia necnon Tractatus ad Tiberium Diaconum Duo. Edidit post Aubertum P. E. Pusey, A.M. Tomi III. 8vo. *cloth*, 2l. 5s.

Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Commentarii in Lucae Evangelium quae supersunt Syriace. E MSS. apud Mus. Britan. edidit R. Payne Smith, A.M. 1858. 4to. *cloth*, 1l. 2s.

The same, translated by R. Payne Smith, M.A. 2 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 14s.

Ephraemi Syri, Rabulae Episcopi Edesseni, Balaei, aliorumque. Opera Selecta. E Codd. Syriacis MSS. in Museo Britannico et Bibliotheca Bodleiana asservatis primus edidit J. J. Overbeck. 1865. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Eusebii Pamphili Evangelicae Praeparationis Libri XV. Ad Codd. MSS. recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 1843. 8vo. *cloth*, 1*l*. 10*s*.

Eusebii Pamphili Evangelicae Demonstrationis Libri X. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. Tomi II. 1852. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Eusebii Pamphili contra Hieroclem et Marcellum Libri. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. 1852. 8vo. *cloth*, 7*s*.

Eusebius' Ecclesiastical History, according to the text of Burton. With an Introduction by William Bright, D.D. Crown 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Eusebii Pamphili Hist. Eccl.: **Annotationes Variorum.** Tomi II. 1842. 8vo. *cloth*, 17*s*.

Evagrii Historia Ecclesiastica, ex recensione H. Valesii. 1844. 8vo. *cloth*, 4*s*.

Irenaeus: The Third Book of St. Irenaeus, Bishop of Lyons, against Heresies. With short Notes, and a Glossary. By H. Deane, B.D., Fellow of St. John's College, Oxford. Crown 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Origenis Philosophumena; sive omnium Haeresium Refutatio. E Codice Parisino nunc primum edidit Emmanuel Miller. 1851. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Patrum Apostolicorum, S. Clementis Romani, S. Ignatii, S. Polycarpi, quae supersunt. Edidit Guil. Jacobson, S.T.P.R. Tomi II. *Fourth Edition*, 1863. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Reliquiae Sacrae secundi tertiique saeculi. Recensuit M. J. Routh, S.T.P. Tomi V. *Second Edition*, 1846–1848. 8vo. *cloth*, 1*l*. 5*s*.

Scriptorum Ecclesiasticorum Opuscula. Recensuit M. J. Routh, S.T.P. Tomi II. *Third Edition*, 1858. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Socratis Scholastici Historia Ecclesiastica. Gr. et Lat. Edidit R. Hussey, S.T.B. Tomi III. 1853. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Socrates' Ecclesiastical History, according to the Text of Hussey. With an Introduction by William Bright, D.D. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Sozomeni Historia Ecclesiastica. Edidit R. Hussey, S.T.B. Tomi III. 1859. 8vo. *cloth*, 15*s*.

Theodoreti Ecclesiasticae Historiae Libri V. Recensuit T. Gaisford, S.T.P. 1854. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Theodoreti Graecarum Affectionum Curatio. Ad Codices MSS. recensuit T. Gaisford, S.T.P. 1839. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Dowling (J. G.) Notitia Scriptorum SS. Patrum aliorumque vet. Eccles. Mon. quae in Collectionibus Anecdotorum post annum Christi MDCC. in lucem editis continentur. 1839. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

ECCLESIASTICAL HISTORY, BIOGRAPHY, &c.

Baedae Historia Ecclesiastica. Edited, with English Notes by G. H. Moberly, M.A. 1869. crown 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

Bingham's Antiquities of the Christian Church, and other Works. 10 vols. 1855. 8vo. *cloth*, 3l. 3s.

Bright (W., D.D.). Chapters of Early English Church History. 8vo. *cloth*, 12s.

Burnet's History of the Reformation of the Church of England. *A new Edition.* Carefully revised, and the Records collated with the originals, by N. Pocock, M.A. 7 vols. 1865. 8vo. 4l. 4s.

Burnet's Life of Sir M. Hale, and Fell's Life of Dr. Hammond. 1856. small 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

Cardwell's Two Books of Common Prayer, set forth by authority in the Reign of King Edward VI, compared with each other. *Third Edition*, 1852. 8vo. *cloth*, 7s.

Cardwell's Documentary Annals of the Reformed Church of England; being a Collection of Injunctions, Declarations, Orders, Articles of Inquiry, &c. from 1546 to 1716. 2 vols. 1843. 8vo. *cloth*, 18s.

Cardwell's History of Conferences on the Book of Common Prayer from 1551 to 1690. *Third Edition*, 1849. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

Councils and Ecclesiastical Documents relating to Great Britain and Ireland. Edited, after Spelman and Wilkins, by A. W. Haddan, B.D., and William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History, Oxford. Vols. I. and III. Medium 8vo. *cloth*, each 1l. 1s.

Vol. II. Part I. Medium 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

Vol. II. Part II. Church of Ireland; Memorials of St. Patrick. *stiff covers*, 3s. 6d.

Formularies of Faith set forth by the King's Authority during the Reign of Henry VIII. 1856. 8vo. *cloth*, 7s.

Fuller's Church History of Britain. Edited by J. S. Brewer, M.A. 6 vols. 1845. 8vo. *cloth*, 1l. 19s.

Gibson's Synodus Anglicana. Edited by E. Cardwell, D.D. 1854. 8vo. *cloth*. 6s.

Hussey's Rise of the Papal Power traced in three Lectures. *Second Edition*, 1863. fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d.

Inett's Origines Anglicanae (in continuation of Stillingfleet). Edited by J. Griffiths, M.A. 3 vols. 1855. 8vo. *cloth*, 15s.

John, Bishop of Ephesus. The Third Part of his Ecclesiastical History. [In Syriac.] Now first edited by William Cureton, M.A. 1853. 4to. *cloth*, 1l. 12s.

The same, translated by R. Payne Smith, M.A. 1860. 8vo. *cloth*, 10s.

Knight's Life of Dean Colet. 1823. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Le Neve's Fasti Ecclesiae Anglicanae. *Corrected and continued from* 1715 *to* 1853 by T. Duffus Hardy. 3 vols. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Noelli (A.) Catechismus sive prima institutio disciplinaque Pietatis Christianae Latine explicata. Editio nova cura Guil. Jacobson, A.M. 1844. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.

Prideaux's Connection of Sacred and Profane History. 2 vols. 1851. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Primers put forth in the Reign of Henry VIII. 1848. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Records of the Reformation. The Divorce, 1527—1533. Mostly now for the first time printed from MSS. in the British Museum and other Libraries. Collected and arranged by N. Pocock, M.A. 2 vols. 8vo. *cloth*, 1*l*. 16*s*.

Reformatio Legum Ecclesiasticarum. The Reformation of Ecclesiastical Laws, as attempted in the reigns of Henry VIII, Edward VI, and Elizabeth. Edited by E. Cardwell, D.D. 1850. 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Shirley's (W. W.) Some Account of the Church in the Apostolic Age. *Second Edition*, 1874. fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Shuckford's Sacred and Profane History connected (in continuation of Prideaux). 2 vols. 1848. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Stillingfleet's Origines Britannicae, with Lloyd's Historical Account of Church Government. Edited by T. P. Pantin, M.A. 2 vols. 1842. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Stubbs's (W.) Registrum Sacrum Anglicanum. An attempt to exhibit the course of Episcopal Succession in England. 1858. small 4to. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Strype's Works Complete, with a General Index. 27 vols. 1821–1843. 8vo. *cloth*, 7*l*. 13*s*. 6*d*. Sold separately as follows:—

Memorials of Cranmer. 2 vols. 1840. 8vo. *cloth*, 11*s*.
Life of Parker. 3 vols. 1828. 8vo. *cloth*, 16*s*. 6*d*.
Life of Grindal. 1821. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Life of Whitgift. 3 vols. 1822. 8vo. *cloth*, 16*s*. 6*d*.
Life of Aylmer. 1820. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Life of Cheke. 1821. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Life of Smith. 1820. 8vo. *cloth*, 5*s*. 6*d*.
Ecclesiastical Memorials. 6 vols. 1822. 8vo. *cloth*, 1*l*. 13*s*.
Annals of the Reformation. 7 vols. 8vo. *cloth*, 2*l*. 3*s*. 6*d*.
General Index. 2 vols. 1828. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Sylloge Confessionum sub tempus Reformandae Ecclesiae editarum. Subjiciuntur Catechismus Heidelbergensis et Canones Synodi Dordrechtanae. 1827. 8vo. *cloth*, 8*s*.

ENGLISH THEOLOGY.

Beveridge's Discourse upon the XXXIX Articles. *The third complete Edition*, 1847. 8vo. *cloth*, 8s.

Bilson on the Perpetual Government of Christ's Church, with a Biographical Notice by R. Eden, M.A. 1842. 8vo. *cloth*, 4s.

Biscoe's Boyle Lectures on the Acts of the Apostles. 1840. 8vo. *cloth*, 9s. 6d.

Bull's Works, with Nelson's Life. By E. Burton, D.D. *A new Edition*, 1846. 8 vols. 8vo. *cloth*, 2l. 9s.

Burnet's Exposition of the XXXIX Articles. 8vo. *cloth*, 7s.

Burton's (Edward) Testimonies of the Ante-Nicene Fathers to the Divinity of Christ. *Second Edition*, 1829. 8vo. *cloth*, 7s.

Burton's (Edward) Testimonies of the Ante-Nicene Fathers to the Doctrine of the Trinity and of the Divinity of the Holy Ghost. 1831. 8vo. *cloth*, 3s. 6d.

Butler's Works, with an Index to the Analogy. 2 vols. 1874. 8vo. *cloth*, 11s.

Butler's Sermons. 8vo. *cloth*, 5s. 6d.

Butler's Analogy of Religion. 8vo. *cloth*, 5s. 6d.

Chandler's Critical History of the Life of David. 1853. 8vo. *cloth*, 8s. 6d.

Chillingworth's Works. 3 vols. 1838. 8vo. *cloth*, 1l. 1s. 6d.

Clergyman's Instructor. *Sixth Edition*, 1855. 8vo. *cloth*, 6s. 6d.

Comber's Companion to the Temple; or a Help to Devotion in the use of the Common Prayer. 7 vols. 1841. 8vo. *cloth*, 1l. 11s. 6d.

Cranmer's Works. Collected and arranged by H. Jenkyns, M.A., Fellow of Oriel College. 4 vols. 1834. 8vo. *cloth*, 1l. 10s.

Enchiridion Theologicum Anti-Romanum.

Vol. I. Jeremy Taylor's Dissuasive from Popery, and Treatise on the Real Presence. 1852. 8vo. *cloth*, 8s.

Vol. II. Barrow on the Supremacy of the Pope, with his Discourse on the Unity of the Church. 1852. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

Vol. III. Tracts selected from Wake, Patrick, Stillingfleet, Clagett, and others. 1837. 8vo. *cloth*, 11s.

[Fell's] Paraphrase and Annotations on the Epistles of St. Paul. 1852. 8vo. *cloth*, 7s.

Greswell's Harmonia Evangelica. *Fifth Edition*, 1856. 8vo. *cloth*, 9s. 6d.

Greswell's Prolegomena ad Harmoniam Evangelicam. 1840. 8vo. *cloth*, 9s. 6d.

Greswell's Dissertations on the Principles and Arrangement of a Harmony of the Gospels. 5 vols. 1837. 8vo. *cloth*, 3l. 3s.

Hall's (Bp.) Works. *A new Edition*, by Philip Wynter, D.D. 10 vols. 1863. 8vo. *cloth*, 3*l*. 3*s*.

Hammond's Paraphrase and Annotations on the New Testament. 4 vols. 1845. 8vo. *cloth*, 1*l*.

Hammond's Paraphrase on the Book of Psalms. 2 vols. 1850. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Heurtley's Collection of Creeds. 1858. 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Homilies appointed to be read in Churches. Edited by J. Griffiths, M.A. 1859. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Hooker's Works, with his Life by Walton, arranged by John Keble, M.A. *Sixth Edition*, 1874. 3 vols. 8vo. *cloth*, 1*l*. 11*s*. 6*d*.

Hooker's Works; the text as arranged by John Keble, M.A. 2 vols. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Hooper's (Bp. George) Works. 2 vols. 1855. 8vo. *cloth*, 8*s*.

Jackson's (Dr. Thomas) Works. 12 vols. 8vo. *cloth*, 3*l*. 6*s*.

Jewel's Works. Edited by R. W. Jelf, D.D. 8 vols. 1847. 8vo. *cloth*, 1*l*. 10*s*.

Patrick's Theological Works. 9 vols. 1859. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Pearson's Exposition of the Creed. Revised and corrected by E. Burton, D.D. *Sixth Edition*, 1877. 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Pearson's Minor Theological Works. Now first collected, with a Memoir of the Author, Notes, and Index, by Edward Churton, M.A. 2 vols. 1844. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Sanderson's Works. Edited by W. Jacobson, D.D. 6 vols. 1854. 8vo. *cloth*, 1*l*. 10*s*.

Stanhope's Paraphrase and Comment upon the Epistles and Gospels. *A new Edition*. 2 vols. 1851. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Stillingfleet's Origines Sacrae. 2 vols. 1837. 8vo. *cloth*, 9*s*.

Stillingfleet's Rational Account of the Grounds of Protestant Religion; being a vindication of Abp. Laud's Relation of a Conference, &c. 2 vols. 1844. 8vo. *cloth*, 10*s*.

Wall's History of Infant Baptism, with Gale's Reflections, and Wall's Defence. *A new Edition*, by Henry Cotton, D.C.L. 2 vols. 1862. 8vo. *cloth*, 1*l*. 1*s*.

Waterland's Works, with Life, by Bp. Van Mildert. *A new Edition*, with copious Indexes. 6 vols. 1857. 8vo. *cloth*, 2*l*. 11*s*.

Waterland's Review of the Doctrine of the Eucharist, with a Preface by the present Bishop of London. 1868. crown 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Wheatly's Illustration of the Book of Common Prayer. *A new Edition*, 1846. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Wyclif. A Catalogue of the Original Works of John Wyclif, by W. W. Shirley, D.D. 1865. 8vo. *cloth*, 3s. 6d.

Wyclif. Select English Works. By T. Arnold, M.A. 3 vols. 1871. 8vo. *cloth*, 2l. 2s.

Wyclif. Trialogus. *With the Supplement now first edited.* By Gotthard Lechler. 1869. 8vo. *cloth*, 14s.

ENGLISH HISTORICAL AND DOCUMENTARY WORKS.

British Barrows, a Record of the Examination of Sepulchral Mounds in various parts of England. By William Greenwell, M.A., F.S.A. Together with Description of Figures of Skulls, General Remarks on Prehistoric Crania, and an Appendix. By George Rolleston, M.D., F.R.S. Medium 8vo., *cloth*, 25s.

Two of the Saxon Chronicles parallel, with Supplementary Extracts from the Others. Edited, with Introduction, Notes, and a Glossarial Index, by J. Earle, M.A. 1865. 8vo. *cloth*, 16s.

Magna Carta, a careful Reprint. Edited by W. Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History. 1868. 4to. *stitched*, 1s.

Britton, a Treatise upon the Common Law of England, composed by order of King Edward I. The French Text carefully revised, with an English Translation, Introduction, and Notes, by F. M. Nichols, M.A. 2 vols. 1865. royal 8vo. *cloth*, 1l. 16s.

Burnet's History of His Own Time, with the suppressed Passages and Notes. 6 vols. 1833. 8vo. *cloth*, 2l. 10s.

Burnet's History of James II, with additional Notes. 1852. 8vo. *cloth*, 9s. 6d.

Carte's Life of James Duke of Ormond. *A new Edition*, carefully compared with the original MSS. 6 vols. 1851. 8vo. *cloth*, 1l. 5s.

Casauboni Ephemerides, cum praefatione et notis J. Russell, S.T.P. Tomi II. 1850. 8vo. *cloth*, 15s.

Clarendon's (Edw. Earl of) History of the Rebellion and Civil Wars in England. To which are subjoined the Notes of Bishop Warburton. 7 vols. 1849. medium 8vo. *cloth*, 2l. 10s.

Clarendon's (Edw. Earl of) History of the Rebellion and Civil Wars in England. 7 vols. 1839. 18mo. *cloth*, 1l. 1s.

Clarendon's (Edw. Earl of) History of the Rebellion and Civil Wars in England. Also His Life, written by Himself, in which is included a Continuation of his History of the Grand Rebellion. With copious Indexes. In one volume, royal 8vo. 1842. *cloth*, 1l. 2s.

Clarendon's (Edw. Earl of) Life, including a Continuation of his History. 2 vols. 1857. medium 8vo. *cloth*, 1l. 2s.

Clarendon's (Edw. Earl of) Life, and Continuation of his History. 3 vols. 1827. 8vo. *cloth*, 16s. 6d.

Calendar of the Clarendon State Papers, preserved in the Bodleian Library. *In three volumes.*

Vol. I. From 1523 to January 1649. 8vo. *cloth*, 18s.
Vol. II. From 1649 to 1654. 8vo. *cloth*, 16s.
Vol. III. From 1655 to 1657. 8vo. *cloth*, 14s.

Calendar of Charters and Rolls preserved in the Bodleian Library. 8vo. *cloth*, 1l. 11s. 6d.

Freeman's (E. A.) History of the Norman Conquest of England: its Causes and Results. *In Six Volumes.* 8vo. *cloth*, 5l. 9s. 6d.

Vols. I–II together, 1l. 16s. Vols. III–V, 1l. 1s. *each.*
Vol. VI. Index. 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

Lloyd's Prices of Corn in Oxford, 1583–1830. 8vo. *sewed*, 1s.

Luttrell's (Narcissus) Diary. A Brief Historical Relation of State Affairs, 1678–1714. 6 vols. 1857. 8vo. *cloth*, 1l. 4s.

May's History of the Long Parliament. 1854. 8vo. *cloth*, 6s. 6d.

Rogers's History of Agriculture and Prices in England, A.D. 1259–1400. 2 vols. 1866. 8vo. *cloth*, 2l. 2s.

Sprigg's England's Recovery; being the History of the Army under Sir Thomas Fairfax. *A new edition.* 1854. 8vo. *cloth*, 6s.

Whitelock's Memorials of English Affairs from 1625 to 1660. 4 vols. 1853. 8vo. *cloth*, 1l. 10s.

Protests of the Lords, including those which have been expunged, from 1624 to 1874; with Historical Introductions. Edited by James E. Thorold Rogers, M.A. 3 vols. 8vo. *cloth*, 2l. 2s.

Enactments in Parliament, specially concerning the Universities of Oxford and Cambridge. Collected and arranged by J. Griffiths, M. A. 1869. 8vo. *cloth*, 12s.

Ordinances and Statutes [for Colleges and Halls] framed or approved by the Oxford University Commissioners. 1863. 8vo. *cloth*, 12s.—Sold separately (except for Exeter, All Souls, Brasenose, and Corpus), at 1s. each.

Statuta Universitatis Oxoniensis. 1879. 8vo. *cloth*, 5s.

The Student's Handbook to the University and Colleges of Oxford. *Fifth Edition.* 1879. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

Index to Wills proved in the Court of the Chancellor of the University of Oxford, &c. Compiled by J. Griffiths, M.A. 1862. royal 8vo. *cloth*, 3s. 6d.

Catalogue of Oxford Graduates from 1659 to 1850. 1851. 8vo. *cloth*, 7s. 6d.

CHRONOLOGY, GEOGRAPHY, &c.

Clinton's Fasti Hellenici. The Civil and Literary Chronology of Greece, from the LVIth to the CXXIIIrd Olympiad. *Third edition*, 1841. 4to. *cloth*, 1*l*. 14*s*. 6*d*.

Clinton's Fasti Hellenici. The Civil and Literary Chronology of Greece, from the CXXIVth Olympiad to the Death of Augustus. *Second edition*, 1851. 4to. *cloth*, 1*l*. 12*s*.

Clinton's Epitome of the Fasti Hellenici. 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

Clinton's Fasti Romani. The Civil and Literary Chronology of Rome and Constantinople, from the Death of Augustus to the Death of Heraclius. 2 vols. 1845, 1850. 4to. *cloth*, 3*l*. 9*s*.

Clinton's Epitome of the Fasti Romani. 1854. 8vo. *cloth*, 7*s*.

Cramer's Geographical and Historical Description of Asia Minor. 2 vols. 1832. 8vo. *cloth*, 11*s*.

Cramer's Map of Asia Minor, 15*s*.

Cramer's Map of Ancient and Modern Italy, on two sheets, 15*s*.

Cramer's Description of Ancient Greece. 3 vols. 1828. 8vo. *cloth*, 16*s*. 6*d*.

Cramer's Map of Ancient and Modern Greece, on two sheets, 15*s*.

Greswell's Fasti Temporis Catholici. 4 vols. 8vo. *cloth*, 2*l*. 10*s*.

Greswell's Tables to Fasti, 4to., and Introduction to Tables, 8vo. *cloth*, 15*s*.

Greswell's Origines Kalendariæ Italicæ. 4 vols. 8vo. *cloth*, 2*l*. 2*s*.

Greswell's Origines Kalendariæ Hellenicæ. 6 vols. 1862. 8vo. *cloth*, 4*l*. 4*s*.

MATHEMATICS, PHYSICAL SCIENCE, &c.

Archimedis quae supersunt omnia cum Eutocii commentariis ex recensione Josephi Torelli, cum novâ versione Latinâ. 1792. folio. *cloth*, 1*l*. 5*s*.

Bradley's Miscellaneous Works and Correspondence. With an Account of Harriot's Astronomical Papers. 1832. 4to. *cloth*, 17*s*.

Reduction of Bradley's Observations by Dr. Busch. 1838. 4to. *cloth*, 3*s*.

Astronomical Observations made at the University Observatory, Oxford, under the direction of C. Pritchard, M.A. No. 1. Royal 8vo. *paper covers*, 3*s*. 6*d*.

A Treatise on the Kinetic Theory of Gases. By Henry William Watson, M.A., formerly Fellow of Trinity College, Cambridge. 1876 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

A Treatise on the Application of Generalised Coordinates to the Kinetics of a Material System. By H. W. Watson, M.A., and S. H. Burbury, M.A. 8vo. *cloth*, 6*s*.

Rigaud's Correspondence of Scientific Men of the 17th Century, with Table of Contents by A. de Morgan, and Index by the Rev. J. Rigaud, M.A., Fellow of Magdalen College, Oxford. 2 vols. 1841–1862. 8vo. *cloth*, 18*s*. 6*d*.

Treatise on Infinitesimal Calculus. By Bartholomew Price, M.A., F.R.S., Professor of Natural Philosophy, Oxford.

Vol. I. Differential Calculus. *Second Edition*, 8vo. *cloth*, 14*s*. 6*d*.

Vol. II. Integral Calculus, Calculus of Variations, and Differential Equations. *Second Edition*, 1865. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Vol. III. Statics, including Attractions; Dynamics of a Material Particle. *Second Edition*, 1868. 8vo. *cloth*, 16*s*.

Vol. IV. Dynamics of Material Systems; together with a Chapter on Theoretical Dynamics, by W. F. Donkin, M.A., F.R.S. 1862. 8vo. *cloth*, 16*s*.

Daubeny's Introduction to the Atomic Theory. 16mo. *cloth*, 6*s*.

Vesuvius. By John Phillips, M.A., F.R.S., Professor of Geology, Oxford. 1869. Crown 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Geology of Oxford and the Valley of the Thames. By the same Author. 8vo. *cloth*, 21*s*.

Synopsis of the Pathological Series in the Oxford Museum. By H. W. Acland, M.D., F.R.S., 1867. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Thesaurus Entomologicus Hopeianus, or a Description of the rarest Insects in the Collection given to the University by the Rev. William Hope. By J. O. Westwood, M.A. With 40 Plates, mostly coloured. Small folio, *half morocco*, 7*l*. 10*s*.

Text-Book of Botany, Morphological and Physiological. By Dr. Julius Sachs, Professor of Botany in the University of Würzburg. Translated by A. W. Bennett, M.A., assisted by W. T. Thiselton Dyer, M.A. Royal 8vo. *half morocco*, 1*l*. 11*s*. 6*d*.

On Certain Variations in the Vocal Organs of the Passeres that have hitherto escaped notice. By Johannes Muller. Translated by F. J. Bell, B.A. With an Appendix by A. H. Garrod, M.A., F.R.S. With Plates. 4to. *paper covers*, 7*s*. 6*d*.

BIBLIOGRAPHY.

Ebert's Bibliographical Dictionary, translated from the German. 4 vols. 1837. 8vo. *cloth*, 1*l*. 10*s*.

Cotton's List of Editions of the Bible in English. *Second Edition*, corrected and enlarged. 1852. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

Cotton's Typographical Gazetteer. 1831. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Cotton's Typographical Gazetteer, Second Series. 1866. 8vo. *cloth*, 12*s*. 6*d*.

Cotton's Rhemes and Doway. An attempt to shew what has been done by Roman Catholics for the diffusion of the Holy Scriptures in English. 1855. 8vo. *cloth*, 9*s*.

MISCELLANEOUS.

The Logic of Hegel; translated from the Encyclopaedia of the Philosophical Sciences. With Prolegomena. By William Wallace, M.A. 8vo. *cloth*, 14s.

Bacon's Novum Organum. Edited, with English notes, by G. W. Kitchin, M.A. 1855. 8vo. *cloth*, 9s. 6d

Bacon's Novum Organum. Translated by G. W. Kitchin, M.A. 1855. 8vo. *cloth*, 9s. 6d. (See also p. 31.)

The Works of George Berkeley, D.D., formerly Bishop of Cloyne; including many of his writings hitherto unpublished. With Prefaces, Annotations, and an Account of his Life and Philosophy, by Alexander Campbell Fraser, M.A. 4 vols. 1871. 8vo. *cloth*, 2l. 18s.

The Life, Letters, &c. 1 vol. *cloth*, 16s. *See also* p. 31.

Smith's Wealth of Nations. A new Edition, with Notes, by J. E. Thorold Rogers, M.A. 2 vols. 1870. *cloth*, 21s.

A Course of Lectures on Art, delivered before the University of Oxford in Hilary Term, 1870. By John Ruskin, M.A., Slade Professor of Fine Art. 8vo. *cloth*, 6s.

A Critical Account of the Drawings by Michel Angelo and Raffaello in the University Galleries, Oxford. By J. C. Robinson, F.S.A. Crown 8vo. *cloth*, 4s.

Sturlunga Saga, including the Islendinga Saga of Lawman Sturla Thordsson and other works. Edited with Prolegomena, Appendices, Tables, Indices, and Maps, by Dr. Gudbrand Vigfusson. In 2 vols. 8vo. *cloth*, 2l. 2s.

An Icelandic Prose Reader, with Notes, Grammar, and Glossary. By Dr. Gudbrand Vigfusson and F. York Powell, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

The Sacred Books of the East. Translated by various Oriental Scholars, and edited by F. Max Müller.

Vol. I. **The Upanishads.** Translated by F. Max Müller.

Part I. The *Kh*andogya-upanishad, The Talavakara-upanishad, The Aitareya-ara*n*yaka, The Kaushitaki-brahma*n*a-upanishad, and The Va*g*asaneyi-sa*m*hita-upanishad. 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

Vol. II. **The Sacred Laws of the Aryas**, as taught in the Schools of Apastamba, Gautama, Vasish*th*a, and Baudhayana. Translated by Georg Bühler.

Part I. Apastamba and Gautama. 8vo. *cloth*, 10s. 6d.

Vol. III. **The Sacred Books of China.** The Texts of Confucianism. Translated by James Legge.

Part I. The Shu King, The Shih King, and The Hsiao King. 8vo. *cloth*, 12s. 6d.

Other volumes will be published in due course.

Clarendon Press Series.

The Delegates of the Clarendon Press having undertaken the publication of a series of works, chiefly educational, and entitled the Clarendon Press Series, have published, or have in preparation, the following.

Those to which prices are attached are already published; the others are in preparation.

I. ENGLISH.

A First Reading Book. By Marie Eichens of Berlin; and edited by Anne J. Clough. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 4*d*.

Oxford Reading Book, Part I. For Little Children. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 6*d*.

Oxford Reading Book, Part II. For Junior Classes. Extra fcap. 8vo. *stiff covers*, 6*d*.

An Elementary English Grammar and Exercise Book. By O. W. Tancock, M.A., Assistant Master of Sherborne School. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

An English Grammar and Reading Book, for Lower Forms in Classical Schools. By O. W. Tancock, M.A., Assistant Master of Sherborne School. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Typical Selections from the best English Writers, with Introductory Notices. *Second Edition.* In Two Volumes. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*. each.

Vol. I. Latimer to Berkeley. Vol. II. Pope to Macaulay.

The Philology of the English Tongue. By J. Earle, M.A. formerly Fellow of Oriel College, and sometime Professor of Anglo-Saxon, Oxford. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

A Book for the Beginner in Anglo-Saxon. By John Earle, M.A., Professor of Anglo-Saxon, Oxford. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

An Anglo-Saxon Reader. In Prose and Verse. With Grammatical Introduction, Notes, and Glossary. By Henry Sweet, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*. 8*s*. 6*d*.

The Ormulum; with the Notes and Glossary of Dr. R. M. White. Edited by Rev. R. Holt, M.A. 2 vols. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 21*s*.

Specimens of Early English. A New and Revised Edition. With Introduction, Notes, and Glossarial Index. By R. Morris, LL.D., and W. W. Skeat, M.A.

Part I. *In the Press.*

Part II. From Robert of Gloucester to Gower (A.D. 1298 to A.D. 1393). *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 7*s.* 6*d.*

Specimens of English Literature, from the 'Ploughmans Crede' to the 'Shepheardes Calender' (A.D. 1394 to A.D. 1579). With Introduction, Notes, and Glossarial Index. By W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 7*s.* 6*d.*

The Vision of William concerning Piers the Plowman, by William Langland. Edited, with Notes, by W. W. Skeat, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4*s.* 6*d.*

Chaucer. The Prioresses Tale; Sir Thopas; The Monkes Tale; The Clerkes Tale; The Squieres Tale, &c. Edited by W. W. Skeat, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4*s.* 6*d.*

Chaucer. The Tale of the Man of Lawe; The Pardoneres Tale; The Second Nonnes Tale; The Chanouns Yemannes Tale. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4*s.* 6*d.* (See also p. 20.)

Old English Drama. Marlowe's Tragical History of Dr. Faustus, and **Greene's** Honourable History of Friar Bacon and Friar Bungay. Edited by A. W. Ward, M.A., Professor of History and English Literature in Owens College, Manchester. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 5*s.* 6*d.*

Marlowe. Edward II. With Introduction, Notes, &c. By O. W. Tancock, M.A., Assistant Master of Sherborne School. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3*s.* *Just Published.*

Shakespeare. Hamlet. Edited by W. G. Clark, M.A., and W. Aldis Wright, M.A. Extra fcap. 8vo. *stiff covers,* 2*s.*

Shakespeare. Select Plays. Edited by W. Aldis Wright, M.A. Extra fcap. 8vo. *stiff covers.*

The Tempest, 1*s.* 6*d.*	King Lear, 1*s.* 6*d.*
As You Like It, 1*s.* 6*d.*	A Midsummer Night's Dream, 1*s.* 6*d.*
Julius Cæsar, 2*s.*	Coriolanus. 2*s.* 6*d.* *Just Published.*

Richard the Third. *In the Press.*

(For other Plays, see p. 20.)

Milton. Areopagitica. With Introduction and Notes. By J. W. Hales, M.A., late Fellow of Christ's College, Cambridge. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3*s.*

Addison. Selections from Papers in the Spectator. With Notes. By T. Arnold, M.A., University College. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4*s.* 6*d.*

Burke. Four Letters on the Proposals for Peace with the Regicide Directory of France. Edited, with Introduction and Notes, by E. J. Payne, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 5*s.* (See also p. 21.)

Also the following in paper covers :—

Goldsmith. The Deserted Village. 2*d.*

Gray. Elegy, and Ode on Eton College. 2*d.*

Johnson. Vanity of Human Wishes. With Notes by E. J. Payne, M.A. 4*d.*

Keats. Hyperion, Book I. With Notes by W. T. Arnold, B.A. 4*d.*

Milton. With Notes by R. C. Browne, M.A.

Lycidas, 3*d.* L'Allegro, 3*d.* Il Penseroso, 4*d.* Comus, 6*d.* Samson Agonistes, 6*d.*

Parnell. The Hermit. 2*d.*

A SERIES OF ENGLISH CLASSICS,

Designed to meet the wants of Students in English Literature, by the late Rev. J. S. Brewer, M.A., *of Queen's College, Oxford, and Professor of English Literature at King's College, London.*

1. **Chaucer.** The Prologue to the Canterbury Tales; The Knightes Tale; The Nonne Prestes Tale. Edited by R. Morris, Editor of Specimens of Early English, &c., &c. *Sixth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.* 6*d.* (See also p. 19.)

2. **Spenser's Faery Queene.** Books I and II. Designed chiefly for the use of Schools. With Introduction, Notes, and Glossary. By G. W. Kitchin, M.A.

   Book I. *Eighth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.* 6*d.*

   Book II. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.* 6*d.*

3. **Hooker.** Ecclesiastical Polity, Book I. Edited by R. W. Church, M.A., Dean of St. Paul's; formerly Fellow of Oriel College, Oxford. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2*s.*

4. **Shakespeare.** Select Plays. Edited by W. G. Clark, M.A., Fellow of Trinity College, Cambridge; and W. Aldis Wright, M.A., Trinity College, Cambridge. Extra fcap. 8vo. *stiff covers.*

   I. The Merchant of Venice. 1*s.*

   II. Richard the Second. 1*s.* 6*d.*

   III. Macbeth. 1*s.* 6*d.* (For other Plays, see p. 19.)

5. **Bacon.**

   I. Advancement of Learning. Edited by W. Aldis Wright, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo, *cloth,* 4*s.* 6*d.*

   II. The Essays. With Introduction and Notes. By J. R. Thursfield, M.A., Fellow and formerly Tutor of Jesus College, Oxford.

6. **Milton.** Poems. Edited by R. C. Browne, M.A. 2 vols. *Fourth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6s. 6d.

Sold separately, Vol. I. 4s.; Vol. II. 3s. (See also pp. 19, 20.)

7. **Dryden.** Select Poems. Stanzas on the Death of Oliver Cromwell; Astræa Redux; Annus Mirabilis; Absalom and Achitophel; Religio Laici; The Hind and the Panther. Edited by W. D. Christie, M.A. *Second Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 3s. 6d.

8. **Bunyan.** The Pilgrim's Progress, Grace Abounding. Edited, with Biographical Introduction and Notes, by E. Venables, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5s. *Just Published.*

9. **Pope.** With Introduction and Notes. By Mark Pattison, B.D., Rector of Lincoln College, Oxford.

I. Essay on Man. *Sixth Edition.* Extra fcap. 8vo. 1s. 6d.

II. Satires and Epistles. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. 2s.

10. **Johnson.** Rasselas; Lives of Pope and Dryden. Edited by Alfred Milnes, B.A. (London), late Scholar of Lincoln College, Oxford. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d.

11. **Burke.** Select Works. Edited, with Introduction and Notes, by E. J. Payne, M.A., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law, and Fellow of University College, Oxford.

I. Thoughts on the Present Discontents; the two Speeches on America. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d.

II. Reflections on the French Revolution. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5s. (See also p. 19.)

12. **Cowper.** Edited, with Life, Introductions, and Notes, by H. T. Griffith, B.A., formerly Scholar of Pembroke College, Oxford.

I. The Didactic Poems of 1782, with Selections from the Minor Pieces, A.D. 1779–1783. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s.

II. The Task, with Tirocinium, and Selections from the Minor Poems, A.D. 1784–1799. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

II. LATIN.

An Elementary Latin Grammar. By John B. Allen, M.A., Head Master of Perse Grammar School, Cambridge. *Third Edition, Revised and Corrected.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

A First Latin Exercise Book. By the same Author. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

Anglicè Reddenda, or Easy Extracts for Unseen Translation. By C. S Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s.

Passages for Translation into Latin. For the use of Passmen and others. Selected by J. Y. Sargent, M.A., Fellow and Tutor of Magdalen College, Oxford. *Fifth Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

A Series of Graduated Latin Readers;—

First Latin Reader. By T. J. Nunns, M.A. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s.

Second Latin Reader. *In Preparation.*

Third Latin Reader, or Specimens of Latin Literature. Part I, Poetry. By James McCall Marshall, M.A., Dulwich College.

Fourth Latin Reader.

Caesar. The Commentaries (for Schools). With Notes and Maps. By Charles E. Moberly, M.A.

Part I. The Gallic War. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d.
Part II. The Civil War. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s. 6d.
The Civil War. Book I. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s.

Cicero. Selection of interesting and descriptive passages. With Notes. By Henry Walford, M.A. In three Parts. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4s. 6d. *Each Part separately, limp*, 1s. 6d.

Part I. Anecdotes from Grecian and Roman History.
Part II. Omens and Dreams: Beauties of Nature.
Part III. Rome's Rule of her Provinces.

Cicero. Selected Letters (for Schools). With Notes. By the late C. E. Prichard, M.A., and E. R. Bernard, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s.

Cicero. Select Orations (for Schools). With Notes. By J. R. King, M.A. *In the Press.*

Cornelius Nepos. With Notes. By Oscar Browning, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2s. 6d.

Livy. Selections (for Schools). With Notes and Maps. By H. Lee-Warner, M.A. Extra fcap. 8vo. *In Parts, limp, each* 1s. 6d.

Part I. The Caudine Disaster.
Part II. Hannibal's Campaign in Italy.
Part III. The Macedonian War.

Ovid. Selections for the use of Schools. With Introductions and Notes, and an Appendix on the Roman Calendar. By W. Ramsay, M.A. Edited by G. G. Ramsay, M.A., Professor of Humanity, Glasgow. *Second Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 5s. 6d.

Pliny. Selected Letters (for Schools). With Notes. By the late C. E. Prichard, M.A., and E. R. Bernard, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s.

Catulli Veronensis Liber. Iterum recognovit, apparatum criticum prolegomena appendices addidit, Robinson Ellis, A.M. Demy 8vo. *cloth*, 16s.

A Commentary on Catullus. By Robinson Ellis, M.A. Demy 8vo. *cloth*, 16s.

Catulli Veronensis Carmina Selecta, secundum recognitionem Robinson Ellis, A.M. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3s. 6d.

Cicero de Oratore. Book I. With Introduction and Notes. By A. S. Wilkins, M.A., Professor of Latin, Owens College, Manchester. Crown 8vo. *cloth*, 6*s*.

Cicero's Philippic Orations. With Notes. By J. R. King, M.A. *Second Edition.* 8vo. *cloth*, 10*s*. 6*d*.

Cicero. Select Letters. With English Introductions, Notes, and Appendices. By Albert Watson, M.A. *Second Edition.* Demy 8vo. *cloth*, 18*s*.

Cicero. Select Letters. *Text.* By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*.

Cicero pro Cluentio. With Introduction and Notes. By W. Ramsay, M.A. Edited by G. G. Ramsay, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Horace. With a Commentary. Volume I. The Odes, Carmen Seculare, and Epodes. By Edward C. Wickham, M.A., Head Master of Wellington College. *Second Edition.* 8vo. *cloth*, 12*s*.

Also a small edition for Schools.

Livy, Books I–X. By J. R. Seeley, M.A., Regius Professor of Modern History, Cambridge. Book I. *Second Edition.* 8vo *cloth*, 6*s*.

Also a small edition for Schools.

Persius. The Satires. With a Translation and Commentary. By John Conington, M.A. Edited by Henry Nettleship, M.A. *Second Edition.* 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Selections from the less known Latin Poets. By North Pinder, M.A. Demy 8vo. *cloth*, 15*s*.

Fragments and Specimens of Early Latin. With Introductions and Notes. By John Wordsworth, M.A. 8vo. *cloth*, 18*s*.

Tacitus. The Annals. Books I–VI. With Essays and Notes. By T. F. Dallin, M.A., Tutor of Queen's College, Oxford. *Preparing.*

Vergil: Suggestions Introductory to a Study of the Aeneid. By H. Nettleship, M.A. 8vo. *sewed*, 1*s*. 6*d*.

Ancient Lives of Vergil; with an Essay on the Poems of Vergil, in connection with his Life and Times. By H. Nettleship, M.A. 8vo. *sewed*, 2*s*.

The Roman Satura: its original form in connection with its literary development. By H. Nettleship, M.A. 8vo. *sewed*, 1*s*.

A Manual of Comparative Philology. By T. L. Papillon, M.A., Fellow and Lecturer of New College. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 6*s*.

The Roman Poets of the Augustan Age. By William Young Sellar, M.A., Professor of Humanity in the University of Edinburgh. VIRGIL. 8vo. *cloth*, 14*s*.

The Roman Poets of the Republic. By the same Editor. *Preparing.*

III. GREEK.

A Greek Primer, for the use of beginners in that Language. By the Right Rev. Charles Wordsworth, D.C.L., Bishop of St. Andrews. *Sixth Edition, Revised and Enlarged.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 1s. 6d.

Graecae Grammaticae Rudimenta in usum Scholarum. Auctore Carolo Wordsworth, D.C.L. *Nineteenth Edition,* 1877. 12mo. *bound,* 4s.

A Greek-English Lexicon, abridged from Liddell and Scott's 4to. edition, chiefly for the use of Schools. *Eighteenth Edition. Carefully Revised throughout.* 1879. Square 12mo. *cloth,* 7s. 6d.

Greek Verbs, Irregular and Defective; their forms, meaning, and quantity; embracing all the Tenses used by Greek writers, with reference to the passages in which they are found. By W. Veitch. *Third Edition.* Crown 8vo. *cloth,* 10s. 6d.

The Elements of Greek Accentuation (for Schools): abridged from his larger work by H. W. Chandler, M.A., Waynflete Professor of Moral and Metaphysical Philosophy, Oxford. Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

A Series of Graduated Greek Readers;—

- **First Greek Reader.** By W. G. Rushbrooke, M.L. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.
- **Second Greek Reader.** By A. M. Bell, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s. 6d. *Just Published.*
- **Third Greek Reader.** *In Preparation.*
- **Fourth Greek Reader; being Specimens of Greek Dialects.** With Introductions and Notes. By W. W. Merry, M.A., Fellow and Lecturer of Lincoln College. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d.
- **Fifth Greek Reader.** Part I. Selections from Greek Epic and Dramatic Poetry, with Introductions and Notes. By Evelyn Abbott, M.A., Fellow of Balliol College. Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d.
  Part II. By the same Editor. *In Preparation.*

The Golden Treasury of Ancient Greek Poetry; being a Collection of the finest passages in the Greek Classic Poets, with Introductory Notices and Notes. By R. S. Wright, M.A., Fellow of Oriel College, Oxford. Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 8s. 6d.

A Golden Treasury of Greek Prose, being a collection of the finest passages in the principal Greek Prose Writers, with Introductory Notices and Notes. By R. S. Wright, M.A., and J. E. L. Shadwell, M.A. Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d.

Aeschylus. Prometheus Bound (for Schools). With Introduction and Notes, by A. O. Prickard, M.A., Fellow of New College. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s.

Aeschylus. Agamemnon (for Schools). With Introduction and Notes. By Arthur Sidgwick, M.A.

Aristophanes. Nubes (for Schools). With Introduction, Notes, etc. By W. W. Merry, M.A. Extra fcap. 8vo., *cloth,* 2s.

Arrian. Selections (for Schools). With Notes. By J. S. Phillpotts, B.C.L., Head Master of Bedford School.

Cebes. Tabula. With Introduction and Notes. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

Euripides. Alcestis (for Schools). By C. S. Jerram, M.A. *In Preparation.*

Homer. Odyssey, Books I—XII (for Schools). By W. W. Merry, M.A. *Fifth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.
Book II, *separately*, 1*s*. 6*d*.

Homer. Odyssey, Books XIII–XXIV (for Schools). By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s*.

Homer. Iliad, Book I (for Schools). By D. B. Monro, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*.

Lucian. Vera Historia (for Schools). By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

Plato. Selections (for Schools). With Notes. By B. Jowett, M.A., Regius Professor of Greek; and J. Purves, M.A., Fellow and Lecturer of Balliol College, Oxford. *In the Press.*

Sophocles. In Single Plays, with English Notes, &c. By Lewis Campbell, M.A., and Evelyn Abbott, M.A. Extra fcap. 8vo. *limp.*
Oedipus Rex, Oedipus Coloneus, Antigone, 1*s*. 9*d*. each.
Ajax, Electra, Trachiniae, Philoctetes, 2*s*. each.

Sophocles. Oedipus Rex: Dindorf's Text, with Notes by the present Bishop of St. David's. Ext. fcap. 8vo. *limp*, 1*s*. 6*d*.

Theocritus (for Schools). With Notes. By H. Kynaston, M.A. (late Snow), Head Master of Cheltenham College. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Xenophon. Easy Selections (for Junior Classes). With a Vocabulary, Notes, and Map. By J. S. Phillpotts, B.C.L., and C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Xenophon. Selections (for Schools). With Notes and Maps. By J. S. Phillpotts, B.C.L., Head Master of Bedford School. *Fourth Edition.* Ext. fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

Xenophon. Anabasis, Book II. With Notes and Map. By C. S. Jerram, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*.

Aristotle's Politics. By W. L. Newman, M.A., Fellow of Balliol College, Oxford.

Aristotelian Studies. I. On the Structure of the Seventh Book of the Nicomachean Ethics. By J. C. Wilson, M.A., Fellow of Oriel College, Oxford. 8vo. *stiff*, 5*s*. *Just Published.*

Demosthenes and Aeschines. The Orations of Demosthenes and Æschines on the Crown. With Introductory Essays and Notes. By G. A. Simcox, M.A., and W. H. Simcox, M.A. 8vo. *cloth*, 12*s*.

Homer. Odyssey, Books I–XII. Edited with English Notes, Appendices, etc. By W. W. Merry, M.A., and the late James Riddell, M.A. Demy 8vo. *cloth*, 16*s*.

Homer. Odyssey, Books XIII–XXIV. With Introduction and Notes. By S. H. Butcher, M.A., Fellow of University College.

Homer. Iliad. With Introduction and Notes. By D. B. Monro, M.A. *Preparing.*

A Homeric Grammar. By D. B. Monro, M.A. *In the Press.*

Sophocles. The Plays and Fragments. With English Notes and Introductions. By Lewis Campbell, M.A., Professor of Greek, St. Andrews, formerly Fellow of Queen's College, Oxford. 2 vols.

Vol. I. Oedipus Tyrannus. Oedipus Coloneus. Antigone. *Second Edition.* 8vo. *cloth,* 16s.

Sophocles. The Text of the Seven Plays. By the same Editor. Ext. fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d.

A Handbook of Greek Inscriptions, illustrative of Greek History. By E. L. Hicks, M.A., formerly Fellow of Corpus Christi College, Oxford. *In Preparation.*

IV. FRENCH.

An Etymological Dictionary of the French Language, with a Preface on the Principles of French Etymology. By A. Brachet. Translated into English by G. W. Kitchin, M.A. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth,* 7s. 6d.

Brachet's Historical Grammar of the French Language. Translated into English by G. W. Kitchin, M.A. *Fourth Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s. 6d.

French Classics, Edited by Gustave Masson, B.A.

Corneille's Cinna, and **Molière's** Les Femmes Savantes. With Introduction and Notes. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Racine's Andromaque, and **Corneille's** Le Menteur. With Louis Racine's Life of his Father. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Molière's Les Fourberies de Scapin, and **Racine's** Athalie. With Voltaire's Life of Molière. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Selections from the Correspondence of **Madame de Sévigné** and her chief Contemporaries. Intended more especially for Girls' Schools. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s.

Voyage autour de ma Chambre, by **Xavier de Maistre**; Ourika, by **Madame de Duras**; La Dot de Suzette, by **Fievée**; Les Jumeaux de l'Hôtel Corneille, by **Edmond About**; Mésaventures d'un Écolier, by **Rodolphe Töpffer.** Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Regnard's Le Joueur, and **Brueys** and **Palaprat's** Le Grondeur. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Louis XIV and his Contemporaries; as described in Extracts from the best Memoirs of the Seventeenth Century. With English Notes, Genealogical Tables, &c. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

V. GERMAN.

LANGE'S *German Course. By* HERMANN LANGE, *Teacher of Modern Languages, Manchester:*

The Germans at Home; a Practical Introduction to German Conversation, with an Appendix containing the Essentials of German Grammar. *Second Edition.* 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

The German Manual; a German Grammar, a Reading Book, and a Handbook of German Conversation. 8vo. *cloth,* 7s. 6d.

A Grammar of the German Language. 8vo. *cloth,* 3s. 6d.

This 'Grammar' is a reprint of the Grammar contained in 'The German Manual,' and, in this separate form, is intended for the use of students who wish to make themselves acquainted with German Grammar chiefly for the purpose of being able to read German books.

German Composition; Extracts from English and American writers for Translation into German, with Hints for Translation in foot-notes. *In the Press.*

Lessing's Laokoon. With Introduction, English Notes, etc. By A. HAMANN, Phil. Doc., M.A., Taylorian Teacher of German in the University of Oxford. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 4s. 6d.

Goethe's Faust. Part I. With Introduction and Notes. By the same Editor. *In the Press.*

Wilhelm Tell. A Drama. By Schiller. Translated into English Verse by E. Massie, M.A. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 5s.

Also, *Edited by* C. A. BUCHHEIM, *Phil. Doc., Professor in King's College, London:*

Goethe's Egmont. With a Life of Goethe, &c. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s.

Schiller's Wilhelm Tell. With a Life of Schiller; an historical and critical Introduction, Arguments, and a complete Commentary. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s. 6d.

Lessing's Minna von Barnhelm. A Comedy. With a Life of Lessing, Critical Analysis, Complete Commentary, &c. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth,* 3s. 6d.

Schiller's Egmonts Leben und Tod, and Belagerung von Antwerpen. Extra fcap. 8vo. *cloth,* 2s. 6d.

Goethe's Iphigenie auf Tauris. A Drama. With a Critical Introduction, Arguments to the Acts, and a complete Commentary. *Nearly ready.*

In Preparation.

Schiller's Maria Stuart. With Notes, Introduction, &c.

Selections from the Poems of **Schiller** and **Goethe.**

Becker's (K. F.) Friedrich der Grosse.

VI. MATHEMATICS, &c.

Figures Made Easy: a first Arithmetic Book. (Introductory to 'The Scholar's Arithmetic.') By Lewis Hensley, M.A., formerly Fellow and Assistant Tutor of Trinity College, Cambridge. Crown 8vo. *cloth*, 6*d*.

Answers to the Examples in Figures made Easy, together with two thousand additional Examples formed from the Tables in the same, with Answers. By the same Author. Crown 8vo. *cloth*, 1*s*.

The Scholar's Arithmetic; with Answers to the Examples. By the same Author. Crown 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

The Scholar's Algebra. An Introductory work on Algebra. By the same Author. Crown 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

Book-keeping. By R. G. C. Hamilton, Financial Assistant Secretary to the Board of Trade, and John Ball (of the Firm of Quilter, Ball, & Co.), Co-Examiners in Book-keeping for the Society of Arts. *New and enlarged Edition.* Extra fcap. 8vo. *limp cloth*, 2*s*.

A Course of Lectures on Pure Geometry. By Henry J. Stephen Smith, M.A., F.R.S., Fellow of Corpus Christi College, and Savilian Professor of Geometry in the University of Oxford.

Acoustics. By W. F. Donkin, M.A., F.R.S., Savilian Professor of Astronomy, Oxford. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

A Treatise on Electricity and Magnetism. By J. Clerk Maxwell, M.A., F.R.S., Professor of Experimental Physics in the University of Cambridge. 2 vols. 8vo. *cloth*, 1*l*. 11*s*. 6*d*.

An Elementary Treatise on the same subject. By the same Author. *Preparing.*

A Treatise on Statics. By G. M. Minchin, M.A., Professor of Applied Mathematics in the Indian Engineering College, Cooper's Hill. *Second Edition, Revised and Enlarged. Just ready.*

Geodesy. By Alexander Ross Clarke, R.E. *In the Press.*

VII. PHYSICAL SCIENCE.

A Handbook of Descriptive Astronomy. By G. F. Chambers, F.R.A.S. *Third Edition.* Demy 8vo. *cloth*, 28*s*.

Chemistry for Students. By A. W. Williamson, Phil. Doc., F.R.S., Professor of Chemistry, University College, London. *A new Edition, with Solutions.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 8*s*. 6*d*.

A Treatise on Heat, with numerous Woodcuts and Diagrams. By Balfour Stewart, LL.D., F.R.S., Professor of Natural Philosophy in Owens College, Manchester. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Lessons on Thermodynamics. By R. E. Baynes, M.A., Senior Student of Christ Church, Oxford, and Lee's Reader in Physics. Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*.

Forms of Animal Life. By G. Rolleston, M.D., F.R.S., Linacre Professor of Physiology, Oxford. Illustrated by Descriptions and Drawings of Dissections. Demy 8vo. *cloth*, 16*s.*

Exercises in Practical Chemistry (Laboratory Practice). By A. G. Vernon Harcourt, M.A., F.R.S., Senior Student of Christ Church, and Lee's Reader in Chemistry; and H. G. Madan, M.A., Fellow of Queen's College, Oxford. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth.* 7*s.* 6*d.*

Geology of Oxford and the Valley of the Thames. By John Phillips, M.A., F.R.S., Professor of Geology, Oxford. 8vo. *cloth*, 21*s.*

Crystallography. By M. H. N. Story-Maskelyne, M.A., Professor of Mineralogy, Oxford; and Deputy Keeper in the Department of Minerals, British Museum. *In the Press.*

VIII. HISTORY.

The Constitutional History of England, in its Origin and Development. By William Stubbs, M.A., Regius Professor of Modern History. *In Three Volumes.* Crown 8vo. *cloth*, each 12*s.*

Select Charters and other Illustrations of English Constitutional History, from the Earliest Times to the Reign of Edward I. Arranged and Edited by W. Stubbs, M.A. *Third Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 8*s.* 6*d.*

A History of England, principally in the Seventeenth Century. By Leopold Von Ranke. Translated by Resident Members of the University of Oxford, under the superintendence of G. W. Kitchin, M.A., and C. W. Boase, M.A. 6 vols. 8vo. *cloth*, 3*l.* 3*s.*

Genealogical Tables illustrative of Modern History. By H. B. George, M.A. *Second Edition.* Small 4to. *cloth*, 12*s.*

A History of France. With numerous Maps, Plans, and Tables. By G. W. Kitchin, M.A. *In Three Volumes.* Crown 8vo. *cloth*, each 10*s.* 6*d.*

Vol. 1. Down to the Year 1453. Vol. 2. From 1453–1624.
Vol. 3. From 1624–1793.

A Manual of Ancient History. By George Rawlinson, M.A., Camden Professor of Ancient History, formerly Fellow of Exeter College, Oxford. Demy 8vo. *cloth*, 14*s.*

A History of Germany and of the Empire, down to the close of the Middle Ages. By J. Bryce, D.C.L., Regius Professor of Civil Law in the University of Oxford.

Italy and her Invaders. By T. Hodgkin. *In the Press.*

A History of British India. By S. J. Owen, M.A., Reader in Indian History in the University of Oxford.

A History of Greece. By E. A. Freeman, M.A., formerly Fellow of Trinity College, Oxford.

A History of Greece from its Conquest by the Romans to the present time, B.C. 146 to A.D. 1864. By George Finlay, LL.D. A new Edition, revised throughout, and in part re-written, with considerable additions, by the Author, and Edited by H. F. Tozer, M.A., Tutor and late Fellow of Exeter College, Oxford. In Seven Volumes. 8vo. *cloth*, 3*l.* 10*s.*

A Selection from the Despatches, Treaties, and other Papers of the Marquess Wellesley, K.G., during his Government of India. Edited by S. J. Owen, M.A., formerly Professor of History in the Elphinstone College, Bombay. 8vo. *cloth*, 1*l.* 4*s.*

A Selection from the Wellington Despatches. By the same Editor. *In the Press.*

IX. LAW.

Elements of Law considered with reference to Principles of General Jurisprudence. By William Markby, M.A., Judge of the High Court of Judicature, Calcutta. *Second Edition, with Supplement.* Crown 8vo. *cloth*, 7*s.* 6*d.*

An Introduction to the History of the Law of Real Property, with original Authorities. By Kenelm E. Digby, M.A., of Lincoln's Inn, Barrister-at-Law. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 7*s.* 6*d.*

The Elements of Jurisprudence. By Thomas Erskine Holland, D.C.L., Chichele Professor of International Law and Diplomacy, and formerly Fellow of Exeter College, Oxford. *In the Press.*

The Institutes of Justinian, edited as a recension of the Institutes of Gaius. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 5*s.*

Alberici Gentilis, I.C.D., I.C. Professoris Regii, De Iure Belli Libri Tres. Edidit Thomas Erskine Holland I.C.D., Iuris Gentium Professor Chicheleianus, Coll. Omn. Anim. Socius, necnon in Univ. Perusin. Iuris Professor Honorarius. Small 4to. *half morocco*, 21*s.*

Gaii Institutionum Juris Civilis Commentarii Quatuor; or, Elements of Roman Law by Gaius. With a Translation and Commentary by Edward Poste, M.A., Barrister-at-Law, and Fellow of Oriel College, Oxford. *Second Edition.* 8vo. *cloth*, 18*s.*

Select Titles from the Digest of Justinian. By T. E. Holland, D.C.L., Chichele Professor of International Law and Diplomacy, and formerly Fellow of Exeter College, Oxford, and C. L. Shadwell, B.C.L., Fellow of Oriel College, Oxford. *In Parts.*

Part I. Introductory Titles. 8vo. *sewed*, 2*s.* 6*d.*
Part II. Family Law. 8vo. *sewed*, 1*s.*
Part III. Property Law. 8vo. *sewed*, 2*s.* 6*d.*
Part IV. (No. 1). **Law of Obligations.** 8vo. *sewed*, 3*s.* 6*d.*

Principles of the English Law of Contract. By Sir William R. Anson, Bart., B.C.L., Vinerian Reader of English Law, and Fellow of All Souls College, Oxford. Crown 8vo. *cloth*, 9*s.*

A Treatise on International Law. By W. E. Hall, M.A. *Preparing.*

X. MENTAL AND MORAL PHILOSOPHY.

Bacon. Novum Organum. Edited, with Introduction, Notes, &c., by T. Fowler, M.A., Professor of Logic in the University of Oxford. 8vo. *cloth*, 14*s*.

Selections from Berkeley, with an Introduction and Notes. For the use of Students in the Universities. By Alexander Campbell Fraser, LL.D. *Second Edition.* Crown 8vo. *cloth*, 7*s*. 6*d*. *See also* p. 17.

The Elements of Deductive Logic, designed mainly for the use of Junior Students in the Universities. By T. Fowler, M.A., Professor of Logic in the University of Oxford. *Sixth Edition*, with a Collection of Examples. Extra fcap. 8vo. *cloth*, 3*s*. 6*d*.

The Elements of Inductive Logic, designed mainly for the use of Students in the Universities. By the same Author. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 6*s*.

A Manual of Political Economy, for the use of Schools. By J. E. Thorold Rogers, M.A., formerly Professor of Political Economy, Oxford. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 4*s*. 6*d*.

An Introduction to the Principles of Morals and Legislation. By Jeremy Bentham. Crown 8vo. *cloth*, 6*s*. 6*d*.

XI. ART, &c.

A Handbook of Pictorial Art. By R. St. J. Tyrwhitt, M.A., formerly Student and Tutor of Christ Church, Oxford. With coloured Illustrations, Photographs, and a chapter on Perspective by A. Macdonald. *Second Edition.* 8vo. *half morocco*, 18*s*.

A Music Primer for Schools. By J. Troutbeck, M.A., Music Master in Westminster School, and R. F. Dale, M.A., B. Mus., Assistant Master in Westminster School. Crown 8vo. *cloth*, 1*s*. 6*d*.

A Treatise on Harmony. By Sir F. A. Gore Ouseley, Bart., Professor of Music in the University of Oxford. *Second Edition.* 4to. *cloth*, 10*s*.

A Treatise on Counterpoint, Canon, and Fugue, based upon that of Cherubini. By the same Author. 4to. *cloth*, 16*s*.

A Treatise on Musical Form and General Composition. By the same Author. 4to. *cloth*, 10*s*.

The Cultivation of the Speaking Voice. By John Hullah. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth*, 2*s*. 6*d*.

XII. MISCELLANEOUS.

Specimens of Lowland Scotch and Northern English. By Dr. J. A. H. Murray. *Preparing.*

Dante. Selections from the Inferno. With Introduction and Notes. By H. B. Cotterill, B.A. Extra fcap. 8vo. *cloth, 4s. 6d.*

Tasso. La Gerusalemme Liberata. Cantos i, ii. With Introduction and Notes. By the same Editor. Extra fcap. 8vo. *cloth, 2s. 6d.*

A Treatise on the use of the Tenses in Hebrew. By S. R. Driver, M.A., Fellow of New College. Extra fcap. 8vo. *cloth, 6s. 6d.*

The Book of Tobit. A Chaldee Text, from a unique MS. in the Bodleian Library; with other Rabbinical Texts, English Translations, and the Itala. Edited by Ad. Neubauer, M.A. Crown 8vo. *cloth, 6s.*

Outlines of Textual Criticism applied to the New Testament. By C. E. Hammond, M.A., Fellow and Tutor of Exeter College, Oxford. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. *cloth, 3s. 6d.*

The Modern Greek Language in its relation to Ancient Greek. By E. M. Geldart, B.A. Extra fcap. 8vo. *cloth, 4s. 6d.*

A Handbook of Phonetics, including a Popular Exposition of the Principles of Spelling Reform. By Henry Sweet, President of the Philological Society, Author of a 'History of English Sounds,' &c. Extra fcap. 8vo. *cloth, 4s. 6d.*

A System of Physical Education: Theoretical and Practical. By Archibald Maclaren. Extra fcap. 8vo. *cloth, 7s. 6d.*

Published for the University by

MACMILLAN AND CO., LONDON.

Also to be had at the

CLARENDON PRESS DEPOSITORY, OXFORD.

The DELEGATES OF THE PRESS *invite suggestions and advice from all persons interested in education; and will be thankful for hints, &c. addressed to the* SECRETARY TO THE DELEGATES, *Clarendon Press, Oxford.*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google